ADRIANUS IMPERATOR. Adrianus quomodo Jerusalem reædificavit, XII, 234, 1. Gentium coloniam Jerusalem deduxit, et in ea templum Jovi ædificari curavit, ægre id ferentibus Judæis, XIII, 134, 2. Omnes Judæos e Judæa exire jussit, imo vetuit ne quis eam vel eminus aspiceret, XV, 508, 1. Quomodo Judæos decimarit, XI, 184, 1. Quantum debitum Romano populo redemerit, XIX, 90, 1. Ejus comitas et facilitas, XV, 424, 2. Ejus pæderastia infamis, XI, 127, 1, 2. Ejus dictum de medicis, X, 270, 2. Vix mori potuit, sæpius invocata morte, XII, 143, 2. Inedia se confecit justo Dei judicio, X, 43, 2. Quomodo moriens suam sit animam allocutus, XIX, 375, 1.

ADULATIO, ADULATORES. I. ADULATIONIS ET ADULATORUM NATURA. — Adulatio est melleus laqueus, XIX, 120, 1, 2: *Neque aliquando fuimus in sermone adulationis.* Adulatoris mores, XI, 138, 1: *Popule meus, qui te beatum dicunt, te decipiunt.* Adulatores sunt duplici animo, XX, 44, 1: *Vir duplex animo, inconstans est.* Duplicem habent linguam, VI, 384, 1: *Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet, magis quam ille qui per linguæ blandimenta decipit.* Eorum effigies et descriptio, V, 421, 1: *Innocens credit omni verbo.* Adulatores palam laudant, occulte vituperant, 156, 2: *Ex ipso ore procedit maledictio et benedictio.* Adulatores plerumque etiam sunt calumniatores, XIX 553, 2: *Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pavimento cadens.* Sunt arrosores non arrisores, 635, 2. Adulationes sunt spinæ, VII, 246, 2: *Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti.* Adulatores proximum decipere moliuntur, V, 319, 1, 2,: *Simulator ore decipit amicum.* Ficte amicum subinde carpunt, XII, 377, 1: *Viderunt autem tibi assumptiones falsas.* Ficte hominem laudant, ideoque ei nocent, VI, 344, 1. Annuunt oculis,

V, 285, 1, 2 : *Qui annuit oculo, dabit dolorem.* In secunda fortuna manent, in adversa amicum deserunt, 424, 2 et seqq. : *Amici divitum multi.* Laudant vitia et vitiosos, 532, 2 : *Qui justificat impium et qui condemnat justum, abominabilis est uterque.* Ad nutum ejus cui adulantur, verba et vultus suos mutant, 546, 2 : *Qui vertit linguam, incidet in mala.* Eorum verba sunt plena veneno, 566, 1 : *Verba bilinguis quasi simplicia.* Eaque sunt quasi vulnera, *ibid.* Nunquam magis adulantur, quam cum objurgant, *ibid.* Lingua mendaci corrogant opes, VI, 100, 2 : *Qui congregat thesauros lingua mendaci, vanus et excors est.* Adulatio noxia, *Job*, 175, 1. Non amici sunt, sed hostes, VI, 394, 2 : *Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, recte expandit gressibus ejus.* Cur verbis blandis utantur, 395, 1. Quibus signis dignoscantur a veris amicis, 321, 1 : *Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos.* Amant homines molles et credulos, VI, 323, 2 : *Lingua fallax non amat veritatem.* Sæpe sunt odio iis quibus adulantur, V, 546, 2.

Adulatio in regum aulis frequens est, IX, 402, 1, 2 : *Dives locutus est, et omnes tacuerunt*, XVII, 271, 1. Purpuram magis colunt quam Deum, XIX, 120, 1, 2 : *Adulatores regum et principum vulpes sunt*, XII, 590, 1. *Væ prophetis insipientibus... quasi vulpes in desertis.* Adulantur mali principibus plerumque, VI, 8, 1, 2. Adulatores principum, omnia eorum vitia laudant et colorant, V, 302, 2 : *Quasi per risum stultus operatur scelus.* Adulatio principibus quam noxia sit, XIII, 61, 2. Reges et principes magis perdit quam hostis, 381, 1 : *Dies regis nostri extendit manum suam cum illusoribus.* Sunt regum ruina, V, 497, 1 : *Voluntas regum, labia justa.* Sunt regibus probro, VI, 8, 1, 2 : *Multi colunt personam potentis.* Cur sorices palatii dicantur, V, 497, 1 ; XIX; 120, 2. Tandem odium regum incurrunt, V, 497, 1. Item populi, VI, 241, 1 : *Qui dicunt impio : Justus es, maledicent ei populi.* Sunt a rege subinovendi, VI, 257, 2 : *Aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur justitia thronus ejus.*

II. Comparantur adulatores : Hirundinibus, IV, 274, 1. Polypo, V, 285, 1 ; 5, 2. Corvis, *ibid.* Lunæ planetis, 546, 2 et seqq. Lupis, V, 497, 1. Vulpibus, canibus, cercopithecis, V, 566, 1 ; XII, 590, 1. Hyænæ, oleo et heliotropio, VI, 241, 1. Cervis, X, 124, 2. Pulvinaribus mollibus et cervicalibus, XII, 593, 1, 2 ; et 595, 1, 2. Meretrici et corvo, XIX, 120, 1, 2. Adulatione deceptum significabant Ægyptii per cervum cum tibicine, XIII, 587, 1. De adulatione apologus, VII, 246. 1. Adulationis vanitas emblematibus depicta, 246, 2. Hac de re insignia dicta, II, 318, 2.

III. Adulationis effectus.—Adulatio et ejus effectus, VII, 245, 1, 2 : *Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi.* Quam sit perniciosa, II, 218, 2 ; XI, 137, 2 : *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Adulationis mala, III, 619, 2 : *Qui dereliquit consilium senum et adhibuit adolescentes.* Quam sint noxii adulatores, VI, 352, 1 : *Quomodo probatur in conflatorio argentum, sic probatur homo in ore laudantis.* Præsertim sacerdotes et consiliarii, XII, 159 2 *Ego te dabo in pavorem, te et omnes amicos tuos.* Adulatio falsa pudefacit laudatum, V, 277, 2 : *Verbum mendax justus detestabitur.*

Adulatores sunt cavendi, VI, 344, 1. Adulatio cavenda tam adulato quam adulanti, cur, V, 394, 2.

Exempla. — Adulatio aulici Henrici VIII, Angliæ regis, qui ei in peccato incestus applausit, III, 553, 2 ; VI, 40, 1.

ADULTERIUM. I. Ejus natura et gravitas. — Adulterium a fornicatione quomodo distinguatur, XIII, 305, 2 : *Ut auferat fornicationes suas a facie mea, et adulteria.* Adulterii enormitas ex Scripturis et veterum dictis, II, 215, 1. Id quam Deo displiceat, *ibid.*, 2. Adulterium iniquitas maxima, *Job*, 613, 1 : *Hoc omne nefas est et iniquitas maxima.* Adulterium cur vocetur furtum, V, 265, 2 : *Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior*, VI, 456, 1 : *Talis est via mulieris adulteræ, qui comedit, et tergens os suum, dicit : Non sum operata malum.* Est etiam nocentius et gravius furto, V, 179, 2 : *Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit, furatur enim ut esurientem impleat animam.* Adulterium est supergressio et circumventio, XIX, 128, 2 : *Et ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum.* Adulteræ culpa quintuplex, IX, 612, 1 : *Primo enim in lege Altissimi incredibilis fuit, secundo in virum suum deliquit.* Non potest adulterari, etiamsi maritus vel filii ei dent ad hoc facultatem, *ibid.* Est maledictum et probrum hominum et sæculorum, *ibid.* Adulteri cæcitas, V, 180, 2 : *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam*, IX, 606, 2 : *Omnis homo qui transgreditur lectum suum contemnens animam suam et dicens : Quis me videt.* Ejus inopia mentis in quo sita sit, V, 180, 1. Pejor est bruto, et vipera deterior, *ibid.* Est similis porco, 587, 1 : *Qui tenet adulteram, stultus est et impius.* Adulteri homines timent non Deum, IX, 607, 1, 2 : *Et non intelligit... quoniam expellit a se timorem Dei.* Adulterium celare adultera cupit, VI, 452, 2 ; 456, 1 : Adulter amat caliginem, *Job*, 501, *Oculus adulteri observat caliginem dicens : Non me videbit oculus.* Est timidus et fugax, *ibid.* et seq. Maritus adulterio uxoris connivens, vel illud dissimulans, impius est, V, 586, 2. Adulteri uxor fit adultera, VIII, 342, 1 : *Mulieres eorum insensatæ.* Adulteram dimittere; non consilii tantum, sed et præcepti est, V, 586, 2. Sed pœnitens a marito in gratiam admittenda, si velit agere clementer, 587, 1. Ab adultero conjuge divertere licet parti innocenti, XV, 167, 1.

II. Adulterii effectus. — Quanta ex eo mala

proveniant, II, 215, 2. Omnia mala secum trahit, V, 585, 2. Ejus damna, V, 67, 2 : *Relinquit ducem pubertatis suæ, et pacti Dei sui oblita est.* Adulterium solvit matrimonium quoad thorum, non quoad vinculum, XV, 420, 2 : *Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem.* Adulterium thorum, non vinculum solvere, Patres et concilia docent, XVIII, 305, 2 : *Quod si discesserit, manere innuptam.* Adulterium est velut ignis in sinu, V, 176, 2 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant : Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui*, 175, 1, 2. Ipsum tandem erumpit, et adulterum infamat, 176, 2. Adulterium passim male audit, X, 362, 2 : *Ab amicis (cave) de sermonibus improperii.* Adulterorum pavor et pœna, IX, 610, 2 : *Hic in plateis civitatis vindicabitur.* Quintuplex ejus pœna, 612, 1. Adultera plerumque venefica, V, 350, 1 : *Putredo in ossibus ejus, quæ confusione res dignas gerit.* Adulterium est sæpe causa cædium et parricidiorum, II, 215, 1, 2. Adulter sæpe mortem incurrit ob suum adulterium, V, 136, 1, 2; 176, 2; 180, 1. Adulteri sæpe in flagranti delicto moriuntur, V, 198, 1 : *Statim eam sequitur,... donec transfigat sagitta jecur ejus... et nescit quod de periculo animæ illius agitur.* Animæ suæ salutem prodigit adulter, V, 176, 2; 180, 1. Ejus culpa est per pœnitentiam delebilis, sed non infamia, V, 181, 1. Adultera statuit spurio hæreditatem ex alieno matrimonio, IX, 652, 1 : *Ex alio viro filios statuit sibi.* Adulterini filii sæpe sunt male morati, dignitatibus arcentur, et ad sacerdotia sunt inhabiles, V, 143, 1 : *Deriventur fontes tui foras.*

III. Adulterii pœna legalis et supplicium. — Ejus antiqua pœna est mortis supplicium, I, 271, 2: *Qui tetigerit hominis hujus uxorem, morietur.* Multæ gentes illud morte plectebant, XVI, 432, 2 : Præsertim combustione, I, 347, 2; V; 176, 2; 180, 1. Quomodo illud puniverint Ægyptii, Arabes, Parthi, Cumani, *ibid.* Quomodo Romani, quomodo Saxones, Turcæ et Brasilienses, *ibid.* Adulteras Ægyptii naso truncabant, XII, 670, 2. Adulterii pœnæ qualis ætate Jobi, *Job*, 613, 2. Per urbem mediam in Creta traducebantur, XV, 66, 2 et seqq. Nullis in veteri lege hostiis poterat expiari, V, 182, 2. Apud Judæos adulteræ lapidabantur et comburebantur, II, 130, 1; XII, 616, 2; XVI, 432, 2. Adulterium miraculose probatum in lege Moysi, II, 214, 1. In probatione adulterii quæ maledictiones olim super aquas zelotypiæ prolatæ, II, 214, 1, 2. Quis ejus ritus et ordo, *ibid.* Rumpebatur uterus adulteræ si esset rea, *ibid.* Causæ hujus probationis per aquas, *ibid.* Apud omnes gentes adulteri sunt infames, V, 181, 1. Adulteri pœna mortis digni sunt, XIII, 185, 1. Id probatur exemplis, *ibid.*

Adulter Deum experietur vindicem, XIX, 515 : *Fornicatores enim et adulteros judicabit Deus.* Adulterium semper punivit Deus, IX, 610, 2; 611, 1 et seq. Quæ ipsis in primitiva Ecclesia pœnitentia præscripta, V, 180, 2. Adultera absolvitur a Christo, tum in foro poli, tum in foro fori, XVI, 435, 1. Inspiravit ei Christus contritionem de peccatis, *ibid.*

Adulterii in muliere variæ sunt causæ, IX, 691, 1 : *Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi.*

Adulterium Davidis allegorice Christi erga Ecclesiam amorem indicat, XVIII, 101, 2. Allegoria quæsita in adulterio Davidis non est propria, III, 477, 1. Adulteram quare Osee jubeatur domum suam abducere, XIII, 325, 1, 2. Quæ et qualis hæc fuerit, *ibid.* et seqq. Adulteri spirituales quinam sint, XX, 175, 1.

ADVERSITAS, ÆRUMNÆ, AFFLICTIO, TRIBULATIO. I. Naturæ definitio. — Afflictio etiam labor dicitur, V, 510, 1 : *Anima laborantis laborat sibi.* Tribulatio est tentatio, XX, 15, 2 : *Omne gaudium existimate, cum in varias tentationes incideritis.* Cur tribulatio dicatur mors et mortificatio Christi, XVIII, 441, 1 : *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes.* Tribulatio duplex quæ dicatur, XIV, 166, 1 : *Non consurget duplex tribulatio.* Ærumnæ hujus vitæ variæ ob peccatum Adæ, X, 326, 2 : *Jugum grave super filios Adam.* Afflictio durissima quæ sit, VII, 149, 1 : *Vidi sub sole in loco judicis impietatem.* Afflictio magna incumbens sapienti quæ sit, 291, 2 : *Multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, et futura nullo potest scire nuntio.* Afflictio summa hominis est mors, *ibid.* Tribulatio patientem semper sequitur, non antevertit, XVIII, 441, 1 : *Persecutionem patimur, sed non derelinquimur.* Adversæ res et prosperæ læva et dextra significantur, VII, 566, 2 : *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* Tribulationes aquilone denotantur, VI, 346, 1. Tribulationes mundi sunt flagella Ninive, XIV, 188, 2.

II. Afflictionum causæ. — Afflictio homini a Deo data unde ortum habuerit, VII, 140, 1 : *Vidi afflictionem quam Deus dedit filiis hominum.* Afflictiones variis de causis homini immittuntur, XV, 674, 2. Mystice tribulationes sunt æstas, V, 279, 1 : *Qui stertit æstate, filius confusionis.*

III. Utilitas afflictionum et motiva ad eas fortiter ferendas. — *Primo, variæ utilitates.* Adversa sæpe magis prosunt quam prospera, IX, 345, 2 : *Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas Deo sunt.* Afflictionum utilitas, I, 367, 2 : *Merito hæc patimur*, XX, 184, 1 : *Et lugete et plorate.* Quam sint utiles tribulationes, XIV, 476, 2 : *Et Dominus faciet nives, et pluviam imbris dabit eis;* 1° faciunt ut homo ad externa se non effundat; 2° ut convertatur ad cor secumque habitet, et in eo profundas virtutum figat radices; 3° eas irrigat piis et cœlestibus cogitationibus, 523, 1, 2 : *Et ducam tertiam partem per ignem;* XVIII, 506, 1 : *Nam virtus in infirmitate perficitur.* Tribulatio quantum boni includat, XX, 14, 1 : *Omne gaudium existimate,*

cum in tentationes varias incideritis. Tribulationis alia elogia, XX, 17, 1; 18, 2.

Secundo : 1° *Afflictiones sunt propriæ Christi discipulis*, XX, 363, 2 et seq. : *Nolite peregrinari in fervore qui ad tentationem vobis fit.* Per eas conformamur Christo, XVIII, 441, 2 : *Ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.* Christo crucifixo nos assimilant, XX, 16, 2. Adversa omnia sunt velut sigillum Christi, XIV, 351, 2 : *Ponam te quasi signaculum.*

2° *Afflictiones sunt signa amoris Dei*, I, 322, 1. Tribulationes a Deo immissæ proficiscuntur ex amore ejus, et ad majus bonum nostrum, VI, 333, 2 : *Meliora sunt vulnera diligentis*, etc. Tribulationes sunt donum perfectum, XX, 64, 2 ; *Omne datum optimum, et omne donum perfectum.* Sunt signum filiationis, electionis et prædestinationis Dei, X, 23, 1. Afflictio est indicium et causa salutis, XVIII, 628, 2. Tribulatione Christus justos velut sponsas sibi despondet, X, 23, 1.

Tertio pro peccatoribus. 1° *Ærumnæ hujus vitæ sunt causa et materia compunctionis*, V, 415, 1 : *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Tribulatio est velut pila quo Deus peccatores tundit, ut pœnitentiæ gemitus effundant, XIV, 280, 2 : *Ululate, habitatores pilæ.* Est quasi malleus conterens cor, XII, 547, 2 : *Contrivi cor eorum fornicans.* Est telum Dei quo fugientes ad se retrahit, XIII, 362, 1, 2 : *Percutiet et curabit nos.* Est quasi rete Dei, XII, 362, 2 : *Expandit rete pedibus meis.* Tribulatione tamen multi fiunt pejores, 663, 1 : *Omnes isti æs et stannum, et ferrum et plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt.*

2° *Tribulationes dantur a Deo ad concupiscentiam coercendam et puniendam*, XVIII, 92, 1 : *Scientes quod tribulatio patientiam operatur.* Tribulatio est concupiscentiæ domitrix, XIX, 498, 2 : *Fili mi, noli negligere disciplinam Domini*, XX, 16, 2. Est velut aratrum quod malarum herbas cogitationum evellit, XIII, 362, 1, 2. Afflictiones sunt remedium superbiæ, *Job*, 646, 1 : *Aperit aures virorum, ut avertat hominem ab iis quæ facit, et liberet eum de superbia.* Est optima ad morbos animi sanandos medicina, XI, 377, 2. Tribulatione domatur lingua, XX, 153, 1 : *Linguam autem nullus hominum domare potest.* Ærumnis Deus peccatori peccandi viam obstruit, XIII, 308, 1 : *Propter hoc sepiam viam tuam spinis.*

3° *Adversitates faciunt hominem sapere*, XIII, 64, 2 : *In ipso tempore sensus meus reversus est in me.* Tribulatio est disciplina et doctrina, V, 85, 1 : *Beatus homo qui invenit sapientiam.* Est castigatio et disciplina Dei eam permittentis, XIX, 498 2. Tribulationibus Deus nos erudit, 499, 1 : *Flagellat autem omnem filium quem recipit.* Perversitatis et tribulationis amarities per fellis amaritudinem denotata quid præstet, IV, 294, 1. Ærumnæ hujus vitæ sunt causa et materia compunctionis, V, 415, 1 : *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ.*

Quarto pro justis. 1° *Afflictio non semper ob culpam venit*, *Job*, 130, 1. Afflictio temporalis non est signum vitiositatis, 638, 1. Tribulationis justorum et injustorum discrimen, 366, 2 : *Factus es fortitudo egeno in tribulatione sua, spes a turbine, umbraculum ab æstu*, 256, 1. Ærumnæ magis impios cruciant quam pios, X, 327, 1. Tribulatio est fornax piis aurea, impiis ferrea, XII, 97, 1 : *Eduxi eos de fornace ferrea.* Tribulationes quomodo hominem justum tentent, I, 243, 1 : *Tentavit Deus Abraham.* Cur eas Deus immittat sanctis in hoc mundo, variæ sunt causæ, I, 321, 2; IV, 305. Ex adversis colligi nequit aliquem non bonam habere causam, XII, 105, 1, 2. : *Justus quidem tu es, Domine.* Omnes tribulationes sanctis cooperantur in bonum, XVIII, 143, 1, 2 : *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

2° *Afflictiones justos purificant et probant.* Tribulationes non lædunt, sed purgant et perficiunt tribulatos, I, 322, 2, ; VI, 89 1 ; 90, 2 : *Livor vulneris absterget mala*, 430, 2 : *Omnis sermo Dei ignitus* ; XII, 31, 2 : *Si laveris te nitro.* Afflictio est fornax expurgans, XX, 363, 2 et seq. Est fornax et conflatorium, XI, 118, 1 : *Excoquam ad purum scoriam tuam.* Est caminus Dei ad excoquendos suos, XIV, 590, 2 : *Ipse enim quasi ignis conflans.* Tribulationibus quasi camino exploratur robur justorum, V, 496, 1 : *Pondus et statera judicia Domini sunt*, 524, 1; *Sicut igne probatur argentum, et aurum camino ; ita corda probat Deus*, XX, 20, 2. Adversis ut igne aurum electi probantur, XIV, 523, 1, 2 : *Et ducam tertiam partem per ignem*, VIII, 335, 1 ; *Tanquam aurum in fornace probavit illos*, XII, 487, 2 ; *In medio animalium splendor ignis.* Tribulationibus nævi peccatorum expurgantur in justis, XX, 370, 1 : *Tempus est ut judicium incipiat a domo Dei.* Ipsi pii a Deo colantur, XIV, 592, 2 : *Purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum.* Tribulatio est animæ dealbatio, purgatio et electio, XIII, 156, 2 : *Et de eruditis ruent, ut conflentur, et eligantur, et dealbentur.* Adversitas justis prospera fit, *Job*, 184, 2. Adversæ res justis subserviunt ad gloriam, 769, 2. Ærumnis unguntur electi, 359, 2.

Tribulatio est lapis probationis, IX, 208, 1 : *Quasi lapidis virtus probatio erit in illis.* Est tritura Dei, XI, 332, 2 : *Tritura mea et filii areæ meæ*, XX, 17, 1. Probat justos, X, 22, 2 : *Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis.* Excoquuntur velut vasa lutea, *ibid.* Tribulationes sunt velut lapides pretiosi quibus sancti lapidentur, XVIII, 136, 2. Tribulatio est probatio virtutis, XXI, 217, 1 : *Hic est patientia et fides sanctorum*, IX, 292, 2 : *Accedens ad servitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem*, 98, 2; 157, 2 : *In tentatione ambulat cum eo.*

3° *Afflictiones virtutem vivificant, roborant*

augent, illustrant. Tribulatio dat exercitium, probationem et præmium, XIII, 363, 1 : *Percutiet et curabit nos.* Non enecat hominem, sed vivificat, 472, 1 : *Convertentur sedentes in umbra ejus, vivent tritico.* Tribulatio quomodo operetur patientiam, XX, 23, 1, 2 : *Probatio fidei vestræ patientiam operatur.* Tribulatio patientiam et virtutem probat, conservat, auget, et perficit. Adversa non movent virum fortem, IV, 305, 2 : *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.* Ostendunt ex colluctatione virtutem, 421, 2 : *Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis.* In iis vir fortis perseverat immotus, VI, 233, 1 : *Septies enim cadet justus, et resurget.* Tribulationibus crescit virtus et clarescit, XXI, 257, 1. Per tribulationem additur homini robur, fit Christo crucifixo similior, per eam crescunt virtutes, 166, 1. *Vidi alterum angelum... habentem signum Dei vivi.* Tribulatio interiorem hominem confortat, XVIII, 443, 1 : *Licet is qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renovatur de die in diem.* Per hanc viri fortes fortiores evadunt. Per adversa Deus disponit ad martyrium sanctos suos, XIX, 501, 2 : *Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris.* Tribulationes fortiter toleratæ animam fidelem Deo de novo uniunt, XX, 308, 2 : *Exultabit super te in laude.*

4° *Afflictiones ab amore sæculi avocant et ad Deum nos confugere faciunt,* XVI, 558, 2 : *Omnem (palmitem) qui fert fructum, purgabit, ut fructum plus afferat,* XX, 16, 1. Ærumnæ corporis et animæ cogunt nos ad mortem anhelare, XIX, 14, 2 : *Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo.*

5° *Afflictiones ad cœlum nos deducunt.* Tribulationes sunt portæ ad mortem et vitam, X, 552, 2 : *Et liberasti me... de portis tribulationum.* Sunt via et quidem rectissima ad cœlum, V, 292, 2 : *Qui increpationes relinquit, errat ;* XVII, 294, 1 : *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.*

6° *Afflictionum brevitas.* Justorum afflictiones parvæ sunt durationis, sed perennem pariunt gloriam, XVIII, 444, 1 : *Id enim, quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ,* XX, 18, 1 ; 249,1 et seqq. : *In quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari*; XIV, 610, 1, 2 : *Orietur vobis timentibus nomen ejus, sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus.* Post adversa sequuntur prospera, IX, 366, 2 et seq. : *In die malorum ne sis immemor bonorum.* Afflictio justorum in morte finitur, V, 319, 1 : *Justus de angustia liberatus est.* Aspera post hanc vitam in dulcia mutabuntur, IX, 356, 2. Tribulatio præsens futurum parit gaudium, XVI, 581, 2 : *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Parit coronas æternas, XXI, 179, 2 : *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna.*

7° *Ad eas tolerandas auxiliatur Deus.* Tribulationes viribus tum naturæ, tum gratiæ Deus admetitur, V, 496, 1 : *Pondus et statera judicia Dei sunt.* Similitudines duæ quibus probatur neminem tribulari aut tentari ultra vires, XVIII, 243, 2 : *Fidelis Deus est qui non patietur vos tentari supra quod potestis.* Afflictos juvat, fovet et consolatur Deus, VI, 402, 1 ; XX, 17, 1. n tribulationibus Deus vicinus adest suis, XIV, 43, 1 : *Terræ vectes concluserunt me... et sublevabis de corruptione vitam meam,* XXI, 27, 1: *Ego Joannes frater vester et particeps in tribulatione.* Tribulatio est locus Dei, XX, 21, 2. Tribulatio est laus Dei, XI, 576, 1, 2. Docet orare efficaciter, XIII, 156 2. Afflictis consolatio est videre quod Deus ipsorum injurias ulciscatur, XIV, 163, 2 · *Bonus Dominus et confortans in die tribulationis.* Tribulationes cum lubet, aufert Deus; X, 412, 1, 2: *In sermone ejus siluit ventus.*

8° Duodecim argumenta incitantia ad patientiam in afflictionibus, afferuntur ab Apostolo XVIII, 136, 2 et seq.

III. Media ad fortiter ferendas afflictiones. —1° *Ad Deum recurrendum est.* In tribulatione non est de Dei ope desperandum, XVI, 489, 2 : *Nunc scio quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus,* IX, 353, 2. In omni afflictione Deo fidendum est, I, 557, 2 : *Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis.* Afflicti Deo se commendare debent, XX, 373, 1: *Fideli creatori commendent animas suas.* In tribulatione unicum remedium ad Deum recurrendum, XIII, 44, 1 : *Angelus autem Domini descendit... in fornacem.* Adversa in prosperis præmeditanda, 97, 1 : *Timor quem timebam evenit mihi, et quod verebar accidit.* Afflictionibus nostris angeli boni compatiuntur, mali congaudent, XIX, 2?2, 2 : *Spectaculum facti sumus mundo, et angelis et hominibus.* Tribulatione instante orandum est, XVI, 590, 1 : *Sublevatis oculis in cœlum, dixit (Jesus): Pater, venit hora.* Tribulatione crescente, crescat spes in Deum, XX, 449, 2 : *Novit Dominus pios de tentatione eripere.*

2° Dum ingruit tribulatio, gaudia beatorum in memoriam revocanda, IX, 356, 1 : *Immortalis est enim memoria illius.*

3° *Patienter afflictiones tolerandæ sunt.*—In tribulatione constantia est necessaria, X, 353, 1 : *Sta in testamento tuo, et in illo colloquere.* Tribulationes perdunt eos qui in iis non sunt patientes, patienter vero eas ferentes tuentur, I, 322, 2. Adversa non sunt molesta patientibus, sed pati nolentibus, XVIII, 241, 2 : *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes.* In adversis non est cadendum animo, XV, 272, 2 : *Ne ergo timueritis eos.* In die tribulationis mens omnes suas vires colligat ad resistendum, VI, 225, 226, 1 : *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Simus in eis adamantes et insuperabiles, XV, 689, 1 : *Alii autem palmas in faciem ejus dederunt.* Afflictionem quo animo feramus, si nos voluntati Dei resignemus, I, 677, 2. Tribulatio

pro Christo libenter toleranda, XV, 277, 1 : *Et qui non accipit crucem suam.* Et generoso animo excipienda, 574, 1 : *Surgite, eamus, ecce appropinquavit qui me tradet.* Alacri etiam animo accipienda, XVIII, 92, 1 : *Scientes quod tribulatio patientiam operatur.*

4° *In tribulatione gaudendum.* In tribulatione gaudere vere magnum est, XIX, 117, 1 : *Excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti.* In adversis gratias agere est actus heroicæ patientiæ et perfectionis, IV, 274, 1, 2 : *Sed immobilis in Dei timore permansit agens gratias Deo.* In tribulatione gaudere debent christiani, XVII, 156, 2 : *Ibant gaudentes a conspectu concilii*, XX, 248, 1. In iis æque ac prosperis Deo gratiæ agendæ, XXI, 177, 2 : *Benedictio et claritas et gratiarum actio.*

5° *In ea gloriandum.* Afflictio propter Christum gloriosa est, XIX, 148, 1, 2 : *Ut glorificetur nomen Domini nostri Christi in vita.* In ea gloriandum est, XVI, 648, 2 : *Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum*, XVIII, 91, 1 : *Non solum autem, sed gloriamur in tribulationibus.* Tribulationes sunt ambiendæ, X, 22, 2 ; 23, 1 : *Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis.*

6° *Adversitati a teneris assuescere utile est*, XII, 393, 1, 2 : *Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua.*

IV. Exempla. Sancti omnes tribulationem salutarem esse censuerunt, XIII, 362, 1, 2. In tribulationibus imitari oportet constantiam Abrahæ, XVIII, 87. Æquanimitas Tobiæ senioris erga uxorem sibi multa improperantem, IV, 284, 1.

V. Quomodo nos gerere debeamus erga afflictos. Afflictis omnia videntur esse caliginosa, imo volvi et involvi, XI, 281, 1 : *Stellæ cœli, et splendor earum non expandent lumen suum.* Afflicto non est addenda afflictio, *Job*, 312, 1. Afflicto insultare ferinum est, 280, 1. Afflictum affligere crudelitatis est, 411, 2. Afflictos qua ratione debeamus consolari, I, 475, 2 : *Reversusque est Moyses ad Dominum.* Afflictis non sunt carmina lætitiæ accinenda, VI, 281, 1 : *Acetum in nitro qui cantat carmina cordi pessimo.* Sunt tamen per ea curandi, *ibid.*

ADVOCATUS. Advocatus quomodo a patrono differat, XX, 533, 1. Advocati subtiles leges civiles suis tricis mire eludunt, V, 549, 2. Si injustam causam defendant, lingua mendaci congregant thesauros, VI, 100, 2. Advocati injusti cuilibet causæ patrocinantur, X, 167, 2. Advocati pauperes opprimentes suggillantur, XIII, 582, 2. Advocati pro pauperibus Romæ speciatim designati sunt, VI, 25, 1.

ÆGER, ÆGROTUS. Ægritudo mentis ægritudinem parit carnis, IV, 277, 1, 2. Ægroti ultra septiduum sine cibo omni esse possunt, XV, 118, 2. Ægro languido mors suavis est, X, 348, 1. Ægrorum præses est S. Raphael, IV, 282, 1.

Æger pro salute Deum primo precetur, X, 273, 2. Commendet se identidem Domino, XX 216, 1. Primo Deum sibi conciliet, deinde medicos adhibeat, X, 262, 1 ; 270, 1. Sacerdotes pro se orare jubeat, 277, 1. Peccata pœnitentia expiet, X, 273, 2. Pro sanitate recuperanda offerat sacrificium. Ægri omnia adimplent, VIII, 115, 1, Etiam medicum advocet in morbi periculo, idque crebro, 276, 1. Quomodo magi et sagæ ægros sanent, X, 270, 1.

Ægroti visitandi, IX, 256, 1, 2. Et aliis officiis donandi, *ibid.* Ægrotos quam pium sit visitare, et eos bonum visitari a sanctis, XI, 483, 2. Ægrotis potius serviendum subinde quam pietati, XVI. 529, 1, 2. Ægrorum cura habenda est hilariter, XVIII, 208, 1.

ÆGYPTUS, ÆGYPTII. Ægyptus quando habitari cœpta, unde dicta Mesraim, I, 510, 2 et seqq. Unde dicta Ægyptus, *ibid.* Dicta est terra Cham et Mesraim, XII, 547, 1 ; XXI, 179, 2. Ægyptus et Tyrus hebraice nomen habent affine, ab eadem radice descendens, XII, 713, 1. Cur in obeliscis et nummis per Ibim designetur, XIII, 438, 2. Est triquetra, *ibid.* Ægyptii cur in Scriptura vocentur Assur, XII, 724, 1. Cur vocentur muscæ, XI, 207, 2. Ejus reges cur Pharaones vocantur, I, 361, 2, 432, 1. Ægyptii a Noe servituti addicti, XIV, 129, 2.

Ægyptus est ultra Æthiopiam sita, XIV, 304, 1. Judææ ad austrum est, 430, 1. In ea non pluit, sed vice pluviæ est Nilus exæstuans, 541, 2; XIII, 628, 1. Omnem utilitatem, fertilitatem et felicitatem suam debet Nilo, IX, 661, 1. Tota aquis irrigatur, XII, 627, 2. Attamen in Ægypto nunquam pluere falsum est, I, 512, 2 Abundat calamo et junco, XI, 317, 1. Præstans profert linum, *ibid.*, 2. Abundat lateribus, quia lutosa est, XII, 281, 1. Lepræ est obnoxia, ob calores ingentes, XVI, 232, 2.

Ægyptus superstitionis et idololatriæ fuit inventrix et magistra, ideoque Judæis vicinis infesta, et vicinia sua noxia, XIII, 527, 2. Ægyptii erant idololatriæ dediti usque ad insaniam, XII, 614, 1. Eorum dogmata constabant symbolis, XIII, 223, 1, 2. Sua mysteria repræsentabant et celabant per hieroglyphica, V, 16, 2; XIV, 341, 2. Quibus hieroglyphicis Deum exprimerent, XI, 81, 1 ; XIII, 576, 1, 2; XIV, 391, 1; XIX, 390, 1. Pingebant Deum quasi circulum, XVI, 602, 1. Dei providentiam quomodo depingerent, XII, 18, 1; XXI, 109, 2. Quomodo solem pingerent, XII, 282, 1, 2.

Eorum quam fuerint portentosa numina, XII, 173, 2; XV, 272, 1. Et ridicula, XVIII, 52, 1, 2. Et inania, XI, 130, 1, 2; 413, 2. Primi omnium solem et lunam ut deos venerati sunt, XII, 282, 1, 2, 563, 1. Ægyptiis hircus sacer erat, XIII, 101, 2. Colebant Jovem tam sub specie hirci, quam arietis, *ibid.* Coluere bovem, canem, felem, accipitrem, ibim, sepidotum, et oxyrinchum, XIII, 436, 1. Co-

fuerunt Apim et Serapim, I, 363, 1 et seqq. Colebant oves et capras, II, 242, 2.

Ægyptiorum sacerdotes quam essent sobrii, I, 160, 2; XIII, 14, 1. Eorum sacerdotes sale abstinebant ad castitatem, X, 316, 2. Tunicas lineas, dum sacrificarent, induebant, XIV, 274, 1. Olim Ægyptii circumcidebantur, XII, 86, 2. Et circumcisio illis magno in honore fuit, XVIII, 604, 1. Recens natos cur in frigidam aquam immergant, XII, 606, 1. In morbis resectum capillum pro sospitate diis vovebant, XIV, 79, 1. Quare nefas et abominabile censerent esse comedere cum Hebræis, I, 732, 2. Cranium mortui in conviviis circumferebant, IX, 260, 2. Cadavera mira arte dessiccabant, XVI, 625, 1. Eorum mos mortuos aromatibus condiendi, I, 415, 1. Valebant equorum robore et copia, XII, 468, 2. Quotannis arbores et pecora rubrica illiniebant adversus incendium et alia incommoda, XIV, 178, 2. Unde ea superstitio hausta, *ibid.* Veterum Ægyptiorum sapientia qualis esset, I, 441, 1. Quis eos litteras docuerit, *ibid.* Primum in tabulis arboris quæ papyrus dicitur scribere cœperunt, XIV, 224, 1. Eorum academiæ quæ essent, XII, 442 1.

Ægyptii impostura celebres erant, XVII, 385, 1. Credebant se hominum primos ortu, XI, 318, 1. Et ab heroibus prognatos, *ibid.* Quantopere terræ suæ fertilitate superbirent, XII, 714, 1. Ejus reges Nilo ita superbiebant, quasi nec cœlo, nec Jove indigerent, *ibid.* Eorum fastus, luxus et nequitia, 716, 1. Apte comparantur arundini, *ibid.* Sororibus in conjugiis miscebantur, II, 114, 2. Eorum abominationes quam oderint Hebræi, I, 505, 1. Quid hæc tropologice significent, *ibid.*

Ægyptus cur vocetur domus servitutis, XIV, 129, 2. Carcer Hebræorum fuit et typus Babylonis carceris Judæorum, et uterque fuit typus peccati, mortis et inferni, cui quasi carceri mancipati erant homines peccatores, 262, 1. Ægyptii quare Hebræos afflixerint, I, 431, 1. Eos spoliari ab Hebræis quomodo Deus jusserit, 461, 2; XIII, 281, 1, 2. Timebant Moysen prodigia operantem, X, 452.

Ægypti plagæ recensentur, I, 497, 1; 498, 1; XXI, 228, 2; 297, 1. Quid per eas tropologice denotetur, I, 498, 1. Mystice exponuntur, XXI, 228, 2. Cur fuerint decem, I, 498, 1. In eis fuerunt Ægyptii puniti per omnes creaturas, *ibid.*, et in omnibus bonis et sensibus, *ibid.*; eæ fuerunt præludium gehennæ, 2. Quomodo symbolice a Deo infligantur, *ibid.* Quando et ubi sint inflictæ, *ibid.* Quanto tempore duraverint, et a quo inflictæ, 499, 1. Ob quem finem inflictæ, 2. Ab his fuerunt immunes Hebræi et advenæ, *ibid.*

Prima plaga, omnes aquæ vertuntur in sanguinem, I, 497, 1. Quæ sit hujus ratio, *ibid.* Fuerunt in hac multa miracula, 2. Tunc Hebræi hauriebant ex eodem puteo aquam, et Ægyptii sanguinem, *ibid.* Accommodatur transgressoribus primi præcepti Decalogi, *ibid.* Unde magi habuerint aquam ad eam in sanguinem convertendam, 497, 1.

Secunda plaga fuit ranarum, I, 501, 1. Occupabant hæ omnia loca, 2. Cruciabant omnes sensus, 501, 1. Accommodatur loquacibus clamosis, item philosophis et hæreticis, *ibid.*; item impuris poetis, *ibid.*, item luxuriosis, *ibid.*

Tertia plaga erat ciniphum, I, 502, 2. Quales fuerint ciniphes, 503, 2. Tropologice significant sophismata hæreticorum, 503, 1. Opponitur tertio præcepto Decalogi de Sabbato sanctificando, *ibid.* Cur ciniphes magi non potuerint efficere, 2.

Quarta plaga erat muscarum, I, 504, 1. Fuit hæc una ex gravissimis, 505, 1, 2. Quales hæ muscæ fuerint, 504, 1. Hæc plaga significat inhonorantes parentes, cynicos, causidicos, litigiosos, maledicos, et inquietas curas desideriorum carnalium, 2.

Quinta plaga era pestis, I, 507, 1. Invasit hæc Ægyptiorum animalia, *ibid.* Accommodatur transgressoribus quinti præcepti Decalogi, *ibid.* Ab hac libera erant animalia Hebræorum, *ibid.*

Sexta plaga fuit vesicarum et ulcerum, I, 507, 2, quam excitavit sparsa favilla et pulvis, *ibid.* Quis fuerit hic pulvis sparsus, 508, 1. Quales hæ vesicæ fuerint, *ibid.* Tropologice quid significet hæc plaga, 2. Accommodatur transgressoribus sexti præcepti, *ibid.*

Septima plaga fuit grandinis, I, 504, 1. Quinque in ea sunt miranda, 2. Accommodatur hæc transgressoribus septimi præcepti, 512, 1. Fuit hæc typus ignis infernalis, *ibid.*

Octava plaga fuit locustarum, I, 514, 1. Quid mystice significet, 2. Accommodatur transgressoribus octavi præcepti Decalogi, *ibid.*

Nona plaga fuit tenebrarum palpabilium, I, 517, 2. Quænam fuerint harum causæ, *ibid.* Octo horribilia erant in iis, *ibid.* In his Ægyptii erant quasi vincti, et omni lumine privati, 518, 1. Hæ tenebræ tropologice significant cæcitatem mentis Ægyptiorum, *ibid.*; item idololatriam, obscuras divinæ providentiæ rationes, item tenebras infernales, 2.

Decima plaga cædes est primogenitorum, I, 520, 2. Fuit hæc acerbissima omnium, quinque de causis, *ibid.* An facta fuerit per angelum bonum, an per malum, *ibid.* Quinam hic vocentur primogeniti, *ibid.* Quid hæc cædes primogenitorum tropologice significet, 521, 2. Applicatur hæc plaga transgressoribus decimi præcepti, *ibid.*

Ægyptii olim in mari Rubro ad unum omnes sunt submersi, X, 314, 2; XIV, 17, 1. Quomodo in mari submersi, I, 561, 2 et seq. Deus in eos ejaculatus est fulmina, et ad unum omnes perierunt, 562, 1. Quot numero perierunt, 562, 1. Si qui cum Pharaone mortui in peccato, descenderunt in tartara, XIV, 166, 2.

A quibus postea Ægyptus vastata sit, XI, 316, 1. Ægypti cum Tyro commercia, XI, 348, 1. Quomodo data sit Chaldæis in mercedem pro expugnatione Tyri, XI, 349, 1; XII, 718, 1. Quomodo post cladem Nabuchodonosor restituta, XII, 294, 2. Quomodo et a quo restituta sit post captivita-

tem Babyloniçam, est incertum, XII, 716, 2. Videtur id factum a Cyro anno primo regni sui, *ibid.* Sub Ptolemæis regibus ad pristinam suam gloriam rediit, *ibid.* Ejus reges post Alexandrum recensentur, XIII, 148, 1. Quantum Ægyptii Jeremiæ prophetæ tribuerint, XII, 286, 1. Prædicitur ad christiana sacra convertenda, XI, 319, 1, 2 et seq. Quando a Romanis, et per quem subacta, XIV, 430, 1. Ægyptus abundabat Judæis, cur, IV, 496, 1, 2. Ægypti nomine cur vocetur impia Jerusalem, XXI, 229.

Quo tempore Christus in Ægyptum fugerit, XV, 82, 2. Cur in Ægyptum fugerit, et non alio, 83, 1. Ejus idola ad Christi ingressum corruerunt, XI, 316, 2; XIV, 333, 2. Balsamum a Christo tunc recepit, ex quo B. Virgo eo concessit, IX, 644, 1; XV, 83, 2. Ægyptii multi, visa sanctitate B. Virginis et Josephi apud se habitantium, verum Deum cognovere, *ibid.* Facta est Ægyptus postea Dei templum et paradisus, XI, 316, 1. Postea fuit feracissima virorum sanctorum, et monachis abundavit, XV, 83, 2. Quomodo in ea floruerit monachismus, XI, 320, 2; 455, 1. Ejus jam christianæ urbes multæ plures habebant monachos quam cives, XII, 841, 1.

ÆLAM. Ælam est regio Persidis, XIII, 100, 1. Pars Persiæ, unde ita dicta, XII, 314, 1. Urbs etiam ejusdem regionis, XI, 337, 2. Ælam nomine multi olim populi continebantur, XI, 269, 2. Postea Ælamitica regio contractior fuit, *ibid.* Ælamitæ omne suum robur ponebant in arcubus, XII, 314, 1. Ælamitæ sunt duplices, XVII, 91, 1.

ÆNIGMA. Ænigma quid proprie sit, X, 494, 1; XII, 623, 1. Ænigma est quæstio quæ cum involucris verborum proponitur, XVIII, 384, 2. Ænigmata in Scriptura vocantur *parabolæ*, XIX, 480, 2. Ænigma est species parabolæ, V, 17, 1. Ænigma, proverbium, parabola, in Scriptura quoad significationem sæpe confunduntur, XII, 623, 1. Ænigmatibus cur utantur prophetæ, XIII, 232, 1, 2. Ænigmatibus gaudebant prisci, V, 29, 2. Ænigma solis, VII, 41, 2. Temporis, VII, 129, 1. Ænigmata senectutis, et quot sint, 379, 2. Ænigma quoddam hebraicum de voce viros et mulieres significante, X, 9, 1. Aliud de anno lunari, 394, 2. De die ac nocte, *ibid.* De nive, 402, 2; 407, 1. De glacie, 409, 1. De mente, X, 559, 2; XX, 88, 2. Ænigma cordis a dæmone procusum, VI, 200, 1. Ænigma quoddam Bononiense, XI, 80, 1. Ænigma de flore hyacintho, 81, 1. Sphingis de homine, *ibid.* et XIV, 268, 1. Ænigma sophistæ Ægyptii, *ibid.* Ænigma de littera, XII, 256, 1. De die ac nocte, 172, 2. Ænigma de Deo Patre, XIII, 92, 1, 2. Ænigma de somnio, 18, 2. Ænigmata e minoribus prophetis simul collecta, 265, 1, 2. Ænigmata Evangelica omnia enumerantur, XV, 45, 1 et seq. Ænigmata varia Ausonii et Thaletis, V, 29, 2. Ænigmata septem Ven. Bedæ, 507, 1.

ÆQUITAS. Æquitas, judicium et justitia qui differant, V, 21, 1, 2: *Ad suscipiendam... justitiam, et judicium et æquitatem.* Sæpe idem sunt, *ibid.* et seqq. Æquus quis dicatur, XIX, 214, 2: *Oportet episcopum esse... non percussorem, modestum* (græce *æquum*). Æquitas divina justitiæ suæ nullam præter seipsam, rationem habet, XII, 637, 2: *Numquid via mea non est æqua?* Æquitas propria sapientiæ dos est, V, 211, 1: *Meum est consilium et æquitas.* Æquitatis symbolum, et hieroglyphicum apud Romanos quid esset, XIII, 73, 1: *Appensus es in statera.* Æquitas in judicando servanda est, XIX, 249, 1: *Hæc custodias.... nihil faciens in alteram partem judicando.* Ipsa est in omni re, tam in judicio quam in distributione onerum et bonorum servanda, V, 312, 1: *Statera dolosa abominatio apud Deum, et pondus æquum, voluntas ejus.* Æquitas ponderum et mensurarum esse debet cordi principibus et magistratibus, XII, 843, 1: *Statera justa, et ephi justum, et batus justus erit vobis.*

AER, ÆTHER. Aer interdum per cœlos intelligitur, XI, 448, 2; XVIII, 500, 2. Aer initio mundi non fuit creatus purus, IX, 621, 2. Aer pellucidus et luce splendidus apparet candidus, IV, 361, 2. Aeris rubor vespere indicat nubes esse raras, ideoque noctu dissipandas, ac consequenter mane fore serenum, XV, 361, 1 et seqq. Aeris quanta in inferiora sit vis, XX, 484, 1. Est in montibus purior, in vallibus impurior, 191, 2.. Aer dat sanitatem vel morbum, XXI, 196, 1. Æther quid proprie dicatur, V, 235, 1. Æther est ignis non elementaris, sed cœlestis, X, 393, 1. Ætheris miracula, V, 235, 1. In aere equites visi et armorum sonitus aliaque signa belli prognostica, IV, 518, 1, 2. Quomodo in eo laudetur Deus, V, 239, 2.

Aer usque in diem judicii plenus est dæmonibus, XVIII, 600, 2; 674, 2; XX, 391, 2; 444, 2. Quis sit princeps aeris, XVIII, 600, 2. In aere condensato, varia potest dæmon repræsentare, XV, 126, 1. Per aera raptatus est Christus a diabolo in pinnaculum templi, 125, 1. Aerem verberare est frustra laborare, XVIII, 335, 1.

ÆSOPUS. Æsopus quando vixerit, IX, 385, 1, 2; X, 42, 2. Unde dictus Æsopus, IX, 385, 2. Rogatus quo iret, respondit se nescire, VI, 74, 1; X, 314, 2. Quid responderit Soloni Crœsum redarguenti, IX, 385, 2. Cui Nectenabum regem cum suis assimilarit, XI, 548, 1. Quæ Enno filio præcepta vitæ dederit, X, 5, 2. Ejus nex et vindicta apud Delphios, X, 224, 1. Æsopi elogium, IX, 25, 2.

ÆTAS. Ætas in Scriptura varie capitur, XII, 459, 2. Ætas hominis post diluvium paulatim accisa et imminuta est, IX, 477, 1. Ætas hominis quanta Davidis ac Moysis tempore, *Psalm.* II, 107. Ætas integra et dimidia hominis quæ sit, XIV, 242, 1. Ætatis cuique tempus est a Deo assignatum, XVII, 329, 1. Ætas humana cito labitur et transit, VI, 451, 2. Ætatum quatuor hominum symbola, VI, 437, 2. Ætatum singularum proprii affectus, IX, 205, 1.

Ætas maturior aut junior, in morum severitate aut levitate sita, XIX, 246, 1.

Ætate quavis semper bene agendum, VII, 373, 1. Ætas quælibet ad Deo serviendum apta est, XVI, 188, 1. Ætas mystica virtutis, et virtute præditi, IX, 69, 2. Ætas tenera flectenda est, non senilis, X, 94, 1. Ætas juvenilis flori comparatur, XX, 47, 1. Ætas puerilis disciplinæ est capax, VI, 31. 1. Ætas senilis velut corona est, V, 513, 1. Quo magis ætate crescimus, eo beatitudini fimus propiores, XVIII, 224, 2. Ætates sex mundi, XX, 352, 1.

ÆTERNITAS, ÆTERNUM. I. QUID SIT ÆTERNITAS, II, 189, 1, 2; XVIII, 115, 2: — *Gratia autem Dei vita æterna.* Æternitas qualis, *Job*, 689, 2; 690 1: *Numerus annorum ejus inæstimabilis.* Æternitatis definitio, et etyma, X, 118, 2: *Erit illi gloria æterna.* Ipsa quid sit, quomodo sit objectum in quod Deus inspicit, X, 380, 1. Quod sit æternitatis hodie, XIX, 356, 1: *Ego hodie genui te.* Est ipsa incomprehensibilis, XVI, 295, 2: *In principio erat Verbum.* Ejus concipiendæ modus, IX, 504, 1: *Numerus dierum hominum ut multum centum anni, quasi gutta aquæ maris deputati sunt, et sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die ævi.* Æternitatem quomodo imaginemur, XX, 494, 2: *Ipsi gloria et nunc et in diem æternitatis.* Æternitatem concipimus velut ingentem, sed definitum annorum numerum, XIV, 97, 2: *Ambulabimus in nomine Domini in æternum et ultra.* Non habet finem aut principium, XIV, 118, 2: *Egressus ejus a diebus æternitatis.* Est duratio quæ nullum habet terminum, 253, 1: *Incurvati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis ejus.* Est initium sine initio, XVI, 295, 2; XX, 506, 1. *Quod fuit ab initio.* Æternitati cur detur principium, *ibid.* Æternitas est quasi punctum indivisibile, semper durat unum idemque, VI, 231, 2: *Ante colles ego parturiebar.* Æternitatis longitudo, I, 570, 2: *Dominus regnabit in æternum et ultra*, IV, 503, 2. Ejus descriptio, XIV, 619, 2. Æternitatis conditiones, XI, 458, 1. Æternitatis symbola, XII, 510, 2. Repræsentatur per rotas currus Dei triumphantis, *ibid.* Æternitatis symbolum est oliva, XXI, 226, 2.

Æternitas soli Deo convenit, V, 87, 1: *Longitudo dierum in dextera ejus*, Job, 247, 2: *Numquid sicut dies hominis dies tui.* Separat Deum ab omni re creata, IX, 629, 1: *Ab initio et ante sæcula creata sum.* Deus est ipsa æternitas in se, XIV, 254, 2. Æternitas est intrinseca mensura vitæ et existentiæ divinæ, XIV, 118, 2. Durationem et quasi ætatem Dei quæ infinito tempore eo extenditur, colligit in momentum, *ibid.* Ejus origo est immutabilitas Dei, *ibid.* Æternitas Dei, XVI, 455, 2: *Antequam Abraham fieret, ego sum.*

Æternum quomodo interdum Scriptura accipiat, I, 28, 2: XIV, 2, 1; XIX, 352, 1, 2. Æternum Hebræis significat, quod in genere suo magnum est, item et misericordem, XIV, 212, 2: *Numquid non tu a principio, Domine?* Æternum quandoque non absolutam perpetuitatem, sed respectivam et limitatam significat, IV, 422, 1: *David consecutus est sedem regni in sæcula.*

Ævum, tempus, æternitas comparantur, I, 458, 2, *Ego sum qui sum.* Æternitatis et ævi distinctio, Ævum unde dicatur, X, 53, 1: *Et est ante ævum*, X, 118, 2; 504, 1. Ævum habet principium, sed caret fine, XIV, 188, 2.

Æternitas est causa et origo omnium temporum et sæculorum, XIV, 118, 2; 353, 2. Æternitas temporum quæ sit, *ibid.* Æternitas est axis sæculorum et centrum temporum, X, 312, 1: *A sæculo enim usque in sæculum respicit*, XIV, 253, 2. Ambit omnia tempora instar circuli, XIX, 276, 1: *Quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia.* Non ambit totum tempus toti tempori simul coexistendo, IX, 57, 2: *Et intellectus prudentiæ ab ævo.* Æternitas Dei temporibus omnibus dominatur, XXI, 216, 2: *Et juravit per Viventem in sæcula sæculorum.* Æternitas temporum est durans, XX, 479, 1: *Unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus.*

An æternitatem suam ante mundum habuerint angeli, XIX, 320, 2. *Quam promisit Deus.... ante tempora sæcularia.* Æternitas est in rebus animatis vitæ perpetuitas, V, 87, 1. Æternitas Dei et sanctorum quam sit longa, XX, 480, 2: *Ante omne sæculum, et in omnia sæcula sæculorum.* Ævum sanctum est sæculum futurum, non præsens, IX, 667, 1: *Et non desinam in progenies illorum usque in ævum sanctum.* Ævum pene quoddam æternum sequetur post finem temporis, id est post mundi consummationem, XXI, 216, 2: *Tempus non erit amplius.* Æternitas pœnarum infernalium, XI, 362, 1: *Et post multos dies visitabuntur*, 441, 2: *Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* XVI, 226, 2: *Et in his omnibus, inter nos et vos chaos magnum firmatum est.*

II. ÆTERNITATIS MEDITATIO QUAM UTILIS. — Ipsa æternitas est radix justorum, V, 348, 1: *Radix justorum non commovebitur.* Rerum contrariis constat æternitas, X, 178, 1. *Et sic intuere in opera Altissimi. Duo et duo, et unum contra unum.* Æterna sunt singula quæ operamur, 183, 1: *In omnibus operibus tuis præcellens esto.* Æternitas pendet a momento, XVIII, 577, 2: *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum.* Æternitas felix est finis omnis sapientiæ et virtutis, X, 570, 1: *Dabit vobis mercedem suam in tempore suo.* Ejus crebra meditatio stimulus est ad virtutem, XVI, 519, 2: *Et scio quia mandatum ejus vita æterna est.* Æternitatis est utilis consideratio, *Job*, 276, 1. Ejus memoria efficax, XI, 768, 1, 2; 769, 1, 2: *Vermis eorum non morietur.* Æterna semper præ oculis habenda, X, 570, 2; 571, 1. Æternitas præ oculis habenda peccantibus. IX, 238, 2: *Vindicta carnis impii, ignis et vermis.* Æternitati debemus operari, X, 183, 1. Æternorum recta intentio, studiosa meditatio, limpida contemplatio, charitativa affec-

tio, occulta revelatio, experimentalis quædam prægustatio, meritoria operatio, sunt septem mystica itinera æternitatis, ad ingrediendum intrinsecum secretum et æternum, XIV, 255, 1, 2. Ad æternitatem quomodo suspirandum, I, 763, 1.

ÆTHIOPES, ÆTHIOPIA. Æthiopia Scripturæ nota, fuit pars Arabiæ, XV, 72, 1. Sita est trans Ægyptum, XIV, 293, 2. Vicina et adjacens est Alexandriæ, XIV, 193, 1. — Æthiopia Africana duplex est, XIV, 292, 2. Unde sic dicta, *ibid.* Æthiops, Vulcani filius, Æthiopiam denominavit, XIV, 304, 2. Æthiopes duplices, Orientales, scilicet Madianitæ; et Occidentales, scilicet Abyssini, 256, 1. Æthiopia est terra cymbali alarum, XI, 310, 1, 2. Cur cymbalo alarum assimiletur, *ibid.*, et 311, 1. Cur Æthiopes muscis comparantur, 310, 1. Quomodo sunt populus post quem non est alius, 311, 2; 312, 1. Quomodo dicatur gens expectans, *ibid.*

Æthiopia fecunda est hominum, XXI, 210, 2. Æthiopes olim regebantur a feminis, XVII, 204, 1. Suas copias in Ægyptum mittebant, XI, 311, 1. Æthiopes Judæis amici, 310, 1. Magnam habebant cum Judæis familiaritatem et in religione consensionem, XVII, 203, 2. Æthiopes Judæis ob coloris differentiam et singularitatem quasi quid rarum et mirabile, in pretio et deliciis fuere, XIII, 640, 1. Æthiopis quando infesta fuerit Judæis, XIV, 293. 2. Æthiopum clades, XI, 313, 1, 2. Æthiopiam vastavit Nabuchodonosor post excisam Judæam, item Cyrus et Cambyses, XIV, 293, 2.

Æthiopes unde hauserint notitiam Dei, XV, 513, 2. Quomodo Deum vocent, XIX, 500, 2. A quibus ad fidem Christi conversi, XI, 313, 2; XVII, 203, 2 et seq. Apud eos mire floruit christianismus, XI, 313, 2. Æthiopes recens baptizatis dant lac et mel, 204, 2. Recens baptizatis dant Eucharistiam, XIV, 474, 2. Sexta Januarii aquis se immergunt in memoriam baptismi Christi, XV, 110, 1.

Æthiops pro improbo aliquando capitur, XII, 264, 1. Æthiopes sunt symbolum servitutis, ac olim a Noe servituti addicti, XIII 640, 1. Iis cur assimilentur Israelitæ, *ibid.*, 2. Æthiopem lavare qui dicantur, *ibid.* Æthiopes typi sunt dæmonum et impiorum, XIV, 256, 1. Æthiopis forma dæmon sæpe sanctis viris apparuit, XIV, 293, 1. Æthiopes tamen dæmones et Judam pingunt albos; sanctos vero et angelos pingunt nigros, quia suus ipsis placet color, *ibid.* et VII, 493, 1.

AFFECTIONES, AFFECTUS. I. Affectuum definitio et divisio. — Affectuum diversitas in homine, XX, 43, 2 : *Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.* Tres eorum pro objecto habent bonum, alii tres qui habent malum 14, 2 : *Omne gaudium existimate.* Affectus hominis est finitus et limitatus, IX, 192, 2: *Consiliarius sit tibi unus de mille.* Affectus sunt pedes mentis, XVIII, 680, 2 : *Et calceati pedes in præparatione Evangelii.* Per renes denotantur, VI, 193, 2 : *Et exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia mea.* Affectus per renes significantur, cogitationes per cor, *Psalm.* I, 78, 2 : *Insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.*

III. AMORIS PROXIMI PROPRIETATES, CONDITIONES, EFFECTUS. — Charitatem qualem erga se invicem habere debent christiani, XX, 355, 1 : *Ante omnia, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes.* Qualis illa esse debeat, XVIII, 209, 1. Ejus bases quinque, XIII, 545, 1, 2. Ejus conditiones septem, *ibid.*, 2 : *Dilectio sine simulatione.*

1° Debet esse ut dilectio Christi erga nos, XVI, 536, 1 : *Sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem.* Atque hæc nobis esse debet ceu stimulus ad invicem diligendum, 536, 2. Cur dilectio christianorum summa esse debeat, 535, 2.

2° Dilectio nostra quomodo debeat se extendere, XX, 270, 2 : *In fraternitatis amore simplici ex corde invicem diligite attentius.* Erga omnes homines se extendat, VI, 180, 2. Jubet diligi amicos et inimicos, IX, 676, 1; XV, 176, 2; XVI, 567, 2 : *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* Charitas perficitur dilectione inimicorum, XX, 595, 2. In amore servandus est ordo charitatis, XVI, 151, 1 : *Quis est meus proximus?* Meliores semper præponit in affectu, sed non in actu, VII, 561, 1. Charitas justorum quam sit ampla, V, 531, 1 : *Os justorum liberabit eos. Vide* INIMICORUM DILECTIO, INJURIARUM CONDONATIO.

3° Non respicit quæ sua sunt, IX, 473, 2; XVIII, 381, 1. Ea reddit cultores servos ob obsequia, XVIII, 565, 1 : *Per charitatis spiritum servile invicem.* Amor proximi debet esse non mercenarius, sed gratuitus, V, 543, 2. *Omni tempore diligit, qui amicus est.*

4° Charitas proximi sit realis et operosa, non verbalis, XX, 579, 2 : *Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere.*

5° Charitas perfecta nihil non in amico tolerat, IX, 590, 2. *Non agit perperam,* XVIII, 381, 1, 2. Nihil putat vile aut indecorum, *ibid.* Cum videt proximum recte vivere, non invidet, sed quasi de augmento proprio profectus gaudet, *ibid.* Omnia suffert et credit, *ibid.* Est patiens, quia patientiam parit, *ibid.* Charitas delicta excusat et celat, et lites fugit, V, 287, 2 : *Universa delicta operit charitas,* XX, 320, 2. Mutuas offensas remittit, 356, 2, 357, 1. Offensas præsentes et futuras etiam abolet, 358, 2. Ejus lex impletur portando onera proximi, XVIII, 574, 2 : *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.* Est mater concordiæ, IX, 670, 1.

6° Charitas in correptione peccantis requiritur, XV, 407, 1 : *Si autem in te peccaverit frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum.* Illa sola movere nos debet ad proximum corripiendum, XVIII, 571, 2 : *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto.... hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Vulnerat ut medetur, VI, 332, 1. Quis amor absconditus dicatur, 330, 2 : *Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus.* Charitas perfecta consistit in animarum conversione, XX, 227, 2 : *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ.* Ea tamen debet esse circumspecta, 687, 1. Amor ingeniosus miros excogitat modos ad animas salvandas, V, 108, 1.

IV. CHARITATIS PROXIMI EXCELLENTIA ET FRUCTUS. — Charitatis actus nobiliores sunt actibus religionis, XIII, 369, 2. Virtutibus omnibus coronatur, XVIII, 382, 1. Est spiritus et anima Ecclesiæ, 636, 2 et seq. Fidelium vinculum est, XIV, 353, 1. Est unio membrorum Ecclesiæ, XVIII, 636, 1 Est compago membrorum Ecclesiæ et Christi, XX, 359, 1. Dilectio hominum provocat dilectionem Dei erga nos, XVI, 563, 2. Amor fraternus

peccatum erat sacrilegium, *ibid.* Quomodo sint mortui, 147, 2. An sint damnati, et cur occisi, *ibid.*

ANATHEMA. Anathema quid sit, II, 187, 1. Apud Hebræos erat triplex, 304, 1. Anathema est res quæ cum execratione separatur et destinatur ad extremum exitium, XVIII, 417, 2. Quinam dicerentur anathemata gentibus, 284, 1. Anathemata in templis dicanda Deo, III, 38, 1, 2. Anathematis impiorum et beatorum quæ sit differentia, XIV, 619, 1.

ANAXAGORAS. Anaxagoras dixit solem esse lapidem ardentem, et ideo exsilio est mulctatus, X, 392, 2; XIV, 607, 2. Dei creatoris fuit assertor, IX, 4, 2. Filii mortem generose tulit, X, 348, 1; XII, 165, 1.

ANCILLA. Ancillæ moratæ decus sunt dominarum, IX, 242, 1. Ancilla alienæ uxoris non est scrutanda, nec sollicitanda, X, 362, 1. Ancillæ quasi filiæ tractandæ ab hera, XIX, 289, 2. Ancillæ etiam Spiritum sanctum accipiunt, XIII, 508, 1. 2. Ancillas honoratas vocant Itali *Cameriere*, IV, 334, 1. Ancilla dominam subvertens res est intolerabilis, VI, 457, 2. Ancillarum convicia dominis objecta quantum has excrucient, IV, 280, 1, 2. Ancillæ quibus comitata Esther Darium iratum accessit, mystice quæ, IV, 400, 1. Ancillæ missæ a sapientia ut vocarent ad arcem, sunt diversæ facultates, quæ in academia arcis Sion tradebantur, V, 246, 1. Quæ sint ancillæ ejus missæ ad invitandum omnes ad ipsius convivium, 254. 1.

ANDREAS (S.). S. Andreas quando et quomodo a Christo vocatus sit, XV, 131, 2 et seqq. Quid nomen ejus sonet, 132, 1; 256, 2. Quam ardenter Christum audierit, XVI, 320, 1. Etiam fratrem suum Simonem ad eum adducit, 320, 2. An fuerit eo senior, incertum, *ibid.* Exarsit desiderio videndi Messiam, *ibid.* Maximæ inter reliquos Apostolos erat auctoritatis, 508, 1. Quale pascha quotidie celebrarit, XVIII, 289, 2. Quotidie missam celebrabat, XXI, 125, 2. S. Andreas sapphiro assimilatur, ejus sapientia, 385, 2. Ejusdem charitas, *ibid.* Terrenorum contemptus et fortitudo, 386, 1. Crucem ardenti animo concupivit, XII, 571, 1; XVI, 183, 2; 648, 1; XVIII, 534, 1; XXI, 385, 2. Visa cruce exultavit, XXI, 55, 1, et seq. Ejus elogium, XV, 256, 2. Ejus typus fuit Nephthali, XXI. 397, 1. Quando mortuus, XVII, 6, 2.

ANGELI. I. ANGELORUM NATURA, CREATIO, NUMERUS, HIERARCHIÆ, NOMINA, FIGURÆ.

1° Angeli non sunt corporei, IX, 236, 2. Quomodo dicuntur spiritus, XIX, 359, 1 et seq.: *Qui facit angelos suos spiritus.* Angelica natura qualis, *Job*, 115, 2. Angelus idem est quod angarus, per commutationem litteræ in *l*, XV, 173, 2. Eorum natura describitur, XIII, 93, 2.

2° Angeli quo die creati sunt, I, 46, 1. Cur creationis eorum non fiat mentio in Genesi, *ibid.* Angeli non multis sæculis ante mundi creationem, sed cum mundo creati sunt, IX, 56, 1. Non redemerunt nec crearunt mundum, XIX, 76, 1: *In ipso condita sunt universa*, 320, 2. Conditi sunt non in cœlo empyreo, sed in firmamento, XI, 288, 2; XX, 445, 2. An in sua creatione jussi sint adorare Christum, XIX, 358, 1. *Et cum iterum introducit primogenitum.... dicit: Et adorent eum angeli ejus.* Sunt creaturæ et quasi filii Dei, IV, 296, 1. Angeli boni vel mali non fuere filii Dei qui genuere gigantes, X, 440, 1.

3° Angeli sunt innumeri, superantque numerum hominum omnium, XV, 579, 2: *An putas quia non possum rogare Patrem meum et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum.* Eorum ingens multitudo, XIII, 93, 2; XXI, 243, 1: *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei.* Eorum multitudine, fortitudine, gloria, Dei majestas repræsentatur, XXI, 103, 2.

4° Angelorum variæ hierarchiæ et ordines, IV, 282, 1: *Missus est angelus Domini sanctus Raphaël*, XVIII, 596, 2: *Constituens* (Christum) *supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem*, etc. Inferiores illuminat Deus per superiores, XIX, 364, 2. Angelorum inferiorum a superioribus illuminationes et allocutiones, XIII, 107, 1: *Et audivi unum de sanctis alteri nescio cui loquenti.* Mirus in cœlo est eorum ordo, XIX, 84, 2: *Gaudens et videns ordinem vestrum.* (*Vide* ARCHANGELUS, CHERUBIM, SERAPHIM.)

5° Angelorum nomina an sint plura quam illa tria Michaël, Gabriel, Raphaël, IV, 263, 1; XII, 478, 1; XVI, 14, 2. Angelorum nomina quæ adjudicat Ecclesia, XXI, 21, 1, 2. In se non habent nomina, sed ea sortiuntur ratione ministerii quod inter homines habeant, IV, 289, 2. Eorum nomina quædam, gradus et distinctiones hic incognita, nobis in cœlo revelabuntur, XVIII, 597, 1: *Constituens.... super omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.* Angeli cur vocentur filii Dei, *Job*, 21, 2; 710, 1. Cur angelus aliquando vocetur Deus, XIV, 383, 2: *Et dixit Dominus ad Satan.* Cur angeli vocentur *Elohim*, XVI, 480, 2: *Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi: Dii estis*; Psalm. I, 45, 2. Angelus mortis in Scriptura dæmonem significat, V, 498, 1. Per angelos pacis quinam intelligantur, XI, 439, 2. Angelus vocatur vigil ob quatuor causas, XIII, 57, 1. Cur angeli vocentur oculi, XIV, 390, 1. Angeli quatuor tutores Jerusalem et Judææ cur vocentur fabri, XIV, 369, 2. Per angelos pacis quinam intelligantur, XI, 439, 2.

6° Cur pingantur angeli nudipedes, I, 455, 1; XVIII, 689, 2. Cur pingantur alati, VIII, 111, 1. Symbolice sunt nubes, XVI, 574, 2. Cur dicantur esse in nubibus, *Psalm.* II, 94, 1. Montibus comparantur, VII, 571, 2. Et ventis, XIII, 86, 1; *Psalm.* II, 297, 2. Optime depinguntur quasi fulgura, XIII, 139, 1, 2. Sunt vineæ florentes, VII, 586, 1. Sunt

quasi figurati, 512, 1. Sodales Christi, quo pacto, 506, 2. Lucernis assimilantur, XIV, 398, 1. Dici possunt piscatores et venatores, dum in fine mundi ossa sanctorum e sepulcris colligent, XII, 134, 2. Angelorum quatuor exercitus an in curru Cherubim exprimantur, 498, 2. Ii habent pedes rectos, tres ob causas, 483, 2. Sunt cœmentarii templi, 783, 2. Eorum symbola sunt ignis, lampades, stellæ, fulgura, XIV, 408, 1. Per aquilam denotantur, XV, 512, 1. Significantur per aves cœli, *Psalm.* I, 45, 2. Sunt quasi cursus triumphalis Dei, XVIII, 626, 1, 2. Angeli aurigæ currus Dei, *Psalm.* I, 95, 1. Angelus in Scriptura est symbolum principii et regni, XIII, 728, 1. Eorum, Adami et Christi dependentia, XVIII, 598, 1.

II. De attributis angelorum. 1° *De statu gratiæ in quo creati sunt.* Creati sunt in gratia, XII, 708, 2; 709, 2: *Tu Cherub extentus, posui te in monte sancto Dei... Perfectus in viis a die conditionis tuæ.* An eis Christus meruerit gratiam, XVIII, 597, 2: *Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam.* Est eis data gratia et gloria secundum naturam, XV, 530, 1: *Et uni dedit quinque talenta.... unicuique secundum propriam virtutem.* An suam gloriam et gratiam meritis Christi attribuant, XX, 256, 1, 2. *In quem desiderant angeli prospicere,* 344, 1: *Profectus in cœlum, subjectis sibi angelis.* An pro eis etiam mortuus sit Christus, XIX, 370, 1: *Videmus Jesum gloria et honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* Angelos sua morte non redemit Christus, XXI, 109, 1. A Christo sanctificari potuerunt, XIX, 372, 2: *Qui enim sanctificat et qui sanctificantur, ex uno omnes.* Sunt per merita Christi justificati, XVIII, 103, 2: *Ita per unius obeditionem justi constituentur multi.* Eorum gratiam potuit Deus propter Christum intendere, 597, 2. An adhuc incerti sint de sua salute et beatitudine, XIV, 128, 1: *Audiant colles vocem tuam.... Audiant montes judicium Domini.* In statu viæ exercuerunt plures operationes bonas et meritorias, XII, 709, 2. Non proficiunt in merito et præmio, X, 319, 1: *Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, et in furore suo confirmaverunt tormenta sua.* Omnes sunt beati et impeccabiles, XV, 403, 1: *Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei.* Sua sorte contenti sunt, IX, 491, 1. Angeli non alterantur, X, 32, 2. Quando mutari dicuntur, VII, 145, 2: *Didici quod omnia opera quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum.* Non sunt mundi cum Deo comparati, *Job*, 340, 1: *Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis et cœli non sunt mundi in conspectu ejus.*

2° *De intellectiva potentia angelorum.* Eorum scientia et perspicacitas, XIV, 283, 1: *Scrutabor Jerusalem in lucernis,* XXI, 109, 2: *Quatuor animalia plena oculis ante et retro.* Toti sunt intelligentes et lucidi, XX, 66, 1: *Omne datum optimum descendens a Patre luminum.* Dei essentiam et divinitatem plene pernoscere non possunt, X, 420, 1, 2: *Gloriantes ad quid valebimus: ipse enim omnipotens super omnia opera sua.* Naturaliter nequeunt hominum cogitationes vel intentiones nosse, nisi signo aut voce prodantur, XII, 141, 1: *Est cor hominis inscrutabile.* Ignorant secreta cordium et conscientiarum, XXI, 164, 1, 2. Quomodo gentium vocationem ignoraverunt, XVIII, 613, 2. Quomodo ab hominibus et Ecclesia illuminentur, 613, 1: *Et innotescat principatibus et potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.* An didicerint a S. Joanne secreta Verbi incarnati, XVI, 288, 1. An cognoverint Christum esse regem gloriæ, 23, 8: *Quis est iste rex gloriæ.* Multa a S. Joanne didicerunt, XX, 499, 2. Prædicantibus apostolis, innotuerunt eis multæ mysteriorum circumstantiæ, causæ, species, effectus, modi, XVIII, 613, 1.

3° *Eorum vis, agilitas, activitas, subtilitas,* XIV, 283, 1; XIX, 359, 2. Eorum perennitas et velocitas quanta, XIII, 193, 2: *Apprehendit eum angelus, posuitque eum in Babylone.* Nequeunt quid pati, XX, 19, 2. Nunquam fatigantur, *Psalm.* II, 192, 1. Eorum voluntas quomodo sit inflexibilis, XX, 443, 1. Angelus est invincibilis, IV, 547, 1: *Convaluerunt animis non solum homines,* etc. Ei nihil est impenetrabile, nihil impossibile, *ibid.*

4° *Angelorum relationes ad invicem.* Mira inter eos est concordia, IX, 471, 1, 2. Quomodo invicem concordes sint, et tamen interdum a se mutuo dissentiant, XIII, 142, 1: *Princeps autem Persarum restitit mihi.* Invicem nihil naturale celare possunt, sed tantum quod liberum est, XVIII, 378, 2: *Si linguis hominum loquar et angelorum.* Quomodo loquantur ad invicem, XX, 74, 1; XXI, 359, 1. Uno verbo tantum dicunt, quantum homines mille, V, 296, 2: *Qui moderatur labia sua prudentissimus est.*

III. De statu angelorum relative ad Deum. 1° *Angeli distinguuntur inter assistentes et ministrantes,* IV, 306, 2: *Ego enim sum Raphaël... unus ex septem qui astamus ante Dominum,* XI, 177, 2: *Et volavit ad me unus de Seraphim,* XIII, 93, 2. Angelos in cœlo præcedet Ecclesia, et B. Virgo, *Psalm.* I, 297, 1: *Astitit regina a dextris tuis.* Angeli astant Deo septupliciter, IV, 306, 1. Angeli Deo astantes cur modo dicantur quatuor, modo septem, XII, 503, 2. Existentes in terra etiam astant Deo, XVI, 12, 2: *Ego sum Gabriel qui asto ante Deum.* Angeli stando, assistunt sanctæ Trinitati, IX, 624, 1.

2° *Semper Deum vident facie ad faciem,* XV, 404, 1. Etiam dum cœlo exeunt, *ibid.* Cum Deum vident, non rapiuntur, XVIII, 499, 2. In solum Deum intenti sunt, V, 256, 2. Deum contemplantur admirantes, et admirando ejus dulcedine et bonitate perfruuntur, XVI, 34, 2: *Et exultavit spiritus meus.* Mire delectantur visione humanitatis Christi, XX, 255, 2. Angelorum cibus Deus est, IV, 307, 1, 2: *Ego cibo invisibili.... utor.*

3° *Angelorum assistentium quod sit officium,*

XXI, 111, 1, 2 : *Requiem non habebant die ac nocte, dicentes : Sanctus, Sanctus.* Angeli ad laudandum Deum maxime idonei, *Psalm.* II, 181, 1 : *Benedicite Domino , omnes angeli ejus.* Angeli semper laudant et glorificant Deum, XI, 273, 2. Exiliter tantum laudant et glorificant Deum, V, 216, 2. Laudant mysterium incarnationis, *Job*, 710, 2 : *Cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei.* Quomodo Deum orent et adorent, X, 550, 2. Coram Deo contremiscunt, IX, 467, 2 : *Ecce cœlum, et cœli cœlorum... in conspectu illius commovebuntur.*

4° *Angeli sunt Dei ministri*, XIV, 408, 1 : *Septem isti oculi sunt Domini*, XIX, 362, 2 : *Nonne omnes sunt administratorii spiritus.* Eorum officium est servire Deo, IX, 152, 2. Eorum est mitti, XXI, 19, 1. Angelos ab initio mundi fuisse divinæ providentiæ administros et executores probatur, VII, 203, 1 : *Ne dicas coram angelo : Non est providentia.* Sunt administri divinæ justitiæ, X, 318, 2 : *Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt.* Per eos omnia sua judicia exercet Deus, XXI, 337, 2 et seq. Angeli assistentes an ministrantes mittuntur, XIX, 363, 2. Assistentes rarius mittuntur, 364, 2. Quid sit eos mitti, 362, 2. Quomodo assistant Deo, et quomodo sint in loco, *Job*, 22, 1, 2. Sunt legati Dei, XIV, 6, 2 : *Legatum ad gentes misit.* Eorum celer obedientia ad nutum Dei, XII, 493, 2 : *Cum fieret vox... stabant et submittebant alas suas.* Voluntati Dei plenissime obediunt, XV, 189, 2 : *Fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra*, XX, 260, 2 : *Quasi filii obedientiæ.* Nunquam desunt officio suo, *Psalm.* II, 192, 1.

5° *Sunt subjecti Christo homini*, XVIII, 597, 1 : *Omnia subjecit sub pedibus ejus.* Parent Christo ad nutum, quia ipse est eorum Dominus, XVI, 324, 1, 2 : *Videbitis angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hominis.* Christo tum in passione, tum alias, sæpe ministrarunt, XIV, 332, 1. Angelos omnes obsequentes habuit, XV, 124, 1 : *Angelis suis mandavit de te, et in manibus suis tollent te.* Ei in Evangelio subservierunt, XV, 4, 1.

IV. De angelorum potentia ad transeuntes actiones efficiendas. Angelorum mira potentia, *Psalm.* I, 204, 1 : *Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum.*

1° *Angeli annon sint in loco nisi per operationem*, XIV, 65, 2 : *Ecce Dominus egredietur de loco suo.* An ab extremo in extremum transire possint, non transeundo medium, XVIII, 410, 2 : *Surget corpus spiritale.* Angelus in punctum loci se contrahit, XIII, 219, 1. Omnia corpora pervadunt et penetrant angeli, XVI, 15, 2 : *Et ingressus angelus ad eam, dixit.*

2° *Quomodo appareant hominibus*, XVIII, 494, 1 : *Ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis.* Cur cum careant manibus, eæ tamen iis attribuantur, XV, 124, 1. Quamlibet formam induere possunt, XIV, 363, 1 : *Et ecce vir.... et ipse stabat inter myrteta.* Angeli apparentes in corporibus qualia assumant corpora, I, 221, 2. Eorum nulli incarnati fuere, XIV, 585, 1 : *Ecce ego mitto angelum meum.* Eos an fuerit possibile carnem assumere, 547, 1. An desiderant unionem hypostaticam Christi cum angelica natura, XX, 256, 1 : *In quem desiderant angeli prospicere.* Quomodo fiant semi-homines, XIV, 215, 2. An incitantur in libidinem, XVIII, 355, 1 : *Debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos.* Sæpe induunt speciem et personam clientum, XVI, 269, 1. Qualis eorum in assumptis corporibus comestio, I, 222, 2: *Cumque comedissent....* Revera non edunt, etsi edere videantur, XVI, 282, 1. Quomodo loquantur, XVIII, 378, 1 : *Si linguis hominum loquar et angelorum.* An quisque linguam propriam habeat, an mentiri sua natura possunt, *ibid.* et 2. Angeli loquuntur homini in phantasia per motum humorum et spirituum animalium, XIII, 246, 1. Angelus loquebatur per os asinæ Balaam, XX, 462, 1 et seqq.: *Correptionem habuit suæ vesaniæ, subjugale mutum animal hominis voce loquens.* Multa audiunt et pauca loquuntur, XVIII, 114, 1. In cœlo assument corpora speciosa ex æthere quibus pascant oculos beatorum, XI, 453, 1, 2. Id probatur quinque argumentis, *ibid.*

3° *Angeli præsunt orbibus cœlestibus*, IX, 471, 1. Stellas movent et dirigunt, X, 398, 2 : *Species cœli gloria stellarum.* Præsunt planetis septem, XXI, 19, 1 : *Et a septem spiritibus qui in conspectu throni ejus sunt.* Angeli boni abstinent maledicentia, XX, 455, 2; 456, 1 : *Ubi angeli fortitudine et virtute cum sint majores, non portant adversum se execrabile judicium.* Angeli singuli præsunt elementis singulis, XXI, 298, 2 : *Et audivi angelum aquarum.* Cœli portas custodiunt, ne quis immundus illuc penetret, XXI, 374, 1; 412, 1, 2.

4° *Per eos Deus orbem moderatur*, XXI, 162, 2 : *Post hæc vidi quatuor angelos... tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent...* Eorum magna vis et potentia est in omnes reges et regna, XIV, 370, 1. Eorum conspectus quam olim esset terribilis, *ibid.* Per se non possunt edere miracula, IX, 483, 1 : *In unamquamque gentem præposuit rectorem.* Lapides convertere in panem non possunt subito et immediate, XV, 120, 2. Per eos Deus tempestatem et malorum impetum moderatur, XXI, 162, 2.

V. De angelorum ministeriis circa homines. Angelorum duplex munus, Deum laudare, et salutem hominum curare, XXI, 189, 1 : *Et alius angelus venit et stetit ante altare.* Eorum varia munia octo enumerantur, XV, 403, 1. Varia angelorum circa homines ministeria, *Job*, 22, 2. Eorum munia tria : purgare, illuminare, perficere, XIV, 573, 2; XV, 403, 2.

Angeli ad custodiam gentium et hominum sunt deputati. Angeli tres Hebræorum curam habebant, XIII, 137, 2. Angeli tutelares Judæorum an per quatuor quadrigas denotentur, XIV, 426, 1. Angeli

quatuor tutores Jerusalem et Judææ cur vocentur fabri, XIV, 369, 1. Angeli septem primarii tutores Ecclesiæ sunt, XIV, 390, 2. Quando eorum Scriptura primum meminerit, 391, 1. Hi per septem lampades, sive luminaria, et per septem agni oculos repræsentantur, 408, 1. Angeli tutelares sunt murus igneus Ecclesiæ et quorumdam fidelium, 374, 1. Hi verisimiliter exercent judicium particulare cujusque, 511, 1.

Angeli, id est ultimi ultimæ hierarchiæ, sunt custodes singulorum hominum, IV, 282, 1; XIII, 142, 1. Nonnullis tamen personis eximiis et eminentibus dantur ex ordine archangelorum, XV, 402, 2. Angeli illustriores dati sanctis in virtute progredientibus pro custodia, item prælatis et principibus, XXI, 61, 2 : *Dabo illi stellam matutinam*. Sunt angeli custodes hominum et regionum, *Psalm*. II, 122, 1: *Quoniam angelis suis mandavit de te*. Angelum custodem habet quislibet homo, XVII, 268, 2 : *Dicebant : Angelus ejus est*. Angelos custodes esse singulis hominibus deputatos etiam creditum fuit ævo Tobiæ, IX, 290, 1 : *Angelus ejus comitetur vobiscum*. Quo sensu concives et contribules dici queant, IV, 296, 1. Dantur in custodes hominum, tam infidelibus et improbis quam fidelibus et justis, XV, 402, 2. Mira eorum dignatio qua dignantur hominum curam gerere, IV, 282, 2. Angeli proprii religiosorum et anachoretarum, VII, 202, 2. Angeli custodis officia quinque, I, 623, 2 : *Ecce ego mittam angelum meum qui præcedat te, et custodiat in via et introducet in locum quem paravi. Observa eum et audi vocem ejus, nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaveris, et est nomen meum in illo*. Erga homines sunt benefici, *Job*, 648, 1. Angelus custos cuilibet homini ea beneficia præstat quæ Raphael Tobiæ, IV, 304, 1, 2. Angeli custodes quæ et quanta hominibus præstiterunt, docetur exemplis, *ibid*. Angelorum custodia in nocte qualis, *Job*, 672, 1: *Qui dedit carmina in nocte*. In hominum custodia nec merentur nec demerentur, XIV, 128, 1.

1° *Per eos Deus suos e periculis liberat*, XVII, 266, 2 : *Nunc scio quia Dominus misit angelum suum et eripuit me de manu Herodis*. Præsunt et adsunt angeli sanctis et castis heroica destinantibus, IV, 347, 2 : *Custodivit me angelus ejus, et hinc euntem, et ibi commorantem, et inde huc revertentem*. Sanctos in tormentis corroborant, XIII, 50, 2. Angeli custodes præsunt exercitibus fidelium, I, 623, 2. Suis in bello dant opem et victoriam, XIII, 145, 1.

2° *Per eos Deus docet et illuminat homines*, XXI, 15, 2 : *Mittens per angelum suum servo suo Joanni*. Præceptores sunt hominum, *Job*, 121, 2 : *Voca ergo, si est qui tibi respondeat, et ad aliquem sanctorum convertere*. Multis sanctis apparuere, et eos direxere, præsertim virgines, IV, 347, 2. Quomodo prophetis oracula inspirarunt, XI, 49, 1, 2.

3° *Nos juvant contra dæmones*, XVIII, 675, 2 : *Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo*. Eorum ope vinci possunt dæmones, XXI, 235, 1. Angelorum proprium est extricare, IV, 293, 1 : *Fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum*. Angelus unus vicem exercitus supplet, *Psalm*., I, 204.

4° *Offerunt Deo preces hominum*, XXI, 190, 2 : *Et ascendit fumus incensorum de orationibus in manu angeli coram Deo*. Sæpe in templis vigilare conspecti sunt, XIV, 353, 1. Angeli astant sacrificio et orantibus, IX, 390, 2; XVI, 9, 2 : *Apparuit illi angelus Domini, stans a dextris altaris incensi*. In templo singulorum habitum, gestus et vota explorant, intersunt sacrificio missæ, XVIII, 355, 1, 2. Assistunt sacerdoti celebranti, id variis exemplis probatur, XXI, 183, 2 et seq. Missæ sacrificio assistunt et ministrant, quod exemplis docetur, I, 707, 1; II, 53, 1; 210, 2; X, 543, 2; XV, 651, 1; XX, 257, 1; XXI, 135, 1. Aliquando ministrarunt sanctam Eucharistiam, II, 138, 1; XXI, 189, 1. Inter eos versatur sacerdos, XIV, 387, 1 : *Et custodies atria mea. et dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic assistunt*. Probabile est eos nostras preces perferre ad animas in purgatorio existentes, IV, 564, 2. Angelorum præsentia attentionem et devotionem in oratione conciliat, *Psalm*., II, 409, 1, 2 : *In conspectu angelorum psallam tibi*.

5° *Angelus custos quomodo pro nobis postulet*, XVIII, 141, 2.

6° *Deo jubente, tam puniunt malos, quam præmiant bonos*, XII, 573, 2. Angeli boni etiam nocere possunt, Deo jubente, XXI, 162, 2. Angeli deserunt animam impiam quæ eorum inspirationes neglexit, XII, 327, 1 : *Curavimus Babylonem et non est sanata, derelinquamus eam*.

7° *Inducunt ad pœnitentiam*, Job, 650, 1 : *Respiciet homines et dicet : Peccavi et vere deliqui*. Nos ad Deum convertunt, *Job*, 649, 1 : *Si fuerit pro eo angelus loquens unum de millibus ut annuntiet hominis æquitatem, miserebitur ejus*, etc. Gaudent super pœnitentia peccatoris, V, 414, 2 ; XVI, 204 et seqq. : *Gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente*, 210, 2 et seqq. Eorum vinum sunt lacrymæ pœnitentium, XVIII, 468, 2. Gaudent de hominum commodis et salute, XXI, 135, 1.

8° *Curant parvulos et humiles*, XV, 403, 1, 2. Eorum humilitas et charitas, *ibid*. Intuentur justos in bono, non temerarios, XV, 124, 1. Sunt castitatis amatores et tutores, XIII, 46, 2. Sunt paredri virginum, unde eas a vi et a petulantia tyrannorum defendunt, XVIII, 320, et seqq. Gaudent sanctis colloquiis, V, 297, 1 ; XIV, 311, 1.

9. *Afflictis præsto esse solent*, XIV, 362, 1. Consolantur omnes qui instar Christi fortiter vincunt diabolum, XV, 128, 2.

10° *Animas in cœlum conducunt*, XVI, 221, 2 : *Factum est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis*, XIX, 363, 1. Sunt ductores et recep-

tores animarum sanctarum in cœlum, XXI, 374, 2. Interdum sanctos sepelierunt, X, 279, 1. Peragunt particulare judicium, XVII, 185, 1. Possunt esse simul advocati et judices, XIV, 380, 2.

11° *Angelorum visitationis signum.* Angelo viso, hominem moriturum vulgi opinio apud Hebræos male fundata et falsa, III, 154, 1 : *Heu mi, Domine Deus, quia vidi angelum Domini!* Angeli boni signum est si post se relinquat quietem, mali si horrorem, IV, 306, 2 : *Dixitque eis angelus : Pax vobis, nolite timere.* Dum apparent, animam exhilarant, et gaudio replent, XV, 652, 1, 2, Angeli boni primo terrent, deinde corroborant, XIII, 140, 2; XVI, 9, 2 : *Et Zacharias turbatus est videns*, 64, 2 : *Et timuerunt timore magno.*

12° *Erga angelos custodes officia.* Angelis nostris quid debeamus, XIX, 363, 1. Quomodo iis spectaculum fiamus, XVIII, 282, 2 : *Spectaculum facti sumus mundo et angelis.* In eorum conspectu agimus quidquid agimus, XIII, 94, 1. Ob quos angelos se velare debeant mulieres, XVIII, 355, 1. Sunt omni studio venerandi, *Job*, 122, 1. Venerandi sunt ut æternæ salutis administri, XIX, 94, 1, 2. Cum iis crebro agamus, XV, 404, 1. Sunt in omni periculo et afflictione in auxilium invocandi, 579, 2. Angelorum ope nitantur duces in bello et periculis, I, 506, 2. Est eorum nobis perfectio imitanda, XV, 403, 2. Quam religionem angelorum damnat apostolus, XIX, 93, 2 et seqq. Angelici hæretici ponebant angelos mediatores, 95, 1. Unde illorum origo, *ibid.* Fuerunt hæretici particulares, 96, 1. Angeli non sunt mediatores hominum, 69, 1; 95, 1.

VI. ANGELORUM APPARITIONES QUÆ IN SCRIPTURA REFERUNTUR.— Angeli apparentes Abrahæ quales fuerint, I, 220, 2. Sunt latenter ab hospitalibus hospitii recepti, XIX, 513, 2. Tres significant Christum cum Moyse et Elia, I, 220, 2. Repræsentabant tres SS. Trinitatis personas, XIX, 265,1. Angeli Gabriel et Raphael an ad Sodomam excidendam missi. Repræsentabant hi Dei Filium et Spiritum sanctum, I, 226, 1, 2 et seq. Eorum præsidium circa Jacob et Elisæum, I, 313, 1. Angelus luctans cum Jacob quis fuerit, 314, 2. An bonus Angelus fuerit, *ibid.* Quare cum eo luctaretur, 315, 1. Quid hæc Angeli lucta significarit, *ibid.* De nomine hujus angeli, 317, 2. Quare illud ipse aceat, *ibid.* Angelo quomodo prævaluerit Jacob, XIII, 447, 1. Angelus qui Abrahæ, Isaac, etc. apparuit, fuit typus Christi.

Angelus Moysi apparuit, non Deus, sed tamen in persona Dei, I, 451, 2. Fuit hic angelus Michael, *ibid.* Quis fuerit angelus Hebræorum dux, I, 623,2. De angelo volente Moysem occidere, I, 478, 1, 2. Cur voluerit occidere Moysem, *ibid.* Angelus in corpore humano loquebatur ex propitiatorio, II, 102, 2 ; XIX, 433, 2. Angelus bonus fuit qui pestem populo Israel inflixit, III, 535, 1. 2. Quomodo eam nflixerit, 537, 1. Angelorum dispositio quæ fuerit in danda lege, XVII, 179, 1. Angelus Decalogum immediate toti populo promulgavit, at leges cæremoniales et alias Moysi tradidit, ut is eas populo promulgaret, XVIII, 544, 2. Quis angelus Hebræos in deserto afflixerit, 342, 2. Angelus in columna nubis et ignis castra Hebræorum ducens, quomodo vocetur equus, XIV, 262, 2.

Angelus Mariæ apparens est figura Christi, XI, 232, 1, 2. Angeli percellunt Philistæos et juvant Davidem in prælio, et alios multos, III, 452, 1, 2. Quisnam angelus ille, qui direxit Judith ad tantum facinus perpetrandum, IV, 347, 2. Angelus castra Sennacherib cædens an fuerit bonus, XI, 468, 2. Angeli veloces qui mittendi in Judæam, XII, 311, 2. Angelus tetigit os Jeremiæ ob quatuor causas, XII, 17, 1. Apparuerunt Judæ Machabæo, IV, 506, 2. Et sub specie equi et equitis. ac duorum juvenum Heliodoro, 510, 2. Pro Juda et populo fideli dimicarunt, 545, 1. Angelus tripliciter ora leonum in lacu conclusit, ne Danieli nocerent, XIII, 81, 1. Angelorum Gabrielis et angeli Persarum pugna quomodo peracta sit, XIII, 142, 1, 2. Quid quisque in causæ suæ propugnationem allegarit, *ibid.* Angelus Græcorum quid a Deo petierit, certantibus Gabriele et angelo Persarum, XIII, 145, 1, 2. Angelus inter myrteta Zachariæ cur appareat, XIV, 362, 2 et seq. Quomodo mystice inter myrteta esset, *ibid.* Fuit hic S. Michael, 366, 1. Angelus an Zachariæ loqueretur interius mentali vel imaginaria inspiratione, 366, 2.

Angeli apparuerunt pastoribus ea ipsa hora qua natus est Christus, XIV, 332, 2. Angelus pastores nato Christo compellens, qualiter iis apparuerit, et quis fuerit, XVI, 63, 2. Angeli Christum recens natum adorarunt et mirati sunt, XVI. 58, 2. Idque magno numero, 65, 1. Angelus Joannis Baptistæ curam suscepit in deserto, XVI, 51, 1. Angelus unde cognoverit Herodis intentionem de necando Christo recens nato, XV, 83, 1. Angelos omnes Christus obsequentes habuit, 124, 1. In deserto post victoriam de tentatione ministrarunt, 670, 2. Christum e monte in suum desertum in quo jejunarat transtulere, velut dominum suum, 128, 1. Testimonium perhibuere Christo, XX, 612, 2. Quomodo et quando visi ad eum descendisse et ascendisse, et cur ea visio facta sit, XVI, 325, 1. Qui angelus certo tempore aquam piscinæ movens, 373, 1. Angelus Christo oranti in horto apparens, tantum in ultima oratione apparuit, confortans eum, 264, 2. Quis fuerit hic angelus, *ibid.* Quomodo eum confortaverit, *ibid.* Quale ei gaudium proposuerit, XIX, 496, 2. Angelus terræmotum circa sepulcrum Domini excitavit, et cur, XV, 647, 1 et seq. Apparuit mulieribus ut juvenis, 647, 2. Cur lapidem revolverit, *ibid.* Et super eum sederit, 648, 2. Cur S. Lucas eum stetisse dicat, *ibid.* An sederit extra sepulcrum super lapidem, an vero intra ipsum visus sit, *ibid.* Cur aspectus ejus fuerit ut

fulgur, 649, 1. Cur vestis candida, 649, 2 et seqq. Terruit custodes sepulcri, 650, 1. Quid dixerit mulieribus, 650, 1 et seqq. Angeli occurrerunt Christo cœlos penetranti, XVII, 58, 1. Tribus de causis apparent apostolis post Christi ascensionem, 62, 1.

Angelus corporaliter visus est Cornelio centurioni quatuor de causis, XVII, 232, 1, 2. Angelus quare subito Philippum ab eunucho rapuerit, 206,1. Angelus quis Petrum e carcere liberavit, et quomodo, 151, 2; 262, 2. Quando is eum carcere eductum dereliquerit, 266, 2. Angelus adest Paulo naufraganti, XVIII, 13, 2. De angelis mira in raptu suo audivit Apostolus, XIX, 502, 1. Eos adorare voluit Simon Magus, XVIII, 613, 2.

Angelus fortis Apocalypseos, cap. V, an ad litteram sit Osee propheta, XIII, 277, 1. Angelus habens signum Dei vivi, quis sit, variæ expositiones, XXI, 163, 2. Est verus angelus, 168, 2. Ab ortu solis quomodo dicatur oriri, *ibid*. Angelus fortis apparens Joanni circa apertionem libri signati quis esset, 121, 2. Cur dicatur fortis, *ibid*. Quos is denotasset, *ibid*. Angelus fortis descendens de cœlo amictus nube et iride, quis, 213, 2 et seqq. Cur pedem dextrum in mari ponat, 215, 1. Angelus thuribulum habens quis sit, 188, 1. Angelus falcem acutam habens, quis sit, 284, 2. Angelus denuntians Babylonis excidium, quis, 323, 1, 2. Angelus quidam præest inferno, et habet clavem inferni, 344, 1. Angelus martyres vindicaturus in fine sæculi, cur de altari exeat, 285, 2. Angelus cur a Joanne adorari noluerit, 335, 2 et seqq. Angeli septem tubarum, qui, 187, 1. Angelus secundus tuba canens, ejusque plaga, quid sint, 193, 2. Angelus tertius tuba canens, ejusque plaga absinthii, quæ, 195, 1. Quartus angelus tubam tenens quid, et quæ plaga quæ post ejus tubæ cantum sequitur, 196, 1. Angelus sextus tuba canens quis sit, 207, 2; et 209, 1. Angeli septum cum phialis iræ Dei qui sint, 293, 1. Quinam sint mystice et symbolice, 304, 2. Angeli quatuor ligati in fine mundi solvendi, quinam sint, 209, 1. Angeli quatuor super quatuor angulos terræ stantes et ventos tenentes, quinam sint, 161, 1, 2. An mali sint, quia nocent? negatur. 162, 1, 2. Angeli intelliguntur per septem spiritus in conspectu throni stantes, 19, 1, 2. Angeli quatuor præsunt quatuor ventis, eos emittentes vel retinentes, 161, 2.

Angelus psallens duodecim psalmos cum orationum interjectione, docuit eumdem psallendi modum Ægyptios monachos, XI, 172, 1. Angelus Prætextatam corripit crinem virginis Deo sacratæ cultius pectentem, XIX, 140, 2. Angelus S. Theophilam a procacia juvenum defendit, 320, 2. Angelus attulit S. Cæciliæ et Valeriano ejus sponso coronas e rosis et liliis contextas, XIII, 172, 1. Angeli accinuerunt B. Virgini Romæ : *Regina cœli*, *lætare*, IV, 377, 1. Angeli pro populo Dei dimicare consueverunt, 426, 1. Pro Theodosio juniore contra Saracenos, *ibid*. Ædem B. Virginis ex Palæstina transtulerunt Lauretum, 504, 1. Angelus Romæ gladium visus est in vaginam recondere, cum civitas ad vitæ emendationem rediisset, in inguinaria lue, XIV, 51, 1. Angelus qualis Lutherum docuerit, XVIII, 518, 1.

VII. Quodnam erit officium angelorum in fine mundi. — Tempore Antichristi constanter fideles et electos signabunt signo crucis, XII, 569, 1. An per se fideles in fronte signo crucis signaturi sint, XIX, 164, 1, 2. An ad signa judicii obstupescent, et proinde intelligantur per virtutes cœlorum tunc movendas, XXI, 156, 2. In fine mundi præliabuntur contra Luciferum et angelos ejus pro christianis, eosque animabunt, 246, 1, 2. Quid in die judicii facturi sint, XIX, 132, 2. In die judicii mortuos excitabunt tubæ sonitu, eosque corporatos judicio sistent, XV, 516, 1. Erunt tunc velut messores, 332, 2. An præcedent Christum ad judicium, XIX, 145, 1. Cum Christo e cœlo exibunt, eumque in corporibus splendidis comitabuntur, XV, 533, 2 et seqq. Angeli cœlos moventes sunt virtutes cœlorum, 513, 2 et seqq.

VIII. De malis angelis. — Quomodo dicantur mali, XVIII, 342, 2. Angelorum apostatantium peccatum in quo situm sit, XXI, 242, 2. An fuere ex principibus, XX, 660, 2. Aliqui ex iis ceciderunt etiam ex principatibus et potestatibus, XVIII, 404, 1. Primitus non fuerunt beati, 661. 1. An ii sint tertia pars reliquorum angelorum, XXI, 242, 2. Angeli prævaricantes noluerunt pœnitere, XX, 443, 1. Angelos lapsos Christus non reparavit, XIX, 376, 1. Angelos malos dum Scriptura significare vult, id ex aliquo adjuncto vel circumstantia satis intelligitur, XVIII, 162, 2. An angelum malum quisque habeat, eique a Lucifero assignetur, XIV, 382, 1, 2. Angeli mali significantur, per pisces maris, *Psalm*. I, 45, 1. *Vide* Dæmon.

ANGLI. Angli conversi sunt per S. Augustinum, a S. Gregorio illuc missum, XXI, 202, 2 et seq; 233, 2. Anglicana Ecclesia est Babylon, cur, 312, 2. Anglo-calvinistæ quam in Pontificem Romanum ex Apocalypsi injurii, 12, 2; 202, 1; 265, 2; 317, 2; 376 1.

ANIMA. I. Definitio animæ. — Animæ rationalis definitiones septem, I, 81, 2. Anima unde dicatur ψυχή, I, 81, 1 : *Dominus Deus....... inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ*. Animam putant aliqui dici ab ἄνεμος, id est ventus, VIII, 305, 1 : *Et spiritus diffundetur quasi mollis aer*. Anima ex se quid sit, VII, 312, 2 : *Viventes enim sciunt se esse morituros, mortui vero nihil noverunt*. Anima quare et quomodo dicatur *unica*, Psalm. I, 217, 1, 2 : *Restitue animam meam... a leonibus unicam meam*. Anima sæpe significat animæ desideria et consilia, VI, 399, 1 : *Viri sanguinum oderunt simplicem, justi autem quærunt animam ejus*. Anima voluntatem significat, oculus intellectum, venter memoriam, *Psalm*. I, 178, 1 : *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus*. Anima pro homine sæpe usitata in Psalmis,

Psalm. I, 127, 1 : *Et anima mea illi vivet,* 32, 20 : *Anima nostra sustinet Dominum.* Anima sumitur interdum pro corpore, XII, 607, 1 : *Projecta es super faciem terræ in abjectione animæ tuæ.* Anima per antiphrasin aliquando ponitur pro cadavere, XIV, 344, 1 : *Si teligerit pollutus in anima.*

II. Origo animæ. Animæ non extitere ante corpora in cœlo, XIX, 416, 1; XVI, 458, 1; 464, 2 : *Quis peccavit hic, aut parentes ejus ut cæcus nasceretur... In peccatis natus es totus;* Psalm. I, 197, 1: *Qui finxit singillatim corda eorum.* Animam primi hominis cum Deus creavit, non creavit in confuso omnes animas, *ibid.* Animas angelos olim fuisse censebat Origenes, I, 285, 2 : *Viditque in somnis scalam stantem.* Anima non est ex traduce, VI, 27, 2 : *Ad interfectionem autem ejus* (*filii*) *ne ponas animam tuam,* 70, 1 : *Qui maledicit patri suo et matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris,* XVIII, 100, 1 : *In quo omnes peccaverunt,* XIX, 415, 1 : *Adhuc enim in lumbis patris erat* (*Levi*), *quando obviavit illi Melchisedech.* Sed sua singulis infunditur, et solum a Deo, Patre spirituum, XVIII, 100, 1, 2; XIX, 501, 1 : *Non multo magis oblemperabimus Patri spirituum et vivemus.* Animæ origo cœlestis est, XVI, 336, 2 et seq.: *Ipse enim sciebat quid esset in homine.* An sit divinæ substantiæ particula, negatur, I, 81, 2 ; XX, 68, 2. Animæ omnes quomodo sunt Dei, VII, 632, 1 : *Omnes animæ meæ sunt.* Anima est Adamo indita per spiraculum, XVI, 632, 2. Cur eam Deus primo homini insufflarit, I, 81, 1. Quomodo et quando creetur, infundatur et uniatur corpori, XIX, 416, 1. Animarum transmigrationem docebant pharisæi, 43, 1.

III. Animæ natura. Anima est spiraculum hominis et spiritus, VI, 831 : *Lucerna Domini spiraculum hominis.* Quomodo dicatur spiritus, XIX, 359, 2. Anima et spiritus in homine quomodo differant, XVI, 35, 1 : *Et exultavit spiritus meus.* Anima est forma formarum, IX, 247, 2 : *In tota anima tua dilige Deum.* Anima est una in homine rationali, sed virtute triplex, VIII, 582, 2 : *Ignoravit qui se finxit, et qui inspiravit illi animam quæ operatur.* In homine una tantum est anima quæ simul est rationalis, et sensitiva, et vegetativa, invicemque contraria, XVIII, 125, 1 : *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem,* 565, 2 : *Caro concupiscit adversus spiritum.* Variæ philosophorum de anima sententiæ, VII, 304, 2. Nonnulli philosophi dixerunt animam esse ignem vel igneum quod, unde hebraice *isch,* id est vir, derivant ab *esch,* id est ignis, VIII, 304, 2. Eam divinitatis esse participem censuere veteres philosophi, XIII, 247, 1, 2. Anima magis propendet in sensum quam in rationem, XX, 56 1 : *Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus.* Animæ quæ sit lingua, XIII, 246, 1. Animæ quatuor facultates an per quatuor animalia Joannis repræsentantur, XXI, 107, 1. Anima est tropologice currus, et qui sint ejus equi, XIV, 258, 2. Anima similis igni, III, 419, 3, 2 : *Et quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est.* Vento assimilatur, XII, 758, 2. Anima in laborando magis patitur et fatigatur quam corpus, V, 503.

IV. Animæ proprietates et prærogativæ, tum naturales, tum supernaturales. — 1° *Ejus spiritualitas.* Anima non est corporea, XVI, 224, 2. Nec habet simulacra membrorum, *ibid.* Est immaterialis, XIX, 415, 2. Ejus dimensiones spirituales, XVIII, 619, 1. Eam Tertullianus dicit esse corpoream, XVII, 397, 2; XVIII, 443, 2. Habet in se radicem sensus et sensationis, XVIII, 443, 2. Ipsa sola vitales et animales actiones elicit, et consequenter sola quoque eas recipit, 28, 2. Anima separata a sensibus fit apta ad impressiones Dei, angelorum vel dæmonum recipiendas, ac per eas ad accipiendam notitiam futurorum, XIII, 247, 2.

2° *Animæ immortalitas.* Animæ immortalitas docetur et demonstratur, I, 343, 1 : *Descendam ad filium meum lugens in infernum*, III, 647, 2 : *Et reversa est anima pueri intra eum*, VII, 403, 1, 2 : *Et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum,* XII, 438, 2 : *Audi nunc orationem mortuorum Israel,* XIII, 586, 2 ; XV, 482, 2 : *Ego sum Deus Abraham*, etc. Illam esse immortalem quomodo probet Christus, I, 455, 2. Anima immortalis est, hinc optat semper vivere in memoria hominum, X, 354, 2 : *Curam habe de bono nomine,* 439, 2 : *Et nomen eorum vivit in generationem.* Illam esse immortalem exemplis ostenditur, VII, 157, 1. Mortalem esse asserit Galenus, et immortalem cæteri philosophi, *ibid.* et seq. Animæ immortalitatem aliqui ethnici cognoverunt, I, 342, 2. Anima est immortalis, hinc exigit corporis resurrectionem, IV, 554, 2 : *Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis.* Ejus immortalitatem credebant Judæi, XVI, 490, 1 : *Scio quia resurget in novissimo die.* Animæ immortalitatem crediderunt gentiles, et inde resurrectionem corporum, XIII, 167, 1 *Multi evigilabunt, alii in vitam æternam, et alii in opprobrium, ut videant semper.* Ejus immortalitatem negant hæretici, XX, 463, 2 : *Pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt.* Eam mortalem se habere putant voluptuarii, XI, 339, 1 : *Et non suspexistis ad eum qui fecerat eam.*

3° *Animæ unio cum corpore.* Quomodo creetur, infundatur et uniatur corpori, XIX, 416, 1. Quomodo in corpus ingrediatur et egrediatur, quæ vult corpora animat, XVI, 341, 2. Anima est tota in qualibet corporis particula, XIII, 219, 1. Anima habitat in corde, IX, 575, 1 : *In corde sapientium os illorum.* Quomodo in homine corporaliter habitare dicatur, XIX, 87, 1 : *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Animæ non ma-

ledicunt suæ incorporationi juxta hæresim Origenis, XII, 161, 2 : *Maledicta dies in qua natus sum.* Corpus non est animæ sepulcrum, XVIII, 448, 2 : *Ingemiscimus gravati, eo quod nolumus expoliari.* In corpore anima velut in ergastulo agit, X, 325, 2. Ejus carcer est corpus, XVIII, 622, 1 : *Ego vinctus in Domino.* Colligatur corpori quasi cadaveri, XIX, 13, 2 : *Coarctor autem e duobus, desiderium habens dissolvi*, etc. Anima naturaliter ad corpus propendet, IV, 554, 2. Anima in corpore versatur quasi angelus, XII, 387, 1.

4° *Animæ dignitas et pretium.* Ejus prosapia, nobilitas et virtus, I, 135, 1 : *Noe vir justus;* XI, 616, 1 : *Gratis venundati estis, et sine argento redimemini.* Animæ quanta sit dignitas, IV, 282, 2; XV, 377, 2 : *Quid enim prodest homini si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.* Animæ pretium, XII, 130, 2 : *Si separaveris pretiosum a vili*, XX, 227, 1 : *Qui converti fecerit peccatorem.... salvabit animam ejus a morte*, 265, 2 : *Pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi (redempti estis)*, 685, 1 : *Aliis autem miseremini in timore.* Anima una, etiam vilissima, quanti sit pretii, V, 343, 1 : *Qui suscipit animas, sapiens est.* Anima viri unde dicatur pretiosa, 174, 2 : *Mulier autem viri pretiosam animam capit.* Anima nostra imago Dei quoad essentiam et personarum Trinitatem, *Psalm.* I, 274, 1 : *Transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.* Omnibus potior est, *Job*, 31, 2. Ejus duplex pulchritudo, VII, 536, 1 : *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es.* Rebus omnibus est præferenda, *Job*, 56, 2 : *Cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.* Animæ jactura nulla ratione recuperabilis est, XV, 377, 2 et seqq. Animas pluris facit diabolus quam peccator, *Job*, 56, 2. Animarum quanta habenda sit ratio, XX, 226, 2.

5° *Animæ unio cum Deo.* Animam adhærere Deo quid sit, et quanti faciendum, *Psalm.* I, 401, 2 : *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.* Deus animæ vita est, IX, 394, 1 : *Omni vita tua dilige Deum*, XIX, 237, 1 : *Quæ in deliciis est, vivens mortua est.* Anima animæ quare vocetur Deus, IX, 247, 2 : *In tota anima tua time Dominum.* Magis a Deo pendet et sustentatur quam a seipsa, 248, 1. Hinc tota Deo debetur, *ibid.* Deus vocatur animæ servator, VI, 228, 2 : *Qui inspector est cordis, ipse intelligit, et servatorem animæ tuæ nihil fallit.* Triplici vinculo Deo colligatur, honestate et promissione quasi fune; timore inferni quasi clavis; amore quasi glutino, XIII, 305, 2. Ligatur Deo fide, spe et charitate, IX, 107, 1 : *Væ dissolutis corde qui non credunt Deo.* Animæ summa cum Deo unio ac quasi deificatio, unde sequatur, XIII, 298, 2 : *Erit in loco ubi dicetur eis : Filii Dei viventis.*

In anima tabernaculum spirituale construentes, eo completo, a Deo benedicuntur, I, 759, 2 : *Postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis*, V, 248, 1 : *Sapientia ædificavit sibi domum*, XII, 780, 1, 2. Qua ratione tale templum fiat, *ibid.* et XV, 465, 2 : Fit templum Dei et cœlum XVI, 551, 1. *Si quis diligit me..... Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus;* XVIII, 461. 2 : *Vos enim estis templum Dei vivi;* XXI, 113, 2; XIV, 576, 2 : *Contaminavit Judas sanctificationem Domini.* Est tabernaculum Dei, I, 656, 2. In ea Deus præsens est, et præsidet, XIV, 354, 1. In ea non minus Deus votis, sacrificiis et oblationibus colitur, quam in templo, *ibid.* In ea Deus substantialiter habitat, *ibid.* Quomodo anima a S. Trinitate habitetur, XVI, 551, 1. Est thronus Dei, XII, 41, 1. Anima sancta plena est gloria Dei, XI, 174, 2 : *Plena est omnis terra gloria ejus.* Anima justi est sedes sapientiæ, IX, 76, 1. Anima digne communicantis fit triclinium sapientiæ æternæ, V, 248, 2. Animam decet sanctitudo, XIV, 352, 2. Sit pura instar templi, III, 593, 2. Animæ puritas quantopere sit curanda, I, 74, 2. Spiritus sanctus imprimit ei sanctitatem, XVII, 594, 1 : *Signati estis spiritu promissionis sancto.*

Anima sancta quam chara, pretiosa, XII, 109, 1, *Pastores multi demoliti sunt..... portionem meam desiderabilem.* Anima sancta est sponsa Dei, X, 148, 1; XIII, 314, 2; XVI, 327, 2; XVIII; 295, 2 : *Qui adhæret Domino unus spiritus est*, 489, 2 : *Despondi enim vos uni viro.* Hoc ejus connubium non impedit ejus disparitas, XVIII, 491, 2. Ejus sponsalia in hac vita aguntur, thalamus in futura, 490, 2. Animæ sanctæ sunt membra Christi, 294, 2. Anima sancta est velut uxor bona, X, 2, 1. Et velut pulchra mulier, 241, 2. Anima sancta est accubitus Christi, VII, 525, 2 : *Dum esset rex in accubitu suo.* Ejus pius somnus qualis, 568, 1 : *Adjuro vos.... ne suscitetis.... dilectam.* Anima sancta Christo reddit bonum, VI, 494, 1 : *Reddet ei bonum et non malum.* Christum decorat quasi corona, V, 349, 1 : *Mulier diligens corona est viro suo.* Anima charitate fragrans est ferculum Christi, VIII, 16, 1 : *Ferculum fecit sibi rex Salomon.* Anima sancta est regina pulcherrima, XII, 356, 2. Ejus candida vestis est innocentia, XXI, 414, 1. Animæ ornamenta aurea et argentea quæ sint, XII, 611, 2. Anima fidelis quo sensu dicatur nigra et formosa, VII, 494, 2 : *Nigra sum, sed formosa;* 496, 2 et seq. Qua fortitudine et decore induatur, VI, 517, 1 : *Fortitudo et decor indumentum ejus.* Quomodo operetur lanam et linum, 496, 2. Est velut navis de longe annonam comparans, 498, 2. Animam sanctam quomodo Deus visitet, VII, 600, 2. Anima sancta est cœlum, XII, 368, 1; XIV, 393, 2. Ab angelis sæpe visitatur, XIV, 353, 1.

Anima sancta est paradisus voluptatis, I, 85, 1; IX, 660, 2; 646, 2 : *Et plantabo eas super humum.*

Anima sancta est allegorice terra desiderabilis, XIV, 601, 2. Anima pia est lilium inter spinas, VII, 550, 2. Anima sancta dicitur lux, cur, V. 382, 1 : *Lux justorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur.* Lucerna ejus non extinguitur, VI, 504, 1 : *Non extinguetur in nocte lucerna ejus.* Portio animæ illustrata quomodo pro nobis postulet, XVIII, 142, 1. Anima calida quæ vocetur, IX, 604, 1 et seq. : *Anima calida quasi ignis ardens.* Est veluti ferrum ignitum, X, 293, 2. Animæ fidelium sunt veluti vasa sancta, XII, 801, 1. Anima cujusque est velut urbs, XIII, 579, 1. Ejus muri sunt gratiæ, XII, 372, 1.

Animæ sanctæ septem ætates, XX, 543, 1. Animæ Deum amantis quatuor status, VII, 461, 1. Animans Deum fit spiritualis, angelica, divina, et in Deum quodammodo transit illi inhærendo, XIII, 405, 1. Anima ad cœlestia anhelans est virgula fumi, VIII, 7, 1. Animæ cupientis trahi ad Deum pia suspiria, VII, 487, 2. Quomodo anima sancta debeat quærere Deum, 607, 1, 2. Anima sancta parit conscientiæ quietem, X, 98, 1 : *Non est oblectamentum super cordis gaudium.*

V. Anima peccatrix. — Quomodo a Deo discedat; anima per peccatum moritur, XX, 62, 1 : *Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem;* 575, 1, 2 : *Qui non diligit, manet in morte ;* 675, 2 : *Arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ.* Anima peccans morte morietur, tum temporali, tum spirituali, XII, 636, 1 : *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Per peccatum animæ moriuntur, per gratiam vivunt, XX, 226, 2 : *Qui converti fecerit... salvabit animam ejus a morte.* Animæ vita est pietas, quam tollit mors, id est impietas, XIV, 420, 1.

ASSIDÆI. Assidæi qui, IV, 420, 2. An ita dicti ab assiduitate, quasi assidui in Dei cultu, *ibid*. An sint iidem qui Esseni, *ibid*. Fuere addicti bello, non choro, *ibid*., 2. Fuerunt milites belli sacri, *ibid*. Et præcipui sub Juda Machabæo, *ibid*. Unde vocentur Assidæi, 421, 1. Est vox Hebræa, *ibid*., 1. Fuerunt viri honorati et primarii in Israel, *ibid*. Cæsi sunt ab Alcimo pseudopontifice, 447, 2. De his vaticinatus est David, in psalmo XVIII, *ibid*.

ASSUERUS. Assuerus quid sit et quis, XIII, 111, 1. 2. Fuit proprie agnomen commune regibus Persarum, Medorum et Babyloniorum, IV, 214, 1; XIII, 111, 2. Ejus etymon, IV, 214, 1. Hebraice et chaldaice idem est quod magnum caput, 363, 2. Assuerus et Cyaxares an idem sit rex, XIV, 173, 1, 2. Assuerus qui cum Nabuchodonosore Ninivem destruxit, quis, IV, 314, 1. Assuerus maritus Esther mystice designat Christum, 356, 1; 363, 1. Quis ille fuerit, 357, 1. Probabiliter fuit Darius Hystaspis, 358, 1; XIV, 363, 1. Suspicatur Amanum velle Esther opprimere, cur, IV, 381, 2. Erat in tributa propensus, 389, 1. Ferox ac cholericus, 399, 2. Sed mansuefactus ad aspectum collabentis reginæ, *ibid.* Assuerus habebat septem principes sibi proximos et astantes, XIV, 122, 2. (*Vide* Darius Hystaspis.)

ASSUR. Assur quis sit, an Ninus, I, 168, 1. Assur quosvis tyrannos significat, XII, 724, 1. Assur vocantur monarchæ et tyranni, XI, 214, 1, 2; 244, 1. Assur litteraliter et allegorice Judæis quis fuerit, 244, 1, 2.

ASSYRII. Assyrii respectu Judææ ad aquilonem siti sunt, XIV, 293, 1. Eorum reges varii post Sardanapalum recensentur, XIV, 154, 1. Eorum monarchia quot annis steterit, 175, 2. Ipsi cum Babyloniis sæpe ab historicis confunduntur, 173, 1. Assyriorum corruptissimi mores, IV, 343, 2. Eorum principes in quantum gravitatem suam servarent, 350, 2. Assyriorum avis cur dicatur columba, XIII, 439, 1. Cur columbam colerent, XIV, 298, 1. An flamma et tabe consumpti in castris Sennacherib, XI, 246, 1. An in clade ista sint illæsis vestibus et armis occulto igne consumpti, XIX, 511, 1. Cladem et cœlestem vindictam Sennacherib quomodo expresserint, XIII, 397, 2.

Assyrii unde dicantur hypocritæ, XI, 440, 2. Cur dicantur apes, 207, 2. Fuerunt Judæis novacula, *ibid.* Cur sint typus tyrannidis et tyrannorum, 616, 2; XIV, 107, 1; 121, 2. Sub specie locustarum aliquando prophetis demonstrati, XIII, 608, 1. Significant quoque quoslibet hostes Ecclesiæ, item dæmones, XIV, 107, 1; 122, 1. Eos intelligit Michæas per filium latronis et latrones, 107, 1, 2. Recensentur, cur equis rufis comparentur, 427, 2. Cur a Propheta spinis assimilentur, 167, 2. Cur comparentur leonibus, 184, 2.

ASTRA. Astra an animata, an habeant oculos et aures, XII, 88, 2. Non sunt animata, IX, 129, 1. Quando et unde dicantur egredi, IV, 239, 1. Astra matutina casui proxima quomodo Deo magis placeant, *Job*, 711, 2. Astra sunt virtutes, XI, 122, 2. Ea esse signum futurarum actionum censuit Origenes et alii, XII, 89, 1. Quomodo facta sint in signa, *ibid.* Quomodo sint innovanda secundum qualitates, non secundum substantiam, XI, 449, 2. Astra cœli an sint virtutes cœlorum in fine mundi movendæ, dicunturque militia cœli, XXI, 156, 2. Astra coluere Judæi et Plato, XVIII, 52, 1; XIX, 94, 2.

ASTROLOGIA. Astrologiam judiciariam damnat Scriptura, XII, 89, 1. Astrologia judiciaria exploditur, XVII, 356, 1, 2. Astrologorum horoscopus refellitur, X, 378, 2. Astrologorum sciolorum ineptia ridetur, XII, 89, 2. Astrologorum præsagia fiunt ex experientia, XV, 74, 2.

ASTRONOMI. Astronomi multis imponunt, ampla promittentes, XX, 189, 2. Astronomici annuli ad quid formentur, XIV, 349, 1.

ASTUTIA. Astutia duplex est, bona et mala, V, 23, 1. Ea in bellis est necessaria, 2 et seq. Sæpe capitur pro cautione, solertia, consilio, V, 207, 1. Astutias hominum penetrat et pervestigat solus Deus, X, 377, 1. Astutus malus aliis prodest, sibi obest, X, 261, 1. Astutiæ Dei quæ dicantur, IX, 61, 1. Astutos nemo plene cognoscere potest, *ibid.*

ASTYAGES. Astyages filius Cyaxaris regnavit post patrem in Media, XIII, 188, 2; XIV, 175, 2. Astyages fuit pater Darii Medi, et avus Cyri per filiam Mandanem, XIII, 76, 1. Naturaliter obiit, Cyro adhuc existente puero, *ibid.*, 189, 1.

ASYLUM. De asyli urbibus in lege Moysis, II, 382, 1. Mystica asyla quinque, *ibid.* Gentiles an habuerint jus asyli, 2. Asyla habebant olim homicidæ solum, scilicet involuntarii, *ibid.* Asyli jus quoad templa est novum, et olim non usurpatum, XVII, 384, 1. In lege nova asyla sunt templa, cœmeteria, monasteria, ac alia loca sacra, II, 383, 1. In quatuor differunt ab asylis Judæorum, *ibid.* Asylis qui criminosi non gaudeant, *ibid.* Asylorum in Novo Testamento fundamentum et causa, *ibid.*

ATHALIA. Athalia nepotes suos ex ambitione occidit, IV, 49, 1, 2. Occiditur circa palatium, 51, 2. Ei similis Brunichildis, *ibid.*

ATHANASIUS (S.). S. Athanasius divinitus declaratus est B. Alexandro archiepiscopo Alexandrino successor, XIX, 190, 1. Fugiens episcopatum ad eumdem vi raptus est, XIV, 31, 2; 593, 2. Præfuit scholæ Alexandrinæ, 192, 1. S. Athanasius quasi Atlas Ecclesiæ, unus stetit pro fide contra Arianos, XIII, 441, 1. Pene solus contra orbem Arianum per 46 annos depugnavit, XII, 127, 1; XIX, 190, 2; XXI, 144, 1. Intrepide toti orbi restitit, VI, 362, 1. Præcipuus faber fuit in ariana hæresi contemnenda, XIV, 371, 1. Ejus intrepidus animus et constantia, IX, 686, 1; X, 33, 2. Nulli cessit, sed omnes adversarios superavit, X, 165, 2. Dictus est veritatis tuba, 434, 1. Vere vir fuit, XII, 52, 1. Est imago et idea boni et christiani pastoris, XII, 745, 2. Secedens in exilium quomodo suos soletur, I, 444, 1. Fugiens catholicis consuluit, XV, 270, 1. Quadraginta annis toto orbe ob persecutionem Arianorum vagatus est, VI, 336, 2; 389, 1; XX, 48, 2. Omnem pene vitam in exilio egit, XVII, 21, 2. 364, 1. Continuo in fuga et latebra vixit, XXI, 371, 2. Quam libere Constantinum imperatorem arguerit, XI, 111, 2; XIX, 274, 2; XXI, 228, 1. Ejus elogium et benignitas, XVI, 383, 2; XVIII, 458, 1. An sit auctor libri *Quæstionum ad Antiochum*, XVIII, 294, 1. Tam modico flexu vocis

faciebat sonare lectionem psalmi, ut pronuntianti vicinior esset quam canenti, XIII, 587, 2.

ATHEI. Athei censent Deum otiosum esse, XI, 162, 1. *Qui dicitis: Festinet, et cito veniat opus ejus, ut videamus.* Negant se a Deo videri, XII, 561, 2: *Dicunt enim: Non videt Dominus nos.* Putant animam esse mortalem, sed in morte secus comperient, XIII, 586, 1, 2. Ab atheis non est petendum consilium, X, 253, 1: *Cum viro irreligioso tracta de sanctitate.*

ATHEISMUS. Atheismus tollit Deum, XIX, 474, 1: *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est.* Summum est peccatum, XVIII, 71, 1: *Non est intelligens, non est requirens Deum.* In eum desinunt hæreses, aut evanescunt, 359, 2; 301, 1. Atheismus est centrum impietatis et peccati, V, 31, 1: Atheismi causa, III, 276, 1; 277, 2. Ejus causa sunt opes et voluptates, VI, 435, 1: *Tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum.* Atheismus hæreticorum modernorum, XX, 451, 2. Maxime Calvini, 464, 1, 2. Atheismus philosophorum, XVII, 221, 1. Huic Calvinus viam sternit, 99, 1.

ATHENÆ. Athenæ erant scholæ eloquentiæ et sapientiæ, XVII, 319, 1. Earum elogium, *ibid.* Athenæ fuere academia Græciæ, XII, 442, 1. Athenæ eloquentiæ laude semper claruerunt, XIII, 24, 2. Athenis pepercit Sylla, ob idque semper gavisus, III, 519, 1.

ATHENIENSES. Athenienses facile credebant delatoribus, II, 121, 1. Eorum in suos duces ingratitudo, II, 299, 1; XVII, 389, 1. Capite mulctarunt Themagoram, cur, IV, 373, 1. Mire fuerunt novorum avidi, XVII, 322, 2. Non bene magistratus sorte creabant, XIV, 33, 2.

ATHENODORUS. Athenodorus præfuit scholæ Alexandrinæ, XIV, 192, 1.

ATHENODORUS. Athenodorus philosophus Augusti Cæsaris magister fuit, XIII, 10, 2. Quod Augusto ad iram domandam monitum dederit, VI, 400, 2; XVIII, 647, 2; XX, 76, 2.

ATHERSATA. Athersata idem est quod pincerna regis; ejus etymon, IV, 210, 2. Ita vocatus est Nehemias, unde, 248, 2. Non est nomen hebræum, sed chaldæum, *ibid.*

ATHLETÆ. Athleta perfectus qui dicitur, XX, 27, 2. Athletæ in Olympicis certaturi castos se servabant, cur, IV, 351, 2; XVIII, 333, 2; XXI, 90, 1. Eorum victus dimensus erat, XVIII, 333, 2. Cur se ungerent oleo et luto, VII, 82, 2; XIV, 229, 1; XXI, 226, 2. Athletæ cur lumbos præcingant, XVI, 174, 2. Eorum labores et patientia, XXI, 181, 2. Athletæ acrochiristæ qui dicuntur, XII, 696 2.

ATRIUM. Atrii tabernaculi descriptio, I, 668, 1. Atrium dicitur quasi αἴθριον, 2. Quid denotet mystice, 2.

Atria tria sacerdotum, laicorum et immundorum, III, 580, 2; XVI, 9. 2; 477, 2. Atrium erat templum laicorum, V, 245, 2. Atrium sacerdotum et atrium laicorum quomodo distinguebantur, IV, 460, 1. Atrium sacerdotum non intravit Christus sed atrium gentium, cum vendentes templo ejecit, XV, 464, 2. Quale hoc esset, *ibid*, 1, 2. Atrii Judæorum in templo descriptio, XVII, 118, 1 et seq. Atrii gentium descriptio, 118, 2. Cur dicatur porticus Salomonis, *ibid.* Atrium feminarum distinctum fuit ab atrio virorum in templo judaico, XVIII, 386, 2. Atrium gentium non potest dici sanctum, XIX, 431, 2. Atria singula erant unum altero altius, et ex uno in aliud per gradus ascendebatur, XII, 785, 1. Atriola separata erant varia per quatuor angulos in atrio laicorum, in quibus erant culinæ ad coquendas partes victimarum pacificarum laicis offerentibus debitas, 848, 1.

Atrium ante frontem mystice significat charitatis amplitudinem, XII, 796, 1. Atrium utrumque cingebat totum templnm, 782, 1. In atrio erant tres portæ, orientalis, australis, et borealis, *ibid.* Atrium templi designabat mundum sublunarem, 805, 1. Item plebem christianam, *ibid.* Atrium exterius quod sit, 816, 1. Id mystice denotat vitam sæcularium, 797, 2. Est scilicet templum laicorum, uti interius erat templum sacerdotum, 781, 2. Atrium gentium cur prius non metiatur angelus in templo Ezechielis, cum tamen id esset externum, 785, 1. Atrium interius erat atrium sacerdotum, cur id dicatur interius, 559, 2. Atrium sacerdotum paucis describitur ut est atrium laicorum, gentium, feminarum, 781, 1. Erat utrumque atrium cinctum porticibus, *ibid*, 2; XVI, 477, 2. Atrium sacerdotum non erat quadrangulum, sed quadratum, omnibus lateribus isopleuron et æquale: ejus descriptio, 790, 1.

ATTENTIO. Attentio cordis est modus acquirendi sapientiam, V, 57, 1, 2. Attentio summa in oratione requiritur, XV, 184, 1. Attentionem summam requirit Deus ut nobis loquatur, *Psalm.* I, 331, 1. Attentio Jobi in orando, *Job*, 366, 2.

ATTILA. Attila rex Hunnorum S. Lupo quærenti quis esset, respondit se esse flagellum Dei, IV, 341, 2; 421, 2; XI, 244, 1. Spe totius orbis obtinendi devorabat imperium; sed tandem a Deo per feminam occisus est, IV, 346, 1.

ATTILIUS REGULUS. M. Attilii Reguli in summa dignitate paupertas, I, 385 1. Fide servata Carthaginensibus notus, XII, 271, 1.

ATTRIBUTA. Attributa omnia in Deo habent verum esse, in creaturis umbram essendi tantum, XIII, 606, 1. Attributa in Deo sunt unum et idem cum ejus essentia, IX, 50, 1; XV, 26, 1; XVI 82, 2. Omnia in eo sunt paria, XV, 220, 2. Attributa essentialia sunt tribus personis SS. Trinitatis communia, at non notionalia, XV, 518, 1. Attributa septem Dei in quibus consistit integra Providentiæ perfectio, XXI, 22, 2. Attributa quatuor divinæ providentiæ an denotentur per quatuor Joannis animalia, 107, 1. Attributa Dei naturalia naturali discursu cognoscuntur, XIX, 278, 1. Attributa Dei

Domini identidem recolebat, XX, 305, 2. In cruce Domini est gloriatus, XII, 570, 2. Improperia non curat, modo tuta sit conscientia, XVIII, 422, 2. A quolibet edoceri et discere voluit, V, 26, 1. Quæ esset ejus oratio, VI, 423, 1; 424, 2. Quæ tria videre optarit in vita, XVI, 322, 2; XVII, 417, 1; XVIII, 553, 2.

4° *Ejus scripta.* Quis ejus sit sermo et scribendi ratio, V, 448, 1. CXXXIV tractatus *in S. Joannem* scripsit, XVI, 291, 2. Inchoavit commentarium in *Epistolam ad Romanos*, sed difficultate deterritus abstinuit, XVIII, 6, 2; 32, 1. Delectatur novis sensibus et piis, XIX, 274, 2. Sæpe sensu litterali leviter insinuato, inhæret mystico et spirituali, XVI, 401, 2. Quomodo dicat Semei inclinatum a Deo ad peccatum, XVIII, 26, 1, 2. Ethicam totam parva summa tradidit, IX, 35, 2. In tribus quoad mendacium ab Hieronymo dissensit, XVIII, 529, 1. Non favet hæreticis dicentibus Pontificem Romanum esse antichristum, XIX, 149, 2. Ut Platonicus, dixit charitatem nostram esse Deum, XVIII, 94, 1. Augustinus et Pelagianus ejus antagonista eodem anno in diversis locis nati sunt, XIII, 76, 2. Interdum liberum arbitrium prædicat, et contra interdum illum deprimit, et gratiam extollit, XVIII, 21, 1. Ejus tria monita saluberrima, 314, 1, 2. Ejus aureum dogma de senectute et pueritia, IV, 269, 2. Dubitavit an anima hominis crearetur a Deo, an vero esset ex traduce, XIX, 415, 2. Putabat cœlum et astra esse naturæ igneæ, X, 557, 2. Dubitavit an sol et astra nobiscum sint beanda, XII, 88, 1. Censuit dæmones pasci nidore victimarum, 69, 2. Quare librum *de Retractationibus* scripserit, XX, 138, 1. An sit auctor libri *de Continentia*, XVIII, 126, 1. Ejus linguam in concione flexit Deus ad conversionem cujusdam Manichæi, V, 482, 1; XVIII, 394, 2. Si Deus esset Augustinus, dicerem: *Esto tu Deus, ego sim Augustinus.* Quo sensu id debeat intelligi, XII, 560, 1, 2.

5° *Ejus mors.* Quam ardenter ad cœlestia desideria anhelaret, XXI, 414. 1, 2. Quomodo se ad mortem pararit, II, 322, 2. Ejus in obsidione Hipponensi votum, XII, 382, 1, 2. Quomodo eum in morte pœnituerit, X, 275, 1. Ejus mors qualis, XXI, 282, 1. Ejus elogium, VIII, 474, 1; XII, 709, 1.

AUGUSTINUS MARLORATUS. Augustini Marlorati hæretici catena in Joannem consarcinata est ex interpretibus hæreticis, XVI, 292, 2. In gloriam sepulturæ Christi et christianorum injurius, XI, 636, 1. Ob seditiones in Gallia excitatas suspensus est, XX, 301, 1.

AUGUSTUS CÆSAR. Unde dictus Augustus, XVI, 54, 1. Augusto aquilæ pugnantes cum corvis fuere symbolum victoriæ contra Lepidum et Antonium, XII, 627, 1. Eidem imperium promisit aquila, 624, 1. Quomodo occuparit Ægyptum, XI, 271, 2. Græcorum in Ægypto monarchiam extinxit, XIV, 430, 1. Samariæ et Damasi regna occupavit, XI, 206, 1. Judææ tetrarchiam adjecit ad Syriæ præsidis provinciam, XVI, 90, 1. Eo in Syriam præfecto concepta est B. Virgo Maria, V, 232, 2. Orbem pene totum sub suo habuit imperio, XVI, 41, 2. Orbis monarcha, Christi fuit prænuntius, XIV, 460, 1. Ejus quod fuerit insigne, XIV, 348, 1. Cur orbem describi edixerit, 54, 1. An B. Virginem in Capitolio viderit, *ibid.*, 2. Vidit Virginem Deiparam infantem ulnis gestantem; cur puero hebræo nascituro aram in Capitolio erexerit, 333, 1. An Christum in visione sibi ostensum adorarit, XIII, 32, 2. An Jani templum ter clauserit, XIV, 333, 1. Cur amplius Dominus noluerit nominari, *ibid.*, 2; XIII, 320, 1. Videtur Herodi veniam dedisse infantes occidendi, XV, 86, 2. Ejus filium Archelaum misit in exilium, 90, 1.

Ejus clementia et benignitas præsertim in Cinnam mortem sibi machinantem, I, 738, 2; V, 500, 1. Ejus clementia in captam Alexandriam, et quibus de causis, I, 714, 2; XIV, 191, 2. Obtrectantium sibi linguas spernebat, XV, 145, 1. Ejus in fabricando modestia, XII, 172, 2. Ejus frugalitas, IV, 363, 2. Hic ad concilium privatum etiam adhibebat amicos, V, 324, 1. Ægre tulit Romanos palliatos incedere, XIV, 277, 1. Quomodo nepotes erudiri curarit, XIII, 11, 1. Filiam ac nepotem assuefecit lanificio, VI, 496, 1. Quid responderit Antonio ad duellum provocanti, XIII, 102, 1, 2.

Divinos ambiit honores, XI, 291, 2. Fuit in prolibus infelix, IX, 119, 1. Ejus libidines et sordes imitatæ sunt duæ Juliæ filia et neptis, XIII, 345, 1, 2.

Ejus obitus, XIII, 239, 2; XVIII, 282, 2. Ejus ossa legerunt primores equestris ordinis, tunicati et distincti, pedibusque nudis, XIII, 602, 1. Augustus habuit oculos claros et nitidos, XVII, 392, 2. Tonitru mire percellebatur, IX, 405, 1. Cur dicatur rex Assur, XI, 214, 1.

AULA. In aula vigent doli, fraus invidia, simulatio et fictio, VI, 463, 1; X, 39, 2. In aulis discitur conversatio cum quolibet hominum genere, X, 301, 2. Earum damna, IX, 268, 1. Eæ abundant hypocritis, IX, 541, 1. In eis quomodo versandum, IX, 268, 1; XIII, 78, 2. Ab aula se tempestive ante casum abducendum, IV, 382, 2. Aula Romana quam varia, XI, 358, 2.

AULICI. Aulici qui vere sapiant, XIII, 81, 1. Eorum miseriæ quantæ sint, XIII, 80, 2. Eorum misera mors, IX, 288, 2. Aulici recta dent principibus consilia, V, 497, 1. Per stellionem denotantur; quid ab eo debeant discere, VI, 463, 1.

AURELIUS. Aureliano imperatori imperium portendit aquila, XII, 413, 2. Quomodo Romam auxerit, XIV, 48, 1. Quæ monita dederit vicario suo, XVI, 93, 1. Fuit militaris disciplinæ mire observator, II, 481, 1, 2. Aureliani imperatoris de uxoris ornatu aurea sententia, XI, 144, 2; 145, 1. Aureliani imperatoris ira mitigata, III, 416, 1. In clementiam fuit pronus, I, 739, 1. Acriter tamen est Christianos persecutus, XIX, 489, 1. Novam in Chri-

stianos persecutionem movit, XXI, 142, 1. Sed ea non fuit executioni mandata ob ejus mortem, XX, 373, 1; XXI, 253, 1, 2. Aureliano scabelli loco usus est Sapor rex Persarum, XV, 486, 1.

AUREOLA. Aureola quid sit, XIII, 171, 2. Unde sic dicta, I, 649, 1. Aureolæ in cœlo sunt tres particulares, XX, 385, 2. Aureola virginalis particularis, XI, 660, 1.

AURES. Aurium etymon, VII, 58, 2. Aurium situs, forma et numerus docet nos debere multa audire, XX, 74, 2. Aures per synecdochen Hebræi ponunt pro toto corpore, XIX, 453, 2. Auris corporis in Scriptura significat aurem mentis, puta voluntatem, XIII, 237, 2. Aures apud Judæos servis perforabantur, *ibid*. Auribus medetur acetum nitro mixtum, VI, 281, 1. Auribus apprehendere canem tutum non est, 316, 1. Hæ illi rigent, dum rixatur, alioquin delicatæ sunt, 314, 1. Aures equi ejus animum indicant, IX, 171, 1.

Aures sunt instrumentum sapientiæ parandæ, V, 575, 1. Auribus percipitur disciplina, IX, 478, 2. Earum usus, 479, 1. Aures occludendæ detractoribus, V, 525, 1; X, 60, 1. Aures occludendæ ne quid os temere effutiat, IX, 171, 1. Aures comparantur vineæ, X, 60, 1: *Aures audiendi habens, audiat*. Quid per hoc denotare velit Christus, XV, 413, 2; *Job*. 109, 1.

AUREUS. Aureus Francicus valet 12 regales hispanicos, XV, 413, 2. Aureus Romanus quanti sit pretii, 529, 2. Aureus Romanus continet decem Julios, XVI, 69, 1.

AURICHALCUM quid sit, unde dicatur, unde eruatur, ex eo erant facta vasa templi, XII, 479, 1; 387, 2. Aurichalcum ardens simile est carbunculo, XXI, 387, 2. Ejus pretium, XII, 479, 1. Id unde fieret, *ibid*.

AURORA. Aurora unde dicatur, V, 116, 2. Aurora roseos fingitur habere digitos, IX, 638, 1. Hinc dicitur rosea et punicea, X, 385, 1. Auroræ palpebræ quales, *Job*, 83, 2. Auroræ amœnitas, XVII, 151, 2. Auroræ proprietates et justi comparantur, V, 116, 1. Aurora sapientiæ amica est, IX, 126, 2. Aurora quid significetur in Cantico, VIII, 154, 2. Auroræ comparatur Christi ortus, tum divinus, tum humanus, XIII, 366, 1. Auroræ et Deiparæ analogia, VIII, 154, 2. Aurora solis justitiæ quæ, *Job*. 714, 2.

AURUGO. Aurugo est morbus segetum cum culmi ex nimio humore marcescunt et pallescunt in modum auri, XII, 217, 1; XIII, 571, 1. Idem dicitur de ictericis, XII, 217, 1. (*Vide* Rubigo.)

AURUM. Auri etymon, XX, 199, 2. Aurum infectum quid dicatur, quid factum, quid signatum, XII, 309, 1. Aurum optimum est quod in tenuissimas bracteas duci et extendi potest, 91, 1. Ejus bonitas unde colligatur, VI, 352, 2; 353, 1, 2. Aurum paz quid, VIII, 119, 2. Aurum Ophaz est aurum obrizum et optimum, V, 218, 1, 2. Aurum cur sit pallidum, IX, 409, 2; XIV, 183, 1; XXI, 145, 2. Aurum inauratum quid sit, id ad splendorem facit, XXI, 313, 1. Aurum est argento dignius et durabilius, XIII, 21, 2. Ejus septem dotes XX, 250, 2.

Auri et argenti proventus qualis, *Job*, 545, 1. E terra eruitur, X, 493, 2. Aurum in India eruunt formicæ ex arena, V, 157, 1. Auri venæ indicia quæ sint, VI, 58, 1. Aurum igne examinatur, V, 496, 1. Aurum expurgatur per plumbum, non per stannum, XIV, 406, 1. Cur aurum igne non crematur, VIII, 335, 2. Aurum vere contrahit aruginem, XX, 199, 1, 2. Unde contrahat sordes, *ibid*. Auri libra valet centum aureos, IV, 485, 2. Ejus libra una valet decem argenti, X, 495, 2.

Auri ramenta capillis inspergebant nobiles Hebræi, XII, 413, 2. Aurum per iter spargi solitum a bello victis, cur, IV, 431, 2. Aurum reges Persarum voluerunt esse sibi proprium, 473, 2. Aurum cur veteres nonnisi regibus et viris divinis attribuerent, XXI, 99, 1. Quando primo Romam invectum, XIV, 183, 1. Aurum defodiunt Babytaceni, 182, 2. Aurum cur Magi Christo obtulerint, XV, 81, 1 et seq. Eo denotatur charitas et paupertas, *ibid*. Aurum templi vocatur quod gazophylacio injiciebatur, XV, 492, 1.

Auri quanta sit vis, V, 543, 2 et seq. Cur omnipotens dicatur, *Job*, 480, 1. Aurum deorum omnium potentissimum, V, 290, 2. Omnia expugnat, XIII, 439, 1; XIV, 281, 2. Etiam animas regum oppugnat, *Job*, 683, 2. Aurum est occultus hominum tyrannus, XII, 450, 2. Aurum avaris sole gratius, *Job*, 622, 1. Aurum est avari idolum, XIV, 281, 1, 2.

Aurum et argentum quam vana sint, XIX, 257, 1. Aurum non homini, sed domus gloria est, *Job*, 88, 2. Non satiat hominem, *Job*, 11, 1.

Auri cupiditas quam sit detestabilis, II, 313, 1. Ea de re exempta, *ibid*. Auri cupiditas mentem degravat, XV, 207, 2. Auro pervertitur æquitas et justitia, IX, 262, 2; 263, 1. Auro judices corrupti, IV, 516, 2. Aurum multos habet casus et præcipitia, X, 113, 1; 115, 1. Quid sit post aurum abire, X, 115, 2; 117, 1. In auro sperare et non sperare quid sit, X, 115, 2; 117, 1. Aurum spernentium exempla, II, 330, 2.

Aurum in Scriptura varia significat, XXI, 31, 1; 392, 1. Septem dotes auri justo adaptantur, XX, 250, 2. Aurum pretio ditissimum nobis repræsentat Deum, IV, 561, 1. Per aurum ignotum quid intelligatur, XXI, 84, 2. Aurum est symbolum sapientiæ et divinæ cognitionis, XII, 407, 1, 2. Aurum Jerusalem quod obscuratum dicatur, *ibid*. Est symbolum divinæ sapientiæ, *Job*, 545, 1. Aurum charitatis emitur oratione, lacrymis, pœnitentia, bonis operibus, XXI, 85, 1. Item sanguine Christi, *ibid*. Quomodo sit cœlestis civitas aurum mundum, XXI, 380, 2. (*Vide* Opes, Avaritia.)

AUSTER. Auster unde dictus, XII, 702, 2. Auster dictus quod aquas hauriat, VIII, 84, 1; X,

406, 1. Auster unde hebraice dicitur Theman, VI, 346, 1; XIV, 247, 2. Auster qualis sit ventus, I, 516, 1. Generat ranas et locustas, *ibid.* Auster arboribus noxius, *ibid.* In Italia noxius et pestifer est, XIV, 248,1. Est ventus vitalis, calidus et fœcundus, *ibid.* Cur dextera pars mundi vocetur, 247, 2. In locis aquilonaribus generat pluvias, in australibus affert siccitatem, VI, 286, 2. Est jucundus, gratus et humidus, 287, 1. Cur sit calidus, *Job*, 701, 2. Austri interiora qualia, 225, 2; 699, 2.

Austri symbola, VIII, 84, 1, 2; 369, 1, 2. Illi confertur Nabuchodonosor, XII, 702, 2. Cur læta et Dei opem significet, 20, 1. Tropologice notat Spiritum sanctum, 702, 2. Et ferventes spiritu, 797, 2. Symbolum est felicitatis et bonorum, XIV, 248, 1.

Australis pars in castris Hebræorum quid significet, II, 200, 2. Australium provinciarum conversio ad Christum in Scriptura prædicta est, XIV, 19, 1. Austri reges dicuntur reges Ægypti, XIII, 50, 1.

AUSTERITAS. Austeritas vitæ nonnisi perfectis convenit, XV, 26, 1. Austeritates sunt recta ad salutem via, XVIII, 369, 2. Austeritas una quam usurpamus, via est ad aliam, V, 85, 1.

AUXILIUM. Auxilium sufficiens quisque habet ad vincendas tentationes, saltem mediate, XVIII, 343, 2. Auxilium necessarium ad bene operandum Deus homini promisit et dat, IX, 448, 1. Auxilium suscipere in Scriptura est labenti succurrere, VIII, 320, 2. Auxilium cœleste majus est, quam vires adversariorum tentantium, XX, 589, 2 et seqq. Auxilium Dei facile, *Job*, 482, 1. Auxiliis divinis utendum, XVIII, 32, 2.

AVARITIA. I° NATURA, PROPRIETATES ET TYPI AVARITIÆ. — Quis avarus proprie dicatur, XVIII, 290, 1: *Si quis aut avarus aut rapax.* Avarus dicitur quasi auri avidus, IX, 113, 2: *Qui aurum diligit, non justificabitur*, XIII, 631, 2. Avaritia est dilatatio cordis, VI, 97, 1: *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis.* Est quoque lucerna impiorum, *ibid.* Avari sunt lati anima, quia multa capiunt et rapiunt, 385, 2: *Qui se jactat et dilatat.* Quæ avaritia mala dicatur a Propheta, quæ bona dicatur, XIV, 230, 1: *Væ qui congregat avaritiam malam.* Ea quando sit peccatum mortale, IX, 303, 2 et seq. Avaritiæ quanta vis, XIV, 221, 1, 2: *Propter hoc ergo expandit sagenam suam.* Avaritia in capite omnium, quia omnibus dominatur, omnes possidet, XIII, 633, 2. Avaritia propria mercatorum est, XIV, 20, 1. Avarus hypocrita est quasi dolosus mercator, XIII, 449, 2: *Chanaan, in manu ejus statera dolosa.* Sæpe præcedit superbiam, tum intentione, tum executione, XIX, 259, 1.

Avaritiæ et avarorum proprietates ex Patribus afferuntur, XIII, 635, 2 et seq. S. Augustini septem axiomata de avaritia, S. Ambrosii sex de eadem, *ibid.* et XIX, 659, 1, 2. Avari perpetuo somniant de sua pecunia, XIV, 21, 1. Avaritia quasi vinum inebriat hominem, XIV, 228, 1, 2: *Qui dilatavit quasi infernus animam suam.* Avaritiæ munia, IX, 305, 1, 2: *Avaro nihil est scelestius.* Quam cupida, avida et effrænis avaritia, III, 45, 1: *Vidi enim inter spolia, pallium coccineum, regulamque auream.* Ejus insatiabilitas, V, 525, 2; VI, 444, 1: *Fallax obtemperat labiis mendacibus. Tria sunt insaturabilia et quartum quod non dicit: Sufficit*, VII, 209, 2: *Avarus non implebitur pecunia*, Job, 433, 2: *Nec est satiatus venter ejus, et cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit*; III, 667, 2: *Dixit ergo ad eum Jezabel, uxor ejus..... Ego dabo tibi vineam Naboth*; XVIII, 477, 1; 652, 2; XX, 200, 1. Semper thesaurum adaugent, XX, 201, 1. Avaritia est cisterna vetus et rimosa quæ nunquam impleri potest, XII, 28, 1: *Foderunt sibi cisternas dissipatas.* Nihil ei sufficit, VI, 434, 2: *Tribue tantum victui meo necessaria*, XI, 155, 2; 156, 1: *Væ qui conjungitis domum.* Avarus et fraudulentus mille habent artes capiendi et attrahendi opes aliorum, et ita quidem occulti, ut hi sua damna, nisi depauperati, non sentiant, XIII, 621, 1. Avaritiæ et avarorum tenacitas, malunt condita corrumpi quam aliis dare, XX, 197, 2; 199, 2: *Divitiæ vestræ putrefactæ sunt.* Ferunt ægre de suis cibis comedi, VI, 187, 1, 2: *Ne comedas cum homine invido*; X, 121, 1; 122, 1: *Non dicas sic: Multa sunt quæ super illam* (mensam) *sunt.* Avari promittunt multa et donant pauca, V, 528, 1: *Non decent stultum verba composita.*

Avaritia comparatur terræ et vulpi hydropicæ, VI, 444, 1, 2. Inferno, igni, *ibid.*, 446, 1; 447, 1; XIII, 636, 1; XIV, 137, 2: *Adhuc ignis in domo impii*; IX, 604, 1: *Duo genera abundant in peccatis.* Sanguisugæ, VI, 444, 1, 2: *Filiæ dicentes: Affer, affer*; XX, 173, 2. Per sphingem denotatur, IX, 349, 2. Comparatur monedulæ, 410, 1. Dipsæ, serpenti, XIII, 635, 1. Hydræ, Briareo centimano et Scyllæ omnia sorbenti, 636, 1. Ejus oculi, aures, pedes quales sint, *ibid.* Hydropico propter quinque rationes, XVI, 194. Rubigini et ærugini, XIII, 484, 1; 636, 1. Vesperæ, XII, 694, 2. Amphoræ, XIV, 423, 2 et seq. Avari vocantur asini et muli, IX, 409, 1, 2. Ejus typus, III, 667, 2; VII, 212, 1. Avaritiæ et avarorum typus est gaza, XIII, 547, 2. Avarus caput aspidum sugit, *Job*, 429, 2.

II° MOTIVA AD AVARITIAM FUGIENDAM, ubi aliæ ejus proprietates, simul et alii effectus exponuntur.

PRIMO, *quantum ad Deum*, avaritia est injuria Deo, IX, 304: *Avaro nihil est scelestius.* Avaritia est idolorum servitus, XIII, 393, 1: *Argentum et aurum suum fecerunt sibi idola*; 634, 1: *Avaritia in capite omnium*; XIV, 281, 2; XVIII, 567, 1. Avari sunt idololatræ et truculenti, *Job*, 282, 1, 2: *Abundant tabernacula prædonum, et audacter provocant Deum*; 537, 2: *Hæc est pars hominis impii apud Deum.* Dei cultum negligunt, VI, 435, 1: *Mendicitatem et divitias ne dederis*

mihi. Cur præ aliis vitiis dicatur avaritia idolorum servitus, XVIII, 652, 2 : *Avarus quod est idolorum servitus.* Auri cupiditas quam sit detestabilis, II, 313, 1, 2 : *Perrexeruntque.... habentes divinationis pretium.* Avarus cor habet in nummis, *Job*, 429, 1.

Secundo, *quantum ad proximum.* Avaritia est fons, radix, causa omnis mali, et malitiæ metropolis, IX, 307, 2 ; XIII, 634, 1; XVI, 169, 1, 2; XIX, 259, 2. Avaritia multa mala concipit, est ruina Ecclesiæ et Reipublicæ, XII, 662, 1, 2 : *Ecce complosi manus super avaritiam tuam.* Avaro nihil est scelestius, IX, 363, 2 et seq. Avaritiæ injustitia, iniquitas, crudelitas. Avaritia pervertitur æquitas et judicium, 262, 2 ; 263, 1 . *Ne contendas cum viro locuplete.* Avaritia est iniqua ob sex rationes, 414, 2: *Insatiabilis oculus cupidi.* Avarus est hypocrita, *Job*, 534, 1. Est injuria Reipublicæ et omnibus hominibus quos defraudat et expilat, IX, 304, 1, 2. Justitiæ sæpe repugnat, XVIII, 687, 2 : *Semetipsos tradiderunt.... in avaritiam.* Avaritia expellit omnem virtutem, *Job*, 433, 2. Avari oculi nequam sunt, X, 121, 2 : *Malus est oculus nequam.* Non mutuat nisi cum usura, 71, 2 : *Propter mandatum assume pauperem ;* IX, 552, 1. Avari sua tenacitate multos offendunt, VI, 109, 2 : *Munus absconditum extinguit iras.* Plerumque sunt invidi, 393, 1 : *Vir qui festinat ditari et aliis invidet ;* IX, 408, 2 : *Viro cupido et tenaci ad quid aurum;* X, 122, 2 : *Nequius quid oculo creatum est.* Replent domum suam litibus, jurgiis, murmuratione subditorum, V, 471, 2 : *Conturbat domum qui sectatur avaritiam.* Semper jurgia concitant, VI, 386, 1 : *Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat.* Omnibus sunt exosi, 8, 2 : *Multi amici sunt dona tribuentis;* XX, 308, 1 : *Nihil est iniquius quam amare pecuniam.* Omnes vulnerat, et tam animæ avari quam corpori proximi sæpe lethale vulnus infligit, XIII, 635, 1. Est etiam in consanguineos crudelis, V, 327, 1 : *Qui autem crudelis est, etiam propinquos abjicit.* Ab eo si quid acceperis, fit maleficium, IX, 552, 1 : *Exigua dabit et multa improperabit.* Avari sunt pauperum sepulcra, XI, 159, 2 : *Repleta est terra argento.* Devorant pauperes, *Job*, 433, 1. Avarorum inhumanitas et status destestandus, *Job*, 428, 2; 465, 2 : *Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa et nudos spoliasti vestibus.*

Tertio, *quantum ad ipsum avarum. Primo*, avaritia est insania ; decem stultitiæ avari, IX, 409, 2. Ejus damna novem, VII, 212, 1. Avarorum phrenesis triplex, IX, 349, 1, 2 et seq. *Et nescit quod tempus præteriet.* Est inopia mentis, X, 19, 1 : *Propter inopiam multi deliquerunt.* Avari stulti et pauperis sapientis antithesis, VII, 229, 1 : *Quid habet amplius sapiens a stulto ?*

Secundo, est summa paupertas et miseria. Ejus vita quæ, VII, 220, 1, 2. Quam sit sordida, XIX, 515, 2. Axiomata sapientum, *ibid.* Avari etiam sibi vitæ alimenta denegant, V, 327, 1 : *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Etiam proprium defraudant genium, VI, 37, 1 : *Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicabit illud.* Avari divites sunt qui inopiam simulant, ne cogantur splendide vivere, V, 379, 3 : *Est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.* Sunt vere pauperes, etsi sint divites, VI, 34, 1 : *Homo indigens misericors est*, IX, 672, 1 : *Tres species odivit anima mea : Divitem mendacem*, etc. Non audent uti habitis et cupitis, XX, 173, 1 : *Concupiscitis et non habetis.* Avaro omnia desunt, XIX, 516, 1, 2 : *Sint mores sine avaritia.* Eorum miseria, IX, 409, 1, 2 : *Viro cupido et tenaci sine ratione est substantia.* Avari infelicem agunt vitam, XIX, 260, 1 : *Inseruerunt se doloribus multis.* Sæpe laboribus se conficiunt, V, 509, 1 : *Anima laborantis laborat sibi.* Cur sua in pauperes erogare timeant, V, 426, 2 : *Qui despicit proximum suum peccat.* Cur mœreant et paveant, VI, 111, 1 : *Pavor operantibus iniquitatem.* Avaritia est injuria frugibus, IX, 304, 2.

Tertio, est servitus. Avarus ab opibus possidetur, X, 564, 1 : *Possedi cum ipsa cor ab initio.* Ab opibus injustis quasi captivatur, V, 317, 2 : *In insidiis suis capientur iniqui.* Est auri servus, XV, 198, 2 : *Nemo potest duobus dominis servire.* Avarus non est dominus, sed custos et servus divitiarum, *Job*, 540, 1. Avari quomodo auri servi et mancipia, imo servis sint deteriores, VII, 123, 2. Quid faciant ut ditent filios et hæredes, *ibid.* Animam suam vendit diabolo, X, 304, 1; XIII, 635, 2. Avaritia duriora imperat suis sectatoribus quam suis jubeat Deus, IX, 415, 1 : *Non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam.* Avaritiæ tyrannis magna, *Job*, 282, 1.

Quarto, pœnam maximam habet, et 1° corporalem et temporalem. Avaritiæ fœtus pestilentes, *Job*, 436, 1 : *Cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, et omnis dolor irruet super eum.* Avaritiæ pœna est egestas, XIV, 569, 2 : *Mittam in vos egestatem.* Causa est inopiæ, XV, 200, 1, 2 : XX, 198, 1. Avari justo Dei judicio penuria puniuntur, XIII, 626, 1 : *Quando transibit mensis, et aperiemus frumentum.* Avari opes male pereunt, *Job*, 128, 1 : *Cujus messem famelicus comedet.* Ex avaritia non evadunt ditiores, sed pauperiores, V, 335, 2 : *Alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt.* Eis opes suæ substrahuntur, 82, 2 : *Et implebuntur horrea tua.* Avari opes Deus derivat in liberalem, VI, 369, 2 : *Qui coacervat divitias usuris.* Quod avide congessit avarus, luxuriosus hæres sæpe prodigit, XIII, 636, 1. Ei omnes maledicunt, VI, 388, 2 : *Qui despicit proximum, sustinebit injuriam.* Ab omnibus suggillatur, X, 132, 2; 133, 1 : *Nequissimo in pane murmurabit civitas.* Avari supplicium, VII, 215, 1 : *Est et alia infirmitas pessima quam vidi sub sole ; divitiæ conservatæ in malum domini sui.* Ejus excruciatio et pœna, VII, 122, 2. Avari cruciatus

et infelicitas, 211, 1; 215, 2. Ejus conditio et miseria, 228, 1: *Omnis labor hominis in ore ejus, sed anima ejus non implebitur.* Avarorum spinæ et laquei, VI, 140, 1, 2: *Arma et gladii in via perversi.* Avari quo plus habent, eo plus torquentur, XVI, 169, 1, 2. In varias incidunt ærumnas, lites, damna, VI, 388, 2: *Qui despicit deprecantem.* Avari chimæras sibi fingunt, *Job*, 434, 1. Eis dat opes Deus ad supplicium cupiditatis, XIV, 337, 1; VII, 122, 1; 2 et seq.: *Quid enim proderit homini de universo labore suo et affectione spiritus qua sub sole cruciatus est*, etc. Avarus suas opes cernens, nec ventrem, nec mentem pascit, VII, 211, 1: *Quid prodest possessori nisi quod cernit divitias oculis suis.* Avarus degit et versatur in tenebris, 218, 2: *Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris et in curis multis.* Quod lumen habeat nocte, *ibid.* Cur complicare manus, et edere carnes suas dicatur, 170, 1. Cur sepultura decenti careat, 224, 2. Cur frustra natus sit, 226, 1. Est abortivo infelicior, 225, 1.

2° Pœnam spiritualem et æternam avaritia mentem obtenebrat et excæcat, XV, 196, 1. Ubi Christus ipse tribus argumentis avocat homines a studio divitiarum, *ibid.* Avaritia hominem in ruinam et exitium agit, X, 21, 1: *Si non in timore Domini tenueris te instanter.* Fidem et gratiam perdit avarus, XIII, 636, 1. Avaritia est bonorum ariditas operum, 635, 2. Avari sunt pauperes virtutibus, VI, 388, 2. Eos clamantes Deus non exaudit, 109, 1: *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis.* Caducis inhiantes amittunt æterna, 73, 2.

Avari tres hæredes post mortem, IX, 311, 1, 2: *Cum morietur homo, hæreditabit serpentes, et bestias, et vermes.* Nil proderunt tunc thesauri avaritia acquisiti, V, 271, 1; 272, 2: *Nil proderunt thesauri iniquitatis.* Dum aliena invadit, non evadet supplicia, 330, 2: *Manus in manu non erit innocens malus.* Avari spes in morte perit, 318, 2: *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes.* Avari in judicii die acerrime punientur, XIII, 519, 2. Defuncti torquentur auro, XX, 200, 1, 2. Avaritia excludit a regno cœlorum, XVIII, 652, 2. Quænam, 293, 2. Avari inexplebili opum cupidine et in gehenna siti laborant, XII, 555, 1, 2: *Argentum et aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini.* Avaritiæ ignis juste punitur igne gehennæ, XX, 200, 1: *Manducabit carnes vestras sicut ignis.* Triplici ardent igne avari, *ibid.*

III° MEDIA AD AVARITIAM FUGIENDAM. — Avaris Deus misericorditer sepit viam ad lucra, VIII, 308, 1: *Sepiam viam tuam spinis.* Quomodo ad Deum se convertant, XIII, 467, 2. Avaritia vincitur ab eleemosynario, VI, 150: *Qui pronus est ad misericordiam benedicitur.*

IV° EXEMPLA. — Ex avaritia Hiel ædificavit Jericho, ejus punitio, III, 637, 2. Avari cujusdam mortui cor in arca nummaria repertum, XIII, 385, 2; XIV, 281, 2: *Disperierunt omnes involuti argento.* Avaritia Judam perdidit, XV, 598, 1. Exempla avarorum qui per aurum occisi sunt, XX, 200, 2. Avaritiæ dediti fuerunt Judæi, XIX, 515, 1. Aurum spernentium exempla, II, 313, 1, 2; 330, 1. 2.

AVE. Ave formatur ab hebræo *Chava*, I, 109, 2; XVI, 15, 2 et seq. Ave salutationis forma, XX, 637, 1. Quid significet, *ibid.* Erat olim matutina salutatio, XVI, 16, 1.

AVERSIO. Aversio vultus est contemptus signum, X, 361, 1, 2. Aversio significat prævaricationem in iis quæ pertinent ad Deum, XII, 572, 2. Aversio voluntaria a fide est causa malitiæ, XIX, 168, 1. Avertitur impius a Deo, Deique lege, timore et disciplina, V, 53, 2. Et ipse alios avertit, *ibid.*

AVES. Aves fuerunt primum vivens animal creatum a Deo, IV, 262, 2. Sunt inter animalia, minima, X, 172, 1. Quælibet aves subinde a Latinis nominantur passeres, IV, 273, 1, 2. Aves in quibus conveniant cum piscibus, I, 63, 2. Avium variarum miraculosa natura, 64, 2 et seq.; 67, 1, 2. Aves aliquæ sunt semipisces, quia volant in aere, et natant in aqua, XIV, 215, 2. Aves pene omnes cum sole occidente dormiunt, cum oriente canere incipiunt, 609, 2. Aves libenter cur collo resupinent, V, 264, 2. Aves puellos voce et cantu suo ad canendum erudiunt, VI, 210, 2. Aves Canariæ docuerunt musicam, I, 65, 2. Canendo excitant homines ad laudem Dei, X, 379, 2. Aves Canariæ stato et modico canunt tempore, garrulæ perpetuo garriunt, XX, 74, 1. Allio ad pugnam incitantur, VI, 296, 2. Tamdiu in nido manent donec pulli cibum sibi quærere queant, 337, 1. Ex eo alio volantes in varia incidunt incommoda, *ibid.*, 2. Pullos suos mire diligunt, X, 89, 2. Quæ aves pullos severe educent, 192, 2. Nonnullæ ex arboribus nascuntur, 296, 2. Aves ab avibus decipiuntur, V, 199, 1. Aves stolidæ temere se in retia dant, 42, 2 et seq. Aves cum sui similibus volant, IX, 26, 2; 27, 1. Aves docuerunt homines medicinam et pœnitentiam, XII, 76, 2. Earum sagacitas per exempla ostenditur, 75, 1, 2. Aves omnes cicurantur et discunt humanum sermonem, XX, 151, 2.

Aves quænam mundæ in lege Moysis, II, 64, 1 et seqq. Eæ recensentur, *ibid.*, et seqq. Erant numero viginti, 67, 2. Qua de causa, *ibid.*, et seqq. Significant viginti vitia potentum, et eorum qui habent spiritus sublimes, *ibid.* Aves non divisæ ab Abraham in fœdere, quid mystice et moraliter significent, I, 204, 1.

Aves gentibus pro numinibus erant, XVIII, 52, 1. Angeli symbolici aves cur dicantur, XIV, 215, 2. Aves sunt imago virtutum, IX, 26, 2; 27, 1. Avis paradisiaca est symbolum animi cœlestis, X, 382, 1. Aves sunt symbolum vagorum,

B

XIV, 422, 1, 2. An futurus Antichristi locus natalis, XIX, 161, 2.

Babylon quomodo a Cyro illaqueata sit, XII, 321, 1. Quomodo sit capta a Persis et quando, *ibid.*; XIII, 75, 1, 2. Quia, scilicet, Deus aperuit armarium suum, facta derivatione Euphratis in alveos, XII, 321, 1. Babyloniorum stupor adventante Cyro rege Persarum, XI, 280, 1, 2. Per Cyrum subacta Judæi liberati sunt, XVIII, 47, 1. Quando a Dario Hystaspis expugnata, XIV, 375, 1, 2. Quomodo ea expugnatio peracta, *ibid.*, 2. Ejus vastationem perfecit Alexander, XI, 281, 1.

Babylon meretrix magna cum qua fornicati sunt reges terræ quæ sit, XXI, 305, 1, 2. Babylon Chaldæorum metropolis an intelligatur per meretricem magnam in Apocalypsi descriptam, 306, 1. Babylon an cœtus impiorum, 305, 1, 2. An mahometismus, 306, 2.. An Constantinopolis et Babylon Chaldæorum regum sedes, *ibid.* Est Roma ethnica qualis fuit olim, et tempore Antichristi futura est, 314, 1. Babylon capitur pro Roma a S. Petro, XX, 400, 2. Illam non adiit S. Joannes jam senex, 637, 2. Quid sit bestia coccinea super quam sedet, 311, 2. Ejus poculum aureum quod sit, 313, 1. Babylonis Chaldaicæ excidium et ruina fuit typus exordii Babylonis Romanæ, XII, 322, 2; XXI, 324, 1; 352, 2. Quanta ejus futura vastitas, XXI, 324, 1. Cur Babylonis nomine eam vocet Joannes, *ibid.* Cur id excidium describat, *ibid*, In ea punientur et Romæ ethnicæ persecutiones, 2. Cum ea occidet orbis, *ibid.* Vocatur meretrix, mercatrix, caupona, 325, 1. Ejus deliciæ, 329, 1. Mercatura et avaritia, 330, 2. Ejus veneficia, 331, 1. (*Vide.* ROMA.)

BABYLONII. Babylonii in vexillis et labaris columbam præferebant et inde exercitus eorum dicitur columba, XII, 199, 2. Babylonii cur in bello vestibus rubris uterentur, XIV, 428, 2. Babyloniæ virgines et sponsæ stupro et ejus pretio Venerem colebant, XII, 462, 1; XVIII, 54, 1; 677, 2; XXI, 317, 1. Babylonii ea nocte occisi qua epulabantur et convivabantur pervigilium agentes cuipiam deorum suorum, XIII, 75, 2. Quomodo a Cyro oppressi, *ibid.* Babylonios subactos cur Xerxes jusserit voluptatibus indulgere, XIII, 341, 2.

BABYLONICUM IMPERIUM. Babyloniorum imperium incipit a Baladan, IV, 761, 1. Cur vocetur caput aureum, XIII, 21, 2. Quia fuit cæteris diuturnius et antiquius, *ibid.* Item quia in Chaldæorum imperio effloruit sapientiæ pretium et æstimatio, XIII, 22, 1. Item quia blandius et suavius, *ibid.* At potius quia fuit felicissimum, gloriosissimum, famosissimum, amplissimum, *ibid.*, 2. Item quia primum tempore, *ibid.* Item quia Babylonii auri erant studiosissimi, 23, 1. Item quia crevit ex hostium inertia et luxu, *ibid.* Quamdiu id steterit, 30, 1.

BACCHIDES. Bacchides a Demetrio cum copiis missus contra Judam, IV, 447, 2. Jerusalem frustra obsidet, 455, 1. Ipsi contra Judam Machabæum victoria cessit, sed cruenta et pudenda, 456, 1, 2. Caute ictum Jonathæ declinavit, 459, 1, 2. Bethbessen frustra obsedit cæso Odare duce suo, 460, 2; 461, 1. Hinc iram vertit in apostatas Judæos, *ibid.*, 2. Pacem cum Jonatha facit, *ibid.*

BACCHUS, BACCHANALIA. Bacchus priusquam nasceretur, habuit cornua et cur, XXI, 259, 1, 2; 279, 1, 2. Bacchum cur enutriisse dicantur Pardales, XIII, 88, 1. Ejus navis describitur, ejusque instrumenta et remiges, VI, 210, 2. Baccho post victoriam præmium fuit templum magnificum, XXI, 371, 1. Bacchus cur dictus ignigena, XI, 158, 2. Bacchus nocturnus et comus quis fuerit Deus, XVIII, 225, 1; 507, 2. Cur dicatur crudelis, VI, 484, 1. Bacchus colebatur per feminas potius quam per viros, X, 7, 2. Hedera coronabatur, 147, 1. Ei canebatur hymnus in mensa, 149, 2. Baccho cur litaretur caper, quasi vitis vastator, XIII, 102, 1. Bacchum coluit Salomon, III, 613, 1. Bacchus bacchantes suos ideo hedera coronavit, ut minus a vino læderentur, hedera suo frigore ebrietatem restinguente, XII, 673, 1, 2. Bacchus et Venus consumunt opes multorum, 422, 2. Ejus quatuor filiæ et noxæ, VI, 204, 2. Bacchus vites inveniens est noster Noe, XIV, 32, 1.

BACCHANALIA sunt dies stultorum, IX, 454, 2; 516, 1. Bacchanalia festa quomodo celebrari solita, IV, 522, 1. Sunt probrum christianismi, IX, 527, 2. Bacchanalibus grassatur impietas; hinc eo tempore viri boni Dei indignationem precibus avertere satagunt, 423, 2. Bacchanalia suggillantur, 503, 2.

BALADAN. Baladan rex Babylonis, idem qui Nabonassar, XI, 484, 1, 2. Ejus filius Merodach cur legatos ad Ezechiam miserit, *ibid.*

BALAAM. Balaam an fuerit propheta Dei, an diaboli, II, 311, 2. Unde fuerit oriundus, 312 1. Quomodo dicatur ex Bosor, XX, 461, 2. Oracula sua pretio vendens, item benedictiones et maledictiones suas, simoniacus fuit, II, 312, 2; XVII, 200, 1. In quo deliquerit, XX, 674, 2. Ejus avaritia, 461, 2. Ejus cæcitas, 462, 2. Quare cum asina contenderet, *ibid.* Balaamum diabolum consulere volentem prævenit angelus Dei, X, 480, 2. Erexit aras non Deo, sed Baal, II, 318, 1. Quomodo eum Deus direxerit ut debuerit benedicere Israeli, 317, 2. Israelitis non tam maledixit quam benedixit, V, 480, 1; XXI, 52, 1. Mansit tamen adhuc in impietate, II, 320, 1. Eis male benedixit, VI, 3 44, 1. In quo fuerit filiis Israel scandalum, XVIII, 324, 1. Impium ejus consilium, II, 331, 1, 2; 377, 1, 2. Quid suaserit regi Balac ad perniciem Israelis, V, 268, 1, 2; XIV, 131, 1; XXI, 52, 1. Prophetat de Christo et de stella apparitura sub ortum Christi, II, 322, 1; XV, 75, 1. Prophetat de Romanis, II, 335, 2. De Amalec, 336, 1. De Cinæis sive posteris Jethro, 336, 1. Ejus mors, XX, 462, 1. Est schema hæreticorum, XX, 671, 2.

BALÆNA. Balæna unde dicatur, X, 413, 1. Earum mira vastitas, 413, 2. Balæna ducitur a pisciculo musculo, XX, 152, 1. Balænæ aquarum montes evomunt, XXI, 251, 1. Balæna mire amat fœtus suos, X, 90, 1. Balæna captu difficillima, *Job*, 767, 1. Non cicuratur, 770, 1. Balæna non fuit cetus qui Jonam devoravit, XIV, 38, 1.

BALNEA. Balneorum pericula, quamque caute ea adeunda, XIII, 182, 1, 2.

BALSAMUM. Balsamum ubi nascatur, IX, 644, 1. Judææ proprium fuit, VII, 94, 2. In Engaddi copiosum fuit et juxta illam solam urbem colligebatur, *ibid.* et IX, 635, 2. Et vitis putatur, VII, 580, 2. Quomodo et a quo a Judæa in Ægyptum translatum, IX, 644, 1; XII, 852, 2. Balsamum secum in Ægyptum traxit Jesus eo fugiens, et quomodo id illic proveniat, VII, 94, 2; XV, 83, 2. Balsami hortus non dat ex se fructum in Ægypto, nisi irrigante fonte virginis, XXI, 405, 1. Quomodo colligatur, IX, 644, 2. Inter aromata excellit, stillat opobalsamum, *ibid.*, 1. Ejus odor masculam et fortem habet virtutem, *ibid.*, 2. Ejus pastu viperæ venenum amittunt, 645, 1. Putredinem arcet, cujus rei sit symbolum, V, 282, 2. Quomodo id adulteretur, IX, 647, 2. Sinceri balsami virtutes, *ibid.*

BALTASAR, seu BALTHASAR. Baltasar rex Babyloniorum convivium instituens, quis fuerit, XII, 317, 1; 430, 1; XIII, 67, 1, 2; 68, 1. Fuit idem qui Merodach et Evilmerodach, dicitur item Labonitus et Nabonitus, *ibib.* Quot annis regnarit, XIII, 68, 1. Fuit ultimus Babyloniorum rex, XII, 430, 1. Ejus vecordia et præfidentia, XIII, 68, 1. Ejus superbia, XI, 291, 1. Quomodo retusa, *ibid.*, 2. Ejus mater sapientissima fuit femina, XIII, 79, 1. Sententia in eum vesperi in convivio lata, eadem nocte executioni mandata est, 75, 1. Baltasaris fatum, *Job*, 155, 1; 447, 2. Repente a Deo fuit castigatus, XII, 18, 2. Turpiter a Cyro victus est, XI, 286, 1. A Cyro cæsus factus est fabula omnibus gentibus, XIV, 229, 1. Interfectus est a Persis, non vero benigne habitus, contra Josephum, *ibid.* Ob sacrilegium est punitus a Deo, *ibid.*, 2. Projectus in fossam promiscue cum aliis, XI, 293, 1, 2. Ei nemo de stirpe patris successit, *ibid.* Ejus filii occisi, *ibid.* Compotatione sua perdidit monarchiam Babyloniorum quam Nabuchodonosor erexerat, V, 369, 1.

BALTASSAR, vel BELTSASAR. Baltassar vel Beltsasar quid sonet, XIII, 11, 2. Erat id nomen apud Chaldæos regale ac divinum, 55, 2. Ita est dictus Daniel, 11, 2.

BAPTISMUS. I° BAPTISMI DEFINITIO ET NOMINA. — Baptismum et baptismus dicitur, XVII, 241, 1: *Post baptismum quod prædicavit Joannes.* Ejus dignitas et nomina, XX, 341, 2; 342, 1: *Salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum.* Baptismus non significat doctrinam. XVII, 350, 1, 2: *In quo ergo baptizati estis.* Quomodo dici possit verbum Dei vivi, XX, 271, 2: *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi.* Cur dicatur regeneratio, XV, 433, 1. Est renovatio et lavacrum regenerationis, XIX, 337, 2: *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti.* Cur dicatur illuminatio, XVI, 461, 1; XIX, 75, 1: *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum*, XVI, 400, 1: *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati*, 462, 2: *Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati*, XX, 66, 1: *Omne datum optimum et omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum.* Baptismus est professio christianismi et legis evangelicæ, IV, 349, 2: *Tunc Achior videns virtutem quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo et circumcidit carnem præputii sui*, XVIII, 561, 1: *Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.* Unicus est tantum baptismus, 624, 2: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* Cur Christus mortem suam vocat baptismum, XVI, 183, 1: *Baptismo autem habeo baptizari.* Quid sit baptizari pro mortuis, XVIII, 406, 2: *Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt.*

II° BAPTISMATUM DISTINCTIO. — Baptismus est duplex, aquæ et sanguinis, XVI, 621, 2: *Et continuo exivit sanguis et aqua.* Etiam triplex est, fluminis, flaminis, et sanguinis, XV, 105, 1: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne*, XVII, 54, 1. *Vos autem baptizabimini Spiritu sancto*, XIX, 399, 2: *Non rursum jacientes fundamentum... baptismatum doctrinæ.* Baptismus Spiritus sancti vocatur ejus effusio in Pentecoste et differt a baptismo aquæ, XVII, 53, 2, et seqq. Baptismi votum in defectu baptizantis vel aquæ sufficit, XVI, 340, 1.

III° BAPTISMI INSTITUTIO. — Quando baptismus sit a Christo institutus, XV, 107, 1: *Tunc venit Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem ut baptizaretur ab eo*, XVI, 340, 1: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Quando institutus et obligare cœperit, XVII, 53, 2: *Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.* Eum instituit Christus, jam a Joanne baptizatus, sed ejus suscipiendi necessitatem indixit post mortem in Pentecoste, XV, 114, 1; XVI, 340, 1. Ante mortem tamen Christi vim habebat expiandi peccata, XVI, 347, 1, 2: *Post hæc venit Jesus... in terram Judæam, et illic morabatur... et baptizabat.*

IV° BAPTISMI MATERIA ET FORMA. — Ejus materia est aqua, XVI, 339, 2: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua.* Ejus forma, XV, 657, 1, 2: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Ejus forma non est deprecatoria, sed consecratoria et sacramentalis, XVIII, 662, 1: *Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ*

in verbo vitæ. Ejus formam aut materiam variam baptisma evertit, XVIII, 624, 1. Baptismus in nomine solo Christi an valeat, XVII, 102, 2: *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi*, XVIII, 106, 2: *Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu*. Baptizari in nomine Christi quid sit; 252, 1: *Numquid in nomine Pauli baptizati estis*. In Christo dupliciter baptizamur, 106, 2.

V° Baptismi ritus. — Ejus ritus, XIX, 337, 2. Baptizandus interrogandus an velit baptizari, XX, 341, 2: *Salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum*. Baptizandi olim recitabant symbolum fidei ob spem æternitatis et resurrectionis, XVIII, 406, 2. Baptismo præmitti non debet pedum ablutio, XVI, 524, 2 et seqq. *Respondit Jesus, et dixit ei* (Petro): *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea*. Baptizandi olim oculos et manus in cœlum elevabant, XX, 341, 1, 2. Baptizati Christum mortuum et sepultum repræsentant, XVIII, 107, 1: *Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus*. Baptismus est figura mortis Christi, et figura crucis, hinc baptizandus cum Christo crucifigatur, 109, 2: *Hoc scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est*. Baptismus solemnis celebrari solet in sabbato sancto, XVIII, 106, 2. Hinc repræsentat sepulturam Christi et peccatoris, *ibid*. et XIX, 87, 2: *Consepulti ei in baptismo*. Quare baptizati oleo ungantur, XVIII, 334, 1. Cur olim induebant calceos albos, et vestem candidam, 107, 2; XX, 276, 2: *Sicut modo geniti infantes*; 300, 1: *Quasi liberi, et non quasi velamen habentes malitiæ libertatem*; 686, 2: *Odientes et quæ carnalis est, maculatam tunicam*. Item coronabantur, 286, 1 et seqq.: *Vos autem regale sacerdotium*. Cur recens baptizatis olim daretur vinum, lac et mel, VIII, 71, 1: *Favus distillans labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua*, XI, 650, 1. *Venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione, vinum et lac*, XVIII, 268, 1: *Tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi*. Baptizatis olim mox a baptismo dabatur Eucharistia, XIV, 474, 1. Quamdiu is mos durarit, *ibid*., 2. Baptizati olim cum vestem candidam in baptismo acceptam deponerent, cur ejus loco agnum cereum acciperent, XII, 101, 1: *Et ego quasi agnus mansuetus*, XXI, 124, 2. Baptizati dicuntur nomen dare Christo, unde eorum nomen catalogo fidelium inscribuntur, XI, 541, 1 2: *Iste dicet; Domini ego sum, et ille vocabit in nomine Jacob*.

VI° De Baptismi ministro. — Baptismus ab hæreticis collatus validus est, et baptizatos sanctificat, VIII, 280, 2: *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum*, IX, 444, 1: *Non est speciosa laus in ore peccatoris*, X, 193, 2: *Ab immundo quis mundabitur*, 210, 2: *Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit eum, quid proficit lavatio ejus?* V, 269, 2; 473, 2: *Victimæ impiorum abominabiles Domino*, XVI, 464, 2: *Scimus autem quia peccatores Deus non audit*. Baptismum infidelium esse mendacem et vanum docebant Donatistæ, XII, 129, 2: *Plaga mea..... facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium* [1]. Baptizari a mortuo quid sit, X, 210, 2.

VII° De Baptismi subjecto. — Baptismus omnes obligat, et est ad salutem necessarius, non tamen parvuli eo obligantur, XV, 718, 2: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit*, XVI, 403, 2. Est infantibus fidelium non minus necessarius quam aliis, XVIII, 192, 2: *Quod si delibatio sancta est, et massa*. Baptismum cur olim multi differrent, XX, 531, 2: *Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum*. Quæ ad eum requiratur dispositio, XX, 341, 2. Est pactum inter Deum et baptizatum, *ibid*. Baptismi sacramentum non confert gratiam ficte suscipientibus, nisi sublata per pœnitentiam fictione, VIII, 280, 2: *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum*. Baptizandi majores dolere debent de peccatis admissis, XVIII, 195, 2: *Sine pœnitentia sunt dona et vocatio Dei*. Baptismus requirit in adultis attritionem, XVII, 102, 2: *Pœnitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum*. Non indiget pœnitentia satisfactoria, XVIII, 195, 2. Baptizati adulti sunt pueri multorum dierum, XI, 753, 1, 2: *Non erit ibi amplius infans dierum*.

VIII° De effectibus Baptismi. — Baptismi vis et efficacia, XII, 752, 1: *Effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris*; XVII, 151, 1: *Qui curabantur omnes*; XVIII, 107, 1: *In morte ipsius baptizati sumus*, 547, 2: *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis*, XX, 342, 1. Unde ea vis et efficacia manarit, XII, 852, 1: *Et erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ istæ*. Baptismi effectus novem, XII, 752, 1. Justificat parvulos ex opere operato, XIV, 61, 1: *Et ego non parcam Ninive civitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistram suam*. Non operatur ex opere operantis, sed ex operato, XVIII, 252, 1: *Numquid in nomine Pauli baptizati estis?* Non est tantum justitiæ signum contra novantes, XVIII, 547, 2; 662, 2. Plane per eum peccata remittuntur, XVIII, 82, 1: *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum*. Baptizati plane justificantur, sine ulla peccati reliqua, XVIII, 130, 1: *Nihil ergo damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu*. Baptismus est velut uterus Ecclesiæ, IX, 72, 2. Initium sapientiæ timor Domini, et cum fidelibus in vulva concreatus est, 71, 2. Est mors criminum et vita virtutum, XII, 752, 1, 2. In eo spiritualiter renascimur, XVI, 339, 1: *Nisi quis rena-*

[1] Hic in memoriam revocare utile ducimus verba Scripturæ quæ hic et alibi in eodem sensu proferuntur, dedisse locum difficultatibus quæ contra veritatem hic assertam afferuntur.

tus fuerit ex aqua et Spiritu sancto. In eo incorporamur Christo, et per eum velut iterum creamur, XVIII, 603, 1: *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis.* In baptismo aliquando visibiliter datus Spiritus sanctus, XVII, 197, 1: *Oraverunt pro illis ut acciperent Spiritum sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat.* Per eum semper datur ejus gratia, XVII, 243, 1.

Per baptismum infantibus induntur virtutes, XX, 276. 2. Baptismus ascribit in Ecclesiam, est tessera Ecclesiæ, XV, 107, 1. Quomodo in eo signati sumus, XVIII, 424, 2: *Qui unxit nos Deus, qui et signavit nos.* Baptizati omnes, sive boni, sive mali, sunt in Ecclesia, XVIII, 375, 1: *In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus.* Baptismi dies est dies redemptionis, XVIII, 647, 1: *In quo signati estis in die redemptionis.* Baptizati non sunt tentationum expertes, ut docet Jovinianus, *Job.* 180, 1: *Militia est vita hominis super terram.*

IX° De typis veri Baptismi. — Baptismus per arcam Noe repræsentatur, XX, 340, 2: *In qua* (arca) *pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam, quod et vos nunc similis formæ salvos facit baptisma.* Confertur cum diluvio, *ibid.* Quomodo ejus typus est maris Rubri transitus, XVIII, 338, 2 et seq.: *Omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari,* XXI, 290, 2: *Et vidi tanquam mare vitreum.* An dici possit mare vitreum, XX, 290, 2; 102, 1. Baptismi ablutio præsignificata, XI, 113, 2: *Lavamini, mundi estote.* Cur nubi compararetur, XI, 316, 1: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem.* Baptismus an sit fons patens domui David, XIV, 516, 1: *Erit fons patens domui David et habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris.* (*Vide* Circumcisio.)

X° De baptismo Joannis. — Baptismus Joannis qualis esset, et in quo a Christi baptismo differret, XV, 98, 1: *Et baptizabantur ab eo in Jordane confitentes peccata sua.* Fuit diversus a baptismo Christi, XVII, 350, 2: *His auditis baptizati sunt.* Ille huic præludebat, XV, 104, 1: *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam.* Disponebat ad baptismum Christi, XVI, 316, 2: *Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.* Illius quæ fuerit forma, XV, 108, 2; XVII, 350, 2. Denotat doctrinam et omnem prædicationem ejus, XV, 468, 1. Quamdiu durarit, XVII, 327, 1.

BARABBAS. Barabbas insignis fuit latro, huic tamen Christus postponitur, XV, 602, 2 et seq.; 605, 2. Quid vox sonet, 602, 2; 604, 2. Per culicem a pharisæis excolatum denotatur, XV, 493, 2.

BARAC. Barac non fuit consanguineus Debboræ, sed externus, III, 134, 1.

BARACHIEL. Barachiel quid proprie significet, XXI, 21, 2. Ejus emblema, 22, 1.

BARBA. Barbam radere Judæis vetitum, II, 126, 2. Barbam cur non raderent sacerdotes Judæi, XII, 834, 2. Barbam alicui præscindere apud veteres ingens erat probrum, XI, 558, 1; XII, 540, 1. Barba est decor viri et symbolum virilitatis, XI, 598, 1; XII, 540, 1. Ea decet viros, II, 126, 2. Multarum rerum est symbolum, *ibid.* Barba intonsa erat symbolum pœnitentiæ, V, 151, 1. Barba tenus philosophus et cordatus vir sunt Deo exosi et ludibrio hominibus, XII, 540, 2. Anicetus Pontifex clericis barbam non vetuit, II, 126, 2. Eam prisci clerici alebant, et Apostolorum icones barbam præferunt, 127, 1.

BARBARI. Barbarus vox græca est, et a Græcis per onomatopœiam facta, XVIII, 45, 1; 389, 2. Sic dictus omnis qui aliam quam græca et romana lingua loqueretur, *ibid.* Barbari etiam symbolis in scientiis suis usi, XIII, 223, 2. Barbarorum omnium vitium commune misceri cum matre, filia, sorore, etc., IV, 343, 2. Barbari nonnulli filios occidunt, II, 27, 2.

BARCHOCHEBAS. Barchochebas, id est filius stellæ, fuit insignis sub Adriano imperatore impostor; ad rebellandum Romanis Judæos excitavit, XII, 541, 2; XV, 73, 2; XVI, 387, 2; XXI, 677, 1. Finxit se esse Messiam, XV, 509, 1. Fuit stultus Judæorum pastor, XIV, 497, 2.

BARLAAM EREMITA (S.). S. Barlaam eremita non alios vitæ annos computabat, quam quos Deo dedicasset, XIV, 329, 2. Quo astu ad Josaphat aditum sibi pararit et eum converterit, V, 575, 2; XVII, 315, 2. Per apologos Josaphatum regem docuit, IX, 26, 1. Oblatam a Josaphat pecuniam rejecit, XV, 260, 1. Josaphato suasit ut semper cogitaret se hodie cœpisse Deo servire, et hodie fruiturum, III, 551, 1; IX, 203, 1; XIX, 382, 2.

BARNABAS (S.). S. Barnabas prædii venditi pretium ad pedes Apostolorum posuit, XVII, 138, 2. Dictus est et Joseph, *ibid.* Cur dictus filius consolationis, *ibid.* Nominis Barnabæ etymon, 139, 1. Fuit Levites, 2. An fuerit Cyprius, *ibid.* Ejus prosapia, *ibid.* S. Paulum ad Apostolos introduxit, eum ut suspectum habentes, 222, 1. Fuit condiscipulus et socius S. Pauli, 250, 1; XVIII, 473, 1, 2. Non minus fuit Apostolus quam alii, XVIII, 39, 1. Latuit in persecutione Herodis, XVII, 273, 1, 2. An fuerit episcopus, 276, 1. Cur a S. Paulo discesserit, an in Italiam venerit: in Cypro pro Christo martyr occubuit, 304, 2 et seqq. Cur a Lycaoniis vocetur Jupiter, 289, 2. Judaice se gessit, XVIII, 530, 2. S. Matthæi Evangelium propria manu descriptum circumtulit, XV, 9, 2; 49, 1. Cur Evangelium S. Matthæi secum sepeliri voluit, XVIII, 46, 1. Ejus elogium, XVII, 249, 2; 275, 2; XXI, 129, 2.

BARSABAS. Barsabas quid proprie significet, XVII, 70, 2. Unde vox formetur, *ibid.* Ab insigni vitæ sanctitate et justitia, æque ac frater ejus, vocatus est Justus, *ibid.*

BARTHOLOMÆUS (S.). Bartholomæi nominis etymon, XV 257, 1. An ipse sit Nathanael, id videtur esse probabile, XVI, 322, 1; XXI, 391, 1.

BATUS. Batus quæ esset mensura, XVI, 216, 1: 330, 2. Batus et ephi erant pares mensuræ, sed hæc aridorum, illa liquidorum, XII, 843, 1, 2. Utraque tres modios continebat, *ibid.*

BEATUS. *Vide* Beatitudo.

BEATI. 1° Beati soli scribuntur in libro cœlestis Jerusalem, XI, 147, 2: *Omnis qui relictus fuerit in Sion.... sanctus vocabitur.* Cursu triumphali ibunt in cœlum, XII, 456, 1. Omnia ipsis Deus complanabit, *ibid.* Eorum præmii dotes septem, XXI, 183, 1, 2: *Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* Octo dotes beatorum, XII, 455, 1, 2 et seq.

2° Beati vident essentiam Dei in se, XX, 564, 2: *Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Ejus speciem in mente sibi efformant, 565, 1. Soli attributa Dei cognoscunt, XVIII, 383, 2: *Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus.* Deum videntes, non rapiuntur: vident eum per essentiam, non per speciem mediam, 449, 2; 500, 1: *Per fidem enim ambulamus, et non per speciem.* Vident Deum non per vires naturæ, sed gratiæ, XX, 594, 2: *Deum nemo vidit unquam.* In cœlo non comprehendunt divinam essentiam, XIX, 64, 2: *Sequor si quomodo comprehendam in quo et comprehensus sum.* Norunt omnia quæ Deus continet eminenter, X, 376, 2: *Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua?* In visione Dei summa perfruentur pace, XIII, 525, 1. Qui viventes Deum ardenter videre desiderarunt, eo possesso summe delectantur, V, 397, 2: *Desiderium si compleatur, delectat animam.* Deus erit eis quasi loco solis, XII, 456, 2. Erunt quasi dii per gloriam, XX, 414, 1: *Ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ*, 565, 1. Beantur illapsu divinitatis in ipsos, *ibid.* In Deum non transformabuntur, XVI, 595, 2.

3° Eorum amor erga Deum, XX, 565, 1. Eorum reverentia erga Deum, XXI, 186, 1.

4° Semper Deum dilaudant, sed id adæquate facere nesciunt, X, 422, 1: *Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis: non enim comprehendetis*, XIII, 527, 2: *Judæa in æternum inhabitabitur.* Quibus nominibus Deum assidue laudent, XIV, 555, 2: *Magnificetur Dominus super terminum Israel.* In cœlo serviunt Deo labio uno electo, 304, 1: *Reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini.* An lingua hebræa Deum laudent, 304, 1. Beatis nova indetur lingua, et omnibus linguis loquentur, XVIII, 383, 1: *Sive linguæ cessabunt.* Quos Deo ibi hymnos concinant, XIV, 268, 1, 2: *Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.* Palam profitebuntur se servos Dei esse, XXI, 409, 1. Stupent Dei gloriam silendo, XIV, 235, 1, 2: *Dominus autem in templo sancto suo; sileat a facie ejus omnis terra.* Eorum musica, eorum gloria et voluptas describitur, XVIII, 116, 2; 446, 1. Quomodo saliant, et quo sensu, XIV, 612, 1: *Et salietis sicut vituli de armento.* Eorum chori et choreæ, *ibid.*

5° Beatorum gaudia quanta sint, XI, 370, 2; 371, 1; XX, 253, 1: *Exultabitis lætitia inenarrabili et glorificata.* Eorum publica et festiva lætitia, XIX, 507, 1: *Accessistis ad Sion montem.... et multorum millium angelorum frequentiam.* Cur non recordentur dolorum et laborum præsentis vitæ in cœlo, VII, 222, 2: *Non enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eo quod Deus occupet deliciis cor ejus.* Non obliviscuntur tamen omnium tribulationum hujus vitæ, ad majus eorum gaudium, IX, 359, 1: *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ.* Quam suavis eorum requies in cœlo, XIX, 387, 2: *Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.* Mire gaudent quod post mundi angustias salvi ad portum salutis appulerint, XI, 752, 2: *Oblivioni traditæ sunt angustiæ priores.* A Deo aluntur, 443, 1: *Panis ei datus est, aquæ ejus fideles.* Eorum gaudium per manna significatur, I, 585, 2. Eorum gaudium et gloria per escam et potum corporalem designatur, XV, 562, 1 et seq. Satiantur gloria Dei, X, 382, 1: *Et quis satiabitur videns gloriam ejus?* Eorum in cœlo voluptas in ligno vitæ quæ sit, XXI, 406, 2: *In medio plateæ ejus, et ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim.* Ipsi dici nequeunt arbores vitæ, 407, 1. Omnes creaturæ ipsos delectant, XII, 456, 2. Omnia in cœlo etiam minima eas recreant, XXI, 407, 2; 408, 1. Erunt non minus beati gloria aliena quam propria, XI, 370, 1; 371, 1, 2. Eorum spes de vindicta nihil minuit de beatitudine ipsorum, XXI, 151, 2: *Usquequo non judicas et non vindicas sanguinem nostrum?*

6° Beatorum splendor et glória, XII, 455, 2. Eorum quanta futura sit claritas, XV, 383, 2. Eorum stola quam futura sit gloriosa, IX, 440, 2: *Stola gloriæ vestet illum.* Beati in cœlo nulla veste, sed sola gloria vestiuntur, XVII, 61, 1: *Ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis.* Sunt anathema misericordiæ et gloriæ divinæ, XIV, 619, 1, 2. Eorum nomen novum, XII, 455, 1. Sunt stellæ, XVIII, 409, 1: *Alii claritas stellarum.* Sunt aquilæ, XI, 505, 1, 2: *Assument pennas sicut aquilæ.* Similes sunt angelis, quia non nubunt, neque generant, XVI, 256, 1: *Æquales enim angelis sunt.* Quomodo in cœlo futuri sicut angeli Dei, XVIII, 632, 1: *Donec occurramus omnes... in virum perfectum.* Sunt impeccabiles, XVI, 451, 1; 554, 2. Sunt reges et domus mundi, V, 526, 1. Sunt reges totius orbis, XV, 143, 1: *Ipsorum est regnum cœlorum*, XXI, 132, 1: *Fecisti nos Deo nostro regnum... et regnabimus.* Sunt populus Dei, XXI, 369, 2: *Ipsi populus ejus erunt.* Deus est jugiter cum eis, *ibid.* Sunt peculium Dei, XIV, 603, 1: *Et erunt mihi, ait Dominus, in peculium.* Sunt filii Dei, XVI, 256, 1: *Et filii sunt Dei cum sint filii resurrectionis.* Stant ante thronum Dei, XXI, 170, 2: *Stantes ante thronum et in conspectu Agni.*

7º Beati in cœlo vivent in æternum, X, 264, 1 : *Vita viri in numero dierum; dies autem Israel innumerabiles sunt*, XX, 564, 2. Eorum præmium essentiale, XVIII, 115, 2 : *Gratia autem Dei vita æterna*. Cur eorum præmium vocetur vita æterna, non opes et honores et deliciæ, *ibid*. Sunt de gloria securi, XIV, 604, 2. In cœlo coronabuntur immarcessibili gloriæ corona, XI, 607, 2. Illorum voluptas jugiter renovatur, XXI, 407, 2.

8º Aliæ Beatorum proprietates et prærogativæ. Beatorum quantus sit numerus, XII, 456, 2 ; XXI, 407, 2. Eorum ætas significatur anagogice per castra Hebræorum, II, 201, 2. Eorum unio et communio in cœlo, XXI, 369, 1 : *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus*. Iis omnia bona et gaudia sunt communia, XVI, 213, 1 : *Tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt*. Quomodo in cœlum invicem loquantur, XXI, 359, 1. Alter alterius vident arcana, 381, 1 : *Ipsa vero civitas aurum mundum, simile vitro mundo*. Non habent spem, VI, 238, 1. In cœlo non jurant, V, 407, 1 : *Testis fidelis non mentitur*.

Quomodo terram intueantur, XI, 443, 1 : *Cernent terram de longe*. Beati admirantur non terrena, sed cœlestia, XXI, 186, 1. Semper vident damnatos in tormentis, XVI, 223, 2. Tamen eos juvare nec possunt nec volunt, 226, 1, 2 : *Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est*. Non condolent, nec consolantur damnatos in inferno, XI, 769, 2 : *Et erunt ad satietatem visioni omni carni*.

Beati in cœlo, an in frontibus cruce velut tessera insigniendi sunt, XII, 571, 2 : *Signa Thau super frontes virorum gementium*. Non sunt in globum transformandi, XV, 333, 1 : *Tunc justi fulgebunt sicut sol*.

9º Beatorum regnum etiam corporale gloriosum erit in cœlo, XIII, 98, 2 : *Magnitudo regni quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum*. Quando id sit inchoandum, *ibid*. Beati expectant in cœlo redemptionem corporum, *Psalm*. II, 357, 1 : *Converte, Domine, captivitatem nostram sicut torrens in austro*. Resurgent in ætate perfecta, XI, 753, 2 : *Non erit ibi amplius infans dierum*. Habebunt corpus cœleste, XVIII, 448, 1 : *In hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est, superindui cupientes*. Quomodo sint filii resurrectionis, XVI, 256, 2 : *Et filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis*. Post resurrectionem in cœlo erunt similes angelis, XV, 481, 2. Item Deo, *ibid*.

Apparent ea specie et forma qua volunt, XV, 649, 2 : *Erat autem aspectus ejus sicut fulgur, et vestimentum ejus sicut nix*. Possunt se subito reddere invisibiles, 456, 2. Mutant se et sua corpora prout volunt, et prout necessitas exigit eorum quibus apparent, XVI, 637, 1. *Venit Jesus januis clausis*. An ab extremo in extremum transire possint, non transeundo medium, XVIII, 410, 2 : *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale*. (*Vide* Beatitudo, Cœlum, Sancti.)

BEATITUDO HUJUS VITÆ. Beatus dicitur quasi bene auctus, X, 115, 1 ; XV, 137, 2. Beatus quis vere, IX, 427, 1, 2 : *Beatus qui in sapientia morabitur, et qui in justitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei*. Beati quinam in hoc sæculo, *Psalm*. II, 58, 1 : *Beatus vir cujus est auxilium abs te*. Beatitudinem in quo Gentiles ponerent, XVI, 541, 1. Vera beatitudo hujus vitæ in quo consistat, *Psalm*. I, 9, 1 : *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum*, etc. ; XV, 137, 2 : *Beati pauperes spiritu*, etc. Beatitudo est nosse Deum, XIII, 334, 2 : *Non est veritas, et non est scientia Dei in terra*. Consistit in hac vita, in fide et amore Christi, XV, 366, 1 : *Beatus es, Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi*. Consistit in adimplenda lege Dei, XX, 88, 1 : *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit*. Beatitudines novem hujus vitæ, IX, 675, 1, 2 : *Novem insuspicabilia cordis magnificavi, et decimum dicam in lingua hominibus*. Beatitudo hujus vitæ Evangelio invenitur, XV, 7, 1. Beant nos innocentia, beneficentia, justitia, IX, 406, 1 : *Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti*. Beatus est qui suis lætatur, VII, 302, 1. Nemo ante mortem beatus est, IX, 359, 2 : *Ante mortem ne laudes hominem quemquam*.

BEATITUDO CŒLESTIS. Beatitudo cœlestis consistit in visione Dei, IX, 211, 1 : *Quibus autem cognita est* (sapientia), *permanet usque ad conspectum Dei*; XIII, 245, 1; XX, 256, 1, 2: *Spiritu sancto misso de cœlo in quem desiderant angeli prospicere*. Cur dicatur regnum, XV, 143, 1: *Ipsorum est regnum cœlorum*. Cur terra, 144, 1 : *Ipsi possidebunt terram*. Apte vocatur cœna, et quidem cœna magna, XVI, 197, 1 : *Homo quidam fecit cœnam magnam*. Cur vocetur cœna, non prandium, XXI, 335, 1 : *Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt*. Convivii lucidissimi nomine indicatur, est velut lignum vitæ, 47, 1 : *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*. Denotatur per arborem vitæ, I, 87, 2. Pacis etiam nomine denotatur, XVI, 50, 2 : *Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis*. Beatitudo cœlestis per Ecclesiam triumphantem ex sapphiro et smaragdo fabricandam significata, IV, 308, 2. Beatitudo Judæorum et Mahumetanorum in quo consistat, XVIII, 412, 2 : *Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt*.

Beatitudo cœlestis qualis, *Psalm*. I, 223, 1, 2 : *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ*. Erit spiritalis, angelica et divina, XX, 245, 2 : *In hæreditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem*. Item immarcescibilis, tum substantia, tum sapore et gustu, 246, 1. Ea erit omnibus communis, 106, 1 : *Nonne Deus ele-*

git pauperes in hoc mundo, divites in fide et hæredes regni. Ea quam magna sit, XX, 365, 1 : *Communicantes Christi passionibus gaudete, ut et in revelatione ejus gaudeatis exultantes.* Beatitudinis æternæ dulcedo quanta sit, IX, 613, 1, 2 : *Agnoscent qui derelicti sunt quoniam... nihil est dulcius quam respicere in mandatis Domini.* Ejus suavitas et voluptas, XVIII, 262, 2: *Scriptum est : Quod oculus non vidit, nec auris audivit*, etc. Ejus dimensiones, 619, 2: *Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum.* Qualis in ea futura æqualitas, et inæqualitas, 473, 1: *Qui multum non abundavit, et qui modicum non minoravit.* Beatitudo cœlestis beatos absorbet, XV, 387, 2. Ea animam non exsatiat, sed sui desiderium semper exacuit, VI, 275, 2.

Beatitudo æterna effectus est prædestinationis, XVIII, 147, 2 : *Quos autem prædestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit, hos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit.* Non obtingit sola fide, sed ex bonis operibus, laboribus et passionibus, XIX, 50, 1 et seq. : *Ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.* Eam bonis operibus meremur ex condigno, 313, 1 : *Reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex.* Non in Veteri sed in Novo Testamento reperitur, 492, 2 : *Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.* Beatitudinem justis Deus conservat, *Psalm.* I, 78, 1 : *Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.* Beatitudo cœlestis promissa filiis parentum sanctorum, VI, 53, 1 : *Justus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.* Beatitudinem assequamur, si quatuor præstemus, *Psalm.* II, 133, 2 : *Quis ascendet in montem Domini?.... Innocens manibus et mundo corde*, etc. Eam semper sperat justus et sapiens, X, 568, 1. Beata æternitas quam sit optanda, XI, 370, 2; 371, 1. Beatitudinis desiderium ejusdem pignus est, *Job*, 415, 2 : *In novissimo die de terra surrecturus sum.* (*Vide* Cœlum, Beati, Sancti.)

BEATITUDINES EVANGELICÆ. Cur S. Lucas quatuor tantum beatitudines evangelicas ponat, S. Matthæus octo, XVI, 113, 1. Beatitudines octo sunt quasi octo paradoxa mundi, XV, 138, 2. In earum singulis intelligitur vox *spiritu*, 139, 1. Cur duabus, primæ et ultimæ, regnum cœlorum promittatur, 151, 1. Ipsum tamen omnibus præmium est, sed alio et alio nomine et titulo, *ibid.* Earum octo scalæ, 151, 1. Sunt ea omnes inter se connexæ, *ibid.*, 2. Earum inter se ordo, *ibid.* Omnibus justis conveniunt, suo quodam modo et gradu, *ibid.* Beatitudines quas Christus enumerat, patientiam includunt, XVIII, 380, 2.

BEDA (Venerabilis). Beda venerabilis ab anno ætatis septimo in religione educatus est, XIX, 303, 2. Augustinum passim et subinde ad verbum consectatur, XVI, 292, 1. Ejus est commentarius in Proverbia S. Hieronymo ascriptus, V, 121, 1. An sit ejus liber *de Divinatione mortis et vitæ*, XIV, 34, 1. In Apocalypsim commentarium edidit, XXI, 11, 2. Ne in morbo quidem a docendo et scribendo cessabat, et scribendo mortuus est, XX, 374, 2. Evangelio S. Joannis immortuus est, XV, 9, 2; XIX, 232, 2. Quando et quomodo mortuus sit in festo Ascensionis Domini, XVII, 511, 2. Ejus in morte vox, V, 441, 1. Cantans *Gloria Patri et Filio*, etc., in vesperis spiritum reddidit, X, 422, 2.

BEELPHEGOR. Beelphegor quis fuerit deus, XVIII, 341, 2. Quale fuerit idolum, II, 339, 1. Ejus forma, *ibid.* Quomodo pingeretur, XII, 299, 2. Ejus colendi ritus, II, 339, 2. Colebatur fornicando juxta ejus idolum, XIII, 552, 2.

BEELZEBUB. Beelzebub deus musca, IV, 3, 1, 2. Erat idolum Accaronitarum, unde ita dictum, XV, 271, 2.

BEGARDI ET BEGUINÆ. Begardi et Beguinæ solis naturæ viribus ac lumine, Deum ab homine videri posse docebant, XVIII, 115, 1. Censebant se reddi posse impeccabiles, XX, 528, 1. Docebant perfectos non obligari ad bona opera, XVI, 559, 1.

BEHEMOT. Behemot quid significet, *Job*, 754, 1. Typus Antichristi, 759, 1. Typus diaboli, 755, 1.

BELGÆ, BELGIUM. Belgium habet formam leonis, XI, 152, 1. Dicitur leo, 404, 1. Ob luxum vestium punitur, 145, 2. Belgæ catholici cæsi ab Hollandis apud Neoportum ob ordines non servatos, VI, 220, 2. Belgii provinciarum præcipua elogia, XIV, 7, 3. Belgica lingua an sit antiquissima, I, 172, 1. Belgæ osculo excipiunt hospites, XVI, 127, 2. Belgici belli origo et occasio, III, 518, 1. Eo durante viginti duæ militum regionum rebelliones ob tardata stipendia, *ibid.* Belgium hortus deliciarum fuit olim, nunc vallis lacrymarum, XII, 168, 2.

BELIAL. Belial quid significet, XVIII, 461, 1, 2. Belial vox unde derivetur, V, 163, 1. Quam varia significet, *ibid.* Filii Belial qui dicantur, 2. Significat hominem legis jugum excutientem, VI, 39, 2.

BELLATOR. Bellator longævus, inopiam patiens, res miseranda est, X, 16, 1. Bellatores aliquot eximii, quia procero et valido corpore æque ac animo, IV, 426, 1.

BELLUM. 1° *Bellum unde dictum*, VII, 138, 2, XX, 171, 1, 2. Dicitur per antiphrasim quasi minime bellum, vel quasi belluinum a belluis, *ibid.* Vel dictum a Belo, rege Assur, *ibid.*; X, 316, 1. Bellum *tenupha*, vel præcipuum, quid sit, XI, 422, 2. Belli descriptio, XIII, 520, 2.

2° *Bellorum causæ et conditiones.* Belli justi ex Scriptura referuntur causæ duodecim, II, 365, 1, 2. Bellum sanctum quod dicatur, XIII, 402, 1. Belli causa, superbia et dominandi libido multis extitit, IV, 317, 2; 318, 1 : *Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, et in gloria quadrigarum suarum.* Oritur ex cupiditate. XX, 171, 1, 2 : *Unde*

bella et lites in vobis? Nonne hinc... ex concupiscentiis vestris. Bellum pœna peccati, III, 633, 2. Bellum vix caret a peccatis, XX, 171, 2. Bella christianis sunt licita, I, 595, 2 : *Manus solii Domini, et bellum Domini erit contra Amalec a generatione in generationem.* Bellum non movendum ut aliena invadantur, XI, 471, 2. Injustum regibus cavendum si pacifice regnare velint, VI, 482, 1 : *Ne dederis divitias tuas... ad delendos reges.* Bellum irreconciliabile gesserunt aliqui, IV, 537, 2.

3° *Quid requiratur ad felicem belli eventum.* Belli directio similis directioni navis, VI, 67, 2 : *Cogitationes consiliis roborantur, et gubernaculis tractanda sunt bella.* Bellum pendet a duce, XI, 134, 1. In eo plus valet ars quam robur, VI, 67, 2. Plus etiam astutia quam fortitudo, V, 24, 1. In eo triplex requiritur dispositio, VI, 219, 2 : *Quia cum dispositione initur bellum, et erit salus ubi multa consilia sunt.* Belli duces periti, si delicati, non ponendi, III, 663, 2 : *Amove reges singulos ab exercitu tuo et pone principes pro eis.* A bellis debere abesse formidolosos docetur exemplis, II, 471, 1 : *Quis est homo formidolosus, et corde pavido? vadat et revertatur in domum suam ne pavere faciat corda fratrum suorum.* Belli ducum magnanimorum aliquot exempla, IV, 474, 2. In bellis ducum probitas quantum possit, docetur exemplis, II, 470, 1 : *Si exieris ad bellum, contra hostes tuos... non timebis eos, quia Dominus tuus tecum est.* In bello celeritas valet plurimum, III, 505, 1. : *Eligam mihi duodecim millia virorum, et consurgens persequar David hac nocte.* Belli duces specie honoris amovendi, III, 518, 1. Bellandum diu non est cum iisdem hostibus, ne discant bellare, XII, 116, 2.

Omnis victoria in bellis est a Deo, I, 590, 2. Id docetur exemplis, *ibid.* Bellum sanctificare quid sit litteraliter et tropologice, XIII, 520, 2 : *Clamate hoc in gentibus : Sanctificate bellum.* Beata Virgo in bellis insignem gloriam consecuta est, V, 217, 2.

4° *Bellorum signa et prognostica,* IV, 518, 1, 2. Bellorum strages sæpe præeunt et prænuntiant locustæ, bruchi et erucæ, XIII, 482, 2. Ejus signum priscis Romanis erat templi jam portas perfringere, XIII, 623, 1.

5° *Quæ mala belli tempore committantur,* XIX, 195, 2. In bello capti quasi mancipia detondebant, XIV, 78, 1. Bello victi spargunt aurum ut effugiant, hostemque insequentem morentur, IV, 431, 2. De anathematibus in bello a victoribus suspensis varia exempla, II, 365, 1, 2.

6° *De bello spirituali,* I, 591, 2. Bellum spiritus adversus carnem, XVIII, 566, 1 : *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem.* Bellum habemus expers induciarum, *Job,* 180, 1 : *Militia est vita hominis super terram.* Bellum irreconciliabile unusquisque gerat cum Lucifero, carne et mundo, IV, 537, 2 : *Convocatis autem Machabæus septem millibus, rogabat ne hostibus reconciliarentur.* Bellum spirituale quam sit utile, XX, 20, 2 : *Omne gaudium existimate cum in tentationes varias incideritis.* Bellorum tria genera, et quomodo sedentur, XIX, 195, 2.

BEL, BELUS. Bel sive Belus fuit Nemrod primus rex et tyrannus in orbe et conditor imperii Babylonici, XII, 317, 1; XIII, 190, 2. Belus Assyriorum primus rex bello vicinos impetiit, XX, 171, 1. Belus armorum ferreorum est auctor, X, 316, 1. Belus et ejus posteri obtinuerunt regnum Assyriorum simul et Chaldæorum, XII, 55, 1.

BEL numen erat Chaldæorum, XII, 331, 2; XIV, 220, 1. Belus qualis fuerit, I, 167, 2. Ab ipso idola dicta sunt Bel, Baal, Baalim, *ibid.*; XII, 317, 1. Ejus fani magnificentia, XIII, 190, 2. Ejus statua ærea auro tecta, *ibid.* Cur vocetur sagena Nabuchodonosoris, XIV, 259, 2. Bel quomodo confusus sit, XII, 317, 1, 2.

BENADAD. Benadad rex Syriæ, filius Adad rebellis, III, 662, 1. Quo jure petierit aurum, etc., Samariæ, *ibid.* Est typus diaboli, 664, 1. Subdidit se Achabo, *ibid.* Reus est mortis, *ibid.*, 2. Benadad temulentus occisus, XI, 339, 2. Benadad commune nomen regum Syriæ a primo ejus rege Adad XIII, 541, 2.

BENEDICERE, BENEDICTIO. 1° *Definitio et varia verborum* benedicere *et* benedictio *acceptio.* Benedicere pro *salutare* in Scriptura sæpe accipitur, II, 221, 1 : *Et benedicto rege, egressus est foras.* Benedicere quis potest diversimode, V, 336, 2 : *Anima quæ benedicit impinguabitur.* Benedicere in Scriptura tripliciter sumitur, VI, 342, 2 : *Qui benedicit proximo suo voce grandi.... maledicenti similis erit.* Significat etiam valedicere, *Job,* 18, 1 : *Ne forte peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in cordibus suis.* Benedictio terræ quæ, XIX, 402, 2 : *Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, et generans herbam opportunam.... accipit benedictionem a Deo.* Benedicere sumitur interdum pro *benefacere,* X, 282, 1; XI, 747, 2. Benedictionis nomine vocatur imber copiosus, XIV, 599, 2 : *Et effudero vobis benedictionem ad abundantiam.* Benedictio sæpe capitur pro rerum affluentia, V, 320, 1, 2 : *Benedictione justorum exaltabitur civitas.* Non tantum beneficentiam, bonum et donum significat, sed et largitatem et abundantiam bonorum, XVIII, 586, 1 : *Benedictus Deus.... qui benedixit nos in omni benedictione;* 475, 1, 2 : *Qui seminat in benedictionibus; Psalm.* II, 385, 1 : *Viduam ejus benedicens benedicam.* Item adhuc pro beneficentia, *ibid.* Benedictio tam in rebus quam in verbis consistit, VI, 147, 2 et seq. : *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur.* Et quæ utraque, VI, 382, 1 : *Vir fidelis multum laudabitur.*

2° *Benedictionis efficacia.* Benedictio Dei qualis, *Psalm.* II, 275, 1 : *Benedicti vos a Domino qui fecit cœlum et terram.* Benedicere Dei semper est efficax et remedium, XVII, 122, 1 : *In semine tuo*

benedicentur omnes *familiæ terræ*. Benedictio Dei est efficax et realis, IX, 122, 1. Benedictio significat omnem prosperitatem, II, 500, 1, 2 : *Benedictus tu in civitate, et benedictus in agro*. Benedictio Christi est multiplex et qualis, XVIII, 586, 1 : *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in Christo*. Benedictio est copia bonorum, II, 221, 1 : *Sic benedicetis filiis Israel : Benedicat tibi Dominus*. Benedictionis sacerdotalis vis, 221, 2 : *Invocabuntque nomen meum super filios Israel, et ego benedicam eis*. Benedictio Dei causat progressum virtutum, IX, 352, 2 : *Benedictio Dei in mercedem justi festinat, et in hora loci processus illius fructificat*. Benedictio, id est, boni precatio justorum, civitatibus prodest, V, 320, 1, 2. Benedictio sacerdotum et patriarcharum magnæ erat virtutis, X, 545, 2.

3° *Quibus obveniat Dei benedictio*. Benedictio et bona dantur a Deo piis, XIV, 347, 1 : *Numquid jam semen in germine est ; et adhuc vinea et ficus, etc... non floruit. Ex ista die benedicam*. Benedictio sequitur timentes Deum, IX, 153, 2 : *Ex quo introibit* (sapientia), *benedicet Deus*. Benedictio qualis veniat super sapientes et pios, X, 263, 1 : *Vir sapiens implebitur benedictionibus*. Quomodo benedicantur electi a Deo, 173, 1 ; 174, 1 ; 176, 1 : *Ex ipsis benedixit et exaltavit*, etc. Quam abundans sit benedictio Dei super fideles et pios, X, 313, 1 : *Benedictio illius quasi fluvius inundabit*. Benedixit Deus olim bonis temporalibus amicos suos, XX, 649, 2 : *De omnibus orationem facio prospere te ingredi et valere, sicut prospere agit anima tua*. Benedictio filiorum patres honorantium est stabilis, et quomodo in novissimo ipsorum maneat, IX, 118, 2 : *Benedictio patris firmat domos filiorum*. Benedictio religiosæ vitæ quæ sit, XIV, 353, 1.

4° *Variæ benedictionum formæ*. Benedictionis sacerdotalis formula in lege Moysis, II, 221, 1. Fit per SS. Trinitatem, *ibid*. Quali benedictione utantur Hebræi, XIX, 226, 2 et seq. Benedictio Aaronici pontificis qualis esset, X, 239, 1, 2 : *Secundum benedictionem Aaron de populo tuo*. Quid ea populo apprecaretur, et quo ritu, 544, 2 ; 545, 1 : *Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel*. Benedicens Christus signum crucis formabat super eos quibus benedicebat, XVI, 284, 1 : *Et elevatis manibus suis benedixit eis*. Benedictio omnis in Ecclesia fit per signum crucis, XVII, 57, 2. Benedictio portarum et murorum urbium a priscis fieri solita, IV, 236, 1 : *Ædificaverunt portam gregis, ipsi sanctificaverunt eam*. Benedictionis armorum et vexillorum mos et ritus, 505, 1, 2 : *Accipe sanctum gladium, munus a Deo, in quo dejicies adversarios populi mei Israel*. Item crucis et exercituum, *ibid*. Et militum, *ibid*. Benedictio mensæ erat apud veteres in usu, XVIII, 350, 1 : *Sive manducatis, sive bibitis... omnia in gloriam Dei facite*. Vocatur hæc gratiarum actio, verbum Dei et oratio, XIX, 227, 2 et seq.: *Sanctificatur enim per verbum Dei et orationem*. Per eam frangitur dæmonis potestas in cibos, 228, 2.

5° *Quid sit benedicere Deum*. Benedicere Deum angelicum et sanctorum est, XX, 241, 2 : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi*. Benedicere Deum ad quos pertineat, *Psalm*. II, 221, 1: *Quis loquetur potentias Domini*. Benedicere Dominum in omni tempore, quid sit, *Psalm*. I, 202, 1 : *Benedicam Dominum in omni tempore*. Benedictio Dei et maledictio proximi ex eodem ore prodire non debet, XX, 155, 1, 2 ; 156, 2 ; 158, 1 : *In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines*.

BENEDICTUS (S.). S. Benedictus ætatis anno 12 Domino servire cœpit, XIX, 303, 2. A carne tentatus in spinis se volutavit, IX, 638, 2. Vidit in raptu totum mundum quasi parvum globum in radiis solis collectum, I, 13, 2; IX, 465, 1 ; X, 258, 2 ; XI, 104, 1 ; XII, 757, 1 ; XX, 480, 2 ; XXI, 359, 2. Ejus virga formidabilis dæmoni, IV, 298, 2. Monachum a dæmone vexatum virga liberavit, VI, 192, 1. Ejus regula visa esse via quædam lucida, XI, 419, 2. Regulis suis quidquam a quoquam addi vetuit, VI, 172, 1. In regula quid de hospitibus statuat, IV, 303. 1. Pueros passim ad suum ordinem admittebat, XII, 393, 2. Monachos licentioris vitæ reformare cupiens, magnum odium incurrit, 127, 1. Suos defendit ab incursu Longobardorum, XVII, 430, 1. Quænam prædixerit Totilæ Gothorum regi, XII, 773, 2. Quomodo prædixerit Romam nunquam ab infidelibus eversam iri, XXI, 310, 1. Vidit animam S. Germani in cœlos subvehi, XIX, 363, 1. Quomodo sit inter orandum mortuus, XVII, 19, 2. Fuit Deo et hominibus dilectus, X, 451, 2. S. Benedicti in cœlum euntis via, XI, 542, 2.

Benedicti Ordinis quantæ fuerint divitiæ, V, 301, 2. Ipse per quos celebratus, V, 320, 2. Benedictini monachi ob nimias opes a primæva sanctitate deciderunt, XIII, 315, 1.

BENEDICTUS PAPA VIII. Benedictus VIII Henrico imperatori Romam ingresso pomum aureum cruce aurea desuper eminente dono dedit, dicens illum sic mundo imperare debere, ut illum crucis vexillo subderet, qui illud dein monasterio Cluniacensi consignavit, XIII, 621, 2.

BENEDICTUS IX. Benedictus IX, papa, et dein antipapa, post mortem apparuit in forma asini et ursi, XII, 669, 2.

BENEDICTUS XI. Benedictus XI, quam fuerit memor obscuri generis sui, I, 372, 1. Matrem pauperem non erubuit, XII, 836, 2.

BENEDICTUS XII. Benedictus XII nullum e suis propinquis ad ullum Ecclesiæ munus promovit, XII, 836, 2.

BENEFACERE, BENEFICENTIA, BENEFICIA. 1° *Definitio*. Benefacere tria notat, VI, 143, 2 : *Et*

cognovi quod non esset melius nisi... facere bene in vita sua. Beneficentia in Scripturis vocatur justitia, VI, 121, 2 : *Qui autem justus est tribuet, et non cessabit.* Vocatur gratia, XVIII, 470, 1, 2 : *Perficiat in vobis etiam gratiam istam.... ut et in hac gratia abundetis.*

2° *Obligatio, motiva, commoda beneficentiæ.* Beneficentia est virtus divina, XX, 645, 2 : *Qui benefacit ex Deo est.* Beneficentia proximi accedimus ad Deum, VIII, 445, 2 : *Est in illa spiritus.... benefaciens.* Facit quasi Deos, IX, 148, 2 : *In judicando esto pupillis misericors ut pater, et eris tu velut filius Altissimi obediens.* Benefacere divinum est, XVII, 375, 1 : *Beatius est magis dare quam accipere.* Beneficus, divinus, imo deus terrestris vocatur, VI, 28, 1. Benefici sunt quasi Deus ei cui benefaciunt, XX, 35, 2 : *Postulet a Deo qui dat omnibus affluenter.* Benefici homines a Gentibus in Deo relati, 168, 2 : *Quæ desursum est sapientia.... plena misericordia*, 667, 2.

Beneficentiæ encomium et laus, V, 97, 2 et seq.: *Noli prohibere eum qui potest; si vales, et ipse benefac;* XIX, 339, 1 : *Curent bonis operibus præesse qui credunt Deo.* Benefici ab omnibus laudantur, X, 132, 2 : *Splendidum in panibus benedicent labia multorum.* Beneficentia homines et Deus conciliantur, VI, 7, 2 : *Multi.... amici sunt dona tribuentis.* Beneficiis devinciuntur et trahuntur homines, XIII, 429, 1 : *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Beneficentia egeno exhibita provocat Dei in nobis beneficentiam, VI, 224, 2.

Beneficus beatior est beneficium accipiente, XVII, 374, 1 : *Beatius est magis dare quam accipere.* Beneficus spargendo dona fit ditior, et a Deo benedicitur, V, 335, 2 : *Alii dividunt propria, et ditiores fiunt.* Beneficentia larga videtur esse latitudo cordis, æque ac domus et familiæ, 575, 2 : *Domus hominis dilatat viam ejus.* Est quasi fons, V, 287, 1 : *Vena vitæ ac justi.* Est quasi ager eleemosynarius perennes germinans fruges ex semine eleemosynæ, XVIII, 480, 1 : *Et augebit incrementa frugum justitiæ vestræ.* Beneficium ætate fit debitum, IX, 140, 1 : *Deus prospector est ejus qui reddit gratiam.* Cur beneficentia torqui adaptetur, V, 74, 1 : *Misericordia et veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo.* Beneficentia facit fortes et est fortitudo, X, 68, 1 : *Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo; et qui prævalet manu, mandata servat.* Beneficentia certum est indicium sanctitatis, 436, 2 : *Illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt.* Proximo benefacere negligens ei nocet, XV, 677, 1 : *Licet sabbatis benefacere, an male?*

Beneficentia est propria principum virtus, IX, 294, 1; 303, 1 : *Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias et injurias;* X, 68, 1; XIV, 489, 2.

3° *Quomodo et quibus benefaciendum.* Benefaciendum est proximo propter Deum, IX, 367, 1, 2 : *Si benefeceris, scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa* Beneficium personæ congruum sit oportet, 368, 1. Beneficii gratia et decus in quo consistat, *ibid.* In eo quatuor sunt observanda, *ibid.*, 2. Indignis quandoque benefaciendum, 368, 2. Ordinarie in eo justus semper præferatur injusto : *Da misericordi, et ne suscipias peccatorem.* Et dignior indigniori, 372, 1. Non est dandum inde peccandi occasionem sumentibus, 371, 1. Etiam in tribulantes ostendatur, XX, 374, 1 : *Fideli Creatori suo commendent animas suas in benefactis.* Beneficia æqualiter danda tam gratis quam ingratis, XVII, 241, 2 : *Qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes.* Benefaciendum est inimicis et persecutoribus, XX, 373, 2 et seq. Benefacere injurianti difficilius est quam ab eo acceptam injuriam ferre, XV, 174, 1 et seq. : *Qui petit a te, da ei ; et volenti mutuari a te, ne avertaris.* Beneficiis inimicos vincere divinum est, XI, 192, 1. Beneficentia de inimicis amicos facit, XIV, 489, 2.

Beneficentia sit celer ut placeat, IX, 144, 2 : *Non protrahas donum angustianti.* Benefaciendum est cito, nec donum differendum, V, 98, 1 : *Ne dicas amico tuo : Vade et revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Beneficentia sit hilaris, cur, IX, 507, 1 : *In omni dato, non des tristitiam verbi mali.* Beneficium datum non exprobrandum, X, 362, 2 : *Cum dederis, ne improperes;* XX, 38, 2 : (Deus) *dat omnibus affluenter et non improperat.* Beneficentia nostra, morte tantum finiatur, 374, 1. Benefici omnes esse volunt, VI, 33, 1. Beneficentiam multi ore prædicant, opere præstant pauci, VI, 50, 1 : *Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inveniet.* Beneficus beneficium ostendat, non seipsum, IX, 486, 2 : *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso.* Varia beneficorum apophthegmata, XVIII, 375, 1. Variæ de beneficentia gnomæ, XIX, 521, 1.

4° *Quomodo beneficia acceptanda et compensanda.* Beneficia cito oblivioni traduntur, IX, 300, 1 : *Omnis injuriæ proximi ne memineris.* Beneficia pulveri, maleficia marmori inscribuntur, sed illa marmori, hæc pulveri inscribenda, XVIII, 217, 1 ; 648, 2 : *Donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.* Eorum oblivio refricat veteres injurias, et novas suscitat, V, 538, 2. Beneficia pauperum negliguntur, VII, 327, 2 : *Inventus est.... vir pauper et sapiens, et liberavit urbem per sapientiam suam, et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.* Benefacta calumniari et sinistre interpretari Judaicum est, XVII, 127, 1 : *Si nos hodie dijudicamus in benefacto hominis istius.* Beneficia accepta majoribus sunt compensanda, VI, 247, 2.

BENEFICIA DEI. Dei est benefacere, VIII, 315, 1. Dei beneficentia in terram, IX, 313, 1 : *Benedictio illius quasi fluvius inundabit.* Beneficiorum Dei

summa quæ sit, *Psalm.* I, 370, 2 : *Magnificata est usque ad cœlos misericordia tua.* Beneficia omnia divina quomodo duplicia sint, *Psalm.* II, 188, 1 : *Benedic, anima mea, Domino.* Beneficia Dei in nos omnem gratiarum actionem superant, XXI, 176, 2 : *Benedictio et claritas, et gratiarum actio.* Ob sua beneficia Deus summe laudandus, XI, 175, 1. Beneficia Dei tum generalia, tum peculiaria, quam a nobis gratiarum actionem exigant, XIV, 268, 1, 2. Beneficia Dei celebranda, *Psalm.* I, 67, 2 : *Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi.* Beneficia Dei quæ pauci agnoscunt, *Psalm.* II, 458, 2. Beneficiis divinis ingratus duplici pœna castigabitur, IX, 550, 2 : *Est datum, quod non est utile; et est datum cujus retributio duplex.* Beneficiorum Dei recordatione nos animare debemus, ne in adversis animum despondeamus, XI, 531, 1, 2.

BENEFICIA ECCLESIASTICA. In beneficiis ecclesiasticis dandis illicita sors est, XIV, 33, 2. Ad beneficia ecclesiastica variis portis acceditur, XVI, 469, 1. Ad beneficia ecclesiastica ineptum promovens, ad restitutionem damnorum secutorum tenetur, VI, 41, 1. Beneficia et officia non conferenda amicis et consanguineis, sed dignis, docetur exemplis, II, 351, 1 ; XV, 448, 1. Beneficia plurima possidentes ecclesiastici injurii sunt in Deum et in Christum, in Ecclesiam particularem, in populum et fideles, in ipsos eorum fundatores, in canones omnes antiquos, in Ecclesiam universalem, in Episcopos et Patres omnes priscos et sanctos, XII, 740, 1, 2 et seqq.

BENEPLACITUM DEI. Beneplacitum propositum et consilium Dei idem sunt, XVIII, 589, 2 : *Qui prædestinavit nos secundum propositum voluntatis suæ.* Beneplacitum Dei quid sit, *ibid.*, 522, 1 : *Cum autem placuit ei qui me segregavit ex utero.* Beneplacitum Dei est fundamentum omnium bonorum, *Psalm.* II, 474, 2 : *Beneplacitum est Domino in populo suo.* Beneplaciti divini est electio ad gloriam, vel reprobatio, X, 172, 1, 2 : *Ex ipsis benedixit et exaltavit.... et ex ipsis maledixit, et humiliavit.* Huic omnes se accommodare debent, 348, 2. Id nemo mutare potest, *ibid.*

BENEVOLENTIA. Benevolentia regia soli lucenti comparatur, V, 499, 1 : *In hilaritate vultus regis vita.* Item pluviæ vernæ, *ibid.* : *Et clementia ejus quasi imber serotinus.* Est regnorum firmamentum, VI, 8, 1. Reges decet et rectores, 257, 1 : *Aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur justitia thronus ejus.* Auro et argento præstat, 132, 1 : *Super argentum et aurum gratia bona.* Vultu se prodit, 413, 2 : *Multi requirunt faciem principis.* Benevolentia subditorum conciliatur lenitate, 476, 1. Benevolentia sit erga omnes, amicitia erga paucos, IX, 192, 2 : *Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi unus de mille.*

BENIGNITAS. Benignitas etiam in benefaciendo servanda, XVIII, 568, 2 : *Fructus autem spiritus est.... benignitas.* Est indicium sanctitatis, *ibid.* Qualis benignitas Christiano conveniat, XVIII, 648, 1, 2 : *Estote autem invicem benigni.* Benigni corpus et anima sana sunt, XIX, 105, 2 : *Induite vos ergo sicut electi Dei,.... benignitatem.* Benignitas decet reges, VI, 257, 1. Benignus in pauperes a Deo benedicitur, etsi nihil eis det, 148, 1 : *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur.* Benignitatis in vivendo exempla, I, 683, 1. Benigni non sunt nimis acriter objurgandi, VI, 475, 1 : *Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum.*

BENJAMIN. Benjamin quid symbolice significet, I, 300, 1. De ejus nativitate, 330, 2. Fuit patri charissimus, *ibid.* Fuit sexdecim annis Josepho junior, *ibid.* Significat allegorice S. Paulum, I, 331, 1 ; 373, 1 ; 412, 2 ; et II, 529, 1. Nascens in Bethleem, est typus Christi, I, 331, 1. Est filius dextræ, 330, 2. Quot annorum fuit quando cum fratribus, petente Joseph, in Ægyptum ductus fuit, 371, 1. Cur ei a Joseph quinque partes amplius datæ, 372, 2. De benedictione ejus, 412, 1 ; II, 528, 2. Quid ea allegorice significet, I, 412, 2. Fuit ejus tribus minima numero et infamis, III, 311, 1. Item robustissima ob templum suum, II, 528, 2. Benjamin et Judæ sors cur commutentur in descriptione et dimensione tribuum apud Ezechielem, XII, 862, 1. Benjamin tribus cum Juda in unum rempublicam et Ecclesiam coaluit postea, XIV, 378, 2. Benjamin vocabatur una e portis Jerusalem Aquilonem versus, IV, 237, 1.

BEN-SIRA. Ben-Sira alius est a Siracide, IX, 21, 1 ; 692, 2. Quando vixerit, IX, 21, 1, et X, 572, 1. Ejus filius et nepos fuere sapientes, IX, 21, 1 ; X, 572, 1. Habet nonnulla erronea, X, 572, 2. Is qui modo circumfertur scatet fabellis judaicis, *ibid.* Aliquot gnomæ recensentur veri Ben-Sira, IX, 32, 2 et seqq. Problemata ei ascripta sunt apocrypha, excepto alphabeto Proverbiorum : ejus stirps et doctrina, X, 572, 1, 2.

BERENGARIUS. Berengarius primus publice docuit non esse verum Christi corpus in Eucharistia. Damnatur ejus error ; qui convictus suam hæresim abjuravit : Ejus professio catholica circa veritatem eucharisticam, XVIII, 360, 1. Huic adstantem cacodæmonem vidit S. Fulbertus Carnotensis, XIX, 222, 2. Solus ex omnibus hæresiarchis resipuit, 402, 1.

BERENICE. Berenicæ plures illustres feminæ fuerunt, uti uxor Ptolemæi Lagi, regis Ægypti, et alia, filia Ptolemæi Philadelphi, XVII, 414, 2. Berenice Ptolemæi Philadelphi filia nuptui traditur Antiocho Theo, sed a Laodice priore ejus uxore cum filio et conjuge et fautoribus veneno extinguitur, XIII, 150, 1. Sic quoque vocata mulier quæ Christo eunti ad crucem sudarium dedit ad sudorem extergendum, alio nomine Veronica dicta, XVII, 415, 1. Vox Berenice seu Berenice unde formetur, *ibid.* Berenice regis Agrippæ soror nudipes

BETHAVEN. Bethaven vocantur decem tribus schismaticæ, cur, XIII, 220, 2. Ignobilis urbs Judææ fuit, 347, 1. Ita vocatur Bethel per antiphrasin, *ibid.*

BETHEL. Bethel quæ sit urbs, et ubi fuerit sita, I, 290, 1; 291, 1; XIV, 448, 1. An fuerint duæ Bethel, I, 291, 1. Unica fuit Bethel, eaque in confinio tribus Ephraim et Benjamin, III, 116, 2; XIII, 347, 1. Est limes regni Israel, III, 621, 1. Bethel fuit urbs celebris, primo sanctitate et miraculis, postea idolis et idololatria, XII, 302, 1; XIII, 347, 1. In ea Jeroboam posuit vitulos aureos, XIII, 347, 1; 632, 2. Quin et ipse sua manu iisdem incensum adoleverat, ibi quoque reges posteri commune regni sui fanum erexerant, 632, 2. Primo a nucum et amygdalarum copia dicta est Puja; sed a Jacob patriarcha dicta Bethel, *ibid.* Bethel et Bethaven sunt loca distincta, sed a prophetis per antiphrasin ob cultum vitulorum Bethel dicitur Bethaven, id est domus iniquitatis vel domus nihili, III, 50, 2; IX, 104, 2; XIII, 347, 1. Quid allegorice significet Bethel, scilicet Ecclesiam, I, 289, 1. Tropologice Bethel fit Bethaven, cum regnum, populus, urbs a fide et cultu Dei ad hæresin desciscit, aut anima a Dei gratia per peccatum excidit, XIII, 347, 1.

BETHLEEM Bethleem duæ dictæ fuere civitates, XVI, 70, 1. Una in Juda, altera in terra Zabulon, XIV, 108, 1. Bethleem terra Judæ quantum distaret a Nazareth et Jerusalem, XVI, 56, 2 et seqq. Bethleem Judæ ad austrum est respectu Jerusalem; in ea nasciturus prædicitur Christus, XIV, 248, 2. Bethleem, id est domus panis, hoc nomine nuncupata est, partim a fertilitate loci, partim a suo principe Bethleem, I, 331, 1; XIV, 107, 2. Bethleem princeps oppido Bethleem nomen suum qua occasione imposuerit; ejus parentes et stirps numerosa, XIV, 107, 2. Ejus situs et amœnitas, *ibid.* Tempore Mosis necdum Bethleem vocabatur, cur vero ita in Genesi nominetur, *ibid.* Juxta eam est spelunca in qua natus est Christus, 108, 1. Erat respectu Jerusalem quasi ruralis pagus et vicus, *ibid.* Cur dicta Ephrata prius, *ibid.* et XV, 78, 2. Quatuor habuit nomina, XIV, 1. Quomodo minima sit, et non minima, 109, 1. Quare a Propheta dicatur *parvulus es*, masculine, non *parvula*, feminine, *ibid.* et 2. Quomodo sit parva in millibus vel principibus Juda, 110, 1. Bethleemi cives multi illustres recensentur, 112, 1. Ipsa fuit stirpis regiæ seminarium, in ea Samuel unxit David in regem, *ibid.* Unde vocetur civitas David, *ibid.* Est totius terræ horreum, quia in ea natus est panis mundi, 113, 1. In ea nascitur Christus, et cur, XV, 78, 2; XVI, 56, 2 et seqq.; 323, 1; 428, 1. In ea fuit unum tantum diversorium, XV, 80, 1; XVI, 62, 2. Ejus celebritas, XV, 79, 1. Ejus gloria et majestas ex hoc suo cive, XIV, 1. SS. Patres eam miris laudibus celebrant, *ibid.* et seqq. In Bethleem apparuit stella stetitque apparens Magis, 114, 2. Est mundi oriens, et orbis metropolis, *ibid.* Eam Adrianus imperator profanavit erecto ibidem Adonidis simulacro, *ibid.* Ejus schema sunt templa Christianorum, 115, 2. Quomodo omnes nos fieri possimus Bethleem, *ibid.*

BETHLEEMITÆ ob inhumanitatem in Deiparam prægnantem ostensam puniti strage puerorum, XV, 88, 1.

BETHSABEE. Bethsabee neptis fuit Achitophel, III, 476, 1. Etiam ejus pater unus ex fortibus David, 531, 2. Bethsabee nominis omen, VI, 420, 2. Adulterii pœnitens fuit, deinde mulier proba, 479, 2. Postea David fuit uxor, XV, 55, 1. Et claruit spiritu prophetico, V, 479, 2; XV, 45, 2. Quanto affectu filio monita dederit, VI, 480, 1, 2. Eum ipsamet lactavit, *ibid.*, 2. Cur eum vocet filium votorum, *ibid.* et seq. Non fuit natura sterilis, 481, 1. Dat filio Salomoni præcepta regendi, 479, 1. Cur monita ejus dicantur visio, *ibid.* Prævidit filii mulierositatem et vinolentiam, *ibid.*, 2 et seq. Dissuadet filio vinolentiam, V, 482, 2. Ejus pro Adonia petitio a Salomone filio, quomodo adornata fuerit, XV, 447, 2.

BETHSAIDA. Bethsaidæ urbis descriptio, etymon, XV, 290, 2; XVI, 321, 1, 2. Bethsaida urbs erat juxta mare Galilææ, vicina Capharnao; erat patria trium Apostolorum, XVI, 321, 1, 2. Quid in ea Christus fecerit, XV, 290, 2. Quid ei interminetur Christus, 291, 1. Modo summe deserta est, XV, 290, 1. Bethsaida item dicta est piscina Probatica, vel Bethesda, vel Bethchesda et singulorum etyma et significationes, XVI, 372, 2.

BETHSURA. Bethsura fuit munitio extructa a Juda Machabæo contra Idumæos, IV, 557, 1. Hebraice idem est quod domus rupis, *ibid.* Capitur ab Antiocho, 444, 1. Quantum distet a Jerusalem, 557, 1.

BETHULIA. Bethulia urbs Galilææ sita erat e regione maris Tiberiadis, XIII, 502, 1. Hebraice idem est quod virginitas Dei, IV, 327, 2; 356, 1. Licet esset propria tribus Zabulon, tamen tribus Juda eam sibi vindicavit, 327, 2.

BEZA. Bezæ in Christum blasphemiæ, XX, 454, 2. Ejus blasphemia circa clamorem Christi, XIX, 394, 2. Negat Christum ad inferos descendisse, XVIII, 627, 1. Imperite per baptismum Joannis Baptistæ accipit ejus doctrinam, XVII, 320, 2 et seqq. Negat epistolam ad Hebræos Romæ scriptam, XIX, 524, 2. Ejus sententia de auctoritate epistolæ ad Hebræos rejicitur, 443, 2. Calvinum semper doctissimum interpretem vocat, 240, 1. Ejus circa curiositatem incuria, XVIII, 628, 1; XIX, 340, 1, 2. Ejus blasphema circa invocationem sanctorum, VI, 305, 2; XVIII, 187, 2. Ejus argutiæ et stupor, XVIII, 603, 1. Est in S. Franciscum stigmatibus notatum injurius et blasphemus, 582, 2. Ejus error de auctore Apocalypseos, XXI, 6, 2. Ejus scomma de cardinalibus, 313, 1. Ejus cenotaphium, XX, 460, 2.

BIBACITAS. De bibacitate nemo se jactet, X, 134, 1. Bibacitas mulierum, 7, 1. Bibacitas nonnullorum, XIV, 233, 2. (*Vide* EBRIETAS.)

BIBERE. Bibendum initio refectionis non est, X, 125, 1. Bibendi leges præscribebat olim in conviviis symposiarcha, 142, 1. Ad bibendum aliquem cogere est contra naturam, IX, 363, 1, 2. Bibere ad sanitatem et ad id cogere est tyrannicum, *ibid.* Biberent quomodo satrapæ Babylonis secundum ætatem suam quisque, XIII, 68, 1, 2. Bibendi post gratias unde mos manarit, XI, 750, 2.

BIBLIA. Biblia non restituit Esdras post captivitatem Babylonicam, XII, 374, 1. Bibliorum interpretatio septuaginta interpretum Alexandriæ procurante Ptolemæo rege adornata est, XIV, 192, 1. Biblia olim immensa apud Hebræos exponebantur, V, 251, 1. Biblia sunt liber sacerdotalis, XIV, 572, 2. Biblia multa Flandrica auferunt Christo nomen Dei in sua versione, XI, 235, 2. (*Vide* SCRIPTURA SACRA.)

BIBLIOTHECÆ. Bibliothecæ variæ erectæ, IV, 505, 2. Bibliotheca Alexandrina quot millia librorum habuerit, a quo instituta et aucta, XIV, 192, 1.

BIGAMIA. Bigamia ante baptismum est impedimentum sacerdotii, XIX, 212, 1.

BILINGUIS. Bilinguis quis sit; est maledictus, X, 54, 2: *Susurro et bilinguis maledictus, multos enim turbabit pacem habentes.* Bilingues duplici sunt corde, V, 566, 2: *Verba bilinguis quasi simplicia, et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris,* XX, 44, 1 et seqq.: *Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.* Bilingues non sunt constantes in dictis, IX, 181, 2: *Omnis peccator probatur in duplici lingua.* Sunt velut serpentes bisulci, 184, 2: *Lingua imprudentis, subversio est illius.* Et ut fures, *ibid.* Bilinguis est susurro, adulator, murmurator, V, 565, 2. Bilingues Deo sunt odibiles, V, 209, 2: *Arrogantiam, et superbiam, et viam pravam, et os bilingue detestor.* Et proinde homini fugiendi, *ibid.* (*Vide* DETRACTOR. LINGUA.)

BILIS. Bilis est amara et acris, et mordax, X, 138, 1: *Vinum multum potatum irritationem, et iram, et ruinas multas facit.* Bile carentes sunt longævi, II, 538, 1; V, 436, 1; *Vita carnium, sanitas cordis, putredo ossium, invidia,* X, 108, 1: *Zelus et iracundia minuunt dies; et ante tempus senectam adducet cogitatus.* Bilis atra et flava multos necat, IX, 792. Bilis peccatori excitanda non est, 269, 2 : *Non incendas carbones peccatorum, arguens eos.* Bilis cos est virtutis, V, 158, 2. Cur cum bilioso non sit ineunda societas vel amicitia, VI, 168, 2 et seq. : *Noli esse amicus homini iracundo.*

BLANCA (S.). S. Blanca regina filium Ludovicum sanctum reddidit, V, 271, 2; X, 871. Quid filio suo crebro inculcaret, IV, 270, 2. Regno S. Ludovici mire profuit, V, 402, 1.

BLANDILOQUI. Blandiloqui sunt plerumque deceptores, X, 69, 1, 2: *Donec accipiant, osculantur manus dantis.* Cavendi sunt, VI, 395, 1: *Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus ejus.* Blandiloquentia hæreticorum errorum est pallium, XVIII, 634, 2: *Et jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento erroris.*

BLANDIMENTA plus nocent quam tormenta, V, 36, 2 : *Si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis.* Recte oleo comparantur, 132, 2 : *Favus enim distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur ejus.*

BLASPHEMIA. 1° *Quid sit blasphemia.* Blasphemia idem est quod græce δυσφημία, sed usu ecclesiastico sumitur pro convicio jactato in Deum vel sanctos, IX, 121, 2; XII, 543, 2; XVII, 167, 1; XVIII, 283, 2; XIX, 336, 1; XXI, 48, 2 et seq. Etiam quamlibet execrationem et imprecationem significat, XX, 455, 1. Blasphemia in Spiritum sanctum quæ sit, XV, 306, 2 et seqq.; XX, 620, 1. Vix remittitur, XV, 307, 2.

2° *Blasphemia quale sit peccatum,* Job, 685, 2. Est peccatum horrendum, III, 667, 1. Est summus Dei contemptus, XI, 108, 1. Apertam habet Dei inhonorationem, IX, 601, 2. Blasphemia erat exosa Judæis, *ibid.* et X, 35, 2. Eam mire exhorrebant, XV, 586, 1. Blasphemiam ne nominabant quidem, III, 667, 1. Ea audita, vestes scindebant, XVII, 292, 1.

3° *Qualiter blasphemia punitur.* Blasphemi puniebantur pœna mortis, XV, 586, 1. Lapidibus obrui solebant apud Judæos, vel in saxa præcipitari, XVI, 106, 2; 456, 1.

Blasphemia in Deum ab eo punietur, X, 42, 1. Blasphemos quam acriter Deus puniat, XI, 465, 1, 2.

Exempla blasphemorum morte punitorum, II, 165, 1 et seq.; 415, 2. Blasphemia punita in Nicanore, IV, 448, 1. Bibo quidam Germanus in Deum blasphemus quam graviter punitus, XI, 340, 2. Item alius uxori prægnanti dæmonem in ventre imprecatus, a monstro quod illa peperit, venenosis ictibus interiit, 235, 2.

BOANERGES. Boanerges, id est filii tonitrui dicti duo filii Zebedæi, quid ea vox sit, et unde formetur, XV, 678, 2 et seq. Quomodo Boanerges sint apostoli Joannes et Jacobus, XII, 488, 1.

BOETIUS. Boetius per mathesin mira operatus est, X, 297, 2 et seqq. Carceri inclusus, spe meliorum se solabatur, IX, 357, 2. Apud Theodosium regem Gothorum fuit falsi accusatus, X, 552, 1, Inique necari jussus a rege Theodorico, IX, 309, 2: XVII, 339, 2. Boetii severum elogium, 297, 2 et seq. ; XXI, 291, 2.

BOMBYX. Bombycum natura, XI, 552, 2. Bombycum curatrix una alit totam domum, V. 402, 1. Bombyces frixi olim erant cibus Germanorum, XV, 97, 1. Bombycinum quid sit, XII, 610, 2. Bombyx symbolum justi viri in quo, V, 420, 1. Ejus transformatio est typus resurrectionis, *ibid.*, I, 65, 2.

BONUM SUMMUM. Bonum est idem quod perfectum, XV, 426, 2 : *Unus est bonus, Deus.* Bonum summum quas conditiones habeat, XIV, 298, 2.

Summum bonum summe est misericors et beneficus, XIII, 369, 2. Boni omnis ratio in solo Deo est, *Psalm.* II, 278, 1. Bonum omne est in Deo, XV, 424, 2. Bonum infinitum est Deus, XVI, 543, 1 : *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis.* Bonum Dei est bonum cujusque et totius universi, X, 418, 2 : *Consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus.* Bonum omne omnium creaturarum in Deo totum collectum est in simplicem unitatem, idque infinite, XIII, 293, 1. Boni immensi possessio Deus, XI, 370, 2; 371, 1. Bonum Dei minimum pluris æstimandum quam omne bonum creaturarum, IX, 155, 2.

BONA TEMPORALIA. 1° *Quæ sint.* Bonorum omnium auctor est Deus, *Psalm.* I, 26, 1 : *A fructu frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt.* Bona Dei alia sunt externa, alia interna, XV, 522, 1 : *Super omnia bona sua constituet eum.* Inter bona sunt quidam gradus, X, 568, 2 : *Assumite disciplinam in multo numero argenti, et copiosum aurum possidete in ea.* Bona naturæ et fortunæ sunt indifferentia,, XV, 194, 2. Bona hujus vitæ vana sunt et malis permixta, III, 494, 1 : *Porro, sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel.* Bonum omne permixtam habet amaritudinem, IX, 638, 2. Sic sæpe immixti dolores, V, 418, 1; IX, 355, 2 : *In die bonorum ne immemor sis malorum*, XII, 712, 2. Bona præsentis vitæ levia sunt, et eos qui sensu parvuli sunt, oblectant; sapientibus autem qui cœlestia sapiunt, contemptibilia sunt, XIII, 620, 2. Sunt umbra veri boni, *Psalm.* I, 251, 1 : *Verumtamen in imagine pertransit homo.* Imperfecta sunt, nec satiantia, XI, 650, 2 : *Quare appenditis argentum non in panibus, et laborem vestrum non in saturitate.* Bona mundi hujus vix uno die durant, et filia noctis vocari possunt, XIV, 59, 1. Non dant veram felicitatem, V, 70, 2. Bona hujus vitæ per sinistram denotantur, æternæ per dexteram, 88, 1 : *Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius divitiæ et gloria*, VII, 566, 1 : *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* Cur bonum et felix vocetur dextrum, V, 126, 2 : *Viæ enim quæ a dextris sunt, novit Dominus, perversæ vero sunt quæ a sinistris sunt.*

2° *Bonorum temporalium distributio.* Bona temporalia Judæis promisit Deus, sed spiritualia christianis, V, 55, 1 : *Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, et abundantia perfruetur*, 70, 2; 87, 2; 273, 2 : *Non affliget Dominus fame animam justi*, IX, 39, 2. Sæpe illa Deus dat hostibus suis, negat amicis, XIV, 204, 2 : *Impius prævalet adversus justum, propterea egreditur judicium perversum.* Bona quandoque Deus sanctis tribuit, quandoque aufert, *Psalm.* I, 288, 2. Non est necesse ea a Deo petere, quia ultro nobis adjicientur, si primum regnum Dei petamus, XV, 194, 2; 202, 2. Bona temporalia cur data Salomoni, III, 610, 2.

3° *Bona temporalia quam sint periculosa.* Bona sensibilia mentem humanam magis movent quam spiritualia, X, 561, 12 : *Colluctata est anima mea in illa* (sapientia), *et in faciendo illam confirmatus sum.* Bona, eis si abutamur vertuntur in malum, 138, 1 : Bona peccantibus convertuntur in malum, 315, 2 : *Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona et mala*, 318, 1 : *Hæc omnia sanctis in bona, sic et impiis et peccatoribus in mala convertentur.* Bonis præsentibus et futuris frui, est perdifficile, XVI, 114, 1 : *Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.* Fuere Salomoni causa lapsus, III, 612, 1 : Bona impii ab eo ad justum evolabunt, V, 341, 2 : *Qui conturbat domum suam, possidebit ventos.*

4° *Quomodo istis bonis utendum.* Bonis præsentibus tantum utimur, æternis fruimur, XIX, 265, 1. Fruendum honestis, utendum utilibus, VIII, 308, 1 : *Utamur creatura tanquam in juventute celeriter.* Bona minora pro majoribus expendenda, *Job*, 545, 2. Temporalia bona pro salute animæ deserenda, *Job*, 55, 1 : *Pellem pro pelle, et cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.* Bona terrena debent fideles a se abdicare, XXI, 223, 1 : *Atrium autem quod est foris templum, ejice foras.* Bona temporalia ex charitate negligi possunt ob majus bonum amicitiæ, at non spiritualia, V, 371, 1 : *Qui negligit damnum propter amicum, justus est.* (*Vide* DIVITIÆ, OPES.)

BONA SPIRITUALIA. Quæ sunt vera bona, XV, 137, 2. Bonorum omnium principum est lumen Dei, *Psalm.* I, 98, 1 : *Tu illuminas lucernam meam, Domine.* Quæ bona nobis præstet et præstiterit Christus, XIV, 467, 2. Quæ bona nobis impetrarit Pontifex Christus, XIX, 439, 2 : *Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum.* Tria bona data christianis per Christum, 459, 1. Bona spiritualia quæ per Christum Israel acceperit, XII, 751, 2 : *Adducam super vos homines, populum meum Israel, et hæreditate possidebunt te.* Bona spiritualia a Judæis in Gentes collata, XVIII, 240, 2 : *Si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles.* Bonorum spiritualium quanta futura sit copia tempore Evangelii, XIII, 645, 2 : *Et comprehendet arator messorem.* Bona Christi et animæ illi desponsatæ fiunt communia, XVIII, 490, 1 : *Despondi enim vos uni viro.* Bonum quod Christus nobis præstitit, majus est quam malum quod intulit Adam, 102, 1 : *Non sicut delictum, ita et donum.* Triplex bonum animæ justi donat Spiritus sanctus, 134, 2 : *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei.* Bona spiritualia Ecclesiæ et animæ sanctæ quæ peccando ipsa amittit, sunt præcepta, exercitia, virtutes, charismata, XIII, 490, 2 : *Ignis comedit speciosa deserti.* Bona ineffabilia quæ Christus dat in hac vita, et præsertim in altera, XI, 739, 2; 740, 1 : *A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt : oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præ-*

C

CABALA. Cabala vetus fuit tradita, qua a patribus accepta mysteria ore ad os per successionem tradebantur, vetus indubitata fuit, sed recentiorum Judæorum est fictitia, XIX, 185, 1. Cabalistæ quomodo sententias, syllabas et litteras singulas separatim expendant, XIII, 74, 2. Cabala litterarum nominis Adam, 101, 1.

CADAVER. Cadaver per antiphrasim vocatur anima, II, 133, 1. Cadavera cur vocentur ruinæ, XII, 824, 1, 2. Sunt coinquinata, tum naturaliter, tum legaliter, XII, 439, 1. Cadaveris tactus tangentem inquinabat olim, XII, 546, 2; XVIII, 406, 2. Cadaverum contactu contaminabantur tum templum, tum omnia loca sacra, XII, 824, 1; XIV, 344, 2. Cadavera Hebræi, Græci, Romani, et generatim veteres comburebant, additis aromatibus, et injectis armis, vestibus rebusque charissimis, XII, 247, 1; XIII, 600, 2. Hac de re diversæ sapientium fuere sententiæ, XIII, *ibid.*; et 601, 1. Christiani cur ea sepeliant in terra, *ibid.* Idem etiam fecerunt Judæi, *ibid.* Regum vero corpora etiam cremabant, *ibid.* Israelitæ etiam plebeiorum ossa cremabant, *ibid.* et 2. Cadavera olim extra urbes exportabantur et in agris sepeliebantur, ne eas contaminarent, XVII, 293, 2. Cadavera suspensorum ante solis occasum de cruce deponi debebant, XVI, 619, 1, 2. Sudario est involvendum, X, 279, 1. Cadaver hominis serpentes, bestias et vermes generat, IX, 311, 1. Cadavera a mari ejiciuntur ad latus, X, 414, 1. Cadaver ligneum cur Ægyptii in convivium circumferrent, XVII, 292, 2. Cadavera peccati sunt typus, XIX, 441, 1.

CADES. Cades quis locus sit, an alius a Cadesbarne, II, 298, 1. In eo quæ contigerunt, 2. Unde dictus, *ibid.* In eo moritur Maria soror Mosis, *ibid.* Cades desertum idem est quod Sin, palmis abundabat, IX, 635, 2.

CÆCILIA (S.). S. Cæcilia parva corpore extitit, XIV, 405, 2. Omnia mundi blandimenta Christi amore contempsit, XVI, 176, 1. Gaudia futuræ vitæ præposuit præsentibus, 582, 2. Sua oratione multa promeruit, 582, 1. Quam sollicite cum angelo custode et Deo ambularit, XIV, 135, 2. Fuit angelis familiaris, hinc puritatem et vitam angelicam didicit, XVIII, 168, 2. Evangelium semper gerebat in pectore, XVIII, 46, 1; XIX, 107, 2. Cilicio usa est. I, 342, 1. Fuit mulier diligens et corona viro suo, V, 349, 2. Novem ejus coronæ, *ibid.*, 2. Convertit sponsum suum Valerianum ejusque fratrem ad fidem, V, 586, 1; XI, 197, 1; 660, 2. In quo apes sit imitata, IX, 333, 1. Valerianum sponsum Christo lucrata est per fragrantissimum castitatis odorem quem sensit in conclavi sponsæ, eumque una cum fratre fecit martyrem, XVIII, 301, 2; 306, 2, 318, 2; 429, 2; XIX, 205, 1. Quantam curam gereret castitatis, XX, 178, 2. Eam cum suo sponso ad castitatem direxit angelus, IV, 347, 2. Cum eo in castitate vixit, XVIII, 301, 2. Quid responderit rogantibus cur ætatem et vitam pro Christo prodigeret, XX, 331, 2; XXI, 380, 2. Ei ejusque sponso Valeriano coronas floreas e cœlo attulit angelus, XXI, 115, 1. S. Cæcilia in igne illæsa permansit, XIX, 421, 1. Ejus corpus diu post mortem integrum repertum, XI, 268, 2; XVIII, 301, 2. Et etiamnum integrum est, XI, 659, 1.

CÆCITAS CORPORALIS. Cæcitatis corporalis dolor est assiduus, XV, 455, 2. Cæcitas a nativitate ægre curatur, secus si accidentaria sit, XVI, 458, 1. Cæcitas corporalis patienter quomodo ferenda et parvi æstimanda, I, 277, 1, 2. Fuit a viris sanctis expetita et amata, IV, 274, 2; 275, 1. Illa non turbavit Tobiam seniorem, 276, 1, 2. Cæcitatis bona et amatores, XII, 303, 1. Cæcorum laudantium Deum exempla, IV, 274, 2; 275, 1. Cæci oculis vident mente, XV, 250, 1. Cæcitas fuit curata naturaliter per fel in Tobia, IV, 303, 1, 2. Cæco ponere offendiculum quid sit tropologice, II, 118, 2. Cæci cur dicantur vincti, seu clausi, XVI, 102, 2.

Cæcos et claudos quare Jebuzæi constituerint in arce Sion, et qui illi cæci et claudi, III, 449, 2. Occisi a Davide quia eum odiebant, 450, 1. Sunt figura scribarum et pharisæorum, et infidelium, hæreticorum, et fidelium male viventium, *ibid.*, 1, 2.

Cæcos duos an unum Christus veniens in Jericho curavit, XV, 454, 1. Et an is idem cum eo quem Lucas ab eo Jericho ingrediente curatum ait, *ibid.* Horum cæcorum allegoria et tropologia, *ibid.* Eorum importunus clamor, 452, 2. Sex cæcos curavit Christus, 455, 2.

Cæcus natus et a Christo curatus, quomodo vocatus sit, XVI, 458, 1. Cur ei cæcitas immissa, 2. Est illuminatus per sputum, 459, 2. Cur ad fontem Siloe missus sit, 460, 2. In eo ablutus vidit, *ibid.* Ejus fides et obedientia, 462, 2. Unde sciverit nomen Christi esse Jesum, 462, 2. Cur ad pharisæos sit adductus, *ibid.* Ejus parentes etiam examinantur, 463, 1. Quam caute ipse respondeat pharisæis, 2. Ejus constantia in tuendo suo curatore, 464, 1. Ejicitur domo et synagoga a pharisæis, 463, 2. Sed benigne suscipitur a Christo, et in mente illuminatur, 464, 1; 458, 2; 465, 1. Ejus vita et mors, 465, 2.

CÆCITAS SPIRITUALIS. Cæcitas est peccatum, et pœna et causa peccati, XI, 528, 1: *Quis cæcus nisi servus meus? Quis cæcus nisi qui venundatus est? Qui vides, multa nonne custodies?* Est ingens pœna præcedentis peccati, II, 502, 1 *Percutiat te Dominus... ut palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris*, XV, 321, 1.

Cæcitas mentis est non tantum simplex carentia lucis, sed et affectus pravus, quo quis illustrationes divinas libere repellit; est ea magnum peccatum, XVIII, 25, 1, 2. Est signum obstinatæ mentis, 190, 1, 2: *Dedit illis Deus... oculos ut non videant.* Cæcitas spiritualis est error in fide vel in moribus, XV, 251, 1; 454, 1; 455, 2: *Et ecce duo cæci sedentes secus viam.... Dicunt illi : Domine, ut aperiantur oculi nostri.* Cæcitas mentis est quoddam peccantium profundum, sequitur ea ex consuetudine, V, 561, 2: *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Cæcitas duplex, XI, 182, 1 : *Excæca cor populi hujus.* Causa ejus triplex, *ibid.* Cæcitas est caligo peccatorum, V, 118, 2: *Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant.* Ejus curandæ ratio, XI, 182, 1.

CÆLIBATUS. Cælibatus commendatur exemplo Judith, IV, 355, 2. Non damnatur ab Apostolo, XIX, 225, 1: *Discedent quidam a fide, attendentes... doctrinis dæmoniorum... prohibentium nubere.* Cælibes Apostolus non hortatur ad conjugium, XVIII, 300, 2: *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat.* Cælibatus præstat rixoso conjugio, VI, 104, 2 : *Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi.* Cælibatus sacerdotum a Siracide non reprobatur, X, 245, 1 : *Quis credit ei qui non habet nidum et deflectens ubicumque obscuraverit, quasi succinctus latro exsiliens de civitate in civitatem.*

Cælibatus in cujusque est potestate, si Dei gratiæ cooperari velit, XVIII, 303, 2: *Unusquisque proprium donum habet ex Deo,* 311, 2: *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do,* Cælibatus est homini possibilis, qua ratione, XV, 422, 2: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Item facilis, *ibid.* et seq. Non præcipitur, 424, 1.

Cælibatum colentibus et religiosis promittitur nomen gloriosius et diuturnius quam ex filiis habere possent, XI, 658, 1, 2: *Hæc dicit Dominus eunuchis : Qui custodierint sabbata mea, dabo eis... nomen melius a filiis et filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Perenne in Ecclesia nomen habent, *ibid.* Eorum proles spirituales quæ, *ibid.* Cælibatus fructus et commoda, XVIII, 314, 2: *Si nupserit virgo, non peccavit, tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi.* Est aptus ad omnem scientiam acquirendam, 320, 1, 2: *Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id... quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.* Cælibes despondent sibi sapientiam, X, 245, 1. Cælibes quasi dicti cœlites, *ibid.* Cælibatus in Ecclesia primitiva plurimus, VII, 484, 2: *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Magna cælibum in Ecclesia multitudo est, XVIII, 225, 2.

CÆREMONIÆ. Cæremoniæ exteriores sunt folia conferentia salutarem instructionem et medicinam, XII, 853, 2. Cæremoniæ ecclesiasticæ in administratione sacramentorum stabiliuntur, XVI, 362, 1. Cæremoniæ non sunt res otiosæ, 633, 2. Cæremoniæ et sacramenta quibus Ecclesia catholica decoratur, sunt velut folia arborum vitæ, XXI, 408, 1.

Cæremonialia quænam in deserto Hebræi servaverint, scilicet expiationes et sabbatum, II, 136, 1, 2. Cæremonialia quædam in fœdere legali sanciendo habet Paulus, quæ Moyses omisit in Exodo, XIX, 443, 1. Cæremonialia præcepta sunt externa, non in se, sed in rebus Novi Testamenti quas adumbrabant, IX, 482, 1. Cæremoniæ Judæorum dici possunt servitus et militia, XI, 489, 1, 2. Cæremoniæ legales umbræ sunt futurorum per Christum, XIX, 92, 1. Cæremoniæ veteris legis finem in Christo acceperunt, hoc denotat veli templi scissio, XV, 633, 2. Cur non statim a morte Christi abrogatæ sint, XVIII, 230, 2. Eæ desiere, non lex moralis, aut naturalis Decalogi, 532, 1.

CÆSAR. Cæsaris etymon quod sit, XV, 478, 2; XVII, 411, 2. Cæsar erat nomen commune imperatorum Romanorum, IV, 214, 1. Cæsares unde dicti, XVII, 411, 2. Primus dictus Cæsar est avus Julii Cæsaris, *ibid.* Julius Cæsar prodigium naturæ, 412, 1. Cæsar undenam Africa se potiturum sit ominatus, XII, 687, 1. Illius erga Catonis liberos humanitas, 689, 1. Ejus victoriæ variæ, celeritas, triumphi; primus Romanorum fuit monarcha, XVII, 412, 1. Julii Cæsaris occidendi præsagium, V, 123, 2. Cæsares rempublicam Romanam perdiderunt, VI, 474, 1.

CÆSAREA. Cæsarea Palæstinæ quæ sit urbs, diversa est a Cæsarea Philippi, XVII, 206, 2. Cæsarea Philippi est eadem cum Dan et Paneas, XV, 248, 1 et 2. In Cæsarea Palæstinæ quæ memorata digna contigerint, XVII, 206, 2. Erat sedes Præsidis Judææ, 379, 1; 402, 2; 411, 2. Erat ampla civitas, facta est deinde Ecclesiarum Palæstinæ metropolis, XVII, 229, 1.

CÆSARIES (*Vide* Capilli, Coma).

CAIANI. Caiani hæretici asseruere homines ab angelis creatos, XIX, 295, 1. Confinxerunt librum qui inscribitur *Pauli revelatio*, XVIII, 502, 1.

CAIN. Cain quando genitus et ubi, I, 113, 1. Interpretatio et etymon nominis ejus, XX, 573, 1. An derivari possit a *kana*, id est *zelari*, 173, 2; 670, 2. Non obtulit Deo terræ fructuum primitias, I, 114, 2. Una cum dono cor suum Deo non dedit, VI, 201, 2. Ex odio et invidia fratrem occidit, XX, 573, 1, 2. Quo anno occiderit Abelem, I, 113, 1. Ira Caini duos perdidit, VIII, 500, 2. Noluit seipsum accusare, et ideo permissus diabolo, V, 578, 1, 2. Cain impœnitens, VIII, 500, 2. Ejus desperatio et in pœnis obduratio, I, 119, 2; XX, 671, 1. Ejus pavor et mala conscientia, I, 120, 1. Signum ejus fuit tremor corporis, I, 120, 2; VI, 38, 2. Ejus sex pœnæ, I, 121, 4. Septem ejus peccata

123, 1. Cain orbem perdidit diluvio, I, 121, 2; VIII, 500, 2; 502, 1. Cainus a Lamech in venatione casu occisus, VIII, 501, 1.

Cain prima mundi ætate cum suis et gigantibus pios afflixit, XIX, 154, 2; XXI, 317, 1. Quid significet mystice, I, 113, 2. Est typus hæreticorum, XX, 670, 2. Fuit hæresiarcha primus, 671, 1. Ei comparatur Julianus Apostata, I, 115, 2.

CAINAN. Cainan an in chronologia interjiciendus post Arphaxad: respondetur negative; Septuaginta qui eum interjiciunt, hoc loco corrupti sunt, I, 177, 1 et seq. Interjicitur in S. Luca, quia textus ejus a quodam sciolo corruptus, 178, 1. Evincitur id variis rationibus, *ibid.* et seq. An sit in Christi genealogia inserendus, necne? inserendum censet jam auctor, etsi alias negarit, XVI, 98, 2 et seqq.

CAIPHAS. Caiphas quod habeat etymon, XVI, 499, 1. Fuit pontifex toto triennio gubernationis Pilati, 608, 1. Ejus impium de Christo necando judicium, quo hominem mori expediret, ne tota gens pereat, 499, 2 et seq. An in eo fuerit prophetia, 500, 1. Vere non prophetavit, etsi Spiritus sanctus id per os ejus insinuarit, XV, 214, 2. Non erravit in eo contra fidem, sed contra justitiam et pietatem, XVI, 500, 2. Ad ejus domum primum ductus est Christus, quod in ea convenissent scribæ, XV, 582, 1. Ejus domum Judas non videtur ingressus, XVI, 608, 1. Cur auditis testibus surgeret, XV, 584, 2. Adjurat Christum ut dicat an ipse sit Dei Filius, 2. Cur et quomodo vestes suas sciderit, alias id ei erat illicitum, 585, 2. Blasphemiæ crimen Christo impingit, 586, 1. Non judicem agit, sed accusatorem, *ibid.* Mane convocat concilium ad Christum damnandum, 587, 1; 595, 1. Caiphas mortem manu propria sibi conscivit, XVII, 2, 1; 126, 1.

CAIUS. Caius quis cui scribit S. Joannes tertiam epistolam, XX, 639, 1. An fuerit Hispanus et Mediolanensium episcopus, *ibid.*, 2. Caius iste videtur fuisse hospes S. Pauli Corinthius, 640, 1. An idem fuerit cum illo Caio ad quem extant S. Dionysii Areopagitæ quatuor epistolæ, *ibid.* Caius hospes Apostoli, et convenientium Christianorum, commendatur ab hospitalitate et misericordia, XVIII, 244, 1.

CAIUS CALIGULA. Caius imperator unde dictus Caligula, XVII, 264, 1. Caligulæ imperatoris insolentia, IX, 402, 1; XII, 39, 1. Voluit arroganter coli ut Deus, IV, 373, 1; XI, 289, 2; XVII, 253, 1. Adulatori Vitellio quam stolide auscultarit, XII, 595, 2. Ejus sæva vox, 462, 2. Ejus vestes gemmatæ erant, IX, 440, 2. Inter auri acervos volutabatur, XIII, 634, 1. Ejus insania in fabricando, XII, 172, 2. Ejus crudelitas et immanitas, XIII, 540, 2; XXI, 35, 1, 2. Jovem ad duellum provocavit, XIII, 573, 1, 2. Quam in nobiles Romanos injuriosus fuerit, XIV, 106, 1. Judæos persecutus est, et cur, XVII, 3, 1. Ob sævitiam exosus factus omnibus, cæsus est, VI, 477, 2; XVII, 3, 1. Ejus imperium an per equum album significetur, XXI, 137, 2.

CAJETANUS. Cardinalis Cajetanus libere verba textus aliquando contorquet, XVII, 174, 2. Ejus error circa motus concupiscentiæ primos, XX, 57, 2. Ejus sententia de duobus Eliis refutatur, IV, 169, 2. Ejus sententia de mendis Scripturæ rejicitur, III, 521, 2. Ejus error de cœlo empyreo, XVIII, 500, 2.

CALAMITAS. Calamitates sunt justis merita, impiis supplicia, V, 503, 2. Calamitas est vectigal concupiscentiæ, XX, 63, 1. Eas adauget prior felicitas, V, 139, 2. Calamitates a peccatis causantur, *Job*, 129, 1. Pictæ sunt calamitates hujus vitæ respectu futurorum, *Job*, 676, 1. Calamitas opportuna est ad audiendum verbum Dei, XIV, 361, 2. Calamitas publica per jejunium avertitur, 439, 2. Calamitosum est fuisse felicem, *Job*, 563, 1. In calamitate publica publice orandum ac pœnitendum, IV, 324, 1. Ob calamitates olim totus populus pervigilabat in templo, 328, 2. Doloris signa varia in calamitate fieri solita, 397, 1.

CALAMUS. Calamus quæ mensura sit, XXI, 375, 2 et seq. Capitur etiam pro virga mensoria, XII, 784, 1, 2. Quot esset cubitorum, XXI, 221, 2. Non est mensura hominis, *ibid.* Cur esset similis virgæ, *ibid.* Calamus mensuræ dicitur calamus maximus, qui sex cubitos haberet, XII, 818, 1. Calamus quem habebat angelus in manu, quot contineret cubitos sacros, quot vero communes, 784, 2. Calamus mensorius mystice sunt Dei judicia; calamus sacer continet sex cubitos, novem pedes, duos passus, excepto pede, 784, 2; 855, 2; 861, 2.

CALAMUS idem est quod arundo et culmus herba, XV, 630, 1. Et hic fuisse videtur, quo Christo porrectum in cruce acetum, *ibid.* Calamus quassatus non confringendus, *Job*, 312, 1. Calamus est symbolum assentatorum, *Job*, 763, 2.

Calamus aromaticus quid sit, I, 715, 2; XI, 536, 2; XII, 62, 1. Non est cinnamomum, XII, 760, 1.

CALCEUS. Calcei Palæstinorum superne patebant, X, 479, 1. Calcei militares sunt ocreæ, XVIII, 680, 1. Calcei crepitantes carpuntur, XI, 139, 1. Calceos clavis capitatis inter punctos gestandi mos, *ibid.* Calcei immissione olim capiebatur possessio, XIII, 644, 2.

Calceus typus peccati, VIII, 104, 2. Calceus signum est libertatis, possessionis, lætitiæ, constantiæ, XII, 609, 1. Calceus quem Joannes solvere se indignum reputat, denotat humanitatem Christi, XV, 104, 2. Calceamenta quid denotent in parabola prodigi, XVI, 211, 2. Calceamenta cur prohibita Apostolis, XV, 263, 1. Eorum tropologia, *ibid.* Calceorum depositio quid symbolice et tropologice significet, I, 455, 1. Calceus quatuor rerum est symbolum, XVIII, 679, 2 et seqq. Calceus hyacinthinus Ecclesiæ symbolum est triplicium

ornamentorum et virtutum ejus, 681, 1. Cur ei datus talis, XIX, 55, 1. Calcei militis christiani qui sint, *ibid.* et seqq. Calceos albos induebant olim baptizati cur, XX, 300, 1.

CALCULUS. Calculis olim sortes jaciebantur, V, 517, 2. Calculis in urnam jactis judices ferebant sententias condemnationis vel absolutionis, VI, 66, 2; XII, 387, 2. An calculi numerarii intelligantur per acervos lapidum, VI, 304, 2; 305, 2.

Calculus quo Isaias mundatus, quis et quid fuerit, XI, 177, 2. Fuit symbolum pœnitentiæ, gratiæ Spiritus sancti et prophetiæ, *ibid.*, 1, 2. Amoris et zeli, 179, 1.

Calculus candidus quis vincenti promittatur, XXI, 55, 1. Quis proprie sit calculus, *ibid.*, 2. Calculus candidus quatuor res priscis denotabat, *ibid.*

CALEB. Caleb fuit legatus fidelis a Moyse missus, VI, 269, 2. Caleb fortiter rebellionem totius populi superavit, X, 473, 1; 474, 1. Ejus constantia, laus et præmium, II, 260, 2. Quot annorum fuerit, dum Hebræi fuerunt numerati ante ingressum in terram promissionis, 347, 2. Caleb ex Ephrata uxor primogenitum habuit Bethleem, XIV, 108, 1. Calebi senectus præmium virtutis, III, 77, 1. Ejus pietas, 78, 2. Ejus robur in senio, X, 474, 1, 2. Sepultus est in Hebron : quid nominis ejus etymon significet *ibid.*

CALENDÆ. Calendæ unde dictæ, III, 391, 2; IV, 415, 2. Calendæ quid apud Hebræos fuerint, II, 354, 2. Non erant proprie festum, sed celebres clangore et victimis, *ibid.* Unde eæ Romanis dictæ et calendaria, 355, 2.

CALIDA. Calida vitam revocant et conservant, VI, 338, 2. Cur dein fiant frigidissima, 512, 2. Calidæ potus ad quid conducat, XXI, 83, 1. Calidi, frigidi, tepidi quinam spiritualiter sint, 80, 1, 2.

CALIGO. Caligo quod habeat etymon, X, 405, 2. Cur Deus in ea dicatur habitare, IX, 53, 2. Caligo divina velut nubes est, in qua quasi in throno residet Deus, 623, 2. Caligo repræsentat gloriam Domini, XII, 575, 1. Caligo Ophel symbolice significat celsitudinem et caliginem Dei, XIV, 99, 1.

CALIGULA (*Vide* CAIUS CALIGULA).

CALIX. Calix idem atque hæreditas, portio et pars, *Psalm.* I, 61, 2. Calix significat sortem cujusque lætam vel tristem, XI, 611, 1, 2. Calix sortis adversæ vel prosperæ per metaphoram, unde in Scriptura ortum habuerit, X, 142, 1. Calix est justa mensura vindictæ Dei, et unde sic dicatur, XII, 195, 1. Calix vocatur mensura pœnæ a Deo commensa sonti, 671, 1, 2. Calix aureus aliquando supplicium, aliquando splendorem et luxum significat, XXI, 313, 2. Calix aureus Babylonis significat ejus opes, luxum et idololatriam, XIII, 22, 2. Calix voluptatis in calicem fellis transit, XIV, 14, 1. Calix tremoris quis et unde dicatur, XI, 611, 2. Calix vini meri quid sit, X, 7.

In calice eucharistico aqua est vino miscenda, V, 252, 1. Calix laicis dari non debet, XVI, 404, 1. Nec iis præceptus est, *ibid.*, 2.

Calix benedictionis quis sit, XVIII, 344, 2. Quis calix dæmoniorum, 347, 1, 2. Calix sanguinis non est typus sanguinis Christi, ut dicunt hæretici, 345, 1. Tropologice martyrium dicitur calix, 442, 2.

CALLIONYMUS PISCIS. Callionymi piscis descriptio, IV, 292, 1. Abundat felle quod valet ad albugines ex oculis extergendas, alioque nomine vocatur uranoscopos, *ibid.* Est vorax et stolidus, *ibid.* An cor ipsius fuget dæmones, et qua vi, *ibid.*, 2.

CALOR. Calor naturalis quomodo in homine agat, I, 87, 2. Calor causa agilitatis, magnanimitatis, fervoris, V, 567, 2. Hic si intermittatur, oritur tepor, VI, 512, 2. Calor subitus vincit teporem, XVIII, 401, 1. Calor quid conferat ad aliquid componendum et concipiendum, XIII, 247, 1, 2.

CALUMNIA. 1° *Calumnia quid proprie sit*, VII, 162, 1 : *Verti me ad alia, et vidi calumnias quæ sub sole geruntur.* Calumnia Hebræis est oppressio a quocumque vim aut injuriam faciente, XIII, 357, 2 : *Calumniam patiens est Ephraim.* Est stuprum innocentiæ, IX, 546, 2 : *Concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam : sic qui facit per vim judicium iniquum.* Calumniatoris lingua armata, *Job*, 141, 1, 2 : *Salvum faciet egenum a gladio linguæ eorum.* Calumniantium mores et arma, *Job*, 412, 2 : *Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini?* Calumniæ causa est invidia, VII, 169, 1, 2 : *Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, et industrias animadverti patere invidiæ proximi.*

2° *Calumnia quantum malum sit*, *Job*, 145, 2 : *A flagello linguæ absconderis, et non timebis calamitatem cum venerit.* Calumnia quam sit detestabilis, II, 121, 1 : *Non eris criminator, nec susurro.* Varia de calumnia apophthegmata, *ibid.* Calumnia morte et inferno pejor est, X, 58, 1 : *Beatus est qui tectus est a lingua nequam.... Mors illius, mors nequissima, et utilis potius infernus quam illa.* Calumniator perinde facit ac si proximum gladio confoderet, V, 363, 2 : *Est qui promittit, et quasi gladio pungitur conscientiæ.* Calumnia mendax imprimis timenda est, X, 4, 1 : *A tribus timuit cor meum, et in quarto facies mea metuit. Delaturam civitatis, et collectionem populi, calumniam mendacem.* Calumniam mendacem execratur justus, V, 377, 2 : *Verbum mendax justus detestabitur.*

3° *Calumniæ effectus*, VII, 162, 1. Calumnia conturbat sapientem, 248, 1 : *Calumnia conturbat sapientem et perdet robur cordis illius.* Quæ ejus rei causa, *ibid.* Calumnia uxoris turbavit Tobiam seniorem, IV, 277, 2. Et ancillæ Saram filiam Raguelis, ac S. Monicam, 280, 1, 2. Calumniator insipiens est, sibique malum creat, V, 204, 1 : *Qui profert contumeliam insipiens est.*

Sibi affert mortem, vitam vero calumniam æquo animo patienti, V, 584, 1: *Mors et vita in manu linguæ*. Dat sæpe calumniæ suæ pœnas, VI, 10, 2: *Falsus testis non erit impunitus, et qui loquitur mendacia peribit*. Calumnia redit in calumniantem, et quid operetur in calumniato, III, 500, 2; X, 42, 1: *Qui foveam fodit, incidet in eam*.

4° *Quomodo toleranda, superanda et refellenda sit calumnia*. Calumniarum et persecutionum morbo quæ medicina facienda, *Psalm*. I, 231, 2: *Revela Domino viam tuam et spera in eo, et ipse faciet*. Vis et noxa calumniæ in sensu patientis consistit, VII, 249, 1. Quomodo refelli debeat, 248, 2. Quomodo in calumnia considerandum quid intendat Deus, III, 501, 1. Et in memoriam revocanda propria peccata, *ibid*., 2: *Dimittite eum, ut maledicat; Dominus enim præcepit ei ut malediceret David*. Calumnia magnanimitate superanda, *Job*, 146, 1. Calumniæ maledicentium parvi faciendæ, XX, 644, 2: *Commonebo ejus opera, quæ facit, verbis malignis garriens in nos*. Calumniam retundit sancta vita, 332, 1, 2: *Conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detrahunt vobis confundantur*. Calumnias dulcorat Dei solatium, VII, 249, 2. Eam patientes fortiter, mirifice a Deo illuminantur et consolantur, X, 4, 2. Calumnias æquo animo ferre docet nos Christus, XV, 586, 2.

Calumniatoribus non facile credant principes, III, 500, 2. Calumnia non est iteranda, IX, 531, 2: *Ne iteres verbum nequam et durum*.

CALVARIÆ MONS. Calvaria est cranium hominis carne nudum. XV, 615, 1. Calvariæ mons unde ita dictus sit, *ibid*. Calvariæ mons videtur quasi idem cum monte Moria, 615, 21; XIV, 444, 1. Calvariæ mons et mons Sion sunt quasi duo ejusdem montis juga, VIII, 57, 2. Olim erat extra Jerusalem ad occasum, jam intra urbem est, XII, 243, 2; XIV, 528, 1, 2. Is terræ motu fuit discissus, moriente Christo, XV, 634, 2. Juxta eum Titus urbem obsedit, XIV, 529, 1. In eo olim templum ab Helena extructum, XII, 243, 2. Calvariæ montis elogium, I, 126, 1. In eo sepultum esse Adami cranium est communis Patrum opinio, *ibid*., 655, 2.

CALVINUS. Calvinus fuit stigmatizatus propter Sodomiam, XIX, 223, 2. Dæmonem paredrum et familiarem se habere fatetur, XIX, 223, 1; XX, 482, 2. Ejus Deus est Satanas, XX, 464, 1 et seqq. Ejus superbia, qua se suosque omnes Christo præfert, XIX, 395, 2. Dixit se esse lapidem reprobatum factum in caput anguli, XV, 471, 2. Ejus imperitia ostenditur, XI, 320, 1. Ejus placita meræ sunt insaniæ, XIII, 562, 2. Ejus impostura in mortuo ad vitam excitando, XI, 45, 1. Miraculum facere volens, e vivo fecit mortuum, XV, 214, 2; XX, 126, 2. Quas turbas et rebelliones in Gallia excitarit, XX, 450, 2. Calvinum quomodo traducant alii hæretici, XX, 453, 2 et seqq. Quomodo sit Antichristus, XVI, 312, 2. Ut blasphemus justo Dei judicio a pediculis consumptus, ejus mors fe-ralis, II, 322, 1; XI, 768, 2; XII; 591, 2; XVII, 271. 2; XX, 444, 1; 457, 1; XXI, 342, 1.

Calvini impia dogmata, et quæ ex iis secuta sint mala, XV, 211, 2. In plurimis Paulo et Augustino maligne est abusus, XVIII, 5, 1.

1° *Circa Deum*. Manichæos impietate superat dum Deum facit auctorem peccati et erroris, IX, 446, 2; XVII, 94, 2; XVIII, 167, 1; XX, 51, 1; 261, 1. Quomodo docet Deum creasse impios ut damnaret, XX, 482, 1. Rejicit in Deum omnia hominum opera tam mala quam bona, VI, 5, 1. Quid de præscientia et prædestinatione Dei censeat, XVII, 96, 2. Unde dogma suum de prædestinatione et reprobatione hauserit, XVIII, 166, 2. Ejus fatum, *ibid*. Ejus blasphemia et impia opinio de Deo impios obdurante, I, 488, 1 et seq; III, 68, 2; XVIII, 25, 2; 168, 1. Exploditur dum Deum excæcare docet, XI, 238, 1. Ejus error blasphemus de Deo vitium non imputante ad culpam, III, 13, 1. Atheismo viam sternit, XVII, 99, 1. Ejus atheismus, XX, 452, 1.

2° *Circa Trinitatem*. Nomen S. Trinitatis exosum habet, XX, 263, 2. Deum trinum blasphemat, 464, 1. Arianizat, XX, 263, 2; XI, 172, 2.

3° *Circa Christum*. Adimit Christo infanti usum rationis, XI, 204, 1, 2. Ejus blasphemia dicentis Christum fuisse vere peccatorem, XX, 304, 2. Ejus blasphemia de Christi responso ad juvenem, XV, 427, 1. Ejus argumenta negantis veritatem corporis Christi dissolvuntur, 554, 2. Sæpe judaizat et Judæis favet, XI, 635, 2. Judæorum passim patronum agit, XII, 231, 1. Ejus blasphemia circa clamores et orationes Christi, XIX, 394, 2. Est blasphemus dum ait Christum sensisse dolores et desperationes inferni, XI, 631, 1. Ejus blasphemia in Christum agonizantem, XV, 569, 1; 570, 1. Impie ait eum in cruce desperasse, 628, 1. Negat Christum personaliter ad inferos descendisse, XVIII, 627, 1; XX, 335, 2. Ejus effugium negantis Christum, clauso sepulchro, resurrexisse, XV, 648, 1. Negat Christum ex oculis discipulorum evanuisse, XVI, 279, 1. Negat Christum ad apostolos januis clausis ingressum fuisse, 630, 1. Christi exaltationem per crucem interpretatur ejus Evangelii prædicationem, 344, 2.

4° *Circa B. Virginem*. Negat beatam Virginem in partu fuisse virginem, XI, 194, 1, 2. Eam dicit incredulam fuisse ad verba angeli, XVI, 21, 1. Et saltum Joannis ad ejus adventum fuisse naturalem, 29, 1.

5° *Circa Ecclesiam*. Ejus impius paralogismus de Ecclesia, XVII, 29, 3, 1. Idem de Romanæ Ecclesiæ excidio, XI, 404, 2; 405, 1. Negat Ecclesiam esse firmamentum veritatis, aitque eam errare posse, XIX, 219, 2. Docuit in Ecclesia nullos esse malos, 293, 2. Contra cardinales et episcopos sanio est, XI, 116 1. Originem et continuationem fidei suæ ostendere non potest, XVIII, 186, 2.

6° *Circa Scripturæ interpretationem*. In Mosen est injurius, I, 475, 2. Ejus temeraria opinio de

magis Ægypti, I, 509, 1. Dicit Deum magis Pharaonis esse cooperatum, 494, 1. Docet illos omnia quæ fecerat Moyses, pariter effecisse, sed falso dicit, 509, 1. Inepte blasphemat, dum Danielis abstinentiam ridet, XIII, 12, 1. In eum est injurius, 34, 2. Abstinentiam Rechabitarum carpit, 251, 2. Ejus inepta expositio de ea maledictione qua Jeremias maledicit diei nativitatis suæ, 161, 2. Ejus blasphemia in Habacuc prophetam, XIV, 313, 2. Est injurius in mulierem hemorrhoissam, XV, 685, 2. Cum Juda Magdalenæ factum improbat, 546, 1. Ejus error circa possessionem bonorum primorum christianorum, XVII, 133, 2. Est in S. Philippum injurius, XVI, 322, 2. Ejus sententia de epistola ad Hebræos rejicitur, XIX, 347, 1; 443, 2; 444, 2.

7° *Circa hominem.* Ejus error circa liberum hominis arbitrium, XVIII, 124, 2; XIX, 427, 1. Adimit homini liberum arbitrium, XVI, 445, 2. Item circa efficacem Dei vocationem, XVIII, 250, 1. Duplicem comminiscitur hominem, 124, 2. Negat homini cuilibet angelum datum, 268, 2. Docet neminem in hac vita vere esse justum, VI. 56, 1. Ejus paralogismus, dum probare tentat omnia opera infidelium et impiorum esse peccata, XIV, 345, 1. Ejus blasphemia de inquinatione omnium operum nostrorum quantumlibet Sanctorum, I, 435, 2. Censet motus rationem prævenientes esse peccaminosos, XVIII, 119, 2. Negat meritum pii operis, 58, 1, 2. Quomodo opera ad salutem requiri doceat, XX, 123, 1. Negat Dei mandata posse servari, XIX, 211, 2. Ejus de hoc capite tria blasphemi axiomata, XVIII, 61, 1. Ait Decalogi observationem minime esse necessariam, 532, 2. Ejus error circa animam e vita abeuntem, VII, 158, 2.

8° *Circa sacramenta.* Sacramenta catholicorum suggillans reprehenditur, XI, 179, 2. Baptismo adimit vim justificandi, et simul ejus necessitatem, XVI, 339, 1. Putat filios fidelium immunes esse a peccato originali, IX, 72, 1. Negat proinde infantibus fidelium esse necessarium baptismum, XVIII, 192, 2; 307, 2. Item negat Eucharistiæ mysterium, XI, 194, 1, 2. Ejus argumentum contra Missam enervatur, XIX, 457, 2. Negat in lege nova esse proprie dictum sacerdotium et sacerdotes, XI, 719, 2. Docet vetera sacrificia æque justificasse ac nova, II, 7, 2. Negat potestatem absolvendi datam esse Apostolis, XVI, 622, 1. Opera satisfactoria elidit, II, 36, 2.

9° *Circa vota.* Vota monastica suggillat, XI, 321, 1. Ait licere promittere continentiam Ecclesiæ, saltem tacite et indirecte, ergo et directe, XIX, 243, 1, 2.

10° *Circa imagines.* In sacras imagines injurius est, II, 410, 1; 411, 1, 2. Ejus error circa adorationes imaginum, ejusque refutatio, VIII, 554, 2. Quomodo nesciens imagines veneretur, XVIII, 368, 1.

11° *Circa infernum.* Qualem infernum fingat et asserat, IX, 234, 1; XXI, 202, 2. Qua pœna damnatos in inferno torqueri asserat, XI, 423, 2. Negat infernalem ignem, XX, 461, 1. Negat insulsæ principi dæmonum Luciferi nomen imponi posse, XI, 287, 1.

12° *Circa animas justorum post mortem.* Censet animas justorum dormire usque ad diem judicii, IX, 358, 1, 2. Censet animas sanctorum non videre Deum ante diem judicii, XIX, 491, 1. Negat limbum patrum, XIV, 461, 1.

CALVINISMUS. Calvinismus in publicum civitatum et provinciarum grassatur incendium, XIII, 445, 2.

CALVINISTÆ. Calvinistæ simiæ sunt pseudoapostolorum Corinthiorum, XVIII, 494, 1. Donatistis deteriores sunt, quod altaria sacra dejiciant, XIX, 519, 2. Sunt paganis et Turcis deteriores, XX, 461, 1, 2. Eos dæmon agit et impellit ut sua organa, *ibid.* Falsum Deum adorant, quo sensu, XVI, 361, 1. Dicunt Eucharistiam esse panem mysticum, non verum corpus Christi, XVI, 401, 1 et seqq.; 411, 1 et seqq. Hæc verba: *Hoc est corpus meum*, ad figuram significandam detorquent, et quæ hinc inconvenientia sequantur, XVIII, 5, 2. Calvinistæ censent Eliam, quem in fine sæculi venturi prædixit Malachias, esse Joannem Baptistam, XV, 391, 1. Cur recipiant Apocalypsin, cum Calvinus eam rejiciat, XXI, 5, 1. Mensæ benedicentes pileo os contegunt, quasi secreto orantes, XV, 184, 2. Peccantes suos publice in Ecclesia infamantes, graviter contra charitatem peccant, 409, 2. Calvinistarum fraus et technæ, XII, 590, 2. Eorum barbara crudelitas et sanguinaria immanitas, XIII, 158, 1; XX, 671, 1.

CALVITIES, CALVUS. Calvities capitis deformitas, IV, 101, 2. Libido ejus causa, 11, 1. Calvitium in usu apud veteres in luctu, XI, 298, 2; XII, 554, 1. Erat Judæis signum maximi luctus et lugentium, XIII, 629, 1; XIV, 78, 2. Calvitium est proprie capitis, XIV, 79, 1, 2. Calvities honorabilis est, IX, 673, 2. Calvitium urbis quod dicatur, XII, 296, 1.

CAMBYSES. Cambyses Cyri filius chaldaice vocabatur Assuerus, persice vero Artaxarxes, IV, 214, 2. Patre apud Lydos et Massagetos occupato, domi imperii rebus præerat, *ibid.* Fabricam templi a patre permissam impedivit, *ibid.* Cambyses et magi Persarum reges templi restaurationem impedire volentes, monti magno comparantur, XIV, 401, 1. Cambyses quando vastarit Ægyptum, XII, 716, 2; 718, 1, 2. Cambyses Amasis regis Ægypti jam defuncti cadaver effodi et flagris cædi jussit, XIII, 549, 2. Fuit Judæorum hostis et parricida, quomodo a Deo punitus, IV, 214, 2. Monitus a Præxaspe uno e charissimis ut parcius biberet, quam ingratus fuerit monitori, II, 315, 2; IV, 381, 1.

CAMELUS. Cameli natura et etymon, XI, 703, 1. Est stolidum animal, unde dicatur, IX, 389, 1. Est tamen mansuetum, *ibid.* Quod mystice designet, XI, 703, 1. Significat tropologice superbiam,

II, 63, 1. Mercibus onustus symbolum est divitis et divitiarum, VI, 186, 2.

Camelus per foramen acus quomodo transeat, XV, 431, 2. Quid hoc mystice denotet, *ibid*. Quid allegorice, 432, 1. Quid symbolice, *ibid*. Camelum per foramen acus ducere potest Deus, XVIII, 363, 1. Camelum glutire, et culicem colare, quid sit, XV, 493, 1.

CAMPANÆ. Unde dictæ campanæ, II, 235, 2; XIII, 499, 1. Campanæ sunt propriæ christianorum, et hæ initio fuere minores; pace Ecclesiæ reddita, paulatim grandiores factæ, *ibid*. Campanis cur utatur Ecclesia loco tubarum, II, 235, 2. Earum usus varius, *ibid*. Campanæ ab Ecclesia benedictæ qua vi fugent dæmonem, procellas et tempestates excitantem, IV, 298, 1.

CANA. Cana civitas Galilææ duplex erat, una in superiore, altera in inferiore, XVI, 327, 2; 328, 1. Cana quantum a Capharnao distaret, 368, 1 et seqq.

CANDELA. Candela ardens in baptismo quid significet, XVIII, 288, 1. Candelæ cereæ accensæ in die Purificationis quid innuant, XVI, 74, 1. Dantur fidelibus morientibus in manus, cur, 175, 2 (*Vide* CEREUS).

CANDELABRUM. Candelabri in tabernaculo descriptio, I, 650, 1. Erat ductile, ex auri talento et septifidum, *ibid*. Habebat tres ordines scyphorum, sphærularum, et liliorum, 2. Illuminabat Sanctum noctu, *ibid*.; XXI, 28, 1; 102, 1. Habebat sua emunctoria, erat obliquum et unum, *ibid*. Erat typus septem planetarum, *ibid*. Quidnam allegorice significarit *ibid*. Ordo scyphorum, sphærularum et liliorum in eo quis fuerit, 653, 1. Eorumdem omnium ordo in hastili, *ibid*. Ita in tabernaculo dispositum erat, ut mensam panum propositionis illuminaret, II, 227, 1, 2. Candelabrum septiceps erat in tabernaculo Mosis, in templo Salomonis erant decem candelabra, XIX, 432, 1, 2; XXI, 28, 1; 102, 1. Illo designantur septem planetæ : id Christum denotat, *ibid*.

Candelabrum quod Zacharias vidit non erat idem cum Mosaico, in quo ab eo differret, XIV, 395, 1. Erat unum e tribus præcipuis vasis templi, *ibid*. Ipsum describitur, 396, 1, 2 et seq.; 407, 1, 2. Erat octocalamum et octolustre, 396, 1. Ejus lucernæ, calami, infusoria, *ibid*., et 2. Quænam ejus expositio symbolica, 397, 2 et seq. An per ipsum repræsentetur solutio captivitatis Babylonicæ, *ibid*. An restauratio reipublicæ per Zorobabel, an templi reædificatio, 398, 1. An prophetia et Spiritus Dei, *ibid*. Proprie repræsentat Deum, ejusque providentiam, *ibid*. Ipsum item est symbolum vitæ, divinæ generationis, animi puritatis, amoris, famæ et gloriæ, item divinitatis, *ibid*. Repræsentat quoque ipsum templum restaurandum, et cum templo rempublicam Judæorum, *ibid*., 2. Fuit candelabrum a Tito Judæis ademptum, *ibid*. Candelabri aurei effigies cernitur Romæ in arca triumphali Titi, IV, 505, 1. Cur ipsum Zacharias extra templum videat, XIV, 399, 1. Allegorice repræsentat Christum ejusque Ecclesiam, *ibid*., 2 et seq.; 395, 2; XXI, 21, 1; 28, 1; 98, 1. Ejus septem calamorum orificia, in culmine eorum exstantia, habebant speciem oculorum, XIV, 407, 1, 2. Ejus rostra quæ dicantur, et eorum situs, 409, 2.

CANDIDUS, CANDOR. Candor est verus color et expressus, X, 407, 2. Est color perfectissimus, XV, 384, 1. Candor mirus alabastro exprimitur, XII, 414, 1. Candor sumitur pro splendore, 411, 2, Candor sæpe splendet et splendor candet, XV, 384, 1. Candor candidus est lætus, XX, 100, 2. Color in nive unde oriatur, X, 407, 2. Candor nimius purpurascit aliquando, XXI, 171, 2. Candidus color, quarum rerum sit symbolum, 171, 1; 293, 2; 334, 1; 358, 1. Convenit Deo et divinis, 337, 1. Candor candidi et sinceri animi est symbolum, nigror maligni, XIII, 640, 2. Candor cum quo Angeli apparent quid significaret, IV, 547, 1. Candida vestis honoratorum erat, XX, 100, 2. Erat nobilium olim, et magistratum ambientium, XVII, 239, 2. Candidas vestes olim induebant in diebus festis et lætis, IV, 384, 2. Candida veste cur vestiantur baptizati, XX, 276, 2; 300, 1.

CANDOR MORUM. Candor morum placet Deo, IX, 87, 1. Candor morum virginum est, XXI, 276, 2. Candor placet regibus, VI, 153, 1, 2. Mira ejus vis, V, 284, 1, 2. Candore quantum prælati et principes evincant, XIV, 489, 2. Candidi et sinceri sint oportet senatores, XXI, 101, 1.

CANIS. Ejus natura describitur, XX, 467, 2 et seq. Canum sagacitas et fides, I, 67, 2. Sæpe homicidas dominorum prodiderunt, II, 474, 1; VI, 381, 1. Canum est latrare et fures latratu arcere, XI, 663, 1. Eorum impudentia et ingluvies, *ibid*. Canes rabidi non latrant, sed silenter mordent obvios, etiam dominos, *ibid*., 1. Viso moveri lunam, canes latrant, *ibid*., 2. Canum luxuria et impudentia, V, 196, 2. Proverbia ab iis deducta, *ibid*. Canis vomitum procurat, et eum resorbet ex innata ingluvie, *ibid*. Cauda ostendit suos affectus, VI, 315, 1. Maxime irritatur si auribus apprehendatur, quia eas habet delicatas, 316, 1. Canis venaticus describitur, 340, 1. Canis silvestris fera Syriæ particularis, XII, 409, 1. Canis immundum est animal, IX, 399, 1; 680, 1. Canis abominanda victima est si Deo immoletur, XI, 759, 2. Canes Lazari ulcera lingentes, sponte veniebant quasi ad spirans cadaver, XVI, 221, 1.

Canis Tobiæ præcurrens doctores exprimit Ecclesiæ, IV, 303, 1. Canis symbolum est iræ et invidiæ, IX, 684, 1. Item impudentium, 399, 1; 680, 1. Canes symbolice muti laborant argentangina, XI, 663, 1. Canis vivus cur melior leone mortuo, VII, 310, 1. Canis est peccator, et leo est justus, quomodo, *ibid*., 2 et seq. Canis vivus quid significet mystice, 311, 1, 2. Canis reversus ad vomitum

vicinis tuis magnarum carnium. Caro in Scriptura aliquando carnis corruptionem, aliquando concupiscentiam, aliquando homines carnales significat, XVIII, 28, 1; 412, 2. *Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt,* 565, 2. *Caro concupiscit adversus spiritum.* Caro et sanguis quid in Scriptura significent, IX, 496, 2 : *Quid nequius quam quod excogitavit caro et sanguis?* Caro et sanguis significant tentationes carnis et homines carne et sanguine constantes, XVIII, 523, 1 : *Continuo non acquievi carni et sanguini,* 673, 2 : *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem.* Carnis prudentia est sapere carnalia, 131, 2: *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt.* Carnis concupiscentia est gula et luxuria, et concupiscibile, cibus delicatus et mulier, XX, 53, 2 et seq. : *Unusquisque tentatur a concupiscentia sua, abstractus et illectus.*

Carnales homines proprie quinam sint, XVIII, 268, 1 : *Cum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis?* Qui secundum carnem ambulent, 482, 2 et seq. : *Qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus.* Post carnem alteram abire, quid sit, XX, 662, 1 : *Sicut Sodoma et Gomorrha exfornicatæ abeuntes post carnem alteram.* Carnales homines similes sunt talpæ, 419, 1, 2 : *Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est et manu tentans.* Ollis assimilantur, XII, 675, 2. In ollis habitabant, 582, 2: *Hæc est lebes, nos autem carnes.* Echineidi assimilantur, XVIII, 124, 2: *Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.* Carnales homines vocantur lutei, *Job,* 117, 1 : *Quanto magis qui habitant domos luteas... consumentur velut a tinea,* 594, 2 : *Comparatus sum luto, assimilatus sum favillæ et cineri*

2° *Carnis et carnalis peccati actus et fructus,* Caro et sanguis quomodo nequiora diabolo, IX, 496, 2. Caro est instrumentum diaboli ad nos oppugnandos, *ibid.* Est velut nequam mulier, 683, 1 : *Non est caput nequius super caput colubri, et non est ira super iram mulieris.*

Caro quam intolerabilis sit Dominus, XIV, 21, 1 : *Et tunc erit Domino regnum.* Caro gravissimus hostis noster est, XVIII, 335, 1, 2 : *Castigo corpus meum et in servitutem redigo.* Motus concupiscentiæ juvat et fovet, 29, 1.

Carnis peccatum abominabile, *Job,* 393, 2 : *Aspergatur in tabernaculo ejus sulphur.* Est putredo, *Job,* 185, 1. *Induta est caro meo putredine et sordibus pulveris.* Carnalia vitia immunda sunt, XX, 78, 1 : *Propter quod abjicientes omnem immunditiam.* Obscurant et hebetant verbum Dei, 85, 2: *Consideravit enim se et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit.* Carnales, licet otiosi, Deo vacare non possunt, *Psalm.* I, 305, 2 : *Vacate et videte, quoniam ego sum Dominus.* Carnales homines non habent cor hominis, sed illud in brutum velut mutatum est, XIII, 385, 2 : *Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Caro et carnalis affectus infirma sunt ad resistendum persecutioni, XV, 572, 2 : *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Fructus ejus est dolor et tristitia, XVIII, 567, 1, 2 : *Manifesta sunt opera carnis.* Caro libidinosi dolet, *Job,* 333, 2 : *Attamen caro ejus dum vivet, dolebit.* Ejus tentatio viros pios maxime humiliat, XVIII, 504, 1 : *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ.* Delicatius nutrita fit congeries sordium, et cloaca vermium, IX, 528, 1, 2 : *Putredo et vermes hæreditabunt illum.* Caro delicate nutrita, post mortem magis fœtet quam alia, XI, 286, 2 : *Subter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes.*

Quomodo caro et sanguis regnum Dei non possidebunt, XVIII, 412, 2. Ob carnis vitia plurimi damnantur, IX, 237, 2 : *Quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis.*

3° *Adversus carnem bellum suscipiendum, eaque edomanda.* Carnis bellum intestinum, *Job,* 181, 2 : *Militia est vita hominis super terram.* Caro lascivit superbiente spiritu, IX, 125, 1 : *Quanti magnus es, humilia te in omnibus.* Bellum carnis adversus spiritum, XVIII, 566, 1 : *Caro concupiscit adversus spiritum.* Caro et spiritus sæpe diversa requirunt, XIII, 241, 2 : Carnalium et spiritualium diversa studia, XVIII, 131, 1 : *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt.*

Quid carni rebelli opponendum, XVIII, 566, 2. Ei nunquam credendum, IX, 377, 2 : *Non credas inimico tuo in æternum.* Bonum est ut ei resistatur, XVIII, 127, 2: *Igitur ego ipse mente servio legi Dei, carne autem legi peccati.* Caro nostra est exactor rigidus, et est cum discretione regenda, *Job,* 736, 2 : *Clamorem exactoris non audit.* Spiritus debet subjici, IX, 675, 1; 676, 2. Cum per spiritum ad alta contemplanda super se assurgit, attenuatur, XIX, 250, 1. Carnales deliciæ in quo a spiritualibus distent, XIII, 423, 1, 2: *Arastis impietatem, iniquitatem messuistis.* Caro domanda jejunio et asperitate, VI, 409, 1, 2: *Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem.* Carnem lacerare qui dicantur, *Job,* 304, 1 : *Quare lacero carnes meas dentibus meis.* Carnem ejusque concupiscentiam vincit obediens, VI, 124, 2 et seq. : *Vir obediens loquetur victoriam.*

CAROLUS BORROMÆUS (S.). Sancti Caroli labor assiduus in divino obsequio, XV, 358, 2. Stationes Romanas obiens neminem in via resalutabat, X, 360, 2. Quam attente sacra Biblia legeret, I, 18, 2. In volvendis Prophetis erat assiduus, XI, 54, 1. Ejus pia praxis proficiendi in virtutibus, I, 574, 2. Actionum suarum duos inspectores habere voluit, XIV, 252, 1; XX, 324, 2. A quolibet de defectibus moneri expetebat,, IX, 322, 2. Ejus humilitas, XVI, 529, 2. Voluptatibus omnibus bellum indixit, quo castitatem lucretur. XXI, 272, 2. Cum feminea etiam consanguinea non egit, nisi adessent testes, XVI, 145, 2; 629, 1. Ejus abstinentia mira, XIII,

13, 2. Quam in vestitu et supellectile fuerit simplex, XII, 664, 1. Quomodo domesticis suis operas partiretur, I, 220, 1. In pauperes mire liberalis fuit, V, 472, 2. Quomodo pro gloria Dei nullis laboribus pepercerit, II, 704, 1. Quam certam de Dei ope spem haberet in Dei causa, XIV, 227, 1. Jurisdictionem ecclesiasticam intrepide tuebatur, II, 277, 1. Diœcesi suæ optimos præfecit pastores, V, 28, 1. Ecclesiam Mediolanensem sanctam reddidit, 256, 1. Fuit in diœcesi suæ obeunda admodum sedulus et indefessus, XII, 743, 1. Vitam suam pro ovibus tempore pestis exposuit, XVI, 473, 2. Quoto ætatis anno sit mortuus, XXI, 282, 2. In cilicio et cinere mori voluit, I, 342, 1; X, 275, 2; XV, 96, 2.

CAROLUS MAGNUS. Quando creatus et coronatus sit imperator, IV, 230, 2. Pontifices Romanos mirifice coluit, IX, 251, 2; XI, 592, 2. Ejus in Ecclesiam Romanam affectus, ideo quater Romam peregrinatus est, IV, 230, 2; XI, 766, 2. Quantopere sacris Litteris deditus fuerit, I, 11, 2. Sub obitum etiam dedit se studio sacrarum Litterarum, XV, 9, 2. Ejus zelus, XX, 290, 1. Labore assiduo quam valetudinem tutatus est, XII, 579, 1. Ejus lenitas, I, 416, 2. Ejus de mansuetudine dominorum decretum, XI, 521, 2. Maxima cura educavit filios et filias, X, 87, 1. Suos filios artes mechanicos discere voluit, et filias lanificium, XIX, 169, 2. Regnum Longobardorum extinxit, XX, 290, 1. Eo Saracenos devincente stetit sol, X, 470, 2. Vasto validoque fuit corpore æque ac animo, IV, 425, 1. Caroli Magni merita an vere appensa in statera, XIII, 73, 2. Mira posterorum ejus sanctitas et gloria, VIII, 411, 2 et seq.

CAROLUS IMPERATOR IV. Carolus IV mire erga litteras afficiebatur, I, 651, 2; V, 26, 1.

CAROLUS QUINTUS IMPERATOR. Caroli Quinti modestia, IX, 228, 2. Fuit mire felix, fructum summum cepit ex lectione librorum Regum, I, 301, 1; III, 251, 1. Ejus animus invictus, I, 395, 1. Est a Deo maximis periculis ereptus, IX, 299, 2. Celeriter bellum Germanicum confecit, X, 131, 2; XIV, 208, 2. Eo ducem Saxonum debellante narratur stetisse solem, X, 470, 2. Ne vel quadrantem horæ curis vacuum habuit toto tempore regiminis sui, VI, 284, 2. Omnium gentium ingenio se accommodabat, III, 517, 2; VI, 310, 1. Cur urbes ingrediens respiceret ad horologia, templa, plateas, item ad tria P., XI, 134, 2. E tribus P. P. P. bonum reipublicæ regimen colligebat, VI, 522, 1; XV, 154, 1. Ejus de Gallis et Hispanis inquietis sententia, XIV, 192, 2. Quid de veterano milite censeret, V, 647, 2. Ejus gnoma de mundi lætitia, 419, 1. Memor fuit sortis et vicissitudinis humanæ, X, 284, 1. Quid de regum infelicitate et miseria censeret, II, 244, 1; IX, 309, 1. Ei festum S. Mathiæ erat ominosum et felix, XVII, 71, 2. Regno et imperio sponte se abdicavit, resignans filio suo regna, indeque in locum solitarium se recepit, et in eo ad mortem usque perduravit, I, 450, 2; II, 323, 1; IX, 310, 2; XIII, 313, 1.

CAROLUS BURGUNDIÆ DUX. Carolus Burgundiæ dux quam dire perfidiam luerit, I, 326, 2. Carolus Audax dux Burgundiæ ordinem Velleris aurei instituit, VI, 472, 1.

CAROLUS FLANDRIÆ COMES. Caroli comitis Flandriæ in fame communi liberalitas, XII, 633, 2. Monopolia frumentariorum inhibens martyr occubuit, XIII, 625, 2. A dardanariis quibusdam frumentariis Brugis cæsus est, V, 338, 1.

CARPOCRATIANI. Carpocratiani Evangelium S. Matthæi depravarunt, XV, 11, 1. Carpocratianorum fœda dogmata, XX, 164, 2. Carpocratiani cauteriati in aure erant : aversabantur procreationem liberorum, XIX, 223, 2.

CARPUS (S.) S. Carpus indignans contra gentiles a Domino correptus est, et lenitatem edoctus, XII, 726, 2. Ejus zelus indiscretus contra peccatores, XIV, 57, 2. Vidit in spiritu voraginem inferni, 531, 2. Vidit Christum dicentem sibi, iterum se esse paratum pro hominibus salvandis pati, XVIII, 571, 2; XIX, 314, 2. An fuerint duo Carpi, XIX, 314, 2. S. Carpus an fuerit episcopus Pergamenus, XXI, 51, 1. Potius videtur fuisse Thyatirensis, *ibid.*; 57, 1.

CARTHAGINENSES. Carthaginenses orti a Phœnicibus retinuerunt linguam eorum in multis, XI, 345, 1, 2. Carthago colonia Tyriorum navibus abundabat, 346, 2. Unde hoc nomen formetur, XI, 345, 1, 2; XII, 697, 2; XVII, 141, 1. Carthago fuit filia et colonia Tyri, XII, 697, 2. Ejus descriptio, *ibid.* Cur dicatur urbs nova, *ibid.* Carthago Hebræis vocatur Tharsis, XIV, 29, 2.

Carthaginienses a Baal suos duces denominarunt, XIII, 55, 1. A Carthaginiensibus in cruces agebantur imperatores, si prospero eventu, pravo consilio rem gessissent, X, 161, 1. Filios suos Saturno immolabant, VI, 27, 2. Carthaginienses perfidiam suorum probantes pœnas tandem dederunt, I, 326, 2.

Carthaginiense imperium non fuit designatum per ventrem et femora ænea statuæ Nabuchodonosoris, XIII, 24, 1. Ejus ideo non meminit Daniel, quia nullum aut nullius momenti fuit, XIII, 86, 1.

CARTHUSIANI. Carthusiensis Ordo ob silentium, solitudinem et visitationem superiorum in suo vigore permansit, XIII, 315, 1. Carthusiano ut vitam tueatur, an carnibus vesci liceat, XVIII, 348, 1. Carthusiani ex voto abstinentes carnibus mori malunt quam eis vesci, IV, 420, 1, 2; 523, 2.

CASIMIRUS (S.). S. Casimirus, Poloniæ regis filius, sanitatis recuperandæ causa noluit uxorem ducere, XX, 245, 2. Mori maluit quam virginitatem perdere, IV, 523, 2; XIV, 473, 2; 601, 2; XXI, 97, 2. Ejus erga venerabilem Eucharistiam affectus, breve vitæ ejus compendium, et miracula, XIV, 473, 2.

CASLEU. Casleu mensis Hebræorum responde-

bat nostro partim novembri, partim decembri, IV, 231, 1; 415, 2; 433, 2; XIV, 438, 1.

CASSIANUS. Cassianus caute legendus circa operum distractiones ab oratione, XX, 528, 2. Cassiani error dicentis licitum esse aliquando mentiri, XVIII, 529, 1, 2. Censuit vitiis singulis præesse dæmones, 673, 2.

CASTIGATIO. 1° Castigationes Dei exemplares solent esse repentinæ et subitæ, XIII, 75, 1: *Eadem nocte interfectus est Baltassar.* Deus præmonet antequam castiget, 558, 2: *Numquid ambulabunt duo pariter, nisi convenerit eis?* Castigatio nubi cur assimiletur, XII, 17, 2: *Virgam vigilantem ego video.*

2° Cur Deus castiget suos, XXI, 87, 1, 2: *Ego quos amo, arguo et castigo.* Castigatio filiorum qualis, *Job*, 411, 1. *Miseremini mei.... quia manus Domini tetigit me.* Deus nos castigat, ut pater filios, XIX, 499, 1: *Flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Castigantur improbi ad exemplum aliorum, XX, 662, 2: *Sodoma et Gomorrha.... factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.* Castigatio scelerum signum est electionis peccantis, XXI, 58, 2: *Ecce mittam eam in lectum et qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint.* Castigatio Dei bonos secernit a malis, germanos Dei filios probat, XIX, 500, 1: *Quod si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes, ergo adulteri, et non estis filii.*

3° Castigatio quanti sit meriti et boni, V, 84, 1: *Quem enim diligit Dominus corripit, et quasi pater in filio complacet sibi.* Castigationis effectus, IX, 94, 2: *Inclina aurem tuam et suscipe verba intellectus, et ne festines in tempore obductionis* (*Vide* Afflictio, Adversitas).

4° Castigatio patris quantum filio prosit, V, 399, 1, 2: *Qui parcit virgæ, odit filium suum; qui autem diligit illum, instanter erudit.* Castigatio filium emendat, etiam contumacem, VI, 27, 1: *Erudi filium tuum, ne desperes.* Ejus negligentia est causa damnationis filiorum, VI, 192, 2: *Noli subtrahere a puero disciplinam...... tu virga percuties eum, et animam ejus de inferno liberabis.* Castigatio convenit etiam servo, X, 184, 2: *Ciboria, et virga, et onus asino; panis et disciplina, et opus servo*, 186, 2: *Operatur in disciplina, et quærit requiescere; laxa manus illi, et quærit libertatem* (*Vide* Pater).

5° Castigatio sit moderata, VI, 159, 1: *Stultitia est colligata in corde pueri, et virga disciplinæ fugabit eam.* Eam superior mollibus verbis condiat, 242, 1: *Labia deosculabitur, qui recta verba respondet* (*Vide* Correptio).

CASTITAS, CASTUS. 1° *Castitatis definitio.* Castitas quid sit, VII, 402, 2. Castitas dicitur a castigatione, XXI, 272, 2. Cur dicatur sanctitas, XIX, 127, 1: *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Castitas quomodo differat a continentia, XVIII, 569, 2: *Fructus autem Spiritus est.... continentia, castitas.*

2° *Castitatis natura et excellentia.* Castitas est magna virtus, XV, 423, 1, 2: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Est virtus princeps, regalis et divina, XXI, 271, 2: *Cum eo.... centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, et nomen patris ejus scriptum in frontibus suis*, Job, 291, 1: *Balteum regum dissolvit, et præcingit fune renes eorum.* Est speciale donum Dei, II, 76, 1. Est incorruptio spiritus, XX, 314, 1: *In incorruptibilitate quieti et modesti spiritus.* Castitas est velut martyrium, XIII, 443, 1, 2. Castificatio animarum quæ sit, XX, 268, 2: *Animas vestras castificantes in obedientia charitatis.* Castitatis tres gradus, VIII, 154, 1: *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol?* Castitatis pulchritudo, V, 182, 1: *Qui autem adulter est,.... turpitudinem et ignominiam congregat sibi.* Ejus laudes, II, 75, 2 et seq. Castitas nec igne concupiscentiæ, lædi potest, nec igne corporali, XIX, 421, 1: *Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus.*

3° *Castitatis symbola.* Castitas myrrha denotatur, XV, 82, 1. Per cingulum repræsentatur, XX, 258, 1: *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ.* Castitatem et castos amant oleæ; eæ castitatis symbolum sunt, IX, 641, 2: *Quasi oliva speciosa in campis.*

4° *Castitatis fructus et commoda.* Castitas est veræ religionis comes, IV, 414, 1. Est custos veræ fidei et veræ religionis, VIII, 44, 2: *Sicut fragmen mali punici genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet*, IX, 607, 1: *Tenebræ circumdant me, et parietes cooperiunt me, et nemo circumspicit me.* Est nota veræ Ecclesiæ, unde non invenitur apud hæreticos, XVIII, 458, 1: *Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.... in castitate.* Impossibilis est apud hæreticos, 54, 2: *Mercedem erroris sui in semetipsis recipientes.*

Casti mire placent Deo, VI, 153, 1, 2: *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.* Castitatis index et vindex Deus, XIII, 187, 2. Id probatur exemplis, *ibid.*, et 188, 1. Castitas reddit hominem sanctum, *Job*, 607, 2: *Quam enim partem haberet in me Deus desuper, et hæreditatem Omnipotens de excelsis?* Ubi castitas, ibi omnis puritas, sinceritas virtus, VI, 152, 2. Castitas grata est angelis, XI, 168, 1, 2. Castitas nos angelis assimilat, XV, 481, 2: *Erunt sicut angeli Dei in cœlo.* Casti sunt hæreditas Dei, *Job*, 606, 1. Casti Deo assimilantur, XVI, 652, 1, 2; XX, 413, 2: *Ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ.*

Castitas ipsa soror est sapientiæ, V, 186, 12: *Dic sapientiæ: Soror mea es*, XX, 165, 1 et seq.: *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est.* Juvat ad scientiam comparandam, 165, 2.

Est Arabiæ Petrææ pars, *ibid.* Regio Arabiæ unde dicta, 700, 1. Cedareni Arabiæ incolæ, eorum mores, XI, 334, 1, 2; 704, 1. Unde dicti sint, 334, 1, 2; XII, 313, 1. Eorum peritia sagittandi, XI, 334, 1, 2. Cedarenus erat Judæis barbarus, 525, 1. Habitabant in tabernaculis, et incertis sedibus vagabantur, *ibid.* Eorum mores et domus describuntur, XII, 313, 1. Eorum depeculationes, *ibid.* et 2.

CEDRON. Cedron est vox hebræa, non græca, dicta ab obscuritate, XVI, 606, 1. Cedron torrens est inter Jerusalem et montem Oliveti, qui per vallem Josaphat in longum decurrit, XIV, 280, 1, 2.

CEDRUS. Cedrus alta est et amat alta, enodis est et recta, et solida, ampla est, odorata, cariem nescit, semper frondet, picem fundit, fructum fert suavem, ejus pix dolores dentium sedat, IX, 633, 1; XII, 724, 1, 2. Ejus fructus, IX, 633, 2. Ejus succus fugat serpentes, *ibid.* Resinam habet laudatissimam quæ variis morbis medetur, *ibid.* Aliæ ejus proprietates, XII, 724, 1, 2. Cedrus describitur, 627, 1. Medetur putredini, V, 282, 1. Cedro alligabantur libri veterum et membranæ, ut diu conservarentur illæsæ, XII, 517, 1. Cedri Libani quænam, *Psalm.* I, 164, 2.

Cedro comparatur familia David, XII, 628, 2. Et Christus, 629, 1. Tres ejus dotes totidem Christi dotes denotant, *ibid.* Cedrus cur vocetur Pharao, 724, 1, 2. Cedrus est symbolum æternitatis et immortalitatis, V, 282, 2; XIII, 470, 2. Cedri symbolum sunt pontificum et principum, XIV, 485, 1.

CELERITAS. Celeritas necessaria in duce, III, 62, 1. Est dos una ducis, IV, 391, 2. In bellis maxime necessaria est et ad prælia conficienda multum valet, X, 131, 2; XIV, 208, 1, 2. Celeritas nimia suggillatur, V, 385, 2 et seq.

CELLA. Cella et Cellarium dicuntur a *celando*, VII, 488, 2. Cellæ bona varia, XIII, 314, 1, 2. Cellæ propriæ commoda, X, 82, 1 et seq. Cella continuata dulcescit, *Job*, 578, 1. Est nidus religiosorum, *Job*, 577, 1. Cella vinaria Cantici quænam, VII, 556, 2. Cellæ tres sponsi, aromatica, unguentaria et vinaria, 557, 2. Cellæ et promptuaria animarum quæ sint post mortem, XXI, 149, 1.

CELLARIA. Cellaria Cantici quænam, VII, 488, 2; 489, 1, 2. Sunt secreta divinitatis, 488, 2. In cellariis Dei exultat anima sancta, 490, 1. Cellariis, sacra Scriptura, mysteria incarnationis, mortis et resurrectionis Christi, cœlum, paradisus terrestris, revelationes, visiones, raptus, consolationes spirituales, sacramenta, præcipue Eucharistia, adumbrantur, 489, 1, 2. Cellaria sunt attributa divina, *ibid.*, 2 et seq.

CELSITUDO ANIMI. Celsitudo animi promittitur Deum colentibus, XI, 687, 1. Facit tranquillos et beatos, *ibid.* Regnum fortunæ despicit etiam in doloribus, *ibid.*, 2. Celsitudo animi sancti omnia terrena despicientis, IX, 153, 1.

CENSUS. Censum certum Deus a singulis Hebræis exigebat, I, 712, 1. Quibus de causis, *ibid.*, 2. Eumdem censum Vespasianus Judæis devictis indixit, *ibid.* Census Judæis indictus a Romanis, erat didrachma; quæ illius causa et origo, XV, 395, 1, 2. Solvebant æquale pretium in censu hoc pauperes et divites, et quare, I, 714, 1. Quid census pretium anagogice significet, I, 712, 2.

CENTRUM. Centrum terræ triplex, VII, 33, 1. Centrum terræ non multiplex physice, 34, 2. Centri gravitatis terræ a centro rotunditatis differentia, *ibid.* Centrum terræ an recte vocetur *caput pulverum terræ*, V, 233, 1. An id vocari queat, abyssi, *ibid.* 2. Centrum est symbolum peccati inveterati, 561, 2.

CENTUPLUM. Quid sit centuplum promissum omnia relinquenti propter Deum, V, 525, 2; XV, 435, 2 et seq.; XXI, 56, 2. Centuplum reddit Deus eleemosynariis, VI, 261, 2.

CENTURIO. Centuria quot milites contineret, XVII, 230, 2. Centurio cujus puerum Christus sanavit, quis fuerit, an fuerit Hispanus cognomento C. Cornelius, XV, 222, 1. Centurio cujus servus infirmabatur Capharnai, alius fuit a regulo, XVI, 368, 1. Primo per Judæos et amicos Christum compellavit, tandem ipse eum adiit, XV, 222, 1. Difficultas occurrens in ejus petitione et seniorum ab eo missorum enodatur, *ibid.*, 2 et seq. Christum credidit esse Deum, ideoque se coram eo humiliter gessit, XVI, 223, 1. Ejus heroicæ virtutes, *ibid.*, 2. Quomodo ejus fides major omnium fuisse a Christo dicatur, 224, 1 et seq. An petierit ut Christus in domum suam veniret, XV, 118, 1. Ejus domum non videtur Christus ingressus; sed in loco ubi ei centurio occurrit, servum curasse, 227, 1.

Centurio qui Christum mortuum confessus est esse Filium Dei, quis fuerit, XV, 636, 2. Quid de eo confessus sit, et qua occasione, *ibid.*

CEPHAS. Cephas idem est quod petra, vel Petrus, sic dictus Simon, XV, 132, 1; 256, 1; XVI, 321, 1. Cephas in Epistolis B. Pauli idem est qui Petrus apostolus, XVIII, 528, 2 (*Vide* PETRUS).

CEREBRUM. In cerebro cujusque est aliquid bestiæ, XII, 486, 1. Cerebrum spiritus animales suppeditat homini, 753, 1. E cerebro oritur semen naturale, V, 138, 1. In cerebro maxime viget sensus tactus, XV, 610, 2. Cerebri vulnera memoriæ officiunt, XVIII, 189, 2. Cerebri propria commenta populo non sunt venditanda, XIII, 226, 1.

CERETHIM. Cerethim vox unde deducatur, et quid significet, XIV, 289, 2. Cerethim quæ gens, XII, 684, 2. An omnes Philistini vocentur Cerethim, an certa eorum regio ad meridiem sita, *ibid.* Ita vocati milites prætoriani Davidis, *ibid.* Cur essent hi asciti ad custodiam regii corporis, III, 469, 2; XII, 684, 2. An ab his habitata sit et nominata insula Creta, an vero Cerethim orta a Cretensibus, XIV, 288, 2; 290, 1. Coloniam duxerunt in Cretam, et unde iidem sunt Cretenses qui Cerethim, XII, 684, 2.

CEREUS. Cerei accenduntur in templis ad recitationem Evangelii, XV, 2, 1. Cur cum cerei duodecim in officio majoris hebdomadæ extinguantur, unus accensus maneat, IV, 504, 2. Per cereos benedictos quomodo fugetur dæmon, 298, 1. Cerei in Deiparæ honorem accensi in Ecclesia S. Mariæ Majoris, olim in pondere non minuebantur, V, 204, 2.

CERINTHUS. Cerinthus quando hæreses spargere cœperit, XVII, 9, 1. Cerinthus miscere volebat legem cum Evangelio, XXI, 59, 2; 60, 1. Mire exaltabat angelos, eosque præferebat Christo, XIX, 95, 2; XXI, 336, 1. Ponebat illos velut minores deos, et Christo nobiliores, XIX, 94, 2. Tamen angelum Judæorum dicebat esse malum, 95, 1. Docebat Christum non esse Deum, hinc a Joanne jugulatur in Apocalypsi, XXI, 10, 1. Christum et Deum a Jesu dividebat, XIX, 53, 1, 95, 2. Erat hostis crucis Christi, et Epicureus, 53, 2. Impie docebat B. Virginem e Josepho concepisse, XII, 839, 2. Quæ de Ecclesiæ felicitate prædicta erant ad terrenam et delicias corporis referebat, XVIII, 401, 2. Fuit pater Chiliastarum, *ibid.*; XX, 244, 2. Resurrectionem negavit, XVIII, 401, 2. Pugnabat pro Judaismo et lege Mosis, XVII, 246, 2; 298, 1. Adversarius Pauli erat; judaizans quæstionem movit de servandis legalibus Mosis simul cum christianismo, XVIII, 19; 482, 1. An sit auctor Apocalypseos, 401, 2. Cur ei Apocalysis attributa, XXI, 6, 1; 346, 1, Pervenit ad annum Christi CLXVI.

CERTAMEN SPIRITUALE. Certamen nostrum in cursu consistit, XIX, 495, 1 : *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.* Certandum et laborandum semper Christiano, XII, 579, 1, 2. Certandum Christianis post baptismum assidue, XVIII, 338, 1 : *Sic currite ut comprehendatis ; omnis qui in agone contendit*, etc. Certandum eis in cœlum pertingere volentibus, XI, 368, 1; XXI, 378, 2 : *Et faciet Dominus ... in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ.* Certantes et laborantes soli cœlos subeunt, V, 276, 1 : *Manus ... fortium divitias parat.* Certantibus datur bravium, non otiosis, XV, 449, 1, 2 : *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum ?*

Certandum pro veritate et salute animæ, IX, 168, 1 : *Usque ad mortem certa pro justitia.* Certandum est contra vitia incipienti ad meliora converti, 91, 1: *Accedens ad servitutem Dei.... præpara animam tuam ad tentationem.* Certare quam acriter pro fide Christiani debeant, XX, 655, 2: *Deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei.* Certaminum spectator Deus, *Job*, 237, 1. Certantes adjuvantur a Deo, 397, 2: *Deus autem omnis gratiæ ... modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.*

CERTITUDO. Certitudinem qualem habere gratiæ possimus, XX, 584, 2: *In hoc scimus, quoniam manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis.* Certitudo conjecturalis justitiæ et sanctitatis cur nobis sufficere debeat, XVIII, 136, 1 : *Accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in qua clamamus : Abba, Pater.* Certitudo promissorum Dei, XIX, 485, 1 : *Invisibilem enim tanquam videns sustinuit.* Certitudo fidei catholicæ, XVIII, 518, 2 : *Licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Unde hæc oriatur, XIX, 122, 1 : *Accepistis illud, non ut verbum hominum, sed sicut est vere, verbum Dei.* Certitudo divinæ spei, XVIII, 92, 1: *Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.* Certitudo mercedis expectanda pro laboribus, XIX, 286, 1, 2 : *Fidelis sermo, nam si commortui sumus, et convivemus.* Certitudo de beatitudine adipiscenda mire hominem recreare debet, VI, 289, 1: *Aqua frigida animæ sitienti, et nuntius bonus de terra longinqua.* Qualem certitudinem in hac vita habere possimus prædestinationis nostræ, XVIII, 593, 2: *In quo signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* Certitudinem gratiæ novantes sibi promittunt, 195, 2: *Sine pœnitentia sunt dona et vocatio Dei.* Certitudinem tantum conjecturalem habent perfectiores de sua salute, 134, 2: *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.*

CERVUS. Cervi proprietates et natura describitur, V, 146, 2; *Psalm.* I, 120, *in titul.* Unde dicatur græce ἔλαφος, 147, 2. Dicitur græce ἔλαφος, *ab extrahendo serpente*, quod habitu suo serpentes e cavernis extrahat, VII, 573, 1; XIV, 150, 2. Cervorum longævitas, IX, 79, 2. Cornu dextrum ex invidia intra terram abscondunt, 413, 1. Eorum in trajiciendis amnibus industria in sustinendo cornuum pondere, XVIII, 573, 1. Amore cervæ ardet, ideo a venatore facile capitur, V, 197, 2. Ejus stoliditas, *ibid.* Musica capitur, X, 336, 1. Cervus mas cum pinguerit, cur secessum petat, XIV, 266, 2. Natura degener est, *ibid.* Quamdiu vivat, V, 147, 2.

Cervæ velociores sunt cervis, cur, XIV, 266, 2. Prudentia cervarum in quo consistat, *ibid.* Cervæ difficillime pariunt, XVII, 35, 2; XVIII, 554, 2; 732, 2. Pariunt tonante cœlo, IX, 467, 1. Cerva præ aliis bestiis amat fœtus, XII, 120, 2. Quomodo pullos ad cursum exerceant, X, 95, 2. Hinnulum assuefaciunt quo refugere debeat; quomodo pro eo pugnent, XIV, 266, 2.

Per cervos et capreas Cantici quinam intelligantur, VII, 569, 1. Cervus est symbolum Christi, V, 148, 2. Et Ecclesiæ, et amici, 149, 1. Cerva est symbolum amoris conjugalis, 145, 2 et seq. Cervis comparantur conjuges, XVIII, 554, 2. Cervi cum amatore Dei similitudo aptissima, *Psalm.* I, 273, 1. Cerva comes et nutrix fuit S. Ægidii, V, 145, 2.

CETHIM. Cethim filius Japhet primus occupavit Cyprum, XII, 26, 2. Cethim est Cyprus et Macedonia, IV, 412, 1; XI, 347, 2. Cethim unde he-

braice dicatur Italia et Cyprus, II, 336, 2. Cethim est urbs in Cypro, Cyprus inde et aliæ insulæ vocatæ Cethim, *ibid.* Cethim Judæis varia denotat loca in mari Mediterraneo sita, XII, 693, 2.

CETURA. Cetura uxor et ancilla Abrahæ, an eadem sit cum Agar, I, 263, 1. Quid vox hæc significet, *ibid.* Fuit serva, *ibid.* Quoto anno ætatis eam Abraham duxerit, *ibid.* Quot ex ea genuerit proles, *ibid.*

CETUS. Cetus quid proprie sit, XIV, 38, 1, 2. Cetus quid significet, *Job*, 766, 2. Cur a Deo creatus sit, 772, 1. Non facile potest ab homine capi, 770, 2. Potens in vorando, 778, 1; 782, 1. Terret navigantes, 779, 1. Ceti mira durities, 778, 2. Illius sternutatio qualis, 776, 2. Cetum excoriare difficile est, 774, 5. Ceti homini parent, IX, 477, 2. Ob magnitudinem vocantur belluæ, X, 413, 1. Eorum vastitas, descriptio, variæ species: gaudent luce et sole, *ibid.* Amant profundum maris, XIV, 41, 1. Et loca montosa, 42, 2. Quomodo fœtus terræ adhærentes liberent a periculo, *ibid.* Eorum oculi, *ibid.* Ceti nomen est commune ad omnes pisces grandes et cetaceos, 38, 1, 2.

CHÆROGRILLUS. Chærogrillus quale sit animal, II, 62, 1 et seqq. Non est hericius aut cuniculus, *ibid.* et seqq. Significat injustitiam, 62, 2.

CHALANNE. Chalanne urbs fuit potens juxta Babylonem condita a Nemrod, quæ postea a Parthis aucta, ad ex hauriendam Babylonem et Seleuciam, dicta est Ctesiphon, XIII, 594, 2.

CHALCEDONIUS. Chalcedonius quæ sit gemma, an idem qui carbunculus, unde dicatur, an dicendus carchedonius, XXI, 386, 2. Dicitur pyropus et apyrausta, *ibid.* Ejus color, vires, descriptio, an idem qui onyx, *ibid.*; 387, 1. An interdum candeat, itaque sit adamas, 387, 1.

CHALCOLIBANUM. Chalcolibanum quidnam sit, XXI, 32, 1. An sit thus, an aurichalcum, *ibid.*

CHALDÆA. Chaldæa cur in libro Machabæorum vocetur Persia, IV, 499, 2. Chaldæa vocatur Chanaan, quia mercaturæ erat dedita, XII, 625, 1. Israeli est ad orientem septentrionalem : unde nunc orientalis, nunc aquilonaris dicitur, 628, 1.

CHALDÆI. Chaldæi prædones, *Job*, 36, 2. Chaldæi milites utebantur purpura ad tegendum vulnera, IV, 432, 1. Solebant alienigenis, ac præsertim Hebræis, cum in urbem vel aulam asciscerentur, mutare nomina, 368, 2. Unde acceperunt ritum præferendi ignem suis regibus, XI, 288, 1; XII, 487, 1. Et castris, XII, 47, 1; 493, 1, 2. Chaldæi reges habebant coronam radiis solaribus distinctam, et solis nomine salutari volebant, 288, 1. Nomina sibi indebant a diis suis, 562, 2; XIII, 55, 2. Chaldæis an in conviviis usitatum, ut aliorum se crapula, nuditate ac fœditate oblectarent, XIV, 232, 1, 2.

Litteras liquidas inter se commutant, XIII, 17, 1. Rarius duali, plerumque vero plurali, etiam pro duali utuntur, XIII, 17, 1; XIX, 160, 2. In vocibus hebraicis S litteram commutant in T, XIII, 330, 2. Vocantur astrologi et genethliatici, XII, 18, 1.

Chaldæi monarchiam Assyriorum ad se transtulere, XIV, 121, 2. Eorum imperium ex quo tempore cœperit, XII, 55, 1. Cur equis rufis assimilentur, XIV, 427, 2. Chaldæorum regnum cur leænæ compararetur, XIII, 86, 2.

Eorum invadentium Jerusalem descriptio, XIII, 493, 1, 2; 494, 1, 2. Per quam portam irruperunt in Jerusalem, XII, 269, 1, 2. Per portam Piscium primum in urbem irruperunt, XIV, 278, 1, 2. Quomodo sanctificati sint a Deo contra Jerusalem, XII, 171, 1, 2. Bellum Chaldæorum contra Jerusalem erat sanctum tripliciter, 59, 1, 2. Quomodo sint sacerdotes Dei in strage Judæorum, XIV, 276, 1. Quomodo vocentur milites, exercitus Dei, XIII, 495, 1, 2. Dei voluntatem de punienda per Chaldæos Jerusalem intelligere potuerunt ex prophetia Jeremiæ et aliorum Prophetarum, XII, 59, 2. Quomodo suæ ambitioni et Dei voluntati in occupanda Jerusalem satisfecerint, *ibid.* Comparantur aquilis ob celeritatem, 47, 1; 625, 2. Locustis comparantur Judæam depascentes, I, 516, 1; XIII, 485, 2. Eorum dexteritas et exercitatio in pugnando, saltando, etc., et audacia, XIII, 494, 1, 2. Judæorum ritus et sabbata irrisere in excidio, XII, 357, 1, 2. Jerusalem et templum incenderunt, X, 526, 2. An omnes libros Veteris Testamenti cum templo exusserint, IV, 201, 1, 2. Eorum sævities, rapacitas, voracitas, XIV, 210, 2. Comparantur leoni, pardo, lupo, *ibid.* Quomodo Tyrum expugnarunt, 211, 2. Chaldæi dicti orientales vastarunt provinciam Ammonitarum, XII, 683, 1. Quomodo vastando Moabitas non peccassent, 301, 1. Cur vocentur hamus Ægyptiorum, 715, 1. Cur vocentur piscatores et venatores, 588, 1. Cur vocentur Chananæi, *ibid.*, et 626, 1. Eorum Niniven expugnantium viva hypotyposis, XIV, 177, 2; 178, 1, 2 et seq.; 187, 2. Chaldæorum tres reges quibus serviere Judæi, qui sint, XII, 204, 2.

Chaldæi vastatores Jerusalem vastabuntur a Persis, XII, 366, 2. De nocte oppressi a Persis ebrii et dormientes, eorum insolentia dum obsiderentur, 331, 1, 2. Eorum imperium corruit in Baltasare, XIV, 211, 2. Chaldæi primo excisi ob crudelitatem, XI, 569, 2. Deinde ob fastum, 570, 1. Tertio, ob incantationes, *ibid.*, 2. Ob eas male audierunt, *ibid.* (*Vide* BABYLONII).

CHALDÆUS PARAPHRASTES. Chaldaicæ paraphraseos in Biblia quinam auctores, XIII, 222, 2. Chaldæus paraphrastes fabulosus, IV, 107, 2. Chaldæus paraphrastes subinde judaizat, XIV, 264, 2. Chaldæus paraphrastes Cantici quisnam, VII, 463, 1.

CHAM. Cham quid significet, I, 136, 1. An in arca usus conjugio, 161, 1. Quomodo dicatur per anticipationem pater Chanaan, 158, 2. De eo pa-

trem irridento, et ejus punitione, I, 161, 1, 2. Fuit medius filiorum Noe, *ibid*. Fuit primus rex Ægypti, 166, 2; XIV, 270, 2. Inde Ægyptus dicta est terra Cham, et Saturnus appellatus est Ægyptius, XII, 547, 1; XIV, 270, 2. Jupiter Hammon, *ibid*.; XII, 547, 1. An fuerit magiæ inventor et propagator, I, 492, 2.

CHAMÆLEON. Chamæleon quale sit animal, et unde dicatur, II, 70, 1. Mutat colorem, et quomodo, *ibid*. An vivat sine cibo ex aere, *ibid*. Non vivit ex aere, sed ex rore et muscis in aere volantibus, VIII, 596, 1; XV, 99, 2. Chamæleon symbolum est pravi et inconstantis, IX, 136, 1. Item ambitiosi, V, 277, 1. Significat tropologice eos qui se vento honoris et deliciarum pascunt, II, 70, 1.

CHAMOS. Chamos fuit deus comessationum, XII, 299, 1. Fuit Bacchus, III, 613, 1; XII, 299, 1. An idem cum Beelphegor, id est Priapo, XII, 299, 2. Ejus sacra per meretrices exercebantur, *ibid*. Chamos cultus a Moabitis, XI, 298, 2.

CHANAAN. Chanaan an natus in arca Noe, I, 258, 2. An ipse una cum patre Noe avum suum irriserit, 161, 1. Chanaan hebraice sonat mercatorem, XI, 351, 1; XIV, 284, 1. Quia Chananæi olim in mercatura celebres erant, XIV, 546, 1. Chanaan nomine cur vocentur Israelitæ impii, XIII, 449, 1, 2. In Chanaan Christus natus est et mortuus, et hinc veteres in ea sepeliri voluere, XIX, 482, 2.

CHANANÆA. Chananæa fuit inter posteros Jacobi divisa, X, 449, 1. Chananæa jure hæreditario erat Hebræorum, III, 9, 1. Chananæa Hebræis data quoad dominium, 92, 93, 1. Chananæa non omnino tota a Josue subacta, 68, 1, 2. Ideoque per jubilæi buccinas expugnato Jericho, 34, 1. Chananææ termini ad quatuor mundi plagas qui, I, 625, 1. Ejus longitudo et latitudo, fuit minor Belgio, III, 70, 2. Chananæa a Deo Hebræis data pertingebat usque ad fines Damasci, XII, 854, 2. Ejus divisio describitur, *ibid*. et seq. Satrapiæ Philistiim ad Chananæam pertinent, nec eas Hebræi possederunt, nisi forte exiguo tempore, III, 73, 1, 2. Tyrus et Sidon ad eam quoque pertinent, quas Hebræi tamen nunquam possederunt, *ibid*. Ejus promissio quid significet, I, 192, 2.

CHANANÆA MULIER. Quomodo Christum ad filiæ suæ energumenæ miserendum excitavit, XV, 355, 2. Unde noverit eum esse Messiam, *ibid*. Tam in via, quam in domo Christo supplicavit, 356, 1. Ab eo semel repressa fortius institit. *ibid*. Comparat se cani, 2. Et Christum sua ipsa sententia stringit, *ibid*. Docet illa nos orare, *ibid*. Magna ejus fides a Christo celebratur, 357, 1.

CHANANÆI. Chananæi erant Phœnices, III, 27, 1. Chananæus idem est quod mercator, XIV, 20, 1; Chananæi nauticæ rei et mercaturæ fuere peritissimi, XII, 442, 1. Erant mercaturæ addicti, 625, 2. Chananæi terreni et avari ob maris vicinium mercaturæ, et in ea fraudibus et dolis vacabant, XIII, 449, 1, 2. Lingua eorum affinis hebraicæ, II, 399, 2; III, 14, 1. Cur nunc septem, nunc undecim gentes ex iis numerantur, I, 206, 1, 2.

Chananæi peste, fulgetris, et igneis sagittis protriti ante adventum Hebræorum, XIV, 252, 2. Eorum peccata ob quæ ex sua terra expulsi, I, 205, 1; II, 118, 2 et seq. Eos Deus tribus de causis jussit stirpitus deleri, II, 371, 2. Chananæi non fuere unquam penitus ab Hebræis excisi, XV, 355, 1. Cur a Deo non totaliter ejecti de terra, III, 124, 1. Cur inter Hebræos aliqui relicti, I, 625, 1. Multi ejus incolæ patriam deserentes ob timorem Josue, varias mundi partes habitarunt, III, 67, 2. Tempore Salomonis non debebant occidi, 601, 1. Non fuerunt omnes damnati, X, 172, 2.

CHAOS. Chaos quid sit, et quale inter infernum et cœlos sit interjectum, XVI, 226, 1. Chaos primo mundi die creavit Deus, XIX, 472, 2.

CHARACTER. Character Confirmationis et Baptismi, XVIII, 424, 2; 425, 1. Est indelebilis, 647, 1. Character Baptismi nos consignat Christo, XI, 655, 2. Character Antichristi (*Vide* ANTICHRISTUS).

CHARIENTISMUS. Charientismus est figura rhetorices, et quis ejus usus, XIII, 253, 2. Ejus exempla aliquot in sacra Scriptura dantur, *ibid*.

CHARISMA. Per charisma quam gratiam significet Apostolus, XIX, 273, 2. Quæ vocet charismata meliora, 377, 1. Charismata Spiritus sancti varia sunt, XVIII, 205, 2.

CHARITAS (*Vide* AMOR DEI, AMOR PROXIMI).

CHARITES. Charites quomodo ab ethnicis pingerentur, quæve earum nomina et significatio, XVIII, 476, 2; XIX, 107, 1. Charites tres Horarum sunt sorores, eæ matrimonio necessariæ, V, 585, 2 et seq.; X, 12, 1. Sunt filiæ Jovis et Veneris, 305, 2. Cur et ipsæ et Horæ sorores fingantur, IX, 369, 1. Sunt pedissequæ Veneris, X, 11, 2. Charitum trium symbola, IX, 369, 1. Charites tres fidelium sunt sanctitas, lætitia, spes, 408, 2.

CHARTA. Chartæ usus olim incognitus fuit, XIV, 224, 1; 413, 1. Unde fiat, 224, 1, 2. Papyro veterum successit, *ibid*. Chartas plicandi mos varius fuit apud veteres, XII, 517, 1.

CHEREM. *Cherem* votum vocatur anathema, quo res Deo consecrata in æternum separatur a domino suo et usibus profanis, XVIII, 157, 1. *Cherem* quid significet, *ibid*., IV, 355, 2; 437, 1.

CHERUB. Cherub vox hebraice unde derivetur, I, 645, 2; XII, 508, 2; XXI, 105, 1, 2. Quid ea significet, 708, 1. Cherub idem est quod equitans, auriga, princeps, currus, XIX, 435, 2. Cherub cum gladio ante paradisum positus, quis fuerit, I, 111, 2.

CHERUBIM, CHERUBINI. Cherubim duo supra arcam, quidnam fuerint, I, 641, 1 et seqq. An habuerint speciem quatuor animalium Ezechielis, *ibid*., 2. Sunt generis neutri et caruerunt sexu, I, 642, 1; XIX, 435, 1. Qualis eorum fuerit situs circa arcam et propitiatorium, I, 642, 2. Cherubim duo ex pro-

regimini politico, XV, 396, 1. Æquat divites pauperibus, XX, 99, 2. Imo in eo pauperes tenent primas partes, XIV, 506, 2. Est imitatio divinæ naturæ, VI, 178, 2; VIII, 72, 1; XVI, 48, 1; XX, 413, 1, Est imago crucis, XX, 346, 1. Ejus voluptas in quibus sita esset, XVII, 108, 2. Cur a multis vilipendatur, XX, 45, 1, 2.

Ejus elogia et officia, XVIII, 145, 1. Christianismus est opus arduum et magna Dei gratia ad eum opus est, XVI, 201, 2. Quid a nobis requirat, X, 563, 2. Nihil rodest se circumcidentibus, XVIII, 504, 1;

Christianismus fuit a Prophetis revelatus, eumque prædixerunt, et avidissime expectarunt, XX, 254, 1. Maxime viguit in Ægypto, XI, 321, 1. Adhuc florebit post cæsum Antichristum, XII, 771, 1.

CHRISTIANI PRIMI. 1° *Eorum sanctitas*. Christiani primi sanctissimi fuere, XI, 248, 1: *Consummatio abbreviata inundabit justitiam*. Eorum summa sanctitas, XX, 94, 2; 261, 2 et seqq.: *Secundum eum qui vocavit vos sanctum, et ipsi in omni conversatione sancti sitis*. Sua sanctitate olim plurimos Gentiles convertebant, 332, 2: *Conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detrahunt vobis, confundantur*, XXI, 101, 2: *Et de throno Dei procedebant fulgura, et voces, et tonitrua*.

2° *Eorum religio*. Erant velut religiosi, XX, 88, 2: *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam... hujus vana est religio*. Religiosæ vitæ jecerunt fundamenta, XVII, 106, 2. Vetabantur Deum in imagine colere, 327, 2: *Deus qui facit mundum, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur*.

Eorum tria exercitia, XVII, 105, 1, 2 et seq.: *Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum, et communicatione fractionis panis, et orationibus*. Solebant canere hymnos antelucanos, XII, 319, 1: *Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum*, XVIII, 395, 1: *Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet...* Item per diem, 660, 1, 2: *Loquentes vosmetipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus*. Noctu orabant vigilantes, XVII, 312, 1: *Media autem nocte, Paulus et Silas orantes, laudabant Deum*. Eorum zelus et fervor, 40, 2. Pro regibus infidelibus in mysteriis orabant, XIX, 194, 2: *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes... pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt*. Lavabant manus ante orationem, 201, 2: *Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus*. In concione et lectione sedebant, in oratione flectebant, XX, 103, 1: *Si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida... et dixeritis ei: Tu sede hic bene*.

Quotidie in Missa communicabant, XVIII, 347, 2: *Non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum*. Maxime tempore persecutionis, XIX, 518, 2. Unde Eucharistiam domum deferebant, *ibid*.; XVIII, 347, 2. Eorum in communicando ritus, XVIII, 369, 2: *Cætera autem, cum venero, disponam*. Quos hymnos instituebant ante sacram synaxim, 659, 2. Oscula iis usitata olim, maxime ante sacram communionem, 512, 2: *Salutate invicem in osculo sancto*, XX, 403, 1. Post Eucharistiam sumptam, hymnos canebant, XV, 562, 2: *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti*. Eorum gaudium unde oriretur: *Et frangentes circa domos panem cum exultatione*.

3° *Eorum amor erga Christum*. Eorum mira erga Christum dilectio fuit, XX, 252, 1: *In revelatione Jesu Christi, quem cum non videritis, diligitis*. Omnia sua cum fide Christo obtulerunt, imo vel oculos dedissent, si fieri potuisset, XI, 555, 2: In carne candentibus notis Jesu nomen aut signum crucis curabant sibi inuri, 541, 2: *Iste dicet: Domini ego sum... et hic scribet manu sua: Domino*, XXI, 165, 1: *Nolite nocere... quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum*.

4° *Qualiter persecutiones pro Christo passi sunt*. Eorum pro fide constantia, XIX, 448, 2: *Alii vero ludibria experti,... lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladii mortui sunt*. De baptismo currebant ad martyrium, XI, 753, 2. Vitæ suæ prodigi, veram et æternam expectabant in cœlis, XVI, 176, 1: *Et vos similes hominibus expectantes dominum suum*. Christiani expositi in signum persecutionis, *Job*, 360, 2. Christiani Judæi bonis sunt spoliati, XVIII, 416, 1; 469, 1, 2. Suos semper contribules infensos habuere, *ibid*. Christiani primi Jerusalem et Judææ varie afflicti fuere, XIV, 161, 2: Ex iis plures occisi una cum S. Stephano Hierosolymis, XVII, 187, 1; 189, 1: *Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia*. Jubebantur ante præsides maledicere Christo, XVIII, 372: *Nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu*. Damnati magis gaudebant quam absoluti, XIX, 180, 1. Ad mortem damnati gratias agebant, *Job*, 142, 2: *Beatus qui corripitur a Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes*.

Persecutiones christianis ab imperatoribus ethnicis indictæ. Christianorum persecutio ab imperatoribus illata describitur, *Psalm*. I, 285, 2 et seq. Quare a Gentilibus persecutione premerentur, XVI, 574, 1 et seq.: *Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo*. Iis quæ crimina a Gentilibus impingerentur, XX, 295, 1, 2: *Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus.... glorificent Deum*. Fuerunt insimulati inobedientiæ erga reges, 296, 2: *Subjecti igitur estote omni creaturæ*, 357, 1. Iis aspersa labes quod principibus inobedientes essent, XVIII, 219, 1: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*. Non erant adversarii Romæ et Romanorum imperatorum, XXI, 324, 2. Infantium sanguinem bibere insi-

11° Cœlum et terra quomodo transibunt, XV, 517, 1. Idque in fine mundi, *ibid*. Cœlum quomodo in die judicii commovendum, XIII, 523, 2 : *Et movebuntur cœli et terra*. Quomodo complicandi sunt, XI, 448, 1, 2 : *Complicabuntur sicut liber, cœli*. Cœli quomodo peribunt, cum sint æterni, XIX, 362, 1 : *Opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt*; *Psalm*. II, 184, 1. Quomodo dicantur futuri æterni, XI, 448, 1, 2; 449, 1. Cœli priores quomodo perierint diluvio, XX, 476, 2. Cœli siderei an igne sint comburendi, 483, 1 et seqq. : *Adveniet dies Domini.... in quo cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur*. An in fine mundi liquandi et fluidi futuri sint, 484, 2; 485, 2. Cœli in fine mundi a suis polis et cardinibus convellentur, XV, 514, 1 : *Et virtutes cœlorum commovebuntur*. Quomodo incorruptibiles sint, et tamen aliquando corrumpendi, 484, 1. 485, 2. Non sunt immutabiles, *ibid*. Non mutabuntur substantialiter, sed tantum accidentaliter, XI, 449, 1, 2. Juxta alios tamen in fine mundi mutabuntur etiam substantialiter, et qui cœli, XX, 483, 1; 486, 2, 489, 2. Cœlum post diem judicii innovabitur, XXI, 366, 1 : *Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam*. Cœli novi et terra nova qui sint, XI, 765, 2 : *Quia sicut cœli novi et terra nova quæ ego facio stare coram me*, 356, 1. Erunt deinde perfectiores, et perfectiorem habebunt formam et materiam, XX, 485, 1, 2; 489, 2.

12° *Quarum rerum cœli sint figura*. Cœli pulchritudo repræsentat Dei pulchritudinem et gloriam, X, 386, 1. Cœlo comparantur sancti ob octo analogias, 609, 1 et seqq. Allegorice denotant Apostolos et præcones Evangelii, XVIII, 182, 2. Quare, *Psalm*. I, 104, 2. Cœlum est typus animæ ardentis charitate, XVIII, 382, 2. Quomodo cœli dicantur Dei milites, XIX, 190, 2.

II. COELUM (invisibile) seu CŒLESTIS GLORIA. 1° Cœlestis gloriæ descriptio. Cœli gloria describitur pluribus, XI, 448, 1, 2 et seqq. : *In excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus*, etc. Cœlestis gloriæ magnitudo et ejus insignis descriptio, I, 638, 1, 2; 662, 2; XII, 864, 1, 2 : *Et nomen civitatis ex illa die, Dominus ibidem*. Cœlestis gloriæ et vitæ hypotyposis, XX, 50, 1; 684, 2; XXI, 171, 1; 409, 1, 2. Quam sit ingens et fulgens cœli gloria, II, 329, 1. Est inenarrabilis, XX, 253, 1 : *Exultabitis lætitia inenarrabili et glorificata*. Pura est ab omni labe et sorde, 245, 1 : *In hæreditatem incorruptibilem et incontaminatam*. Non potest ulla labe infici, *ibid*. Ejus pulchritudo unde colligatur, XXI, 382, 1.

Cœli gaudia, III, 605, 2 : *Beati viri tui, et beati servi tui qui stant coram te semper*. Cœlestis gloriæ lætitia, IX, 101, 2 : *Qui timetis Dominum, sperate in illum, et in oblectationem veniet vobis misericordia*; 492, 1 : *In partes vade sæculi sancti, cum vivis et dantibus confessionem Deo*. Cœlestis gloriæ jucunditas, XIII, 525, 1, 2 : *Et scietis quia ego Dominus vester, habitans in Sion*. Ejus amœnitas, XV, 144, 1. Ejus immensa felicitas, XVIII, 127, 2. Civitatis cœlestis opes et beatitudo, bene fundata est, XX, 476, 2 : *Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et conditor Deus*. Cœlum quot habeat bona, XV, 535, 1, 2 : *Possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*. Cœlum habet centuplo meliora quam terra, 437, 2 : *Qui reliquerit domum.... centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit*. In cœlo est quidquid concipere possimus, XI, 370, 2; 371, 1. Cœlum est terra viventium, XV, 144, 1. Cur vocetur benedictio, XX, 326, 2 : *In hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis*. Cœlestis gloria est epulum beatorum, XVI, 644, 1, 2 : *Dicit eis Jesus : Venite, prandete*. Cœlestes epulæ beatorum quam sint suaves, XI, 367, 2 : *Et faciet Dominus.... in monte hoc convivium pinguium*. Vocantur vinum et lac, 765, 2.

In cœlo fugantur omnes umbræ vanitatis, V, 571, 2. In eo non est nox, XXI, 279, 2. Ejus sol est Dei claritas, claritas Agni est quasi luna, 402, 1 : *Civitas non eget sole neque luna; nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna ejus est Agnus*. Ibi non erit doctrina neque discentia, XVIII, 383, 2 : *Sive scientia destruetur*. In cœlo perficietur rectitudo animæ, XIV, 226, 2.

In cœlo est unio et concordia, XVI, 157, 2. In eo omnia communia, XXI, 248, 1 : *Propterea lætamini cœli, et qui habitatis in eis*.

Cœlestia constantia sunt, IX, 351, 2. Civitas Dei cur æterna stabilitate solidatur, *Psalm*. I, 304, 1 : *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei* (*Vide* ÆTERNITAS).

2° Cœli cœlestisque gloriæ typi et figuræ. Ad cœlum 42 viæ significantur per mansiones 42 in deserto, quæ per quas, II, 371, 2 et seqq. Cœli typus est Jerusalem terrestris, XVII, 52, 2. Anagogice per Sionem significatur, XXI, 269, 1. Cœlum empyreum cur dicatur Judæa, id est, confessio et laus Dei, XIII, 527, 2. Cœli idea, gloria Salomonis, III, 610, 2. Significatur per templum, 577, 1. Et per cochleam templi, *ibid*. Et per Sanctum sanctorum, 579, 1. Cœlum est Sanctum sanctorum, cur et reliquæ hujus partes adaptantur anagogice, XIX, 436, 1. Cœleste templum anagogice describitur in templo quod delineat Ezechiel, XII, 780, 1. Cœlum vocatur tabernaculum, XXI, 368, 2. Ejus templum Deus est, non aliud, 401, 2. Ejus typus fuit Settim, XIII, 527, 2. Cur vocetur symbolice mons umbrosus et Pharan, id est os videntis, XIV, 249, 1. Cœlestis gloria est sanctis quasi gemma pretiosissima, V, 531, 2. Mensæ comparatur, 253, 2. Melius potu quam cibo denotatur, XXI, 183, 2. In eo verus est fluvius

et poma, XXI, 408, 1. Est quasi sapphirus primarius, 385, 1. Ejus color cæruleus proprie non est color, 385, 2. Ejus fundamenta cur gemmea, 382, 1. In eo sunt veræ gemmæ, *ibid.*

3° MEDIA AD CŒLESTEM GLORIAM OBTINENDAM. — 1° *Nonnisi per Jesum Christum obtineri potest.* Cœlum clausum erat ante Christi adventum, XIII, 832, 2. Ante Christum nemo ascendit in cœlum, XV, 336, 1. In id latro bonus non est admissus, sed in sinum Abrahæ, XVI, 271, 1 : *In quo et his qui in carcere erant spiritibus prædicavit.* Ejus aditus et beatitudo Christi tempore reservata, XIX, 491, 1: *Deo pro nobis aliquid melius providente, ut non sine nobis consummarentur.* Via in ipsum per Christi mortem nobis aperta fuit, XV, 633, 2: *Et ecce velum templi scissum est;* XVI, 621, 2 : *Unus militum lancea ejus latus aperuit.*

2° *Cœlestis gloria nonnisi merentibus data.* Vocatur corona et palma, cur, XXI, 49, 2: *Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ.* Cœlestis corona cur dicatur vitæ, XX, 49, 1, 2 et seqq. : *Accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se.* Civium cœlestium conditiones et signa, *Psalm.* II, 404, 1: *Super flumina Babylonis illic, sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion.* Comparari potest vili pretio, I, 662, 2.

1° *De cœlis semper cogitandum.* Cœlum in nobis semper ante oculos habendum, XXI, 367, 1. Ejus cogitatio quas habeat vires, 396, 2 et seq. Animat fideles ad heroica opera, XVII, 50, 1: *Quibus et præbuit seipsum vivum .... loquens de regno Dei.*

2° *Ad cœlestem gloriam suspirandum et quomodo.* I, 638, 2. Ad cœlestia quomodo affectus nostros dirigere debeamus, 633, 1. Ad cœlum aspirare identidem debemus, XVII, 59, 1, 2; 61, 2: *Quid statis aspicientes in cœlum?* Cœlum est domus nostra, *Psalm.* I, 152, 1: *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Cœlum nostra respublica est, cives ejus sumus, XIX, 15, 2; 507, 1: *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis.* Cœlum pro patria fideles habeant, XVI, 105, 1: *Nemo propheta acceptus est in patria sua.* Cœlum semper intuentur sancti, et cur, XVII, 180, 1: *Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cœlum.* Cœlestis gloriæ dilatæ desiderium sanctos mire excruciat, V, 387, 1 : *Spes quæ differtur affligit animam.* Ad cœlum qui affectus dirigit, facile spernit temporalia, I, 61, 2. Cœlum spectanti sordet terra X, 386, 2. Cœlum docet amorem Dei, XVIII, 51, 2: *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Desiderium cœli est causa compunctionis, V, 415, 1 : *Cor quod novit amaritudinem animæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Ad cœlestia anhelantes mystice portam interioris atrii ingrediuntur, XII, 798, 1. In cœlo quomodo habitet vir sanctus, 515, 1. Quomodo in cœlo conversari debeamus, XIX, 54, et seqq. : *Nostra autem conversatio in cœlis est.* Per cogitationes cœlestes, per vitam cœlestem, per spem cœlestium, *ibid.* Conversari in cœlis signum est prædestinationis, 55, 2. Cœlitum vitam nos hic imitari oportet, XX, 494, 2. Cœlestia quomodo sapiamus, XIX, 100, 1: *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite.* Cœlorum regnum a Christo promissum spernentibus quam graviter irascatur Deus, *Psalm.* II, 225, 1: *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*

3° *Ad cœlestem gloriam per labores, virtutes et ærumnas enitendum.* Cœlum est urbs fortium et fortitudinis, quia in illam parandus est aditus fortitudine, et quia in se est fortissima, V, 291, 1. Cœlum domus est fortium cujus typus fuit domus fortium Davidis, XXI, 90, 1, 2; 368, 2. Ejus porta est arcta, et quæ sit illa, XV, 209, 2 : *Intrate per angustam portam.* Cœlum fortitudine expugnandum, III, 528, 1. Per labores et humilitatem comparandum, mercandum et emendum, VI, 501, 1: *Consideravit agrum et emit eum,* XVI, 262, 2: *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum,* XVII, 294, 1 : *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Pro cœlesti gloria quam generose certandum, XXI, 90, 1: *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.* Quomodo vim patiatur, XV, 286, 1 et seqq. : *A diebus Joannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur.* Cœlum hæreditant mites ob toleratas injurias, 144, 1. Quomodo ad laborandum pro ea S. Antonius suos hortabatur, I, 662, 2. Ibi erunt primi novissimi, et novissimi primi XV, 437, 2. Cœlum creatum a Deo pro justis, V, 486, 2. Cœlum creatum est propter beatos et ab æterno eis paratum, XV, 535, 1: *Possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi,* Cœlum est receptaculum timentium Dominum, IX, 5, 2: *Omnem domum illius implebit a generationibus, et receptacula a thesauris illius.* Cœlum obedienti cedit, VI, 126, 2: *Vir obediens loquetur victorias.* Cœlum eleemosynariis promittitur, 150, 1: *Qui pronus est ad misericordiam benedicetur.* Eleemosyna emitur, X, 74, 2: *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo* (*Vide* BEATI, ECCLESIA TRIUMPHANS, AFFLICTIO, SANCTI, et varias virtutes quibus cœlum promeretur).

COENA. Cœnabant veteres, non prandebant, X, 125, 2; XIII, 68, 2; XV, 225, 2. Cœnatoriæ vestes quæ dicerentur, XIII, 598, 2. Cœnatorii lectuli quinam essent, 552, 1. Cœnæ sapientum olim sapientibus sententiis condiebantur, V, 245, 1; 251, 1. Cœna communis olim Eucharistiæ præmittebatur, XVIII, 358, 1. Cœna triplex Christi, agni paschalis, ciborum communium, et Eucharistiæ, XV, 554, 1; XVI, 522, 2. Cœnam vocant hæretici perperam Eucharistiam, *ibid.* 2. Cœna magna quam quidam paravit quæ sit, XVI, 197, 1. Cœnæ nuptiarum Agni quæ sint fercula, XXI, 334, 2

COENOBITICA VITA. Cœnobitica vita potior est eremitica, V, 581, 2. Ejus commoda, VI, 347, 2.

COGITATIONES. I. QUID SINT COGITATIONES ET QUIBUS REBUS IN SCRIPTURA SIGNIFICENTUR. — *Cogito* est verbum frequentativum, a *Cogo*, V, 77, 1. Cogitatio, meditatio, contemplatio quomodo differant, IX, 427, 2: *Beatus qui... in justitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei.* Cogitare quomodo tribuatur linguæ, *Psalm.* I, 345, 2: *Tota die injustitiam cogitavit lingua tua.* Cogitationes per consilia significantur, *Psalm.* I, 56, 1: *Comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.* Cogitationes per cor, desideria per renes significantur, *Psalm.* I, 78, 2: *Usque ad noctem increpuerunt me renes mei*, VI, 193, 2: *Et exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia mea.* Sunt quasi vestes animæ, XIV, 581, 2: *Operiet autem iniquitas vestimentum ejus.* Per capillos repræsentantur, XV, 274, 1: *Vestri autem capilli omnes numerati sunt.* Cogitationes tribuuntur cordi, XVIII, 263, 1: *Nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus.* Sunt cordis possessiones, *Job*, 379, 2: *Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum.* Cogitationes aliæ descendunt in cor, aliæ ascendunt, XVI, 280, 1: *Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra?*

II. QUANTI SINT MOMENTI COGITATIONES. — 1° *Deus eas pervidet et ponderat.* Cogitationes intimas et secretissimas novit et prævidet Deus, XIII, 353, 2: *Ego scio Ephraim, et Israel non est absconditus a me.* Omnes notæ sunt Deo, *Job*, 314, 1: *Observasti omnes semitas meas et vestigia pedum meorum considerasti.* Soli Deo notæ sunt, V, 455, 2: *Infernus et perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum.* Cogitatio a solo Deo perspicitur et ordinatur, 483, 1: *Omnes viæ hominis patent oculis ejus; spirituum ponderator est Dominus*, XI, 82, 2: *Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ investigat omnia secreta ventris*, X, 379, 1: *Non præterit illum omnis cogitatus, et non abscondit se ab eo ullus sermo.* Cogitationes hominum naturaliter sciri ab angelis nequeunt, XII, 141, 1: *Est cor hominis inscrutabile.* Cogitationes cordis novit Deus, easque cum voluerit sanctis revelat, X, 379, 1: *Cognovit enim Dominus omnem scientiam... revelans vestigia occultorum.* Quomodo cogitationes in Christo revelentur, XVI, 78, 2: *Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* Cogitationes etiam a Deo castigantur, et præmium accipiunt, X, 227, 2: *Donec reddat hominibus secundum actus suos, et secundum opera Adæ, et secundum præsumptionem illius.* Ex cogitatione Deus metitur amorem, V, 470, 1. Humanas cogitationes facile subvertit Deus, VI, 31, 2: *Multæ cogitationes in corde viri; voluntas autem Domini permanebit.* Earum judex et censor est Christus, XIX, 389, 2: *Discretor est cogitationum et intentionum cordis.*

2° *Cogitationes bonæ vel malæ sunt radices omnis boni vel mali*, V, 351, 1: *Cogitationes justorum judicia, et consilia impiorum fraudulenta.* In corde velut rex dominantur, VI, 222, 2. Deducunt ad cogitatorum desideria et actiones, 193, 2. Sunt radices operum, *Job*, 214, 1. Cogitatio talis est qualis est homo, X, 22, 2. A cogitationibus primis qualibet in re pendet copia vel inopia, VI, 98, 2. A primordiis cogitationum pendent opera diei, V, 170, 1: *Cum ambulaveris gradiantur tecum (præcepta mea)... et evigilans loquere cum eis.* Testes sunt cogitationes in proprio cordis tribunali, XVIII, 63, 1: *Inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die cum judicabit Deus occulta hominum*; Job, 214, 1; 394, 2: *Deorsum radices ejus siccentur, sursum autem atteratur messis ejus.* Ergo circa cogitationes maxima cura adhibenda est, V, 470, 1. Quisque cogitationes suas non sequatur, VI, 31, 2.

III. COGITATIONES BONÆ. — 1° *Quales sint.* Cogitationes probi et improbi quomodo differant, VI, 98, 2: *Cogitationes robusti semper in abundantia, omnis autem piger semper in egestate est.* Item seduli et pigri, 99, 1. Cogitationes justorum quomodo sint judicia, V, 350, 1, 2. Quales sint cogitationes justorum, 492, 2: *Cor hominis disponit viam ejus.*

2° *Bonarum cogitationum fructus.* Cogitatio Dei ubique præsentis quanti sit momenti, V, 77, 1, 2: *In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.* Cogitatio mirabilium Dei radix omnium bonorum, *Psalm.* I, 150, 1: *Non intellexerunt opera Domini, et in opera manuum ejus.* Cogitationes bonæ sunt filii et nepotes spirituales animæ, VI, 195, 2 et seq. Cogitationes bonæ Deum et angelos oblectant, V, 371, 2: *Abominatio Domini cogitationes malæ, et purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.* Cogitatio matura mater est consilii et judicii, IX, 673, 1: *Quam speciosa veteranis sapientia, et gloriosis intellectus et consilium.* Cogitationes bonæ excludunt pravos motus animi, V, 122, 2: *Omni custodia custodi cor tuum.* Cur cogitationes collectæ et strictæ pariant abundantiam, VI, 98, 2: *Cogitationes robusti semper in abundantia.* Cogitatio probitatis colendæ quomodo somnum auferat, X, 110, 2 et seq.: *Vigilia honestatis tabefaciet carnes, et cogitatus illius auferet somnum.*

3° *Cogitationibus bonis insistendum.* Cogitanda semper bona sunt, V, 539, 1, 2; VI, 224, 1. Cogitationes et intentiones omnes mentis ad voluntatis divinæ normam componendæ, XXI, 362, 1. Cogitationes debent esse cœlestes, XIX, 54, 2: *Nostra autem conversatio in cœlis est.* Et sublimes, 471, 1: *Fides sperandarum substantia rerum.* Cogitationes lætæ sunt assumendæ, X, 102, 1: *Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo*; 105, 1: *Congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe expelle a te.* Cogitationes sanctæ habendæ ante somnum,

V, 169, 2 : *Cum dormieris, custodiant te* (præcepta). Cogitationes exitum optatum non consequuntur, nisi prævia consultatione, V, 467, 1 : *Dissipantur cogitationes ubi non est consilium.*

III. COGITATIONES MALÆ. 1° *Quales sint.* Cogitationes malæ sunt velut somnia malefacientium, X, 194, 1. Cogitationes malæ vocari possunt machinationes malæ, item simulationes, doli, fraudes, item obscœnæ et vitiosæ, V, 470, 2 et seqq. : *Abominatio Domini cogitationes malæ.* Cogitatio mala est quasi scintilla et quasi bacca, VIII, 277, 2. Cogitationes impuræ sunt tela ignita diaboli, V, 114, 1. Sunt eæ maxime illecebrosæ, 470, 1, 2 et seqq. Cogitationes venereas nemo non sentit, VI, 56, 2; 57, 1. Cogitationes malæ crebræ et destinatæ animo, celari nequeunt, 222, 2.

2° *Cogitationes malæ sunt peccata.* Cur ea maxime Deo displiceant, V, 469, 2 et seq. : *Abominatio Domini cogitationes malæ.* Cogitationes morosæ, quibus voluntas plane vel ex parte consentit, sunt peccata, etsi in opus non exeant, 470, 1. Nuda cogitatio prava, nisi sit volita, non separat a Deo, hæc si volita sit, mortifera est, si ipsum opus mortiferum, VIII, 277, 2 : *Perversæ enim cogitationes separant a Deo.* Cogitationes obfirmatæ signum sunt perfectæ malitiæ, V, 512, 1 : *Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum.* Cur cogitans malum, id certius exequatur quam bonum, VI, 222, 2 : *Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.*

3° *Cogitationum malarum effectus.* Si cogitationes evagari permittantur, oritur in mente distractio et inquietudo, V, 539, 2. Cogitatio libidinosa in mente recepta paulatim prorepit, X, 370, 1 : *De vestimentis procedit tinea, et a muliere iniquitas viri.* Cogitatio impii quasi ignis qui ipsum cogitantem adurit, XI, 440, 1 : *Concipietis ardorem, parietis stipulam.* Cogitatio turpis est velut ignis in sinu ardens, V, 175, 2 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant.* Cogitationes suas sequens, semper aget male, ac de una impietate procedet ad aliam, 346, 1 : *Qui confidit in cogitationibus suis, impie agit.* Ex cogitationibus impuris sequitur egestas sanctorum desideriorum, gratiæ et virtutis, 162, 1, 2. Mentem inquinant, VII, 331, 2 : *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti.*

4° *Cogitationum malarum remedium.* Cogitatio impia e corde cito fuganda, ne forte in impietatem anima prolapsa ignoratione moriatur, VII, 267, 2. Cogitationes pravæ statim abigendæ, dum incipiunt, VIII, 277, 2; XX, 524, 1 : *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Has sancti statim elidunt, stulti et impii sequuntur, VI, 223, 2. Statim sunt suffocandæ, *ibid.* Earum radix examinanda, et hac cognita, eæ eradicandæ, V, 471, 2. Turpium cogitationum remedium, 175, 2. Sunt etiam oratione superandæ, 471, 2. Cogitantes mala cavendi sunt, VI, 512, 1.

COGNATI. Cognati etiam cognatos ob fidem persequuntur, XV, 269, 1, 2. Cur cognati Christi eum abducere in Nazareth vellent, 316, 1.

COGNITIO. I. *Cognitio Dei.* Cognitio et agnitio quomodo differant, XVIII, 72, 2. Cognitio nostra de Deo qualis sit in hac vita, et qualis in cœlo futura, 384, 1 : *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Ad Dei cognitionem duplici via pertingimus, via affirmationis et comparationis, et via negationis, XIV, 237, 2. Cognitio Dei ex creaturis qualis, *Job*, 285, 1 : *Nonne auris verba dijudicat, et fauces comedentis saporem.* Cognitio Dei naturalis, sine supernaturali et fide, ad salutem et justificationem non sufficit, XVIII, 62, 1 : *Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt.* Cognitio Dei, Christi, gratiæ est lumen, XIX, 74, 2 : *Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.* Cognitio perfecta Christi et veritatis potest vocari datum optimum, XX, 64, 2. Cognitio Dei in lege Evangelica exuberat, XI, 264, 1. *Repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes.* Plura de Deo cognoscenda, X, 420, 2 : *Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, supervalebit enim adhuc.*

Cognitio Dei quam affert lex nova, non est nuda, sed affectuosa, non tantum speculativa, sed practica : *Et non docebit unusquisque proximum suum, dicens : Cognosce Dominum.* Cognitio Dei et ultimi finis est vera sapientia, XX, 30, 2 : *Si quis autem vestrum indiget sapientia.* Cognoscere Deum est vita æterna, XVI, 592, 2 et seq.: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum.* Cognitio practicæ sapientiæ perducit ad vitam æternam, IX, 211, 1 : *Quibus autem cognita est* (sapientia), *permanet usque ad conspectum Dei.* Cognitio Dei adducit spiritualem benedictionem, X, 231, 2 : *Ut cognoscant te sicut et nos cognovimus; quoniam non est Deus præter te, Domine.* Est origo omnis boni, *ibid.* Cognitio Dei vera et plena est summum bonum, XX, 418, 1 : *Hæc enim si vobiscum adsint et superent, non sine fructu constituent in Domini Jesu Christi cognitione,* 625, 1 : *Filius Dei venit, ut cognoscamus verum Deum.* Cognitio Dei perfecta, beata vita est, XIII, 334, 2. Cognitio veritatis primæ et increatæ suavissimus animæ cibus est, 390, 2 : *Me invocabunt : Deus meus, cognovimus te Israel.* Cognitione ipsa Deum laudamus, XXI, 134, 2. Cognitionis Dei fructus est actio honesta, XVIII, 54, 2 : *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Cognitio Dei parens est humilitatis, XI, 176, 2 : *Et dixi : Væ mihi, quia tacui.* Cognitio Dei mundis corde præ aliis addicitur, XV, 148, 2 : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Cognitio gloriæ cœlestis in hac vita homines recreat, XXI, 402, 1 : *Et ambulabunt Gentes in lumine ejus.*

II. *Cognitio sui.* Cognitio sui est conjungenda

cum Dei cognitione, X, 231, 2. Cognitio sui quam sit res præstans, II, 451, 2. Via est ad cognitionem Dei, VII, 508, 2: *Si ignoras te, o pulcherrima mulierum*, XIII, 422, 1.

Cognitio sui est altera regeneratio, *Job*, 382, 1. Est difficillima, sed utilis, 227, 1; 328, 2. Est scientiarum maxima, 193, 1: *Et relevabor loquens in strato meo*, 310, 2: *Quantas habeo iniquitates et peccata? scelera mea et delicta ostende mihi*. Est fundamentum virtutis, 708, 2. Est gradus exaltationis, 707, 1: *Accinge sicut vir lumbos tuos; interrogabo te et responde mihi*. Cognitio status gratiæ pendet a multis quæ possunt fallere, 235, 2: *Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea*.

COHORS. Cohors quot esset militum, XV, 581, 1; XVII, 230, 2. Erat decima pars legionis: quæ cohors prætoria diceretur: hæc agebat in Jerusalem in arce Antonia, XV, 609, 1. Cohors Augusta quæ dicatur, XVII, 424, 1, 2.

COLAPHI. Colaphus et alapa quo differant, XV, 587, 2. Colaphis fuit Christus a ministris percussus, *ibid*. Colaphi propria pœna servorum, XX, 302, 1, 2. Fuere iidem etiam olim martyribus impacti, *ibid*.

COLLECTA. Collecta fieri solebat in die Dominica, XVIII, 417, 1. Collectam pro Hierosolymitanis Christianis Paulus sedulo fecit, et quamdiu illa duravit, *ibid*. Collectæ dies quis esset in veteri Synagoga, XIII, 488, 1.

COLLOQUIUM. Colloquiis bonis delectatur Deus, VI, 230, 2 et seq.: *Comede, fili mi, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo*. Colloquio pio interest divina sapientia, V, 209, 2; 209, 1: *Ego sapientia habito in consilio, et erudilis intersum cogitationibus*.

Colloquia in abdito stuprorum sunt causa, XIX, 213, 2: *Oportet episcopum esse... pudicum*. Corrumpunt bonos mores colloquia mala, XVIII, 408, 1. Colloquia feminarum cavenda sunt, V, 177, 1; XVI, 363, 2: *Mirabantur quod cum muliere loquebatur*. Colloquium cum muliere noxium est, V, 173, 1 (*Vide* VERBA).

COLLUM. Collum animæ est oratio, VIII, 50, 1. Est constantiæ symbolum, *ibid*., 2. Item charitatis, variis de causis, 51, 1. Circumspectionem signat, VII, 517, 2. Item fidem, purum intellectum, doctores, *ibid*. Collum est humilis et patiens obedientia, 516, 2. Est roboris et audaciæ symbolum, VIII, 48, 2. Collum crassum est signum fortitudinis, et collum erectum superbiæ, *Job*, 778, 1.

COLONIA. Coloniarum origo et causa, qui dicti coloni, XVII, 309, 2 et seq.; XVIII, 606, 2. Coloni vineæ Ecclesiæ quos denotent, XV, 470, 2.

COLOR. Color hebraice *oculus* dicitur, XVIII, 28, 1. Colorum varietates omnes ex mixtione lucidi et opaci oriuntur, X, 337, 1. Colores multi non sunt veri, sed apparentes, 399, 2. Coccineus color et purpureus prope idem est, XV, 609, 2. Color herbaceus et viridis qui differat, IX, 336, 2. Color viridis mire oculos recreat, IV, 361, 2.

Color ruber elephantos summopere proritat ad prælium, IV, 442, 1. Color coccineus et purpureus animos in hostes commovet, XIV, 178, 1. Color coccineus olim meretricius erat, XI, 114, 1, 2. Color purpureus amoris est symbolum, XIV, 513. 1. Croceus color species rubri, XII, 410, 1. Color hianthinus quid denotet, XVIII, 681, 1. Color rufus ardorem animis notat et acuit, ignis splendorem refert, XIV, 429, 1. Color hyacinthinus regius est et cardinalitius, XII, 609, 2. Colores præcipui florum sunt tres, XX, 47, 2. Colores aurigarum circensium erant quadruplices, XX, 138, 2. His denotabantur elementorum inter se pugnæ, *ibid*. Colores varios cur gestent equites in loricis, XXI, 211, 1. Colores morum qui, XVIII, 429, 1.

COLOSSA. Colossa Phrygiæ terræ motu concidit: hodie Chonæ dicitur, XIX, 69, 1. Ibi viguit hæresis angelorum, quæ correcta transiit in rectum et purum cultum angelorum, *ibid*., et 95, 2. Colossenses non sunt Rhodii, 69, 1. His scribit Paulus non visis, *ibid*., et 83, 1.

COLUBER. Coluber gerit venenum in capite, IX, 683, 1. Est imago diaboli, *ibid*. Coluber est etiam typus Christi, VI, 453, 1; 454, 1. Coluber tortuosus quid signet, *Job*, 527, 2.

COLUMBA. Columbæ etymon, VII, 579, 2; VIII, 31, 2. Columbæ quinque dotes, VII, 537, 1. Columbarum mira stoliditas, V, 264, 2, IX, 388 1. Columba est excors, et esto semper pulli sibi auferantur, semper ad eumdem nidum et columbarium redit, XIII, 383, 2; 384, 1. Ob objectam escam sponte in retia incurrit, et a columbis alterius columbarii illecta illuc se infert, *ibid*. Pellit patrem a consortio matris, 384, 2. Columba pro pullis se explumat, VII, 578, 1. In colorum varietate sibi mire placet, alis inter se collisis strepitum edens excitat accipitres, XIII, 385, 1. Natura recte et constanter volat, 439, 1. Timida est, et ad accipitris umbram celeriter avolat, *ibid*. Unice amat suum columbare, nidum, ac pullos, et abducta alio celeriter eodem revolat, *ibid*. Columbæ agrestes nidificant in foraminibus rupium et cavernis maceriarum, VII, 586, 2.

Columbas albas Persæ ob lepræ odium detestabantur, et Syri, Palæstini ac Babylonii eas pro numine colebant, XII, 199, 1; XIII, 439, 1. Columba quia salax, erat Veneri sacra; XII, 199, 2. Columbas in sinu Romæ gestabant, in theatro aut in circo ludos spectantes, quas cum tabellis emittebant nuntiaturas si quid domi vellent, XIII, 439, 2. Maxime id verum est in columbis Syriæ et Palæstinæ, *ibid*. Iis utuntur mercatores, ut merces advectas, aliaque domi nuntient, *ibid*.

Columba est symbolum castitatis, quod multis docetur exemplis, II, 78, 1, 2. Simplicitatis, *Job*, 96, 1; XV, 267, 2. Innocentiæ, VII, 537, 2. Con-

templationis, VII, 579, 2. Columbæ comparantur fideles, XI, 704, 1, 2. Columbæ aptissime comparatur justus, *Psalm.* I, 357, 2. Columbæ Apostolos repræsentant, VII, 570, 1. Columbæ sunt Indipetæ ob varias causas, XI, 705, 1. Unius columbæ nomine in Cantico intelligitur Ecclesia, VIII, 150, 2. Columba una humanitas Christi, 152, 1.

Columbæ vecordi assimilantur Israelitæ, XIV, 208, 2. Columba vocatur exercitus Chaldæorum, quia columbam gestabant in vexillis, XII, 199, 1. Columbarum venditores mystici qui sint, XV, 465, 1.

Columba cœlestibus apparitionibus quam varie servierit, VII, 579, 2 et seq. Coronam imponit S. Marinæ martyri, *ibid.* In columbæ specie Spiritus sanctus in Christum descendit, et cur, XII, 199, 1, 2. Columba in Christi baptismo apparens an vera fuerit, XV, 111, 2. Fuit index et symbolum Spiritus sancti, *ibid.* Columbæ proprietates, *ibid.* et seqq. Auctoravit episcopos et doctores, 112, 1.

COLUMBANUS (S.). S. Columbani sanctitas per solem ante ortum est declarata, II, 333, 2; X, 390, 2. Regem Theodoricum impium est generose aversatus, X, 207. 1; XI, 687, 2; XVII, 373, 1.

COLUMNA. Columna nubis fuit dux viæ Hebræis in deserto, I, 451, 2 et seq.; X, 549, 2. Novem ejus proprietates. I, 551, 2 et seq. An castra ab æstu protexerit, 553, 1. Quomodo hoc faciebat, *ibid.*, 2. Qualis figuræ fuerit, *ibid.* Etsi solita esset præcedere Hebræos, postposuit se eis dum Ægyptii eos insequebantur, 558, 2. Illuminabat Hebræos et obnubilabat Ægyptios, 553, 1. Fuit sol boni hospitii, VIII, 621, 1. Qualis fuerit, II, 231, 1. Eam dirigebat angelus, I, 551, 2; II, 231, 2. Fuit similis nubi, ab ea tamen differebat in rebus octo, II, 231, 2. Fuit eadem de die nubes, de nocte ignis, *ibid.* Non erat ignis ejus aliud quam lux, 232, 1. Quando in itinere quiesceret, 233, 1. Quando desierit, *ibid.* 2; III, 18, 1.

Quæ de columna nubis Scriptura habet adaptantur Christo, Spiritui sancto, et sanctis, I, 552, 1; II, 232, 1. Tropologice fortes et illustres sanctos significat, 232, 1, 2. Quid hoc tropologice significat, 'quod illuminabat Hebræos, et obnubilabat Ægyptios, I. 559, 1. Quid hæc columna significat, XI, 148, 2. Figura fuit stellæ Magos ad Christum ducentis, XV, 76, 1 et seq.

Columnæ templi Salomonis quæ essent, V, 245, 2. Columnarum templi quæ fuerit mensura, XII, 791, 2. Qualis altitudinis fuerint, 335, 1, 2. Quot eæ habuerint malogranata, *ibid.* Columnæ duæ erant in porticu, III, 587, 2. Eorum nomina Bootis et Jachin quid significent, 586, 1; 587, 2; XII, 791, 2. Qua occasione ante templum Salomonis erectæ, XXI, 76, 1. Quid significent litteraliter, allegorice, tropologice, XIX, 218, 2 et seq. Iis comparantur SS. Petrus et Paulus, XVIII, 17, 2.

Cur columnæ fuerit Christus alligatus ut flagelaretur, XV, 606, 1. Ea describitur, *ibid.*, 2. Ubi et qualis, sit, XI, 597, 2.

Columnæ octo sunt dotes, quæ in eis laudantur et spectantur, II, 232, 2; XXI, 76, 2. Columnas marmoreas habent templa Romana V, 244, 2. Columna Rhegiensis quo miraculo celebris reddita, XVII, 441, 2. Columnæ Trajani et Antonini adhuc Romæ supersunt, XVIII, 17, 2. Columnæ eriguntur ut trophæa victoriæ, XXI, 76, 2.

Columna aurea denotat Beatam. Virginem, VIII, 14, 2. Item viros apostolicos, 15, 2. Et omnem bonam mulierem, *ibid.*, 1. Quæ sint septem columnæ Ecclesiæ, V, 246, 2 et seq. Columnæ septem domus sapientiæ quæ mystice, 247, 1, 2 et seq. Columnæ Ecclesiæ sunt cardinales, VIII. 14, 2. Item doctores, *ibid.* Columna ut requies est bona uxor viro, X, 243, 1. Columnæ cœli quæ contremiscant, *Job*, 525, 1. Columnæ terræ quænam, *Job*, 222, 1.

COMA (*Vide* Capilli).

COMESSATIO (*Vide* Cibus).

COMETÆ. Cometæ sunt quasi gladii minitantes terræ, XII, 653, 2 (juxta opiniones Cornelii tempore vigentes). Variarum cometarum diverso tempore apparentium exempla, *ibid.*, 2 et seq. Cometæ dum in Libra apparent, denotant rebellionem populi, XV, 74, 1. Cometes ultimus in quo cœlo apparuerit, XX, 483, 1.

COMMEMORATIO. Commemoratio sanctorum astruitur. XVIII, 211, 1: XIX, 516, 2. Maxime jam mortuorum, XIX, 516, 2. Eaque tam privata a quoquo fideli, quam publica a tota Ecclesia, *ibid.*

COMMISERATIO. Commiseratio naturalis homini a natura est insita, at supernaturalis supernaturaliter ei inseritur, VI, 33, 2. Commiseratio post calamitatem opportuna, *Job*, 791, 2. Levat misero miseriam, IV, 284, 2. Commiseratio Christi ob ploratum Marthæ et Mariæ. XVI, 492, 1 et seq. Commiserationis affectus potissime e passione Domini eliciendus, XIV, 511, 2; 512, 1, 2. Commiseratio Romanorum quæ esset in hostes victos, XII, 685, 1 (*Vide* Compassio).

COMMODARE, COMMODATUM. Commodare et mutuare qui differant, XVI, 161, 1. De commodato quid lege Mosis fuerit statutum, I, 616, 2.

COMMODUS IMPERATOR. Commodus imperator in Christianos satis fuit mitis, XI, 43, 2. Ejus statua erat in coma auri scobe respersa, XII, 413, 2.

COMMUNIA. Communia a natura data jure naturæ sunt omnium et singulorum, XII, 422, 1. Communia non sunt usibus privatis deputanda, V, 538, 1, 2.

COMMUNE. Commune Hebræis idem quod immundum, XV, 352, 1; XVIII, 232, 2; XIX, 462, 1, 2. Hinc commune facere idem est quod profanare, *ibid.* Communis dicitur a Judæis cibus immundus, XVII, 235, 2. Commune Hebræis dicitur, quod sanctitatem amisit, XI, 569, 2; 570, 1.

541, 2. An complexiones quatuor hominis per quatuor insaturabilia Salomonis repræsententur, VI, 447, 2.

COMPUNCTIO. 1° *Compunctionis natura et proprietates.* Compunctionis spiritus quis sit, juxta Paulum, in *Epist. ad Rom.*, XVIII, 189, 1, 2 : *Dedit illis Deus spiritum compunctionis.* Compunctio Judæorum est eorum excæcatio et pertinacia in sua perfidia, quæ ipsos penetravit, *ibid.* Compunctio de peccato est summus Dei amor, IX, 547, 1 : *Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam!* Procedit ex amore Dei, V, 414, 1. Ejus materia multiplex, 415, 1. Ejus stimulus triplex, XII, 348, 2. Compunctionis descriptor est Jeremias, 347, 1. Per myrrham denotatur, IX, 645, 1 : *Quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.* Item per nebulam, X, 402, 2 : *Propterea aperti sunt thesauri, et evolaverunt nebulæ sicut aves.*

2° *Compunctionis motiva quatuor*, *Job*, 646, 2 : *Tunc aperit aures virorum, ut avertat hominem ab his quæ facit.* Ejus utilitas, 193, 1. Ejus elogium, XII, 347, 1. Compunctio de nocte exercenda, XVIII, 644, 1 : *Sol non occidat super iracundiam vestram.*

3° *Compunctionis effectus.* Quæ sint ejus filiæ, XII, 347, 1, 2. Humilitas, patientia, amor Dei, amor proximi, avocatio a terra, omnique concupiscentia terrena, *ibid.* Compunctio inducit pœnitentiam, *Job*, 787, 1 : *Idcirco me reprehendo, et ago pœnitentiam in favilla et cinere.* Per compunctionem Deo appropinquamus, XX, 182, 2 et seq. : *Appropinquate Deo et appropinquabit vobis.* Per compunctionem invenitur Deus amissus, XVI, 83, 1 : *Ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te.* Compunctio Deum cogit ad miserandum, 210, 2 : *Cum autem adhuc longe esset, vidit eum pater ipsius, et misericordia motus est.* Ipsa sancta est, animamque Deo conciliat, V, 413, 2. Semper in se mirum et cœleste continet gaudium, V, 413, 2: *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus* ; XV, 145, 2 : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Certam affert spem beatitudinis, et gaudii cœlestis quasi prægustus, V, 414, 2. Recreat Deum, angelos et sanctos omnes, *ibid.*

4° *Compunctionis exempla.* Compunctionis commoda et exempla, II, 186, 1 et seq. Per compunctionem et lacrymas a Deo exauditi, IV, 278, 1 : *Tunc Tobias ingemuit, et cœpit orare cum lacrymis.* Qui sancti in compunctione excelluerint, XII, 347, 2; 348, 1 (*Vide* CONTRITIO, POENITENTIA).

COMPUTARE, COMPUTUS. Computus annorum græcorum dupliciter fit, IV, 548, 1. Computus dierum qualis esset apud Romanos, XV, 312, 2. Computare annos vitæ in dextera et sinistra solebant veteres, V, 87, 2.

CONCEPTIO (*Vide* JESUS CHRISTUS, MARIA).

CONCILIUM SANEDRINI. Concilium Sanedrini unde ortum habuerit, II, 245, 1. Concilium Sanedrini convocavit mane Caiphas ad Christum damnandum : qui ei interfuerint, XV, 595, 2 et seq. Erravit hoc, in facto et fide, 596, 1.

CONCILIA ECCLESIÆ CATHOLICÆ. Conciliis generalibus semper præsunt Pontifices Romani vel per se, vel per legatos, XVIII, 527, 1; XIX, 160, 1. Illorum decreta non sunt anathema, XVIII, 519, 2 et seqq. Concilia œcumenica totam Ecclesiam repræsentantia errare non possunt, XV, 596, 1. Ea, uti et provincialia, a Spiritu sancto diriguntur, 412, 1. Codicem Evangeliorum in sui medio statuebant, 2, 2.

Concilia quatuor Hierosolymæ an Apostoli celebrarint, XVII, 381, 1. Concilium Hierosolymitanum a quibus celebratum, 299, 2. Et quo anno, XVII, 4, 1; XVIII, 526, 1, 2. Idque causa quæstionis motæ a Cerintho de servandis legalibus una cum Christianismo, XVIII, 19.

Concilia generalia quinque priora quando celebrata, XVII, 300, 1. Concilium Romanum sub Vigilio papa damnavit errores Theodori Mopsuesteni, uti et Concilium Constantinopolitanum II generale, XIII, 224, 1. Concilium Milevitanum probatum fuit ab Innocentio I, XVIII, 97, 2. Concilium Basileense Eugenium IV deponens peccavit, XV, 410, 1. Concilium Tridentinum quid sanciat de clericorum pensionibus, XII, 742, 1. E concilio episcoporum clamosi et contentiosi ejiciendi, VI, 151, 2.

CONCIO, CONCIONATOR. — PRÆDICATIO, PRÆDICATOR. I. CONCIONATORUM DIGNITAS, ET PRÆDICANDI MUNERIS EXCELLENTIA. 1° *Concionatorum dignitas ex parte Dei mittentis*, XVIII, 269, 1 : *Dei enim sumus adjutores.* Complent opus cœptum a Christo, XIX, 81, 1 : *Cujus factus sum ego minister secundum dispensationem quæ data est mihi, ut impleam verbum Dei.* Sunt quasi sigillum Dei, XIV, 352, 2: *Ponam te quasi signaculum.* Sunt gladii Christi, XXI, 34, 2: *Et de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat.* Prædicatores non debent mitti a magistratu civili, sed a Deo immediate, vel mediate, XVIII, 180, 1 : *Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur?* Prædicatio non est laicorum munus, 238, 2 : *Audacius scripsi ad vos,.... propter gratiam quæ data est mihi.* Est prædicator mystice Christi mater, XV, 316, 2: *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater et soror et mater est.* Prædicatores sunt angeli, I, 287, 2 : *Viditque in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens cœlum ; angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam* ; XIV, 328, 1 : *Et dixit Aggæus nuntius Domini de nuntiis Domini.* Prædicatores cur dicantur cœli, *Job*, 697, 1 ; *Psalm.* I, 104, 1, 2 : *Cœli enarrant gloriam Dei.* Sunt velut stellæ, XXI, 34, 2: *Et habebat in dextera sua stellas septem*, 413, 1 : *Ego sum.... stella splendida et matutina.* Prædicatio est mystica liturgia, XIX, 30, 1.

2° *Concionatorum dignitas ex fine ipsius præ-*

dicationis. Concionari verbum Dei quam sit præstans et meritorium, II, 156, 2. Prædicatores sunt velut ancillæ Dei, et ad Dei cultum et Ecclesiam omnes vocant, V, 254, 1, 2: *Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem et ad mœnia civitatis.* Prædicator est maxilla ecclesiæ, III, 207, 1. Prædicatores doctrinæ veræ et salutiferæ testes Dei sunt veraces, V, 430, 2: *Liberat animas testis fidelis.* Sunt velut prophetæ, XVIII, 394, 2: *Prophetiæ (in signum sunt) non infidelibus, sed fidelibus.* Sunt animæ medici, X, 269, 1: *Honora medicum propter necessitatem.* Prædicatores cur dicantur nubes, XI, 704, 2; 705, 1: *Qui sunt isti qui ut nubes volant?* Novem analogiæ prædicatorum cum nubibus, XII, 574, 2: *Repleta est domus nube; Job,* 692, 1, 2: *Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum.* Sunt mystice nives, venti, fulgura, XIV, 477, 2: *Petite a Domino pluviam in tempore serotino, et Dominus faciet nives, et pluviam imbris dabit eis; Job,* 793, 1: *Si voluerit.... fulgurare lumine suo, desuper cardines quoque maris operiet;* 696, 2: *Tonabit in voce sua mirabiliter qui facit magna et inscrutabilia.* Sunt velut sculptores qui ad conditoris sui imaginem animam humanam reforment, X 290, 2: *Cor suum dabit in similitudinem picturæ.* Item figuli, 294, 1: *In brachio suo formabit lutum, et ante pedes suos curvabit virtutem suam, cor suum dabit ut consummet linitionem.* Item fabri ferrarii, 192, 1: *Cor suum dabit* (faber) *in consummationem operum, et vigilia sua ornabit in perfectionem.* Concionatores sunt velut sagittatores, VII, 318, 2: *Sagitta ejus quasi viri fortis interfectoris.*

II. Concionatorum officia et munera.— *Quales esse debeant in generali.* Juxta S. Basilium, debent esse tanquam Apostoli, tanquam præcones cœli, tanquam regula pietatis, tanquam oculus in corpore, XX, 361, 2: *Si quis loquatur, tanquam sermones Dei.* Debent esse tanquam pastores, medici, parentes et nutrices, Dei adjutores, plantatores palmitum Dei, ædificatores templi Dei, 378, 1: *Pascite qui in vobis est gregem Dei.*

Quæ conditiones in concionatore requirantur. 1° *Vita exemplaris.* Non sola voce, sed opere prædicet, IV, 55, 1; XIV, 318, 1: *Factum est verbum Domini in manu Aggæi.* Opere suo doctrinam astruat, VI, 37, 1; 147, 2; IX, 170, 1: *Noli citatus esse in lingua tua; et inutilis et remissus in operibus tuis.* Mystice voces de quibus in Apocalypsi, sunt conciones, fulgura, miracula et vitæ exempla, XXI, 101, 1: *Et de throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua.* Bene vivat oportet, VI, 302, 2: *Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola.* Magis vita doceat quam verbo, XV, 218, 1: *Erat enim docens, sicut potestatem habens.* Si est malæ vitæ, est velut stultus habens parabolam in ore, VI, 309, 2: *Quomodo si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum.* Sit potens in opere et sermone, XVI, 277, 1: *Fuit* (Jesus) *potens in opere et sermone, coram Deo et omni populo.* Sit sicut citharœdus omnium virtutum consonantia excellens, XXI, 129, 1. Bene docens et nihil præstans similis est cupresso bene frondosæ, sed infrugiferæ, XIII, 473, 2: *Ex me fructus tuus inventus est.* Prædicator habeat bonam virtutum famam, XVIII, 429, 1: *Christi bonus odor sumus.* Debent cum Christo virtutum conscendere montem, XI, 496, 1: *Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion.* Prius ardeat charitate et zelo quam aliis prædicet, XVI, 383, 2: *Ille erat lucerna ardens et lucens.* Ut Seraphim ardere debent charitate, XI, 169, 1: *Seraphim stabant super illud.* Austeritate vitæ sibi auctoritatem parent, XVI, 51, 2: *Et erat in desertis usque in diem ostensionis ad Israel.* Prædicationi dum insistitur, altera manu gladius mortificationis tenendus cur, IV, 239, 1: *Ædificantium in muro,... una manu faciebat opus, et altera tenebat gladium.* Attamen videre est prædicatores minus sanctos sæpe plures convertere, quam qui sanctiores sunt, XXI, 72, 2: *Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem.*

2° *Scientia.* Concionatores pleni esse debent scientia, tam practica quam contemplativa, XXI, 108, 2: *Intus plena sunt oculis, ante et retro.* Prædicator verbum Dei ruminet assidua meditatione ut illud eructet, XII, 521, 1, 2: *Venter tuus comedet, et viscera tua complebuntur volumine isto.* Legat S. Paulum et S. Chrysostomum, XVIII, 10, 1. Concionatores multi abutuntur Scriptura sacra, XIII, 224, 2. Sit concha, non canalis, XX, 76, 1: *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Concionatores mystice sunt phialæ doctrina exuberantes, I, 649, 2. Sint ut Cherubim pleni cœlesti scientia, XII, 507, 2. Bobus repræsentantur, quæ sint dotes bovis et prædicatoris, V, 405, 1, 2. Debent doctrinam recte secare, dividere, secernere, XIX, 287, 2: *Sollicite autem cura teipsum probabilem exhibere Deo.... recte tractantem verbum veritatis.*

3° *Oratio.* Sine Dei gratia frustra est omnis prædicatio, *Job,* 287, 1: *Si destruxerit, nemo est qui ædificet; si incluserit hominem, nemo est qui aperiat.* Sine spiritu et gratia prædicandi, concionator prædicare nequit, XII, 15, 2: *Priusquam te formarem, novi te, et antequam exires de vulva, in utero sanctificavi te.* A Deo prædicatores informantur ad loquendum, IX, 439, 1, 2: *In medio Ecclesiæ aperiet os ejus.* Igitur ante concionem orent prædicatores, XV, 269, 1; XVII, 163, 2: *Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus.* Studeant orationi, XVI, 590, 1: *Hæc locutus est Jesus, et sublevatis oculis in cœlum dixit: Pater, venit hora.* Quare prædicatorem orare oporteat, XV, 344, 1: *Et dimissa turba, ascendit solus in montem orare.* Docturi alios prius in secreto vacent orationi, et in ea spiritum hauriant quem dein

in auditores effundant, XV, 942 : *Venit Joannes Baptista prædicans in deserto*, 116. 2. Quæ in oratione a Deo privatim hauserunt, magno spiritu in populum effundent, XV, 319, 2 : *Ecce exiit qui seminat, seminare*. Quid ante concionem a Deo flagitare debeant, IV, 397, 2 : *Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis*. Oret Deum ut linguam dicentis dirigat, V, 482, 1 : *Domini* (est) *gubernare linguam*. Pro motione interiori Deum sedulo precetur, XVIII, 268, 2 : *Ego plantavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum dedit*, 394, 2 : *Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis..... occulta cordis ejus manifesta fiunt*. Concionis fructus oratione impetrandus, 261, 1 : *Sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis*. Sæpe se Deo commendent concionatores pro bono rerum successu, XVII, 307, 1, 2 : *Velati sunt a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia*.

4° *Zelus pro animarum conversione*. Prædicator sit zelosus et fervidus, XVII, 249 : *Erat vir bonus et plenus Spiritu sancto*. Quo studio suo munere fungi debeat, XVIII, 239, 1 : *Sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta, et sanctificata in Spiritu sancto*. Concionatores per Eliam repræsentantur, X, 504, 1.

Iste zelus sese manifestat : 1° *Nunquam cessando a prædicatione*. Fontem imitantur concionatores, doctrinam suam effundendo, etiamsi nemo sit qui eam hauriat, VI, 163, 1 : *Sapientia pulchra erit tibi cum servaveris eam in ventre tuo, et redundabit in labiis tuis*. Prædicator non debet tacere, etsi audire nolint auditores, XII, 160, 2 : *Et dixi: Non recordabor ejus, neque loquar in nomine illius : et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis*. In concionando non oportet tepescere, etiamsi pauci aut nulli convertantur, XXI. 44, 1, 2 : *Habeo adversum te pauca, quod charitatem primam reliquisti*. Prædicator tacens consumitur, *Job*, 309, 1: *Quare tacens consumor ?* Prædicationis divinæ necessitas, 700, 2 : *Frumentum desiderat nubes, et nubes spargunt lumen*. Prædicatoribus in republica deficientibus, mala invalescunt, VI, 405, 1 : *Cum Propheta defecerit, dissipabitur populus*. Qui verbum Domini prædicare possunt, id non refugiant, V, 559, 2; 560, 1. Prædicatione alios fraudare, est spiritualiter frumenta recondere, 338, 2 : *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis*. Canibus comparantur, XI, 663, 2. Prædicatores imperfecti meliores sunt iis qui sibi soli sancte vivunt, X, 406, 2. Prædicandum Evangelium quibusvis gentibus, XVIII, 179, 2 : *Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt ?* Prædicatores imperfecti meliores sunt iis qui sibi soli sancte vivunt, X, 373, 1.

2° *In reprehendendis vitiis et peccatoribus*. Quomodo erga peccatores se gerere debeant concionatores, X, 509, 2. Sint speculatores, XII, 527, 2 : *Speculatorem dedi te domui Israel*. Ne sit nimis blandus, sed sæpe vitia coarguat, V, 293, 1 : *Qui increpationes relinquit, errat*. Mordeat, non aduletur, XII, 377, 1 : *Viderunt autem tibi assumptiones falsas*. Libere vitia carpat, non aduletur potentibus, VI, 334, 1 : *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis*. Ipsis necessaria acris mali increpatio, XI, 260, 1 : *Percutiet terram virga oris sui*, XVII, 178, 2 : *Dura cervice et incircumcisis cordibus*. Sint tuba, non tibia; carpant, non adulentur, XI, 675, 1 : *Clama, quasi tuba exalta vocem tuam*. Constanter pergant exemplo Aggæi in arguendis vitiis, nec cessent donec audientium animos permoveant ad illa extirpandum, XIV, 329, 2. Prædicator sit audax, fortis et constans, liber, qui nec pudore vincatur, nec metu taceat, aut pallescat, XII, 523, 1 : *Ut adamantem et ut silicem dedi faciem tuam*. Prædicator sit velut columna sustinens infirmos, et murus æreus, 21, 1 : *Dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum æreum*. Dulciter et amorose corripiat peccantes, V, 506, 1 : *Qui dulcis eloquio, majora percipiet*. Ferant infirmitates auditorum suorum, XVII, 373, 2 : *Omnia ostendi vobis, quoniam... oportet suscipere infirmos*.

3° *In vividis novissimorum repræsentationibus*. Concio viva est quæ novissima vive repræsentat, XII, 155, 1 : *Egredere ad vallem filii Ennom........ et prædicabis ibi verba quæ ego loquor ad te*. Novissimorum terrores auditoribus incutiant, XIV, 51, 1 : *Adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur*. Peccatores a somno vitiorum excitent, XVIII, 654, 2 : *Surge, qui dormis, et exurge a mortuis*. Quomodo pathetice Creatorem contra peccatorem invocare debeant, XI, 104, 2 : *Audite, cœli, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est*. Plus efficiunt terrendo quam blandiendo, XVII, 338, 1 : *Annuntiat hominibus ut omnes ubique pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in quo judicaturus est orbem in æquitate*. Concionatores efficaces sunt mallei peccatorum, VI, 41, 2 : *Parata sunt derisoribus judicia, et mallei percutientes stultorum corporibus*. Conciones molles sunt causa hæreseos, XI, 414, 2 : *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores*. Prædicatio evangelica est vox tonitrui, *Job*, 722, 1 : *Quis dedit vehementissimo imbri cursum, et viam sonantis tonitrui ?* Concionatores sunt velut nubes tonantes, XII, 93, 1 : *Ad vocem suam... fulgura in pluviam facit*; XV, 649, 2 : *Erat autem aspectus ejus sicut fulgur*.

5° *Dicendi peritia*, quæ elucet. 1° *In deligenda concionis materia*. Seria et utilia doceat concionator, XVII, 356, 1. Loquatur vera et sancta, XX, 360, 2 : *Si quis loquitur, quasi sermones Dei*. Sit sincerus, 85, 2. Ei fugienda levitas, XVIII, 423, 2 : *Sermo noster qui fuit apud nos, non est in illo, est et non*. Ejus munus est, jam fugam vitiorum, jam cœlestes proponere coronas, 100, 1. Sua lingua vitam gratiæ et gloriæ audito-

ribus conciliet, V, 583, 1 : *Mors et vita in manu linguæ : qui diligunt eam, comedent fructus ejus.* Ex homine evellat regnum peccati, ut plantet regnum sanctitatis et virtutis, XII, 17, 2 : *Constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas,.... et ædifices et plantes.* Animas a fornicatione peccati conversas Christo despondeant, XIII, 286, 2 : Item illuminet, purget, perficiat, XVIII, 612, 2 : *Mihi.... data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes.* Vocantur fidei rectæ satores et debellatores errorum, XII, 17, 2. Debent esse satores æternitatis, II, 235, 1. Concionatorum talium exempla, *ibid.* Debent esse ædificatores sepium, XI, 684, 1 ; *Vocaberis ædificator sepium, avertens semitas in quietem.*

2º *In prudentia qua omnia quæ dicit, auditorum capacitati et dispositioni accommodat.* Prædicator sit prudens et discretus, XII, 523, 1. Quomodo conciones suas attemperare debeat, XXI, 101, 2. Prædicator prius in se eorum quæ dicturus est affectum excitet, VIII, 70, 2 : *Favus distillans labia tua.* Accommodet se loco, tempori et personis, V, 563, 1 : *Aqua profunda verba ex ore viri, et torrens redundans fons sapientiæ.* Opportune sua dicat, VI, 263, 2 : *Mala aurea in lectis argenteis, verbum dictum in tempore suo,* 265, 1. Opportunitatem commodam suos monendi et ad vitæ emendationem excitandi captet, XIV, 317, 2. Publicis cladibus utatur ad salutem audientium, XVI, 186, 1: *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Auditori se attemperet, XVIII, 434, 2 : *Non sicut Moyses ponebat velamen.* Concionatores debent esse ut nubes quæ a Deo directæ unicuique secundum capacitatem cordis sui doctrinam tanquam aquam effundant, *Job*, 523, 1 : *Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum.* Quæque tempore congruo debent depromere pro captu audientium, XV, 335, 2 : *Omnis scriba doctus.... similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera;* V, 559, 2 : *Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde ejus.* Sensim, non simul omnia documenta sua instillet, 564, 1. Cum rudibus et duris agens sensim eas imbuere debet, XIII, 617, 2: *Non stillabis super domum idoli.* Populo tunc minari, nunc blandiri debet, XX, 157, 1. In omnes affectus se transformet, V, 47, 2; 48, 1. Prædicatorum verba mystice sunt portæ exteriores et interiores templi ab Ezechiele descripti, XII, 794, 1; 799, 1. Prædicationis et insitionis variæ analogiæ, XX, 81, 1 : *Suscipite insitum verbum quod potest salvare animas vestras.*

3º *In forma concionum.* Concionandi apostolica ratio efficacissima est, omnibus concionatoribus imitanda, XVIII, 261, 1 : *Et sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis.* Prædicatio Christi quam efficacissima fuit, XI, 582, 1 : *Posuit os meum quasi gladium acutum.* Concionator imitetur seminantem, ventilando semen seminandum, alligando sibi saccum seminis, seu scientiæ docendæ; sapientiam large spargendo et disseminando, V, 452, 2 : *Labia sapientium disseminabunt sapientiam.* Concionator a thesi ad hypothesim debet descendere, XVIII, 642, 2. Prædicator ut vitta coccinea debet esse tenuis, planus et facilis; colligatus, connexus et constrictus, concinnus, suavis et gratus; sanguineum habens colorem, id est, tinctus sanguine Christi, VIII, 42, 1 : *Sicut vitta coccinea labia tua.* Qui nimis de externo ornatu verborum solliciti sunt, fructum et spiritum concionis amittunt, IX, 425, 2 : *Sicut folium fructificans in arbore viridi, alia generantur et alia dejiciuntur : sic generatio carnis et sanguinis.* Qui pomposus et verbosus est, est nubes sine aqua, XX, 674, 2 : *Hi sunt.... nubes sine aqua, arbores autumnales.* Doctrinam ex intimo cordis sensu depromat, nec recitet ad verbum, prout eam memoriter didicit, V, 452, 2. Ejus sermo sit sedatus, et non velox, XX, 72, 2. Sæpe eadem inculcet, 349, 1; 471, 1 : *Hanc ecce vobis... secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem.* Conciones breves potiores sunt prolixis, V, 296, 1, 2 : *Qui moderatur labia sua, prudentissimus est.* Concionator loquax fructu carebit, III, 271, 1. Horam concionis excedens auditoribus tædium creat, sibi fatigationem, *ibid.* Animum non despondeat, nec serium concionandi modum mutet, etsi ab aliis non audiatur, at explodatur ; non ideo suo fructu concio, nec ipse mercede carebit, XII, 738, 2 : *Et es eis quasi carmen musicum, quod suavi dulcique sono canitur, et audiunt verba tua et non faciunt ea.* Concio bona quæ sit, ex fructibus cognoscitur, 342, 1. Conciones Apostolorum erant catecheses, 205, 2; 240, 2.

6º *Fuga vanitatis et proprii commodi in prædicando.* Prædicator non suam, sed Dei gloriam quærat, XVIII, 277, 2 : *Hic jam quæritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur.* Non quærat plausum, sed planctum, XII, 342, 1. Fideles conquirat Christo, non sibi, XVI, 349, 2 : *Amicus sponsi qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Laudatus, laudes ad Christum referat, 94, 1 : *Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me.* Concionator vanus fructu carebit, III, 338, 2; 330. Qui ex concione plausum quærit damnationi se exponit, XVI, 115, 1 : *Væ cum benedixerint vobis homines.* Dum plausum, lucra aut commoda aucupantur, prædicatores, filios spirituales non gignunt, et si quos genuerint, eos promovere nequeunt, XIII, 408, 1 : *Da eis, Domine. Quid dabis eis? Da eis vulvam sine liberis et ubera arentia.* Prædicatores sacram Scripturam prædicantes ad suam gloriam, et qui impie vivendo populum scandalizent, furantur verbum Dei, XII, 187, 1 : *Ecce ego ad prophetas qui furantur verba mea.* Magni fit prædicator, dum placentia dicit; vitia

taxans vituperatur, XVI, 104, 1 : *Omnes testimonium illi dabant, et mirabantur in verbis gratiæ.* Docens placentia carni, causa est ut populus multa scelera committat, 215, 1. Verbo Dei abutens, panem et mensam Dei polluit, XIV, 559, 1. Gloriari non debent prædicatores in fructu concionis suæ, nec animo cadere, si illius nullus fructus sequatur, sed patienter eum expectent, XV, 681, 2 et seq. : *Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo jaciat sementem in terram.... et semen germinet et increscat, dum nescit ille.* Non moveatur auditorum paucitate vel multitudine, V, 452, 2. Eadem alacritate doceat paucos ac multos, rusticos ac nobiles, barbaros ac civiles, XVII, 237, 1, 2 et seqq. Prædicator se humiliare debet, XII, 16, 2 : *Et dixit, et ait : Nescio loqui, quia puer ego sum.* Doctrinam quam docet, eventilet ab omni cupiditate, V, 452, 2. Prædicare verbum Dei gratis, est majoris perfectionis quam sumere alimoniam ab auditoribus, XVI, 640, 2 : *Dicit eis Simon Petrus : Vado piscari.* Prædicatores munera respuant, XVII, 373, 1 : *Argentum et aurum aut vestem nullius concupivi.* Quomodo dicantur miscere vinum cum aqua, XI, 115, 2 : *Vinum tuum mistum est aqua.* Stent super omnia mundana erecti, XII, 515, 1 : *Sta super pedes.*

III. Concionatorum remuneratio. 1° *Remuneratio temporalis.* Prædicator dignus est sustentatione, XV, 263, 2 : *Dignus est enim operarius cibo suo.* Alimentum eis debetur, XVI, 147, 1 : *Dignus est enim operarius mercede sua.* Debent ali a fidelibus, V, 404, 2 : *Ubi plurimæ segetes, manifesta est fortitudo bovis.* Sperare possunt alimoniam ex suis prædicationibus, XVIII, 330, 1 : *Debet in spe qui arat arare.* Per bovem triturantem designantur, 329, 1. Eos alens quomodo eorum meriti particeps fiat, IX, 369, 2 : *Benefac justo, et invenies retributionem magnam ; et si non ab ipso, certe a Domino.* Eos qui alunt, magnam a Deo mercedem excipient, XIX, 4, 2 : *Cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in Evangelio Christi.*

2° *Remuneratio spiritualis.* Eorum gloria sunt auditores bene disciplinati, V, 528, 1 : *Corona senum, filii filiorum.* Eorum sanctitas elucet ex auditorum sancta vita, IX, 360, 1 : *In filiis suis agnoscitur vir.* Quo plus in alios docendo effundent, eo plus sapientiæ et doctrinæ cœlestis recipient, XV, 321, 2 : *Qui enim habet, dabitur ei, et abundabit.* Sanctorum prædicatorum gloriam adauxere omnes quos conversos cœlo asseruerunt, 521, 2 ; 522, 1. Magis sæpe merentur concionatores ubi nullus apparet fructus aut exiguus, XVIII, 269, 1 : *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Doctores et prædicatores fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates, XIII, 169, 1 et seq. (*Vide* Doctor, Prælatus, Pastor).

CONCORDIA. I. Natura et definitio. — Concordia unde dicta XXI, 127, 2 : *Viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas.* Concordia cor facit unum, cur, XVII, 132, 2 : *Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una.*

II. Concordiæ bona et effectus. — Concordia quanta vis, V, 580, 2 : *Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma, et judicia quasi vectes urbium,* XX, 320, 2 : *Omnes unanimes, compatientes.* Concordia fratrum valida et inexpugnabilis, V, 580, 2. Ea evadit potens instar regni. *ibid.* Munimen est omni muro firmius, XIX, 20, 1 : *Unanimes, idipsum sentientes.* Unit familias et munit urbes, XV, 304, 1 : *Omnis civitas vel domus divisa contra se, non stabit.* Quanta sustineat onera, XIV, 303, 1 : *Reddam populis labium electum ut,..... serviant ei* (Domino) *humero uno.*

Concordia quanta bona, V, 582, 2 ; IX, 668, 2 : *In tribus placitum est spiritui meo quæ sunt probata coram Deo et hominibus : Concordia fratrum....* Concordiæ bona, ejusque ditantis symbola, XI, 262, 1 : *Habitabit lupus cum agno.*

Concordia concentui musico comparatur, X, 386, 2 : *Tibiæ et psalterium suavem faciunt melodiam, et super utraque lingua suavis.* Est musica Deo gratissima et hominibus, 152, 1 : *Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi, sic numerus musicorum in jucundo et moderato.* Placet Deo præ sacrificio, XV, 162, 2 : *Relinque munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari.* Concordia fratrum quam sit suavis, XIII, 545, 2. Concordia fratrum bona et jucunda, *Psalm.* II, 387, 2 et seq : *Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum.* Quantum sit bonum, Deoque quam gratum, XV, 412, 2 et seq. : *Ubi enim duo vel tres consentientes in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Concordia civium est victoria de hostibus, X, 494, 2 : Concordia nos unit Deo, XVI, 600, 1 : *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te.* Concordiæ præmium, XVIII, 512, 1, 2. *Pacem habete, et Deus pacis erit vobiscum.*

III. Concordiæ necessitas et obligatio. — Concordia prima et præcipua est virtus, ea in triplici hominum genere requiritur, IX, 668, 1 : *In tribus placitum est spiritui meo..... concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier sibi bene consentientes.* Ea decet christianos, VI, 229, 2. Concordia christianis commendatur, XVIII, 237, 2 : *Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos.* Est studiose conservanda, V, 580, 2. Est colenda cum proximis, domesticis et vicinis, XI, 462, 1. Concordia et unio cur requirantur in religiosis, et clericis, virisque apostolicis, XXI, 398, 1 ; 400, 1 : *Duodecim portæ duodecim margaritæ sunt, per singulas.*

IV. Concordiæ causa, media, exempla. — Concordiæ causa est amor mutuus, IX, 668, 1. Etiam ejus causa SS. Trinitas, 668, 2. Ejus duo media, XVII, 133, 1. Exempla concordiæ in bove et vipera, X, 338, 2 : *Amicus et sodalis in tempore convenientes.*

Alia ejus exempla, gnomæ et apophtegmata, XIX, 20, 1; XX, 320, 2. In cœlestibus quanta concordia, *Job*, 511, 1: *Potestas et terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis* (*Vide* AMOR PROXIMI).

CONCUBINA, CONCUBINATUS. 1° Concubina quæ sit, quæ uxor, I, 268, 2. Concubinæ erant legitimæ uxores, licet secundariæ, VIII, 149, 1; IX, 434, 2. Earum filii videbantur spurii, quia secundarii, XVI, 448, 1. Concubinis non nimis credendum, IX, 245, 2.

2° Concubinatus vetandus non conjugatis, IX, 527, 2. Is in Hispania in nullo toleratur, *ibid.* Concubinatus sacerdotum est velut hæresis Nicolaitarum, XXI, 52, 1.

3° Concubinarius in complexu concubinæ fulgure sideratus, IV, 296, 2. Concubinarii impœnitentia in Italia, III, 613, 2. In ipso concubitu multi occubuere, V, 198, 1 (*Vide* LUPANARIA, LIBIDO, etc.).

CONCUPISCENTIA. I. CONCUPISCENTIÆ DEFINITIO ET NATURA. — Concupiscentia quid proprie sit, XX, 55, 1; 56, 1. Non est in homine aliqua substantia prava a diabolo producta quæ malos motus suscitet, XVIII, 601, 2; XX, 54, 2. Nec est peccatum originale, XX, 54, 2. Nec est prava qualitas progenita a peccato originali, 55, 1. Quibus nominibus a Paulo significetur, XVIII, 29, 1. Cur vocetur peccatum, X, 28, 1; XX, 515, 1. Jugiter hominem titillat, tentat ad peccandum, et una succedit alteri X, 28, 1; XX, 53, 2. Est causa intrinseca tentationis et peccati, extrinsecæ causæ sunt variæ, XX, 54, 1. Ipsa est semen et origo peccati, *ibid.*, 2. Est manubrium dæmonis, XVIII, 566, 1. Est filia dei alieni, XIV, 577, 2. Vocatur quoque morbidus affectus et affectionalis qualitas, XX, 56, 1, 2. Non est quid superadditum potentiis animæ, *ibid.* Concupiscentia dicitur necessitas, *Psalm.* I, 143, 1. Est serva rationis et spiritus, X, 189, 2.

II. CONCUPISCENTIÆ PROPRIETATES. 1° *Ejus origo.* Concupiscentia non est ex Deo sed ex peccato et diabolo, XX, 55, 2. Nata est in homine ex peccato, IX, 318, 1: *Non est creata hominibus superbia.* Eam trahimus ex Adamo, sed per Christum illa facta est materia luctæ et victoriæ, XVIII, 103, 2; XX, 547, 1. Non est ex Deo, sed ex mundo, *ibid.* Eam peccato meruimus, hæc auferetur in resurrectione, XIII, 465, 1. Conceptio concupiscentiæ quæ et quando fiat, XX, 56, 2. Ex concupiscentia mulieris concupiscentia viri nascitur, X, 370: *De vestimentis enim procedit tinea; et a muliere iniquitas viri.*

2° *Ejus universalitas.* Nemo ea caret, VI, 57, 1: *Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato?* Maxime erga res venereas, *ibid.* 2. Ei traditi sumus quasi tyranno, etiam justi, XVIII, 123, 2: *Ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato.* Quomodo in justis transeat reatu, maneat actu, 130, 1: *Nihil damnationis est in qui sunt in Christo Jesu.* Quo sensu puero sit colligata, VI, 158, 2: *Stultitia colligata est in corde pueri.* Hæc ei deforis advenit, *ibid.* Quatenus ab ea liberari petere liceat, XV, 194, 1.

3° *Ubi in homine resideat.* Non tantum residet, in appetitu sensitivo, sed etiam in rationali, XVIII, 565, 2; 601, 1. Est etiam in intellectu et voluntate, XX, 55, 2. In membris potissime residet, 171, 2: *Unde bella et lites in vobis? Nonne ex hinc? Ex concupiscentiis vestris quæ militant in membris vestris?* Concupiscentiæ sedes et instrumentum sanguis est, XIII, 335, 2.

4° *Quamdiu durat.* Concupiscentia nobis innata domari quidem potest, extirpari non potest, XV, 179, 2. Ligat filios Adam per omnem vitam, VI, 158, 1, 2. Concupiscentia materialis, non formalis, est in mundo, XX, 545, 1.

5° *Quotuplex sit concupiscentia.* Est ea in nobis quadruplex, VI, 458, 1. Concupiscentia triplex est in mundo, XX, 545, 1; 546, 1. Concupiscentia oculorum quæ sit, 545, 2. Quæ carnis, 546, 1. Idem sunt quod ipse mundus, 175, 1.

6° *Quales sint concupiscentiæ caracteres.* Non habet mentem, V, 180, 1: *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suam.* Est cæca et vitiosa, IX, 519, 1: *Si præstes animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Est stulta et clamosa, V, 263, 1: *Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris, et nihil omnino sciens.* Opponitur veræ sapientiæ, V, 262, 2. Opponitur SS. Trinitati, XX, 545, 1; 546, 1. Inter eam et rationem sunt assidua bella, VI, 458, 2. Militat adversus spiritum, XX, 171, 2. Concupiscat caro adversus spiritum quomodo, XVIII, 29, 1. Ejus et spiritus lucta, 125, 2. Quomodo nobis dominantur et non dominantur concupiscentiæ, XX, 171, 2. Suscitant bella in nobis, 172, 1. Concupiscentia semper æruginat nequitiam, IX, 377, 2. Hæc sæpe exhalat fœdas imagines, VI, 57, 1. Insatiabilis est, XX, 172, 1. Item instabilis, *ibid.*, 2. Blande irrepit et enecat, 58, 1.

7° *Concupiscentiæ vis et violentia*, IX, 518, 1: *Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere.* Quam sit potens, X, 241, 1. *Super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium* (species mulieris), XX, 172, 1. Ejus quanta sit vis, XIV, 204, 2. Concupiscentiæ feritas, XX, 59, 2. Concupiscentia muliebris est velut ignis, IX, 308, 2. Concupiscentia cuique innata difficulter superatur, VI, 439, 1. Eam mortificare quam difficile sit, XV, 166, 2. Quia nobis vitaliter inhæret, sine magno animi dolore evelli nequit, XVIII, 133, 2.

8° *Concupiscentiæ typi et emblemata.* Ejus emblema sunt sirenes, IX, 518, 1. Diversimode est velut Eva, febris, vulpes, lena, prurigo, XX, 53, 2; 54, 1. Est velut bestia, IX, 243, 1. Ejus typus est limax, 519, 1. Repræsentatur concupiscentia per locustas, XXI, 199, 1, 2. Per sanguisugam ejus quatuor filiæ, VI, 442, 1. Idque per varias analogias denotatur, *ibid.*, 2. Concupiscentiæ quomodo apte comparantur muscæ, VII, 332, 1. Per renes denotantur,

VI, 193, 2. Concupiscentiæ per lepram adumbrantur, XVI, 232, 2. Per febrim denotantur, XV, 228, 2. Hujus triplicis typi qui fuerunt, Cain, Balaam et Core, XX, 673, 1. Concupiscentia cupidini confertur et ejus conditiones et mors, 60, 1. Est velut meretrix, V, 66, 2; 200, 1; 268, 1. Est latro, VI, 203, 1. Alienigenæ comparatur, IX, 367, 1. Est turbo, VIII, 371, 2. Concupiscentia carnis est velut nequam mulier, IX, 684, 2. Est velut senex fatuus, 672, 1. Est similis puero quoad tria, X, 92, 1. Concupiscentia oculorum est velut dives mendax, IX, 672, 1. Concupiscentiæ sunt mysticæ fornicationes, XX, 175, 1.

III° MOTIVA AD CONCUPISCENTIAM FUGIENDAM. — 1° *Concupiscentia pœna est peccati, et causa peccati, et peccatum*, XVIII, 123, 1. Dum consensum aliquem elicit, parit peccatum, XX, 56, 1: *Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum.* Concupiscentia ex Adamo contracta mater et fons est omnis peccati, XIV, 419, 1. Concupiscentia carnalis deliberata est peccatum mortale, XV, 165, 1: *Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in corde suo.* Concupiscentia repugnat legi naturali et divinæ, IX, 518, 2. Repugnat divinæ societati, XX, 414, 2: *Fugientes quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.* Ob eam non potest homo semper ab omni veniali peccato abstinere, 136, 1: *In multis enim offendimus omnes.* Concupiscentiam internam Judæi non putabant esse peccatum, II, 419, 2: *Non concupisces uxorem proximi*, Concupiscentia omnis rei vetita est ob sex causas, 420, 1. Concupiscentiam rei alienæ vetat decimum Decalogi præceptum, *ibid.* Concupiscentia interna mulieris lege veteri fuit vetita, V, 172, 2: *Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius.*

Concupiscentiam involontariam vetari, falso vult Calvinus, II, 420, 1. Motus ejus rationem prævenientes et proinde involontarii, nulla sunt peccata, XX, 57, 1. Ejus motus sentire non est peccatum, sed consentire, IX, 517, 2: *Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere.*

2° *Fugienda propter multiplices concupiscentiæ noxios affectus.* Quam sit noxia, V, 66, 2; 131, 2; 132, 2; 175, 1. Ejus adimpletio varia causat mala, IX, 518, 2.

Concupiscentiæ sæpe impediunt fidei acceptionem, XVI, 346, 1: *Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; erant enim eorum mala opera.* Est obex sapientiæ acquirendæ, ideo a nobis tollenda, IX, 59, 2: *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.*

Concupiscentia exsiccat omnem virorem virtutis, V, 279, 1: *Qui stertit ætate, filius confusionis est.* Impedit bona opera, XIX, 494, 2: *Deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum.* Quomodo impediat virtutum opera, XVIII, 566, 2: *Hæc enim sibi adversantur, ut non quæcumque vultis, illa facietis.* Concupiscentia rerum terrenarum vacandum præcipue, *Psalm.* I, 305, 1: *Vacate et videte quoniam ego sum Deus.*

Concupiscentiam qui sequitur, mancipium est, XX, 465, 1: *Libertatem illi promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis.* Concupiscentiæ sunt laquei desideranti, XII, 597, 2: *Ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, ut capiatur domus Israel in corde suo.* Concupiscens quomodo non habeat quod concupiscit, XX, 172, 1, 2. Possidetur ipse a re concupita, non eam possidet, *ibid.* Concupiscentiæ indulgens incidet in egestatem et ignominiam, V, 92, 1. Ei obsequens omnium rerum possessione spoliatur, VI, 66, 1: *Suavis est homini panis mendacii, et postea implebitur os ejus calculo.* Et similis est urbi hostibus patenti, VI, 292, 2. Via concupiscentiæ spinosa est, VIII, 382, 1: *Ambulavimus vias difficiles.* Ex ea oritur tristitia, X, 105, 2: *Congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe expelle a te.* Ejus filiæ, IX, 518, 1.

Cito concupiscentia transit, XX, 547, 2: *Et mundus transit, et concupiscentia ejus.* Interit una cum homine, IX, 426, 1: *Omne opus corruptibile in fine deficiet, et qui illud operatur, ibit cum illo.* Ejus ignis punitur igne gehennæ, 237, 1: *Vindicta carnis impii, ignis et vermis.*

3° *Propter bona concupiscentiam vincenti promissa.* Concupiscentiæ dominans, rex est, X, 430, 1: *Dominantes in potestatibus, homines magni virtute.* Eam domans animam suam invenit, XVI, 509, 1: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Concupiscentiarum mortificatio est via acquirendæ arctæ unionis cum Deo, XVI, 602, 2: *Ego in eis, et tu in me, ut sint consummati in unum.* Qui concupiscentiæ ardorem vincit, vincet etiam ignem corporeum, X, 553, 1: *A pressura flammæ quæ circumdedit me, et in medio ignis non sum æstuatus.* Concupiscentiam vincentibus dantur consolationes, XXI, 54, 1: *Vincenti dabo manna absconditum.* Per luctam contra eam in mundo meremur liberari ab ea in cœlo, XVIII, 120, 2.

IV. MEDIA AD CONCUPISCENTIAM REFRÆNANDAM. — 1° *Contra illam bellando.* Concupiscentia refrænanda, IX, 518, 2. Ei bellum est inferendum, XX, 58, 1; 169, 2; 175, 2. Cedendo augetur, et resistendo minuitur, 61, 1. Serio vincenda est, non remisse, V, 569, 1. Vinci potest quatuor modis, II, 420, 1. Concupiscentiæ pravæ sunt per contrarias virtutes evincendæ, X, 265, 1: *Fili, in vita tua tenta animam tuam, et si fuerit nequam, non des illi potestatem.*

2° *Oratione.* Optimum contra eam remedium est oratio, XX, 58, 2. Concupiscentiam dum sentis, invoca B. Virginem, IV, 356, 1, 2. Concupiscentiam domat recordatio Dei, X, 50, 2: *Memorare timorem Dei, et non irascaris proximo.* Extinguitur passione Christi, IV, 294, 1.

3° *Austeritate vitæ.* Concupiscentia est austeritate frangenda, X, 366, 2. Non debet deliciis indulgere, VI, 11, 2 : *Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus.* Concupiscentiam refrænat ethica christiana per viam afflictionis, timoris, tristitiæ, IX, 158, 2. Refrænanda est virga timoris Dei et disciplina, 211, 2 : *Injice pedem tuum in compedes illius* (sapientiæ), 596, 1. Est tribulatione coercenda, V, 293, 1 : *Via vitæ custodienti disciplinam.* Ea minuitur per afflictiones et tribulationes, XX, 16, 2 : *Omne gaudium existimate, cum in varias tentationes incideritis.* Iræ Dei signum est, si concupiscentiæ nostræ vota concedat; misericordiæ vero, si neget, VIII, 589, 2: *Pro quibus tormentis bene disposuisti populum tuum, quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui novum saporem* (*Vide* CUPIDITAS).

CONDITIO. Conditio sive vitæ status sua cuique a Deo datur, VI, 413, 1, 2 : *Judicium a Domino egreditur singulorum.*

Conditio cum est impossibilis, etiam est impossibile id quod hanc conditionem requirit, XVIII, 61, 2.

CONDITIONALIA. Conditionalium scientia in Deo ex multis probatur, III 404. 2 (*Vide* DEUS).

CONDUCTUM. De conducto quid lege Mosis statutum fuerit, I, 617, 1. Conductum substantive capitur pro domo conducta, XVII, 444, 1.

CONFESSARIUS. 1° *Quales debeant esse confessarii*, 594, 1, 2 et seq. Quomodo se munire debeant, ac cum peccatoribus agere, XX, 687, 1 : *Odientes et eam quæ carnalis est, maculatam tunicam.* Confessarii sunt vicarii Christi in judicando, leviter hoc peragere judicium non debent, XIV, 591, 2 : *Et sedebit conflans et emundans argentum.* Confessarius quid sit erga peccata, peccatorum excantator, VII, 345, 1. Confessarii sunt animæ medici, X, 269, 1 : Quales sint ex pœnitentibus agnoscitur, XIV, 591, 2. Apposite pœnitentibus respondentes, videntur eis quasi osculum pacis imprimere, VI, 242, 2 : *Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.* Sæpe penetrant fundum conscientiæ suorum pœnitentium, 351, 2 : *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Confessarii indignos absolventes eorum peccata in se transcribunt, XIX, 248, 2 : *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Confessarius quid agere debeat in perditione pœnitentis sui, XVI, 120, 1. Pœnitentes nimiis præceptis et pœnitentiis non gravent, VI, 476, 2. Adolescentulis menstrua potius quam perpetua vota concedant, XIX, 246, 1 : *Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia.* Cur imponant manus in absolutione, 248, 2. Sæpe orent Deum, ut dirigat linguam ipsorum, V, 481, 2 et seq. *Homini est præparare animam, et Domini gubernare linguam.* Conscientiarum cognoscendarum donum confessarii a Deo identidem petant, VI, 351, 2. In confessione sacramentali secreti fides religiosa est, 37, 1.

Confessarii principum libere eorum vitia reprehendant, et sana consilia iis suggerent, XIII, 61, 2: *Rex, consilium meum placeat tibi. Peccata tua eleemosynis redime.* Confessarii magnatum sæpe conscientias suas commaculant, IX, 385, 1: *Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat.* Confessarius regibus Aragoniæ olim a regni Statibus assignabatur, XII, 664, 2: *Prophetæ autem ejus liniebant eos absque temperamento.*

2° *Quæ sint erga confessarios officia pœnitentium?* Iis honor deferendus tanquam animæ medicis, X, 269, 1. Omnia animæ vulnera et lepræ detegenda, XIII, 460, 1: *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum ejus.* Iis aperiendæ omnes cogitationes et animi motus, ad dolos Satanæ retegendos, XVIII, 428, 1: *Ut non circumveniamur a Satana, non enim ignoramus cogitationes ejus*, 494, 1: *Ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis.*

CONFESSIO. I. CONFESSIO SACRAMENTALIS INSTITUTIO. — Confessio sacramentalis instituta est a Christo, XVI, 634, 1: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.* Ipsa a Christo instituta, sed eam denuntiavit S. Jacobus, XX, 221, 1 : *Confitemini ergo alterutrum peccata vestra.* Confessio particularis astruitur, et sacramentalis, XVII, 354, 1, 2: *Multi autem credentium veniebant confitentes et annuntiantes actus suos.* Confessio specialis melior est generali, XX, 528, 2 : *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra.* Facta laicis non est sacramentalis nec præcepta, 220, 1. Hæc quando commendetur, *ibid.* 2. Confitenda mortalia sacerdotibus, laicis venialia, 528, 2. Quare confessio publica jam sublata est, XVIII, 353, 2.

II. CONFESSIONIS SACRAMENTALIS NECESSITAS. — Confitenda sunt peccata, IX, 166, 1. Confessio sacramentalis mortalium est christianis præcepta a Christo, VI, 375, 1: *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Est necessaria peccatori propter quatuor rationes, XVI, 209, 2 : *Pater, peccavi in cœlum et coram te.* Est ad salutem necessaria, XX, 221, 1. Ejus vis, *ibid.* Sine ea nemo salvari potest, IX, 493, 1 : *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere.* Confessio sacramentalis medium est necessarium ad justificationem, XI, 537, 2 : *Reduc me in memoriam, et judicemur simul, narra si quid habes ut justificeris.* Ea peccatori usurpanda, si velit veniam et gratiam Dei consequi, VI, 375, 1. Confessio communioni præmittenda, XVIII, 368, 1 : *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat.* De confessionis sacramentalis necessitate et fructu, II, 371, 2.

III. Confessionis utilitas et salutares effectus. — Confessio sacramentalis quam sit utilis, XX, 529, 1. De fructu confessionis varia exempla, II, 37, 1, 2. Confiteri peccata laudabile est, V, 578, 2. Confessio peccatorum Deum glorificat, III, 44, 2: *Ait Josue ad Achan: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel*. Veritatem ac Deum honorat, V, 577, 1: *Justus prior est accusator sui*. Confessio humilis redarguenti reddita Deum iratum placat, 446, 2: *Responsio mollis frangit iram; Job*, 650, 1. *Respiciet homines, et dicet: Peccavi, et vere deliqui, et ut eram dignus non recepi*. Confessio humilis plus potest quam cæteræ virtutes, XVI, 244, 2: *Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam ab illo*. Peracta cum dolore, parit veniam, VI, 374, 1, 2 et seq. Ipsa a culpa et pœna liberat, V, 578, 1. Est vomitorium peccati, *Job*, 629, 2. Est initium emendationis, IX, 547, 1: *Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum*. Disponit ad ardentem charitatem, XVI, 210, 2: *Fac me sicut unum de mercenariis*. Confessio peccatorum panacea et divinum aloes genus, *Job*, 306, 2: *Vias meas in conspectu ejus arguam*. Refellit ac compescit dæmonem, V, 578, 1. Diaboli vires frangit, id probatur exemplis, XVII, 355, 1. Hæc peccatorem in divorum numerum transcribit, XVI, 211, 1: *Cito proferte stolam primam et induite illum*. Confessionis peccatorum encomia, IX, 166, 2: *Non confundaris confiteri peccata tua*. Confessionem peccatorum etiam laudarunt gentiles, II, 37, 1, 2.

IV. Quomodo et quando confessio fieri debeat. — Confessio sit prima apud Deum et apud homines, V, 577, 1. Sit spontanea, *Job*, 629, 2: *Si abscondi quasi homo peccatum meum, et celavi in sinu meo iniquitatem*. Procedat ex corde sincero, V, 578, 1. In confessione falsum dicens, in re parva peccat venialiter, XV, 193, 2. Ea fit vel laudando Deum, vel nos accusando, IX, 493, 1. Etiam laudem Dei et gratiarum actionem involvit, *ibid*. Confessio debet fieri animo contrito et contribulato, *Job*, 190, 1: *Loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ*. Confessio includit tres partes pœnitentiæ, quomodo vice Dei fungatur, est peccati retractatio, VI, 374, 1, 2 et seq.

Confessio sacramentalis gratiam, veniam et satisfactionem vel in re vel in voto debet antecedere, V, 578, 1, 2. Ea facienda in sanitate, non in morbo, IX, 494, 2. Confessiones in morte eorum qui male vixere, vix bonæ esse queunt, XX, 118, 1.

V. Confessio in veteri lege. — Confessionis specialis peccati alicujus Judæis in quibusdam casibus fuit præcepta, VI, 374, 1, 2 et seq. Ea non tantum Deo sed sacerdoti fiebat, IX, 493, 1. Hæc fieri debebat in sacrificio pro peccato, IX, 252, 1, 2. Confessio Judæorum et Christianorum quomodo differant, XV, 98, 1. Confessionis particularis in lege veteri quis erat typus, II, 37, 1. Ejus apud Judæos ritus, 33, 1. An ea a Salomone prædicta sit, et a Spiritu sancto prævisa, XI, 374, 1; 375, 1. Designatur per calculum Isaiæ, 179, 2.

CONFESSOR. *Confiteri* et *profiteri* fidem quid sit, XVIII, 223, 2. Confiteri sumitur subinde pro laudare et gratias agere, XV, 292, 2. Fidem suam confiteri palam oportet, XVI, 517, 1, 2. Fides et religio vocantur confessio, XIX, 379, 1 (*Vide* Fides).

Confessores in carcere mortis sententiam expectantes vocabantur olim martyres, XXI, 173, 2. Confessorum Christi in Africa ad exilium properantium animositas et constantia in pœnis et sordibus, XII, 164, 2. Quam indignis modis a Wandalis Arianis habiti, 410, 1. Confessores in vincula et tormenta se dantes spe gloriæ æternæ sunt vincti spei tropologice, XIV, 462, 1. Per equos varios repræsentantur, 428, 1. Confessores pro Christi fide capti, qui sibi nimis fidunt, in tormentis deficiunt, 82, 2; 83, 1. Qualem confessionem Timotheus fecerit, XIX, 262, 1. Confessorum et Martyrum confessio quomodo differat, *ibid.*, 2. Confitentes Christum ab illo honorabuntur, XVI, 274, 2. Confessorum quanta copia in cœlo, XXI, 170, 1. Confessorum tentationes torrenti rapidissimo similes, *Psalm*. II, 350, 2. Confessio capitur aliquando pro sepulcro martyrum in priscis Martyrologiis, XXI, 147, 2 et seq.

CONFIDENTIA, CONFIDERE IN DEO. Confidentes in Domino qui sint, et quod vere sint montes, *Psalm*. II, 353, 1: *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion*. Confidentia in Deo est habenda, XIX, 275, 2. Confidendum in Deo et sanctis, non in mundo vel amicis, XII, 36, 2; 139, 1, 2: *Maledictus homo qui confidit in homine*, XX, 389, 2: *Omnem sollicitudinem projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis*. Confidentia nostra in Deum eum excitat ad nobis providendum, 390, 1. Ea oritur ex mentis pace, XIX, 64, 1. Confidentia et spes christianorum qualis, 465, 1: *Nolite itaque amittere confidentiam vestram*. Confidentia in Deo est firma allegatio ad misericordiam impetrandam, *Psalm*. I, 368, 1: *Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea*. Confidentia in Deo cooperationem nostram non excludit, I, 360, 2: *Jacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet*. Confidentes in Domino quam securi esse debeant, *Psalm*. II, 353, 2: *Montes in circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui*. Confidentiæ in Deum signum est calceus, XVIII, 680, 1: *Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis*. Confidens in Deo arbori fructiferæ assimilatur, *Job*, 166, 2 (*Vide* Fiducia, Spes).

CONFIRMATIO. Confirmatio est sacramentum, ejus minister est episcopus, XVII, 103, 2; 197, 2; XXI, 67, 1, 2. Ejus effectus et fructus, XVIII, 424, 2. In eo datur Spiritus sanctus, XVII, 103, 2; 197, 2. In eo datur robur et plenitudo Spiritus

sancti, XVIII, 94, 2. Id dicitur perfectio et consummatio, 261, 1. In eo datur plenitudo gratiæ in baptismo acceptæ, XVII, 198, 2 et seqq. Ejus vis, 151, 1. Confirmationis sacramenti effectus, IX, 644, 1. In eo datur donum sapientiæ, XX, 544, 1. In hoc sacramento quasi milites auctoramur ad certandum pro fide Christi usque ad mortem, XX, 346, 2.

Confirmationis sacramentum initio Ecclesiæ dabatur mox a baptismo, XVIII, 94, 2 et seqq.; XIX, 337, 2; 399, 1. Iterari non potest, XIX, 401, 1. Ad confirmationem chrisma requiritur, XVII, 103, 2; 197, 1. In confirmatione varia aliquando membra inunguntur, XX, 346, 2. Confirmationis sacramentum ab Isaia significatur, XI, 367, 1.

CONJUGIUM. 1° Conjugium dictum a *Jugo*, X, 5, 2: *Sicut boum jugum quod movetur, ita et mulier nequam.* Conjugium solius hominis est a Deo institutum inter unum masculum et unam feminam, XV, 419, 1: *Non legistis, quia qui fecit hominem, ab initio masculum et feminam fecit eos?*

2° Conjugium non reprehenditur nisi quatenus animus per id a salute revocatur, XVI, 198, 1: *Alius dixit: Uxorem duxi, et ideo non possum venire.* Est id cuique liberum, XVIII, 320, 1. Conjugium olim interdictum militibus, XIX, 283, 1, 2.

3° Conjugium sit honorabile in omnibus, XIX, 514, 2: *Honorabile connubium in omnibus, et thorus immaculatus.* An conjugium nurus cum socero sit jure naturæ irritum, III, 553, 2. Conjugia cum Chananæis Judæis vetita, cur; quo pacto permissa, IV, 224, 1. Conjugia cum infidelibus perniciosa, III, 630, 1. Conjugia catholicorum cum hæreticis dissuadenda, XVIII, 322, 1: *Quod si dormierit* (vir ejus), *cui vult nubat, tantum in Domino.* Conjugium requirit virilem ætatem, IV, 270, 1, 2: *Cum vero factus esset vir, accepit uxorem Annam.* Conjugium dispar grave est onus, IX, 676, 2: *Beatus qui habitat cum muliere sensata*, XVIII, 461, 1: *Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate, aut quæ pars fideli cum infideli?* Conjugii actus quando peccatum veniale includat, 301, 1.

4° Conjugii sanctitas in fide mutuo servanda, X, 12, 2: *Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata.* Conjugii fides servanda, IX, 611, 1. Ejus tota felicitas consistit in mutuo conjugum amore, X, 12, 1.

5° Conjugii bona caduca sunt et peritura, XVIII, 313, 1: *Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem.* Ejus voluptas fellea et epileptica, 314, 1: *Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi.* Conjugio potior est virginitas, 313, 2. Conjugati inferiores sunt dignitate continentibus, XII, 808, 2 (*Vide* MATRIMONIUM, VIRGINITAS).

CONJUX, CONJUGES. I. QUÆ SINT CONDITIONES UT OPTIME CONJUNGANTUR. — 1° *Sint pares*, VI, 147, 1. Conditio par sit inter conjuges, 20, 2. Ob conjuges incongruos sibi multi damnantur, 19, 2. Si sit dispar, quid agendum sit ei qui inferioris est conditionis, 20, 2. Conjuges in quo pares sint, XVIII, 300, 2. Cur fidelis conjux non possit cohabitare infideli, 306, 1. Conjugi fideli ab infideli discedere ob rixas, probra, etc., suadet Apostolus, 309, 1.

2° *Inter se habeant consensum, concordiam et amorem*, IX, 670, 1: *In tribus placitum est spiritui meo.... Vir et mulier sibi bene consentientes.* Conjux propter conjugem parentes deserat, XVIII, 295, 1. Sunt velut unus homo civilis, *ibid.* Amor est vinculum, nodus et anima conjugis, VI, 21, 2. Subinde se vocant mutuo fratres et sorores, IV, 399, 2; 400, 1: *Quid habes, Esther? Ego sum frater tuus.* Sunt duo in carne una, XV, 419, 1, 2: *Et erunt duo in carne una.* Quomodo sint duo in carne una, XVIII, 295, 1. Ament se invicem, V, 347, 1; XV, 419, 1, 2. Cur se invicem diligere debeant, XVIII, 665, 1; 667, 2: *Unusquisque uxorem diligat.* Conjugum amor quantus esse debeat, XIV, 580, 1: *Nonne unus fecit, et residuum spiritus ejus est?* Amor erga conjugem nimius fit adulterinus, V, 146, 1, 2. Conjuges Deum ament et colant, itaque fiet ut inter se conveniant, VI, 21, 1. Sic Deum experientur fautorem, 104, 1, 2. Conjugum par pacifice viventium Deo mire placet, I, 274, 1.

3° *Caste et sobrie vivant in conjugio*, IV, 296, 2. Quem finem intendere debent in copula, 295, 2: *Amore filiorum magis quam libidine ductus.* Conjugum donum electum est triplex, fides, proles et sacramentum, VIII, 346, 1. Sobrii sint, maxime cum generationi vacant, IV, 300, 2: *Cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.* A mensa ebrietatem, detractionem, etc., arceant, *ibid.* Delectationem copulæ moderari debent, VI, 146, 2. Tempore publicæ calamitatis, pœnitentiæ, supplicationis, quadragesimæ ut abstineant copula, suadetur, XIII, 499, 2: *Egrediatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo.*

4° *Se invicem in conjugio opus habent*, XVIII, 356, 2: *Verumtamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino.* Mutuo onera conjugii ferant, V, 147, 1; VI, 494, 1. Statu suo contenti sint, XVIII, 302, 1, 2: *Unusquisque proprium donum habet ex Deo.* Conjugibus bonis anni sunt duplices, X, 2, 1. Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illius duplex.

II. CONJUGUM BONORUM EXEMPLA. — Conjuges christiani sequantur exemplum Tobiæ et Saræ, IV, 295, 1. Imitentur pacificum S. Josephi et Deiparæ, XV, 64, 2. Conjuges multi in conjugio caste vixere, *ibid.*, 1. Duorum in continentia viventum exemplum, IV, 284, 1; XVIII, 301, 2. In eodem sepulcro miraculose conditi, IV, 284, 1.

CONSCIENTIA. I. CONSCIENTIÆ NATURA, OFFICIUM, VIS ET EFFICACIA. — 1° Conscientia est vestis animæ, XIV, 581, 2: *Operiet autem iniquitas vestimentum tuum.* Conscientia cuique est instar li-

bri, in quo sua bona et mala opera legit, XXI, 362, 1: *Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Data est a Deo cuique velut pædagogus, lex et norma actionum, X, 162, 2: *In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ, hoc est enim conservatio mandatorum.* Ejus dictamen, quatenus sequendum, 162, 2. Contra hoc dictamen aliquid faciens peccat, etsi res in se non sit mala, sed bona, *ibid.* Cur ejus dictamen vocetur fides, XVIII, 234, 2. Conscientia erronea etiam obligat, deponenda tamen est, 234, 2: *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Conscientia est animæ stomachus, VI, 35, 1. Umbilico repræsentatur, V, 80, 1: *Time Deum et recede a malo, sanitas quippe erit umbilico tuo.* Conscientia hominis est velut mare et abyssus, XII, 141, 1: *Est cor hominis inscrutabile.* Ipsa quomodo statera recta et dolosa sit, V, 313, 1: *Statera dolosa abominatio apud Dominum.* Conscientia Dei quæ dicatur, XX, 301, 2 et seq.: *Si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias.* Conscientiarum septem genera sunt, XXI, 42, 1: *Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua.*

2° *Conscientiæ vis et efficacia*, I, 367, 2: *Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum*; 517, 2: *Factæ sunt tenebræ horribiles in universa terra*; XII, 121, 1: *Si iniquitates nostræ responderint nobis.* Conscientiæ vis et quies, XVIII, 422, 2: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*; XIX, 180, 1: *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona.* Conscientia cuique sua est velut gallus assidue cantans, XV, 592, 2. Conscientia homini sua peccata describit et aggerit, XIII, 71, 2: *Idcirco missus est articulus manus, quæ scripsit hoc quod exaratum est.* Conscientia est actor in tribunali cordis, XVIII, 63, 1: *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.* Est testis et judex malorum et bonorum operum, *ibid.* Conscientia nullum theatrum majus, 282, 2. Testimonium conscientiæ quod, *Job*, 486, 1. Conscientia urgente pœna menti culpam in memoriam revocat, IV, 441, 2: *Nunc vero reminiscor malorum quæ feci in Jerusalem.* Est frenum post peccatum et flagrum, XII, 121, 1.

Ipsa in hora mortis denudat cuique quid egerit, IX, 359, 1: *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, et in fine hominis denudatio operum illius.* Ejus potestas in die judicii, XII, 138, 1: *Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum.* Ea in die judicis peccatorem accusabit, XIV, 283, 1: *Scrutabor Jerusalem in lucernis*; XVIII, 63, 1: *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum judicabit Deus occulta hominum.* Conscientiæ omnium in die judicii patebunt, ut videantur tum sua, tum aliorum peccata, *ibid.*

II. CONSCIENTIÆ BONÆ FRUCTUS ET COMMODA. — Conscientia pura et cor purum sunt idem, XIX, 180, 1: *Finis præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona.* Conscientia pura est magna cordis mundities, XV, 148, 1: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Conscientiæ bonæ elogium, XIV, 354, 1, 2: *Ponam te quasi signaculum, quia te elegi.* Conscientia bona tessera est veri Christiani, XX, 464, 1, 2: *Quod et vos nunc similis formæ salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum.* Hac maxime colitur Deus, 94, 2. *Religio munda et immaculata... hæc est... immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Conscientiæ pacem habens, Christum in animo habet, XIV, 122, 1: *Et erit iste pax.*

Conscientia bona est remedium tristitiæ, IX, 408, 2: *Felix qui non habuit animi sui tristitiam, et non excidit a spe sua*; X, 102, 2: *Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo.* Conscientiæ bonæ quies, securitas et gaudium, XVI, 157, 2: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*; V, 521, 2: *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio.* Conscientiæ bonæ lætitia et jubilus, IX, 75, 1: *Religiositas custodiet et justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit*; X, 98, 1: *Non est oblectamentum super cordis gaudium*; 109, 2: *Splendidum cor et bonum in epulis est, epulæ enim illius diligenter fiunt*; XVIII, 568, 2: *Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax*; XX, 522, 1 et seqq.: *Hæc scribimus vobis ut gaudeatis, et gaudium vestrum sit plenum*; 688, 1: *Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato, et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos... gloria et magnificentia*; Job, 216, 2: *Donec impleatur risu os tuum, et labia tua jubilo.*

Bonæ conscientiæ pax omnem pacem superat, V, 72, 1: *Fili mi..... præcepta mea cor tuum custodiat; longitudinem enim dierum, et annos vitæ, et pacem apponent tibi.* Bona conscientia fiduciam et exultationem parit, II, 180, 1, 2 *Dabo pavorem in cordibus eorum, et terrebit eos sonitus folii volantis.* Dat fiduciam et securitatem, V, 55, 2: *Qui autem me audierit, absque terrore requiescet.* Ipsa summum est bonum hujus vitæ, 459, 2: *Secura mens, quasi juge convivium.* Hæc magna est hominis consolatio, 395, 2: *Peccatores persequitur malum, et justis retribuentur bona.* Est cubile justi, VI, 233, 2: *Ne insidieris, et quæras impietatem in domo justi, neque vastes requiem.* Conscientia bona reddit hominem longævum, V, 549, 1, 2: *Animus gaudens ætatem floridam facit.* Est fidei anchora, XIX, 191, 1: *Habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt.* Est fiduciæ firmamentum, *Job*, 249, 1: *Et scias quia nihil impium fecerim*; 297, 1: *Sed ta-*

men ad Omnipotentem loquar, et disputare cum eo cupio; 336, 1. Reddit audaces, 370, 1 : *Utinam sic judicaretur vir cum Deo, quomodo judicatur filius hominis cum collega suo!* Dat fiduciam in oratione, XX, 582, 1 : *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Conscientiæ bonæ confidentia et securitas in morte, XVIII, 311, 1 : *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ;* Job, 275, 1 : *Et habebis fiduciam proposita tibi spe, et defossus securus dormies.* Unde ea oriatur, XVIII, 91, 1 : *Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum Jesum Christum.*

Conscientiæ bonæ pax non decet stultos, sed turbatio, VI, 19, 2 : *Non decent stultum deliciæ.* Est fructus pœnitentiæ, XVI, 129, 2 : *Fides tua te salvam fecit, vade in pace.*

III. Conscientiæ malæ damna. Conscientiæ remorsus admisso jam peccato, IX, 562, 2 : *Quasi a facie colubri fuge peccata, et si accesseris ad illa, suscipient te.* Conscientiæ remorsus est velut aquila rostro tundens, XIV, 204, 1; 281, 1. Conscientia mala est olla, XII, 675, 2 : *Pone ollam..et mitte in eam aquam.* Conscientiæ stimulus per spinam significatur, *Psalm.* I, 187, 1 : *Conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* Conscientia peccati spina est, V, 548, 2 : *Spiritus tristis exsiccat ossa.* Conscientia criminis admissi quantus tortor, 395, 1 : *Peccatores persequitur malum.* Conscientia mala est sui carnifex, I, 116, 1 : *Sin autem male* (egeris). *statim in foribus peccatum aderit:* Mire hominem excruciat, VI, 283, 1 : *Sicut tinea vestimento, et vermis ligno; ita tristitia viri nocet cordi.* Maxime peccatorem, 284, 2. Strangulat reum, VIII, 612, 1 : *Semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia.* Conscientiæ cruciatus morte acerbior, *Job*, 553, 1. Ejus angoribus cruciantur iniqui opum corrosores, VI, 101, 2 : *Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere judicium.*

Conscientiæ malæ comes et pœna est pavor, quod multis insignibus sententiis confirmatur, II, 179, 2. Conscientia mala semper pavida et levis est, omnia timet, cur, VIII, 613, 12; IX, 587, 2 : *Sicut pali in excelsis, et cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt; sic et cor timidum in cogitationibus stultis contra impetum timoris non resistet;* XV, 340, 1; *Job*, 370 1. Conscientia militarium scelerum milites facit timidos, IV, 455, 1 : *Et viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt, et timuerunt valde : et multi subtraxerunt se de castris.* Conscientia mala non potest habere lætitiam, XIII, 401, 2 : *Sacrificia eorum, quasi panis lugentium.* Conscientia cauteriata significat infamem, corruptam, immutabilem et ardentem libidine, XIX, 224, 1 : *Cauteriatam habentes conscientiam.* Talem habent hæretici, *ibid.* Conscientia mala est fons hæreseos, XII, 191, 2 : *Habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt.* Conscientiæ remorsus in damnatis an vocetur vermis, IX, 239, 1 : *Vindicta carnis impii, ignis et vermis.* Conscientiæ remorsus tollit peccati consuetudo, XVIII, 638, 1 : *Desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ.* Conscientiæ remorsus amittunt obdurati peccatores, V, 562, 2 : *Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.*

IV. Conscientiæ quanta cura habenda, XVII, 405, 2 : *Studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, et ad homines semper.* Conscientiam debemus Deo, proximo famam, XVIII, 214 1 : *Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Conscientia cuique est colenda sicut vinea, XIII, 646, 2 et seqq. Conscientia hominis inertis repletur urticis et spinis vitiorum omnium et dæmonum, ejus sepes quæ, VI, 246, 2 : *Per agrum pigri hominis transivi, et per vineam viri stulti; et ecce totum repleverant urticæ.* Ejus munditia magis curanda quam discorum, XV, 493, 2, et seq. : *Mundatis quod deforis est calicis et paropsidis; intus autem pleni estis rapina et immunditia.* Testimonium conscientiæ præ omnibus consulendum, *Job*, 641, 1. Credendum conscientiæ quando et quomodo oporteat, X, 162, 2 : *In omni opere tuo, crede ex fide animæ tuæ, hoc est enim conservatio mandatorum.* Conscientia proximi non lædenda, XVIII, 349, 2 : *Si quis autem dixerit : Hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicavit, et propter conscientiam.*

V. De conscientiæ examine. — Conscientia quotidie examinanda, et hoc examen quam sit utile, XII, 399, 2 : *Scrutemur vias nostras, et quæramus et revertamur ad Dominum,* XXI, 362, 1. Gnomæ de eodem, XII, 399, 2. Conscientiæ examinandæ ratio, *Job*, 192, 2 : *Relevabor loquens mecum in strato meo;* 308, 1 : *Si fuero judicatus, scio quia justus inveniar;* 310, 2 : *Quantas habeo iniquitates et peccata ? scelera mea et delicta mea ostende mihi.* Conscientia statuat sibi tribunal, IX, 510, 2 : *Ante judicium interroga teipsum, et in conspectu Dei invenies propitiationem.*

CONSECRATIO. Consecrare, initiare, inaugurare, dedicare, unum sunt, XIX, 442, 2. Consecrationis altaris holocaustorum ritus, XII, 828, 1, 2. Consecrationis templi : ritus sunt quinque, aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, benedictio; illi Ecclesiæ et religiosis domibus accommodantur, XIV, 352, 2; 353, 1. Consecrationes variæ variarum frugum et ciborum, XIX, 228, 2.

Consecratio Eucharistiæ dupliciter est enuntiatio practica, XVIII, 364, 1. Non significat primario terminum a quo, sed positionem termini ad quem, secundario tamen terminum a quo, *ibid.* Quomodo ejus verba sacerdos proferat, 365, 1. Tropice non sunt intelligenda, 359, 1. Consecrandi potestas omnibus omnino sacerdotibus, etiam indignis, concessa est a Christo, V, 179, 2; 180, 1. *Vide* Eucharistia.

CONSENSUS. Consensum in tentationes petimus ut Deus a nobis avertat, dum petimus in eas non induci, XX, 20, 1. Hic affert animæ mortem, 62, 1.

CONSERVATIO. Conservatio divina non est aliud quam primæ creationis vel actionis continuatio, X, 374, 1 et 2; 381, 1; 560, 2; XVIII, 268, 2; XIX, 356. 1.

CONSIDERATIO. Considerationis officia et partes, VI, 521, 2. Vocatur in Scriptura ignis, V, 298, 2. Consideratio vanitatis et brevitatis vitæ, bonorumque omnium temporalium reddit cor mundum, XX, 95, 1.

CONSILIA DEI. Consilium, propositum et beneplacitum Dei sunt idem, XVIII, 589, 2. Consilium Dei absconditum, *Job*, 785, 1, 2. Consilia Dei sunt hominibus arcana, *Job*, 495, 1 : *Qui autem noverunt eum, ignorant dies illius*; 498, 2. Consilia Dei omnibus ignota, XVIII, 197, 1 : *Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* Consilia hominum varia sunt et incerta, Dei certa et stabilia, VI, 31, 2 et seq. : *Multæ cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini permanebit.* Sua homo divinis substernat, *ibid.* Consilium Dei mirabile in paucitate electorum suorum. *Psalm.* II, 210, 1, 2.

CONSILIA EVANGELICA. Consilia evangelica non habuerunt prisci Judæi, X, 184, 2. Consiliorum evangelicorum auctor est Christus, XI, 235, 2. Consilia evangelica simul omnia recensentur, XV, 31, 1. Item alia quæ simul sunt præcepta, 32, 2. Item consilia solis data Apostolis, 33, 1, 2. Ea servantes, facilius vitam æternam consequuntur, quam servantes præcepta, 437, 2. Non tenemur ea adimplere, neque ipse Deus ad ea nos obligat, 188, 1. Consilia Christi non capiunt mundani et animales homines, VI, 49, 2.

CONSILIUM, CONSILIA. I. Consilii necessitas. —Consilii donum quod sit, XI, 258, 1 : *Et requiescet super eum spiritus consilii.* Consilium solet esse arcanum, V, 466, 1. Ipsum potissimum prudentiæ pars est, X, 431, 2 : *Homines magni virtute, et prudentia sua præditi.* In eo habitat sapientia, V, 207, 2 et seq. : *Ego sapientia habito in consilio.* Consilium viri aquæ profundæ comparatur, VI, 48, 2 et seq. : *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri.* Consilium amici simile aromati, 338, 2 : *Unguento et variis odoribus delectatur cor; et bonis amici consiliis anima dulcoratur.*

Consilium quanti refert in re agenda, V, 323, 1, 2 et seq. : *Salus... ubi multa consilia.* Ejus necessitas, X, 340, 1. Sine consilio nihil faciendum, IV, 287, 1 : *Consilium semper a sapiente perquire*, X, 159, 2; 160, 1 : *Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebit.* Quod consilio fit, bene fit, nec de tali facto dolendum, *ibid.* et seq. Id requiritur præsertim in re ardua perficienda, V, 466, 1 : *Dissipantur cogitationes ubi non est consilium*, X, 256, 2 : *Cor boni consilii statue tecum.* Consilium dirigit actiones et res ut prudenter fiant, sine eo nulla regna vigent et firma sunt, 340 : *Aurum et argentum est constitutio pedum; super utrumque consilium beneplacitum.* Consilium in bello plus valet quam robur, VI, 67, 2 et seq. : *Cogitationes consiliis roborantur, et gubernaculis tractanda sunt bella.* Consilium et constantia omnia edomant, IV, 450, 2. Non propria consilia sed aliena, si modo bona sint, sequenda, V, 467, 2 : *Lætatur homo in sententia oris sui.* Consilia propria sequens, est stultus, et sæpe in mala et pericula incidit, VI, 387, 2 : *Qui confidit in corde suo, stultus est.* Consilio aliorum acquiescentes, pacem habent, V, 384, 1 : *Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.*

II. Quæ sint bona consilia. Consilia propric senum sunt, IX, 673, 1 : *Quam speciosa veteranis sapientia, et gloriosis intellectus et consilium.* Consilia senum bona, non juvenum, III, 619, 2 : *Qui dereliquit consilia senum, et adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerunt cum eo.* Consilia senum, vires juvenum probantur, XI, 325, 2. Consilii tarditas probatur, VI, 172, 2. Consultandum mature, 73, 1. Consultandum in re gravi sæpe est, X, 255, 1. Consilia modesta et matura, suaviora sunt ardentibus et temerariis, VI, 364, 1. Consilium etiam simplicium non spernenda, I, 594, 1. Consilia non numero, sed maturitate æstimanda, V, 323, 2. Non sunt ex eventu ponderanda, X, 161, et seq. Consilia tria S. Augustini in primis salubria, XVIII, 197, 1. Consilium bonum quomodo homo sibi dari possit, X, 256, 1, 2; 257, 1.

Consiliis sanis non acquiescere, noxium est, XII, 286, 2. Consilia a Deo sunt inchoanda, X, 159, 2 et seq. Tripliciter consilium Dei dirigimus, 305, 2: *Et ipse diriget consilium ejus et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur.* Deus orandus est ut ipse consilia nostra dirigat, VI, 31, 2. Consilia hominum penetrat et pernovit Deus, X, 377, 1 : *Abyssum et cor hominum investigavit, et in astutia eorum excogitavit.* Consilia agitanda mane, VII, 350, 2 : *Væ tibi, terra... cujus principes mane comedunt.* Quomodo bonum consilium sit capiendum, X, 257, 2 : *Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.* Consilia jam capta, celeriter executioni sunt mandanda, X, 131, 2: *In omnibus operibus suis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi.*

III. Quæ sint mala consilia. — Cum quibus consilium non sit ineundum, X, 255, 1 : *Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate.... non attendas his in omni consilio.* Consilia hominum quam infida, I, 208, 2 : *Inique agis contra me, judicet Dominus inter me et te.* Quod consilia sunt noxia, a Deo irato provenit, et proinde ipse iratus placandus est pœnitentia, VI, 92, 2. Consilia politica perniciosa, III, 620, 1. Consilium malum semper consultori pessimum, IV, 461, 2; XIII, 79, 1 : *Tunc principes et satrapæ surripuerunt regi et sic*

locuti sunt ei. Consilia impia tandem fiunt manifesta, *Job*, 294, 1 : *Deus.... qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis*. Consilium malum non est aliis dandum, X, 260, 1 : *Verbum nequam immutabit cor*.

CONSILIARII, CONSULTORES. — 1° *Consiliariorum necessitas*. Consultores sunt res sacra, X, 253, 2. Consiliarii sunt reipublicæ necessarii, 256, 2. Consiliarii boni quam principi necessarii, XI, 234, 1, 2.

2° *Quales seligendi*. Consiliarii quales sibi reges seligant, V, 443, 1 : *Acceptus est regi minister intelligens, iracundiam ejus inutilis sustinebit*. Consiliarii principum quales esse debeant, XXI, 100, 2 et seqq. Consiliarii in generali quales esse debeant, X, 160, 2. Et quales deligendi, 181, 1. Eorum dotes, 251, 1, 2 : *Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso* ; 255, 2 ; 261, 1 : *Vir peritus multos erudivit*. Quid in iis cavendum, *ibid*. Quare mali consiliarii cavendi, boni subrogandi, V, 468, 1. Imprudentes et fatui damna toti reipublicæ inferunt, 443, 2.

3° *Eorum dotes enumerantur*. Consiliarii dum consulunt, explorandi sunt annon proprio commodo studeant, X, 251, 1, 2. Et annon sint in aliqua necessitate, *ibid*. 2. Consiliarii non se, sed rempublicam locupletent, de hac re exempla, I, 385, 1 : *Ex eo tempore usque in præsentem diem in universa terra Ægypti, regibus quinta pars solvitur, et factum est quasi in legem*. Consiliarii principum munera oblata contemnant, XIII, 71, 1 : *Munera tua sint tibi, et dona domus tuæ alteri da*.

Consiliarii aliquando plures audiendi, IV, 401. Et tamen ordinarie consiliarios oportet habere paucos, X, 192, 1 ; 193, 1 : *Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi unus de mille*. Consiliarii hominis tres sunt, 258, 2.

Consiliarii ne præcipitent consilium, IX, 340, 1 : *Priusquam audias, ne respondeas verbum*.

Vera et sana dent consilia, V, 497, 1 : *Voluntas regum labia justa ; qui recta loquitur, diligetur*. Prudentes quanti in omni re sint momenti, VI, 67, 2. Vere et sincere regum vitia carpant, et sana eis consilia suggerant, XIII, 61, 2.

Consiliarii secretum teneant, V, 466, 1. Et secreti sint tenaces, VI, 50, 1 : *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri*.

Consiliarios sapientes sequi magna prudentiæ pars est, XI, 430, 1, 2 : *Non vocabitur ultra is, qui insipiens est, princeps*. Varia regum consiliariorum in exemplum afferuntur, *ibid*. Consiliarius quidam Elisabeth, reginæ Angliæ, moriens vidit suam in gehenna sedem profundam, igneam, et alias juxta eam collegis suis paratas.

CONSOLATIONES SPIRITUALES ET DIVINÆ. I. QUÆ CONSOLATIONUM SPIRITUALIUM CAUSA. — Consolator dicitur Deus, *Job*, 197, 2 : *Visitas eum diluculo, et subito probas illum*, 356, 2. Consolationis oceanus Deus, XVIII, 237, 1 : *Deus autem patientiæ et solatii det*, etc. Consolatio quæ per Christum allata, XI, 488, 1, 2 : *Consolamini, consolamini, popule meus*. Consolatio Spiritus sancti quæ dicatur, et quanta sit, XVII, 223, 2 : *Ambulans in timore Domini, et consolatione Spiritus sancti replebatur*. Consolatio angelica quomodo a diabolica illusione secernatur, XIII, 227, 2. Consolationes sanctæ Scripturæ et piorum librorum adhibere debet tentatus, IX, 94, 1 : *Et inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus*.

II. QUANDO, QUIBUS ET QUOMODO DANTUR CONSOLATIONES SPIRITUALES. 1° *Consolatio post desolationem sequitur*, IX, 354, 1 : *Benedictio Dei in mercedem justi festinat, et in hora veloci processus illius fructificat* ; XX, 18, 1 : *Omne gaudium existimate, cum in varias tentationes incideritis*, XX, 22, 1 ; *Job*, 648, 2. Consolationem in ærumnam submittit Deus, XXI, 14, 2, 2. Consolatio non datur nisi prævia cruce, XII, 365, 1 : *Torcular calcavit Dominus virgini filiæ Juda*.

2° *Consolatio divina quibus detur*, Psalm. I, 180, 1, 2 : *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te !* Consolationibus terrenis carentes, reficiuntur cœlestibus, et contra, II, 432, 1 : *Afflixit te penuria, et dedit tibi cibum manna*. Exempla eorum qui eas abundanter habuerunt, I, 585, 2 et seqq. Consolationes spirituales dantur vincentibus delicias et concupiscentias carnales, XXI, 53, 2 et seqq. : *Vincenti dabo manna absconditum*.

3° *Quomodo detur consolatio divina*. Consolationes divinæ semper majores sunt passionibus, XVIII 421, 2 : *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra*. Consolatio divina dolori carnis correspondet, *Psalm*. II, 141 : *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam*. Consolatio divina prodit in externam, et hæc ex quo agnoscitur, *Psalm*. II, 356, 1, 2 : *Tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione*. Consolationes spirituales per manna significantur, I, 585, 2 ; XXI, 53, 2 et seqq. Oleo etiam denotantur, II, 117, 2. Sunt melle dulciores, VI, 275, 1. Sed nimiæ non sunt sectandæ, *ibid*. Consolatio et gratia divina omnia dura emollit, XI, 250, 2 : *Computrescet jugum a facie olei*. Consolationes cœlestes et gratiæ hominem quam agilem reddunt, XIV, 267, 2 : *Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem*. Quomodo eæ hominem vitiosum in religione mutent, VI, 117, 2 : *Thesaurus desiderabilis, et oleum in habitaculo justi*.

CONSOLANDI SUNT AFFLICTI, ET QUOMODO. Consolari mœstos, etiam hostes, divinum est, exemplis probatur, XI, 490, 1. Consolandi munus quale, *Job*, 355, 1 : *Audivi frequenter talia : Consolatores onerosi omnes vos estis* ; 356, 1 : *Cumque sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator*. Consolandi modus

quis optimus, *Job*, 72, 1. Consolatio concinna et velut ad libellum composita afflicto adhibenda, VI, 281, 2 : *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.* In consolandis afflictis per carmina quis modus servandus, 281, 2. Consolatio afflicti tristitiæ onus sublevat, XII, 354, 1 : *Non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus.* Consolantes afflictum verbo vel re, a Deo pariter consolationem recipient, V, 360, 2 : *De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis.* Consolatores Jobi medici futiles, *Job*, 298, 1. Medici onerosi quales, 354, 1.

CONSORTIUM, CONVERSATIO. Consortium improborum et proborum magni est in utramque partem momenti, V, 394, 1, 2 : *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum similis efficietur.* Conversatio crebra sua sensa et affectus instillat ei cum quo versatur, *ibid.* Consortia improborum noxia sunt, IX, 379, 1 : *Quis miserebitur incantatori a serpente percusso, et omnibus qui appropiant bestiis? Et sic qui comitatur cum viro iniquo, et obvolutus est in peccatis ejus;* XI, 692, 2 : *Ova aspidum ruperunt.... qui comederit de ovis eorum, morietur.* Consortii mali damna quanta, *Job*, 2, 2 : *Vir erat in terra Hus.... et erat vir ille simplex, et rectus.* Conversationis malæ incommoda, III, 277, 1, 2 : *Dormiebant cum mulieribus quæ observabant ad ostium tabernaculi.* Conversatio cum mulieribus quam periculosa, IX, 365, 1 : *A scintilla una augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis.* Conversatio cum muliere est velut ignis in sinu, V, 177, 1 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant?* Est cavenda, 178, 1. Consortia improborum sunt cavenda, II, 87, 1 : *Omni tempore quo leprosus est immundus, solus habitabit castra;* IX, 384, 1 : *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; et qui communicaverit superbo, induet superbiam;* 584, 1 : *Cum stulto ne multum loquaris, et cum insensato ne abieris;* XVII, 103, 2. *Salvamini a generatione ista prava.* Conversatio asperorum hominum est labendi occasio, V, 390. 2. Conversatio quæ causa periculi est fugienda, IX, 134, 2. *Qui amat periculum, in illo peribit.* Consortium infidelium cur fidelibus vetet Paulus, XVIII, 461, 1 : *Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate?* Conversatio quotidiana deterit de fama, XV, 338, 2 : *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, et in domo sua* (*Vide* Societas).

CONSTANTIA. I. Constantiæ natura, proprietates, effectus, symbola et exempla. — 1° Constantia omnia adversa superat, X, 292, 1, 2; XV, 504, 2 : *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Constantia superavit hostes, tam corporis quam animæ, IV, 450, 2 : *Possederunt omnem locum consilio suo et patientia.* Ea proprie virorum est, VI, 34, 1. Constantis et generosi viri descriptio, XI, 687, 1, 2 : *Sustollam te super altitudines terræ.* Constans vir nulli cedit, X, 34, 1. Constans vir est immutabilis, quasi deus terrestris, XIV, 696, 2 : *Ego enim Dominus, et non mutor.*

2° Constantia animi mire hominem ad vitia virtuti contraria superanda confortat, V, 574, 2; *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam.* Quomodo pariat timorem Domini, VI, 138, 2. Ipsa invidiæ est remedium, IX, 413, 1. Constantia in Dei cultu felices et gloriosos facit, XIII, 83, 1 : *Porro Daniel perseveravit usque ad regnum Darii.* Constantia et perseverantia cuilibet morituro suavis est, XIX, 310, 2 et seq. : *Fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ.* Constantiæ aculeus terror judicis est, 456, 2 : *De cætero, expectans donec ponantur inimici scabellum pedum ejus.* Constantia in tribulatione parit coronam vitæ æternæ, 17, 2: *In nullo terreamini ab adversariis quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, et hoc a Deo.*

2° Constantia significatur per topazium, I, 681, 2. Ferro denotatur, X, 317, 2. Ejus symbolum est cingulum, XVIII, 677, 1, 2 : *State succincti lumbos vestros in veritate.* Item calceus, XIX, 679, 2. Constantiæ symbola sunt, alectoria gemma, amiantus lapis, salamandra, XIII, 442, 1. Constantes viri lapides, infirmi vero pulvis dicti, *Psalm.* II, 181, 2 : *Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, et terræ ejus miserebuntur.*

4° Constantiæ sanctorum exempla, XII, 21, 2. Constantia justorum in adversis, V, 305, 2 : *Justus quasi fundamentum sempiternum*, VI, 233, 1. Est mirabilis, *ibid.* Eorum constantia mentis, V, 350, 2. Constantiæ varia exempla et scite de ea dicta, I, 671, 1 et seq., IX, 182, 1. Constantia fidei Abrahæ in rebus fidei imitanda, XVIII, 109, 2. Constantia Nehemiæ in amando, et populi in fabricando, IV, 238, 1. Constantia Mardochæi in resistendo Amano scelestissimo, 377, 2. Constantiæ mirum exemplum in Eleazaro, 523, 1.

II. Constantiæ necessitas. — Constantia decet Christianos, XIX, 278, 1 : *Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor.* Eam exigit amor animæ erga Deum, XVIII, 679, 1. Constantia in sua vocatione, gradu, officio et virtute homini est necessaria, IX, 351, 1: *Sta in testamento tuo,.... et in opere mandatorum tuorum veterasce;* 586, 2 : *Loramentum colligatum in fundamento ædificii non dissolvetur: sic et cor confirmatum in cogitatione consilii.* Ea in virtute opus est, I, 670, 2 et seq. Ipsa quoque in omni opere necessaria, IX, 352, 1. Constantia mentis et judicii sectanda, 182, 1. Item verborum, *ibid.* Constantia fidelium in persecutione quanta esse debeat, XIII, 156, 1, 2 : *Et docti in populo..... ruent in gladio, et in flamma, et in captivitate.*

III. Constantiæ adipiscendæ media. — Constantia quo pacto paretur, XX, 69, 1 : *Omne donum perfectum descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* A Deo petenda est, IV, 336 : *Da mihi*

in animo constantiam, ut contemnam illum; et virtutem ut evertam illum. Ejus media, V, 351, 1, 2 et seq. Ad constantiam in virtute stimuli, VI, 33, 1 et seq.

CONSTANS IMPERATOR. Constantis imperatoris somnium ominosum, XIII, 65, 2. Item aliud ejusdem parricidium et cædes, *ibid.* Quas pœnas dederit, XII, 176, 2.

CONSTANTINOPOLIS. Constantinopolis urbs sic dicta a fundatore Constantino, IV, 444, 2. Constantinopolis est B. Virgini dicata, V, 213, 2. A triennali Saracenorum obsidione per B. Virginem liberata, IV, 356, 1. Quo pacto divinam olim vindictam evaserit, XIV, 51, 2. Justo Dei judicio in festo Pentecostes a Turcis capta, VI, 79, 1; XVII, 77, 2. An intelligatur per Babylonem in Apocalypsi descriptam, XXI, 278, 2; 306, 1. Constantinopolitana sedes patriarchalis, cur per aquilam designetur, XXI, 107, 1.

CONSTANTINUS MAGNUS. I. EJUS CONVERSIO. — Ei contra Maxentium pugnaturo crux ostensa de cœlo, XVIII, 255, 2. Aquilas in labarum crucis mutavit, et cur, IV, 565, 2; XII, 199, 2; XX, 346, 2. Quam miraculose Maxentium vicerit, XI, 709, 1, 2. Per crucem obtinuit de Maxentio et de Byzantinis victoriam, XII, 571, 1. Pro eo certarunt Angeli, IV, 545, 2. Primus Christi fidem est amplexus, I, 593, 2. Clavo crucis Christi frenos equi sui ornavit, XIV, 543, 1, 2. Ipse symbolice frenum est Domini consecratum, *ibid.*

II. EJUS ZELUS PRO RELIGIONE CHRISTIANA. — Pacem plenam Ecclesiæ attulit, XIV, 312, 2; 313, 1. Persecutiones gentilium imperatorum præcedentium stetit et inhibuit, X, 230, 2. Publicum Christi cultum per imperium sanxit, XIII, 32, 1, 2. Ejus de christiana sapientia judicium, XII, 440, 2.

Sanxit ne quis Judæus Christianum servum habeat, XVIII, 310, 2. Fronti inustionem lege vetuit, XII, 568, 2. Magos morte mulctavit, XIII, 18, 2. Plecti capite jussit eos qui libros Arii occultassent, XIX, 289, 1. Quomodo suam efformari voluerit imaginem, 202, 1. Ejus lex de terminis agrorum, VI, 379, 1, 2.

Sacerdotes honorabat, IX, 251, 2. In ecclesia sedere noluit, XX, 102, 1. Episcoporum criminationes audire noluit, 357, 1. Ecclesiæ negotiis se immiscere noluit, XV, 480, 1. Episcopum se dixit esse extra Ecclesiam, II, 462, 1.

Ipse jam Christianus basilicas augustissimas erexit, XIV, 321, 2. Fabricam templi S. Petri Romæ suis manibus juvit, I, 636, 2. Basilicam S. Pauli erexit, eamque muneribus exornavit, XVIII, 17, 1. Corpora apostolorum electro inclusit, *ibid.* Hi ei apparentes curationem a lepra promittunt, XVIII, 14, 2.

Cur erexerit templum *Ara cœli* nuncupatum, XIV, 333, 1. Ipse et Justinianus imperator S. Michaeli varias construxerunt ecclesias, XIII, 166, 2. Convocavit omnes episcopos ad dedicationem templi Jerosolymitani, IV, 434, 1. Cur templa non usque adeo splendida Romæ construxerit, I, 680, 1.

Codicem Evangeliorum ornatum S. Nicolao misit, XV, 2, 2. Filios recte instituit, X, 87, 1. Quam fuerit diligens, *Job*, 685, 2. Ejus mansuetudo in illatis injuriis ferendis, XI, 633, 1. Fuit vasto validoque corpore æque ac animo, IV, 425, 1. Dei auxilio sæpe vicit in bello, 426, 2. Quantopere adulatores detestaretur, XIX, 120, 2. Totas noctes sæpe sine somno traduxit, IV, 379, 1; IX, 338, 1, 2; 529, 2.

Crispum filium causa inaudita necari mandat, II, 468, 1; XII, 260, 2; XIII, 188, 1. S. Athanasium e sede ejecit, X, 496, 2.

Cur in porticu SS. Apostolorum sepeliri voluit, XVI, 119, 1.

An Constantinus denotetur per angelum habentem signum Dei vivi, XXI, 163, 1. Ejus imperio an ligatur Satanas, et post annos mille solutus, XXI, 345, 2; 347, 1.

CONSTANTINUS COPRONYMUS. Constantinus Copronymus unde dictus Copronymus et Caballinus, XII, 554, 2. Stercore et sordibus, earumque odore mire delectabatur, *ibid.* Ejus sordes, XXI, 327, 1. Quam dire in orthodoxos sit grassatus, XIII, 158, 1. Punitus fuit ob inhonoratam Virginem, III, 455, 2. Iconoclasticam hæresim propugnans regnavit ut leo, mortuus est ut canis, XII, 641, 2. Moriens clamabat vivum sese adhuc igni inextinguibili traditum esse, 774, 1, 2. Fœda lue percussus animam efflavit, XIV, 322, 1; XXI, 342, 1.

CONSTANTINUS ULTIMUS. Constantinus ultimus Græcorum imperator, in Spiritum sanctum injurius, Deo pœnas dedit, IX, 63, 2. Una cum vita imperium amisit, capite truncatus, et pariter Orientis imperii finem fecit, XXI, 194, 1.

CONSTANTIUS CHLORUS. Constantius, Magni Constantini pater, unde dictus sit Chlorus, XXI, 144, 1. Quomodo veros Christianos a fictis secreverit, IX, 203, 2. Ejus lenitas, I, 416, 2. Ejus verba morientis ad senatum, II, 511, 2.

CONSTANTIUS CONSTANTINI MAGNI FILIUS. Constantius imperator patrem Constantinum intra basilicam S. Petri sepelire non est ausus, XI, 269, 1. Etiam delatoribus somniorum credebat, VI, 379, 1, 2. Militibus sacro viatico instructis Magnentium profligat, XIV, 470, 2. Postea factus Arianus, quam dirus et immanis fuit in orthodoxos : typus Antichristi fuit, XXI, 265, 1, 2 et seq. Quam audacter illum impium redarguerint S. Hilarius et S. Athanasius, XIX, 274, 2. Præ mœrore contabuit, quod a Juliano Apostata cognato suo imperio et vita sensim se excludi videret, XII, 773, 2. Sacro igne percussus interiit, XII, 176, 1; XIV, 322, 1. Ejus mors, et quid in morte deploraret, XXI, 266, 1 De tribus in morte doluit, III, 621, 1.

CONSTITUTIONES. Constitutiones monasticæ et pontificiæ non sunt ficta religio, XIX, 98, 1, 2. Constitutiones monasticæ omnes ex Evangelio acceptæ sunt, XV, 8, 2.

CONSUETUDO. 1° CONSUETUDINIS VIS. — Consuetudo quantum possit sive in bonum, sive in malum, VII, 73, 2: *Perversi difficile corriguntur.* Consuetudinis quanta sit vis et efficacia, IX, 383, 2; 384, 1; XI, 161, 1: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustri peccatum*; XII, 69, 1: *Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, frigidam fecit malitiam suam*; 117, 1: *Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas*, 582, 2. Est velut altera natura, XIII, 419, 2: *Ephraim vitula docta diligere trituram.* Consuetudo peccandi affert quamdam mali necessitatem, V, 561, 1: *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Inducit magnam resistendi difficultatem, non impossibilitatem, XII, 117, 1.

II. CONSUETUDINIS MALÆ ALII EFFECTUS. — Ejus malum et periculum, V, 561, 1. Quam sit pessima, *Job*, 160, 2: *Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt*; 288, 1: *Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat*; 388, 1: *Immisit enim in rete pedes suos, et in maculis ejus ambulat.* Consuetudo peccandi quam sit noxia, IX, 227, 1: *Neque alliges duplicia peccata, nec enim in uno eris immunis*; XX, 620, 1, 2: *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis.*

Consuetudo sensum mali adimit, V, 533, 2: *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.* Est velut paralysis, XVI, 374, 1: *Erat autem quidam homo ibi, triginta et octo annos habens in infirmitate.* Consuetudo prava vix admittit verbum Dei, et non sinit fructum agere, XV, 324, 2. Consuetudo mala est velut lectus peccare pergentium, V, 561, 1; VI, 314, 2: *Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.* Instar lapidis operculi est, XII, 404, 1: *Lapsa est in lacum vita mea, posuerunt lapidem super me.* Est quasi lapis molaris, XVI, 494, 2: *Erat autem spelunca, et lapis superpositus erat ei.* Est velut massa plumbea, XIV, 421, 1: *Et misit massam plumbeam in os ejus.*

III. CONSUETUDINIS MALÆ RUMPENDÆ NECESSITAS ET MEDIA. — Consuetudinis vincula rumpenda volenti e carcere peccati egredi, XIV, 88, 1, 2. Evinci quomodo queat, XII, 117, 1. Consuetudo consuetudine vincitur, *ibid.* Consuetudo omnia lenit, XI, 251, 1.

CONSUMMARE, CONSUMMATIO. Consummare in Scriptura aliquando est gloriosum facere, item consecrare, XIX, 371, 2. Consummatio aliquando est idem quod consumptio, IX, 567, 1. Consummatio abbreviata quid sit ad litteram, XI, 248, 1. 2, Consummari civitates ante adventum Christi, quomodo intelligendum, XV, 270, 2. Consummatus quis, VIII, 372, 2.

Quomodo Deus consummatio sermonum esse dicatur, X, 415, 2; 416, 1, 2. Item consummatio sapientiæ et virtutis, 418, 2.

Quomodo Christus sit passus in consummatione seculorum, XIX, 448, 2. Quomodo sit consummatus, 397, 1. Ipse est consummatio legis, XVIII, 176, 1. Unica oblatione consummavit sanctificatos in æternum, XIX, 456, 2. Consummationis tempus est dies consumptionis et necis, X, 320, 1. Eaque duplex, partialis et communis, *ibid.* Consummatio significat etiam animæ corporisque beatitudinem, XIX, 491, 2. Consummati dicuntur pie defuncti, 372, 1.

CONTEMPLATIO, CONTEMPLATIVA VITA. I. CONTEMPLATIONIS NATURA. — Quid sit contemplatio, XIV, 255, 1; XVI, 158, 2: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Contemplatio, meditatio et cogitatio quomodo distinguantur, IX, 427, 2: *Beatus vir qui in sapientia sua morabitur, et qui in justitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei.* Contemplativa vita est secundus status animæ Deum quærentis, VII, 461, 2. Ejus actus et effectus, XVI, 158, 2; 159, 1. Contemplativa vita describitur, I, 294, 1. Ejusdem quindecim gradus, VII, 565, 1. Ejus summus gradus, 567, 2. Summus gradus in unione consistit, et quid sit illa unio, 470, 2: *Osculetur me osculo oris sui.* Contemplantes attente diu sine cibo vivere possunt, XV, 119, 2. Contemplatio consumit spiritus animales, hinc eget cibo, *ibid.* Contemplationis materia qualis, *Psalm.* I, 29, 2: *Mane astabo tibi et videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.*

Contemplationi intendens sapphiro designatur, XXI, 386, 1. Contemplativi sunt velut aves in sublime volantes, V, 41, 2: *Frustra autem jacitur rete ante oculos pennatorum.* Contemplatio est mysticum sepulcrum, *Job*, 93, 2: *Qui expectant mortem, et non venit.... gaudentque vehementer, cum invenerint sepulcrum.* Rachel typus est contemplativæ vitæ, Lia activæ, I, 294, 1. Ejus typus est etiam Joannes apostolus, XVI, 652, 1. Contemplatio per sapientiam in Proverbiis denotatur, VI, 186, 2.

II. CONTEMPLATIONIS EXCELLENTIA, NECESSITAS ET FRUCTUS. — 1° Contemplatio actione potior est, X, 287, 2. Octo de causis præstat actioni, I, 294, 2. In cœlo perficietur, XVI, 157, 1.

2° Contemplatio est necessaria ad plenam sanctitatem et perfectionem, XVI, 155, 2: *Porro unum est necessarium.* Ea omissa labitur homo in peccata carnis, III, 211, 1, 2: *Si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea.* Contemplatio imperfectiones absumit, III, 63, 2.

3° Contemplationis fructus, VIII, 31, 1: *Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.* Contemplationi vacans moratur in sapientia, IX, 428, 1. Contemplatione gaudet prudens, VI, 554, 1: *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est, et pretiosi spiritus vir eruditus.* Contemplatio Dei quam voluptatem afferat sanctis, XII, 33, 1. Contemplatio rerum cœlestium quomodo dicatur manna absconditum, XXI, 53, 2: *Vincenti dabo manna absconditum.*

Contemplativi omnes vires animæ Deo uniunt, IX, 251, 1, 2 : *In omni virtute tua dilige eum qui te fecit.* Mente conscendunt ad Dei caliginem, X, 454, 2 : *Audivit enim eum, et vocem ipsius, et induxit illum in nubem.* Contemplativi humiles divinam majestatem possunt contemplari, VI, 291, 2 et seq. : *Qui scrutator est majestatis, opprimetur a gloria.* Contemplativis revelat Deus arcana sua, XVI, 566, 2 : *Omnia quæ audivi a Patre, nota feci vobis.* Ei arctissime uniuntur, 600, 1, 2: *Sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint.* Contemplativorum unio cum Deo quomodo fiat, et ubi, VII, 471, 1.

III. Contemplationis acquirendæ media, et ea quomodo utendum.— 1° Ad contemplandum quæ præparatio requiratur, X, 287, 1. Ei vacans sit mente vacuus ab omni cogitatione et cura terrena, *ibid.* : *Sapientia scribæ in tempore vacuitatis.* Requirit animum liberum a tumultu perturbationum rerum sæcularium, *Psalm.*, I, 305, 2 : *Vacate et videte quoniam ego sum Deus.* Ad eam per septem, imo per duodecim gradus ascenditur, VII, 490, 2 et seq. : *Introduxit me rex in cellaria sua;* XXI, 169, 1. Acquiritur per activæ vitæ opera, XVI, 159, 1. Contemplatio sterilis est sine actione, V, 20, 1 : *Ad sciendam sapientiam et disciplinam.* Ea actione miscenda est, VI, 179, 1, 2; *Job*, 184, 2. Contemplativam vitam Christus junxit activæ, XV, 430, 1.

CONTEMPTUS. I. Contemptus Dei et sacrorum. — Contemptus Dei oritur ab obduratione et contumacia peccantium, V, 562, 1 : *Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Contemptus Dei et hominum signum est obstinatæ mentis, XVIII, 190, 2 : *Dedit illis... oculos ut non videant, et aures ut non audiant.*

Contemptus sacrorum apud Judæos post reditum e captivitate unde provenerit, XIV, 565, 2 : *Et dixistis : Ecce de labore, et exsufflastis illud.* Contemptum sacrorum et sacerdotum punit Deus per tyrannidem principum, XIII, 460, 1 : *Dabo tibi regem in furore meo.*

II. Contemptus mundi.—Contemptus mundi calcat omnia terrena, III, 5, 2 : *Omnem locum quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam.* Contemptus mundi omnem supprimit spem, XIV, 370, 2. Contemptus divitiarum est instrumentum omnis philosophiæ, XII, 664, 1, 2. Contemnere laudes et verba hominum, perfectorum est, 146, 1 : *Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens; et diem hominis non desideravi.* Contemptum a mundo Deus corroborat, XII, 477, 2. Contemptum sui ubi ferre debeat sacerdos, ubi non, XIX, 232, 2 : *Nemo adolescentiam tuam contemnat.* Contemnentis temporalia præmium, *Psalm.* I, 24, 2 : *Scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum.*

CONTENTIO. I. Contentio cum Deo. — Contendere cum Deo temerarium, *Job*, 219, 1 ; 220, 1 : *Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille;* 226, 2 : *Si venerit ad me, non videbo eum ; si abierit, non intelligam ;* 748, 2 : *Utique qui arguit Deum, debet respondere ei.* Contentio cum Deo perniciosa, *Job*, 749, 2 : *Qui leviter locutus sum, respondere quid possum? Manum meam ponam super os meum*, 787, 2. Contentio cum Deo fugienda, *Job*, 177, 1 ; 178, 1; 242, 2 : *Neque enim viro qui similis mei est respondebo; nec qui mecum in judicio ex æquo possit audiri.*

II. Contentio cum hominibus. — 1° *Contentio hominum unde nascatur*, XX, 161, 2 : *Nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem.* Contentiones sequuntur ex logomachia hæreticorum, XIX, 254, 2 : *Languens circa quæstiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones.*

2° *Contentionis damna*, XX, 161, 2. Multorum malorum est causa, X, 51, 2 : *Abstine a lite, et minues peccata, homo enim iracundus incendit litem.* Quam sit mala contentio, *Job*, 177, 2 : *Responde, obsecro, absque contentione.* Parit pugnam, X, 53, 2 : *Certamen festinatum incendit ignem ; et lis festinans effundit sanguinem.* Mentem hominis inquietat, 327, 2 : *Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio, et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus.* Contentioni semper socia est æmulatio, XVIII, 225, 2 : *Ambulemus.... non in contentione et æmulatione.* Contentionis auctor, auctor est litium omnium inde sequentium, V, 537, 2 : *Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum; et antequam patiatur contumeliam, judicium deserit.* Contentiones fratrum sunt irreconciliabiles, cur, 580, 1. Contentio de principatu fuit causa subactæ Judææ, IV, 452, 2.

3° *Contentio fugienda.* Contentio omnis est Christiano cavenda, XV, 173, 1, 2 : *Et ei qui vult tecum in judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium.* Contentio verborum fugienda, IX, 340, 2 : *De ea re quæ te non molestat, ne certeris.* Contendendum non est cum impiis, VI, 237, 1, 2 : *Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios.* Contentionis remedium, XX, 162, 1.

CONTENTUS. Contentus suis, felix est, V, 354, 1 : *Melior est pauper et sufficiens sibi, quam gloriosus et indigens pane.* Dives est, VI, 33, 2 : *Homo indigens misericors est, et pauper melior est quam vir mendax.* Contenti suis sunt divites, IX, 403, 2 : *Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia ;* X, 80, 1 : *Initium vitæ hominis aqua, et panis, et vestimentum, et domus protegens turpitudinem;* XIV, 218, 2; XIX, 255, 2 : *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Sunt beati, IX, 490 : *Sta in sorte propositionis et orationis altissimi Dei.* Habent animi quietem, V, 379, 1 : *Est quasi dives, cum nihil habeat, et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.* Contentus sua sorte, habet summum bonum, XVIII, 477, 1 : *Potens est*

autem idem omnem gratiam abundare facere in vobis. Est Deo et angelis similis, XIX, 65, 2 et seq. : *Ego enim didici in quibus sum, sufficiens esse*, 256, 2. Contentus quisque sit proprio dono, XVIII, 302, 2 : *Unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic.*

CONTINENTIA. I. CONTINENTIÆ NATURA. — Continens tria significat, VIII, 481, 2 : *Et scivi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det.* Continentia est virtus generalis vitiis omnibus modum præscribens, XX, 417, 2 : *Vos autem omnem curam subinferentes, ministrate....... in scientia autem abstinentiam.* Continentia non contra libidinem modo, sed et contra quodlibet concupiscentiæ motus luctatur, XVIII, 128, 1. Refrenat omnes motus ebullientes concupiscentiæ, X, 105, 2 : *Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine.* Omnes complectitur virtutes, XVIII, 569, 2 : *Fructus autem spiritus est.... modestia, continentia, castitas.* Quomodo a castitate et a modestia differat, *ibid.*

II. CONTINENTIÆ POSSIBILITAS. — Continentiæ donum quomodo sit in hominis potestate, XV, 422, 2 et seq. : *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Ejus donum omnes habent si velint, et oratione consequi possunt, XVIII, 312, 1 : *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino ut sim fidelis.* Continere omnes non possunt potentia propinqua, sed remota, 312, 1. Continentiam perpetuam ex mutuo consensu vovere conjugibus licet, 301, 1. Ejus votum olim non irritabat matrimonium, XIX, 244, 2. Continentium variorum exempla, XX, 294, 1 : *Obsecro tanquam advenas et peregrinos abstinere a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam.*

III. CONTINENTIÆ EXCELLENTIA ET FRUCTUS. — Continentia est ingens virtus, XV, 423, 1. Continere se inter delicias, magnum est, XIX, 66, 2 : *Scio et humiliari, scio et abundare ; et satiari, et esurire ; et abundare, et penuriam pati.* Eam voventes sunt sponsæ Christi, 244, 2. Continentia parit timorem Dei, opes, gloriam, VI, 138, 1, 2 : *Finis modestiæ timor Domini, divitiæ, et gloria et vita* (*Vide* CASTITAS, COELIBATUS).

CONTRADICERE, CONTRADICTIO. — Contradictionem qualem sustinuerit a peccatoribus Christus, XIX, 497, 2. Contradictio Christo illata, velut gladius animam Deiparæ transfixit, XVI, 77, 2 : *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.*

Contradictio signum est Christi et christianismi, XVII, 443, 2 : *De secta hac notum est nobis quia ubique ei contradicitur.* Contradictio quam utilis sit eam patientibus, XVIII, 288, 2 : *Qui vero increduli fuerunt.., suscitaverunt et ad iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres.*

Contradicere non oportet mendacii te convincentibus, IX, 165, 2 : *Non contradicas verbo veritatis ullo modo.*

CONTRAPOSITIONES. Contrapositiones in omnibus rebus naturalibus et inanimis videre est, X, 177, 2 et seqq. : *Contra malum bonum est, et contra mortem vita ; sic et contra virum justum peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi. Duo et duo, et unum contra unum.* Harum origo ipsa SS. Trinitas est, 78, 2.

CONTRARIA. Contrarium unum præsente altero vim suam intendit, X, 177, 1. Contrarium contrarii oppositum magis elucescit, XVI, 505, 2. Quare ea consociet et contraponat Deus, X, 176, 1. Eorum a se invicem contra dependentia et usus, *ibid.*, 2. Hæc universum ornant, 177, 1. Sic constat æternitas, 178, 1. Firmantur et excitantur a se invicem, 382, 1. Contraria contrariis curanda sunt, XIII, 624, 2.

CONTRITIO. I. CONTRITIONIS NATURA ET PROPRIETATES. Contritio pro afflictione, dolore, et tristitia sumitur, XII, 375, 2. Contritio Judæorum quasi mare quintuplex est, *ibid.*; 376, 1 : *Magna est velut mare contritio tua.*

Contritio est tristitia secundum Deum, XVIII, 465, 1, 2 : *Quæ enim secundum Deum tristitia est.* Attritio et contritio qui differant, XVI, 128, 2. Contriti iidem qui confracti appellantur, XI, 717, 1 : *Ut mederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam.*

Contritio manat ex præveniente et excitante gratia, XX, 530, 2 : *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus ; ut remittat nobis peccata nostra.* Ad contritionem veram quæ peccatum deleat, necessarium non est ut pœnitens singula peccata in memoriam revocet, ac deinde de omnibus conteratur, XI, 481, 1 : *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

II. CONTRITIONIS NECESSITAS.— Illa est holocaustum mentis quo Deus delectatur et flectitur, XI, 536, 2 : *Non me invocasti, Jacob, nec laborasti in me, Israel; Psalm.*, I, 342, 2 et seq. : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.* Contritio perfecta ante baptismum in adultis non requiritur, XVII, 102, 2 : *Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum.* Ipsa includit votum baptismi ante eum, 243, 1, 2. Ipsa est oranti necessaria, XVI, 585, 2 : *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

III. CONTRITIONIS EFFECTUS. — Contritione cordis nihil melius, jucundius et sanctius, VII, 242, 1 : *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii.* Ejus effectus, XVIII, 466, 1 : *Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem : sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam.* Contritionis cordis efficacitas, *Psalm.*, II, 438, 1 : *Domine... auribus percipe obsecrationem meam in*

veritate tua, exaudi me in tua justitia. Contritio delet omnia peccata, III, 483, 1 : *Dixitque Nathan ad David : Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Contritio justificat quasi ultima dispositio ad justitiam, XII, 636, 2 : *Si autem impius egerit pœnitentiam... vivet, et non morietur. Omnium iniquitatum ejus non recordabor.* Contritio abolet peccata, semperque conjuncta est cum infusione gratiæ sanctificantis, XI, 415, 2 : *Si revertamini et quiescatis, salvi eritis.* Contritio etiam sine sacramento reipsa suscepto, cum solo ejus voto culpam abolet, VI, 374, 2 : *Qui.... confessus fuerit* (peccata) *et reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Contritio perfecta quomodo justificationem adducat, XVI, 128, 2 : *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Contritionem quomodo consolatio subsequi debeat, *Psalm.*, II. 440, 2.

IV. Contritionis exempla. — Contritio Davidis quanta fuerit, *Psalm.*, II, 430, 1 et seq. Contritos corde quos Christus sanaverit, XI, 716, 2 (*Vide* Compunctio, Conversio, Peccatum, Pœnitentia).

CONTUMELIA. I. Contumeliæ origo, natura, gravitas. — Contumelia ex odio celato oritur, V, 294, 2 : *Abscondunt odium labia mendacia : qui profert contumeliam, insipiens est.* Contumelia fit palam, detractio clam, XVI, 165, 1 : *Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis.* Contumelia quando sit peccatum veniale, quando mortale, XV, 162, 1 : *Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Contumeliæ in quo sint echo similes, V, 525, 1 : *Malus obedit linguæ iniquæ, et fallax obtemperat labiis mendacibus.*

II. Contumeliæ sufferendæ, et quomodo. — Contumelia toleratu gravissima, *Job*, 397, 1, 2 : *Uusquequo affligitis animam meam, et atteritis me sermonibus?* Contumeliam pati, quam sit præstans, I, 683, 2. Contumeliæ innocentem non afficiunt, VI, 296, 1 : *Sicut avis ad alia transvolans, et passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet.* Contumelia juvat nos, ideoque ei gratia debetur, III, 502, 1 : *Dominus præcepit ei ut malediceretur David.*

Contumeliæ non est per contumeliam respondendum, V, 321, 1, 2 : *Vir autem prudens tacebit.* Ei absolute non est respondendum, *Job*, 706, 2. Duo ad contumeliarum patientiam stimuli, VI, 237, 1, 2 : *Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios : quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.* Contumeliam de uno audiens, eam alteri non narret, IX, 531, 2 : *Ne iteres verbum nequam et durum, et non minoraberis.*

III. Contumeliæ punitæ exempla. — Contumelia illata Abner ab Isbosetho occasio translati ab eo regni ad Davidem, III, 443, 2. Contumelia illata Achitophel a David vitiante ejus neptem Bethsabee per adulterium, fuit ratio quare conjuravit cum Absalomo, III, 476, 1; 503, 1 (*Vide* Convicia, Injuria).

CONVENTUS. Conventus publicos Christianorum commendat Apostolus, XIX, 460, 1. Quis in iis olim ritus esset et ordo, XVIII, 395, 1. Conventus forenses quos scriba Ephesius intelligat, XVII, 360, 2.

CONVERSIO PECCATORIS. I. Conversionis natura, et signa. — Conversio plena ad Deum quæ sit, IX, 565, 1 : *Qui timet Deum, convertetur ad cor suum.* Converti ad cor quid sit, XII, 467, 2 : *Convertere, Israel, ad Dominum Deum tuum.* Conversio ad Deum triplex, ex parte modi, *Job*, 650, 2. *Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, ut revocet animas eorum a corruptione, et illuminet luce viventium.* Conversio peccatoris adumbratur in duobus discipulis missis ad adducendam asinam, XV, 458, 2. Conversus ad bonam vitam a mala, dici potest tropologice torris erutus de igne, XIV, 384, 2 : *Numquid non iste torris est erutus de igne.* Conversionis veræ signum est zelus animarum, XV, 243, 2 : *Factum est, discumbente eo in domo, multi publicani et peccatores venientes, discumbebant cum Jesu et discipulis ejus.* Conversus, ex zelo etiam studet alios convertere, XVI, 364, 1 : *Reliquit ergo hydriam suam mulier, et abiit in civitatem, et dixit illis hominibus : Venite, et videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci.*

II. Conversionis necessitas, causæ et modus. — 1° An obligemur primo instanti usus rationis converti ad Deum, XIV, 360, 2. Conversio animarum pendet a Christo, XVI, 441, 2. Ad conversionem peccatoris necessaria est Dei gratia, et liberum arbitrium gratiæ cooperans, XII, 424, 1, 2 : *Converte nos ad te, Domine, et convertemur : innova dies nostros, sicut a principio.* Conversio nostra incipit a Deo, Deique gratia præveniente liberum arbitrium, 227, 2 : *Postquam enim convertisti me, egi pœnitentiam.* In hominis conversione elucet Dei virtus, XVIII, 596, 1 : *Ut sciatis... quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos qui credimus, secundum operationem potentiæ virtutis ejus quam operatus est.* Conversio non eloquentiæ concionatoris tribuenda, 261, 1 : *Et sermo meus, et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.* In conversione hominis a sæculo Deus tria solet facere, I, 549, 2 et seq.: *Non eos eduxit Deus per viam terræ Philistiim, quæ vicina est, ne forte pœniteret eum, si vidisset adversum se bella consurgere.*

2° Conversio ad Deum nullo modo differenda, V, 151, 2 : *Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, et in multitudine stultitiæ suæ decipietur.* Non differenda ad finem vitæ, *Job*, 716, 1. Cito convertendum ad Deum per pœnitentiam, IX, 79, 1, 2 : *Non tardes converti ad Deum, et ne dif-*

feras de die in diem. Converti volentes magis tententur, et quare, I, 474, 2.

III. CONVERSIONIS EFFECTUS, *Job*, 649, 2 : *Deprecabitur Deum, et placabilis ei erit : et videbit faciem ejus in jubilo, et reddet homini justitiam suam.* Conversio quantam in pœnitente mutationem inducat, XVI, 204, 1. Omnes lætificat, maxime Deum, et est omnium bonum, *ibid.* : *Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente.* Conversi magis gaudent de virtute, quam prius de vitio, XV, 437,1. Convertentes se ad Deum, quam consolationem experiantur, *Psalm.* II, 356, 1 : *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* Conversio mira cujusdam sæcularis, XI, 113, 1, 2.

CONVERSIO ANIMARUM. Conversio animarum quam sit gloriosa, XX, 227, 1, 2 et seq. : *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte.* Et Deo placens, 229, 1. Conversio animarum tegit peccata, 228, 1, 2: *Et operiet multitudinem peccatorum.* Conversores animarum quomodo sint sacrificatores, XVIII, 239, 1 : *Ut sim minister Christi Jesu, sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta.* Hi perficiunt corpus Christi, 598, 2 : *Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius.* Cur justus iniquos convertere conetur, VI, 107, 2 et seq.: *Excogitat justus de domo impii, ut detrahat impios a malo.* Convertere cor patrum ad filios quid sit, XIV, 612, 2 et seq. Convertere volens animas, Deum roget ut cœpta sua dirigat, V, 482, 1 : *Hominis est animam præparare, et Domini gubernare linguam.*

CONVERSIO INFIDELIUM. Conversio Gentium ad Christum prædicta est a Tobia seniore, IV, 308, 2: *Jerusalem civitas Dei... luce splendida fulgebis, et omnes fines terræ adorabunt te.* Prænuntiata et promissa per Prophetas, XIII, 643, 2.

Conversio Indiarum Orientalium et Occidentalium ab Abdia prophetata fuit, XIV, 19, 1 : *Et transmigratio Jerusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit civitates Austri.* Conversio Gentium per Apostolos vocatur prædatio et spolium, 578, 1 : *Ecce ego levo manum meam super eos, et erunt prædæ his qui serviebant sibi.* Hæc Deo accepta est inter sacrificia, 464, 1. Conversio Gentium mira quatuor de causis, VIII, 3, 1. Conversio mundi per Apostolos fuit effectus et decus resurrectionis Christi, XVI, 546, 1.

Conversio Judæorum quanti sit gaudii occasio, XVIII, 192, 1, 2 : *Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?* Conversio Judæorum fiet in fine mundi, XIV 481, 1 : *Et confortabo domum Juda, et domum. Joseph salvabo, et convertam eos.*

CONVICIA. I. CONVICII GRAVITAS. — Convicii gravitas metienda ex affectu conviciantis, et dignitate personæ cui conviciaris, XV, 162, 1. Convicians aliis multa mala facit, XVI, 242, 2. Conviciator est vere insipiens, V, 294, 1 : *Qui profert contumeliam insipiens est.* Conviciis assuetus, correctionis et institutionis est incapax, IX, 603, 1 : *Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum, est enim in illa verbum peccati.* Aquilone denotatur, VI, 346, 1, 2. Ejus et fumi quatuor analogiæ, IX, 59, 1, 2 : *Ante ignem camini vapor et fumus inaltatur, sic et ante sanguinem maledicta, et contumeliæ, et minæ.*

II. CONVICII EFFECTUS. 1° *Pro conviciante.* Convicia in conviciantem recidunt, VI, 296, 2 : *Maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet.*

2° *Pro ei cui conviciatur.* Convicia exacuunt iram et indignationem, VI, 282, 2. Convicia etiam justis objecta eos excruciant, IV, 280, 1, 2 : *Amplius ex te non videamus filium, aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum.* Attamen innocentem non tangunt, VI, 297, 1. Convicians in quo beneficium præstet, IX, 47, 1 : *Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur.* Convicia inimicorum in qua re nobis prosint, VI, 235, 2.

III. QUOMODO SUFFERENDA CONVICIA. Ad convicia surdescendum, III, 319, 2 : *Filii vero Belial dixerunt : Num salvare nos poterit iste? Ille vero dissimulabat se audire*; VII, 272, 1 : *Cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum, ne forte audias servum maledicentem tibi.* Convicium convicio repellere, muliebre est, XVIII, 644, 2. Convicia metuens, timidior est hoste fugiente, XIII, 146, 2. Convicii victoria paratur modestia, culpæ confessione, aut miti responso, V, 446, 1 : *Responsio mollis frangit iram.* Illud tolerantium tres sunt gradus, quorum in exemplum sunt David, Job, S. Paulus, IX, 590, 2.

CONVIVIA. I. QUI ESSENT VETERUM MORES IN CONVIVIIS. Conviviorum quis esset finis et scopus, X, 141, 2. Conviviorum priscæ leges, *ibid.* Conviviorum diei quinam Gentilibus essent, XX, 204, 1. Conviviorum mos ultimo die anni et primo unde ortum habeat, XI, 748, 2. Convivis olim pedes lavabantur, XVI, 127, 1. Et osculum dabatur, *ibid.*, 2. Et manus et caput unguento perfundebantur, 128, 1. Eos olim excipiebat, compellebat, disponebat et regebat modimperator, X, 141, 2 ; 145, 2. Symposiarcham suum muneribus et ferculis honorabant, et subinde mysticis, 148, 1. Olim convivæ accumbebant coronati, et quare, 146, 2 ; 147, 1. In conviviis olim adhibebantur unguenta et flores, VI, 113, 2 ; 338, 2 ; 339, 1, 2. Convivæ coronabantur rosis, myrto, et aliis floribus et herbis, cur, XIII, 598, 2. Convivæ cur olim coronarentur primo fascia lanea vel linea, deinde sertis floreis, tum calidis, tum frigidis, XII, 673, 1, 2. In conviviis mos olim fuit circumlato myrti ramo convivas ad cantandum excitare, XIV, 362, 2. Conviviis olim musica adhibebatur, IX, 580, 1 ; X, 149, 1 ; 150, 2 ; 151, 1. Cur, XIII, 598, 2. Convivia olim

ex collectis symbolice instruebantur, X, 148, 1. Olim in mensa sapientes miscebant sermones, IV, 362, 2.

Convivium sacrum ex victimis Deo immolatis sacris lectionibus et sermonibus condiebantur, V, 251; 257, 1.

Convivii funebris antiquitas, III, 344, 2.

Cur militibus olim convivium daretur, V, 255, 2.

II. QUÆ SINT REGULÆ IN CONVIVIIS OBSERVANDÆ. 1° Convivia sic appellantur a communione victus, cibi et vitæ, XIII, 349, 1; XIV, 168, 1. Convivia quæ bona sint, *Job*, 14, 2. Convivia Christianorum qualia esse debeant, XVIII, 659, 2 : *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto.* Qualia erant convivia primorum Christianorum, XX, 674, 1.

2° *Quid servandum quoad finem ob quem convivæ invitandi sunt.* Convivium ex amore, non livore instruendum, V, 462, 1 : *Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio.* Ejus forma et anima est amor et benevolentia, *ibid.* Convivium instruere amicis quatenus laudabile, quatenus culpandum, XVI, 196, 1, 2 : *Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos, neque vicinos divites.* Convivia adeuntes timore Dei se præmuniant, XX, 674, 1 : *Hi sunt in epulis suis maculæ convivantes sine timore.*

3° *Quoad convivarum numerum et qualitatem.* Convivium sit inter paucos; quot olim complecteretur, IX, 521, 1 : *Ne oblecteris in turbis nec in modicis*, XIV, 167, 2. Convivarum numerus sit decens, XV, 525, 1. Justi sunt convivio adhibendi, IX, 290, 2 : *Viri justi sint tibi convivæ.*

4° *Quoad tempus.* Convivia non noctis sed diei sunt opera, et per diem frequentanda, *Job*, 15, 1, 2.

5° *Quoad loci electionem*, Job, 15, 1 : *Et ibant filii ejus et faciebant convivium per domos, unusquisque in die suo;* XVI, 195, 2 et seq. : *Cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco.* Quomodo convivæ sint in mensa collocandi, X, 141, 1, 2.

6° *Quoad mensæ frugalitatem.* Convivia sint frugalia, more priscorum Christianorum, IV, 328, 2. Et more primorum Persarum aliarumque gentium, 362, 2. Convivæ, more veterum, arceant a mensis ebrietatem, etc., 300, 2 : *Sed et cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.* Convivæ non sunt cogendi ad bibendum, 363, 1. Convivia ebriosorum desinunt in rixas et cædes, VI, 204, 1 : *Cui rixæ, cui foveæ, cui sine causa vulnera? Nonne his qui commorantur in vino et student calicibus epotandis?* Conviviorum hodiernorum luxus reprehenditur, XVIII, 660, 1. Convivia solemnia de communi ærario suggillantur a S. Jacobo, XX, 204, 1 : *Epulati estis, et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis.*

7° *Quoad decentiam et charitatem per convivium observandam.* In conviviis ostenditur bona vel mala educatio, X, 125, 1. Conviva quomodo se in mensa gerere debeat, 120, 2 : *Supra mensam magnam sedisti, non aperias super illam faucem tuam prior;* 121, 1, 2 : *Non dicas sic : Multa sunt quæ super illam sunt : memento quoniam malus est oculus nequam;* 123, 1 : *Ne extendas manum tuam prior, et invidia contaminatus erubescas;* 124, 2 : *Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur, ne cum manducas multum, odio habearis;* 125, 1, 2 : *Cessa prior causa disciplinæ, et noli nimius esse, ne forte offendas; et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere*, 129, 1, 2; 138, 2; 139, 2. Convivæ se invicem in patina non comprimant, X, 123, 2.

Convivæ maledici suggillantur, XIV, 168, 1. Convivia vocantur spinæ tribus de causis, 167, 2 et seq. : *Quia sicut spinæ se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium.* In iis sæpe famæ alienæ detrahitur, IX, 537, 1. — Eruditis bonisque sermonibus condiantur, X, 148, 2; 149, 1 : *Loquere, major natu, decet enim te primum verbum diligenti scientia.* Convivia sunt occasio gaudii et lætitiæ, non tristitiæ vel contemptus, 140, 1 : *In convivio vini non arguas proximum, et non despicias illum in jucunditate illius.* Convivii sæpe excidii causa fuere, XIV, 167, 2 :

III. CONVIVIA ALIENA NON FREQUENTANDA, ET QUÆ PRÆSERTIM VITANDA. — Convivia aliena frequentare dissuadetur, X, 81, 2 : *Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulæ splendidæ peregre sine domicilio.* — Convivia vix sine culpa celebrantur, XVI, 220, 2 : *Epulabatur quotidie splendide.* Convivia egestatem pariunt corporalem et spiritualem, atque inde oritur dolor, VI, 114, 2 : *Qui diligit epulas, in egestate erit, qui amat vinum et pinguia, non ditabitur.* — Conviviorum postridianus dies doloris et pœnitentiæ, IV, 365. Convivia avari nihil dat voluptatis et honoris, sed doloris et dedecoris plurimum, et nauseam creat, VI, 188, 1, 2 : *Non comedas cum homine invido, et ne desideres cibos ejus..... Comede et bibe, dicet tibi; et mens ejus non est tecum.* Convivia principum sunt periculosa, 174, 2 et seq. : *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam* (*Vide* COMESTIO, EBRIETAS, VINUM).

COOPERATIO (*Vide* GRATIA).

I. COR. VOCIS CORDIS IN SCRIPTURA VARIÆ ACCEPTIONES. Cor in Scriptura tria significat, mentem, appetitum et voluntatem, et cor proprie dictum, XIII, 59, 1. Significat etiam mentem, intellectum, cur, XII, 752, 2; XVIII, 178, 1 : *Corde creditur ad justitiam;* 263, 1 : *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus.* Hinc ei tribuuntur cogitationes, *ibid.* Capitur etiam nonnunquam pro consilio, sapientia, prudentia cum animi magnitudine

conjuncta, XII, 704, 1: *Dedisti cor tuum quasi cor Dei*, XIII, 384, 1: *Factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor*. Significat etiam interiora omnia, XII, 456, 2: *Dirumpam interiora jecoris eorum*. Etiam sinum et ventrem significat, X; 564, 2: *Venter meus conturbatus est quærendo illam* (sapientiam). Sumitur etiam ista vox pro corpore, I, 222, 1: *Ponamque bucellam panis, et confortate cor vestrum*. Pro toto homine, *Psalm*., I, 233, 1, 2: *Ut trucident rectos corde*. Capitur pro anima, IX, 106, 2.

II. Cordis humani natura et proprietates tum physicæ, tum morales.

1° Cor est sua substantia solidum firmumque, complexione igneum, figura pyramydale, XII, 753, 2. Cur situm in medio hominis, *ibid*. Ipsum semper agitatur, *ibid*. Cordis descriptio, et symptomata, IX, 106, 2. Id semper crescit aut decrescit, V, 299, 2; X, 564, 1. Cor sensitivum quale sit, 435, 2.

Cordis humani proprietates, V, 124, 1; IX, 574, 1; 589, 1. Habet cum ore magnam affinitatem, V, 286, 2. Habet magnam sympathiam cum oculis, VI, 199, 2; 206, 2. Cordis et oculi analogiæ quinque, IX, 589, 1. Cor fons lacrymarum est, XII, 81, 1. Cur dicatur simul maximum et minimum, XIII, 385, 2. Cordis recens nati in puero pondus sunt duæ drachmæ, 438, 2. Cor maximum est signum parvi animi, parvum maximi, 88, 1. Cor parvum habent generosa animalia, magnum timida, XIV, 209, 1. Id habent situm pisces ut homo, 216, 2.

Cor generat spiritus vitales eosque in singula membra immittit, V, 436, 2. Est officina spirituum, XII, 753, 2. Est vitæ principium, VI, 94, 1; XVIII, 47, 1. Est primum vivens et ultimum moriens, V, 588, 2; XII, 753, 2.

2° Cor est origo omnium passionum, V, 548, 1. Est origo omnium actionum vitalium, tum naturalium, tum moralium, X, 260, 2. Est origo sensus communis, rationis, prudentiæ et sapientiæ, XIV, 323, 1. Pertinet ad intellectum, est radix consilii et symbolum vitæ deiformis, *Job*, 279, 2; 367, 1. Cor est sedes animositatis et audaciæ, IV, 419, 1. Ex corde lætitiæ motus exoritur, et in eodem desinit, XIV, 264, 1. Corde sano corpus est sanum, XII, 753, 2. Cor voluntati subservit, 753, 1, 2. Cordis et voluntatis analogiæ, 753, 1. Omnes suas passiones et affectiones in reliquum corpus, et præsertim in faciem transmittit, IX, 404, 1; 589, 1; 689, 2. Cor gaudens faciem hilarem et decorem, V, 457, 1. Cordis deliquium quos causetur effectus, XIV, 184, 1. Cor sibi conscius secreti mœroris non facile capitur solatiis externis, V, 412, 2 et seq. Corde qui carere dicantur, XIII, 385, 1.

Cordis instabilitas, V, 122, 1; XII, 358, 1: *Peccatum peccavit, propterea instabilis facta est*.

Cor hominis est inscrutabile, XV, 182, 1. Pravum et inscrutabile, XII, 141, 1: *Est cor hominis inscrutabile*. Cor regum inscrutabile, VI, 256, 1, 2: *Cœlum sursum, et terra deorsum, et cor regum inscrutabile*.

Est quasi speculum humanarum affectionum, VI, 350, 2. Ipsum tamen sæpe fallax, *ibid*.

III. Quarum rerum cor sit symbolum, et quibus rebus comparatur. — Cor nostrum multarum rerum est symbolum, VII, 141, 1. Cordis forma symbolice exponitur, XVII, 233, 2. Cor symbolum est et sedes sapientiæ, V, 58, 1; 585, 1. Item prudentiæ et magnanimitatis, IX, 574, 1. Et secreti, *ibid*. Symbolum est mentis, sapientiæ et amoris, V, 585, 1; X, 563, 2; XII, 56, 1; XIV, 617, 1.

Cor hominis velut mare est, voluntas navis, V, 27, 1. Est velut fons, 142, 1; 144, 1, 2, Fonti comparatur, maxime cor sapientis, 564, 1. Cor sapientis est profundum, VI, 63, 2. Item crater sapientiæ, *ibid*. Cor sanctum et sanctitate stabilitum, est instar rupis immobile, X, 15, 2. Corda sanctorum sunt velut desertum, XXI, 249, 2. Cor sapientis in dextera est, cor stulti in sinistra, VII, 334, 2. Corda doctorum sapientiæ et scientiæ divitiis plena sunt ceu gazophylacia, XII, 797, 1. Cor est velut bilanx, V, 313, 1. Quasi focus et arx corporis, XIII, 385, 2, Quasi molendinum, VII, 45, 2. Est bulla pectoris, XIII, 385, 1. Agro assimilatur. Cor pium tropologice est altare Dei, XII, 827, 1.

Cor carneum et lapideum quid sit tropologice, XII, 584, 1, 2. Quid cor novum sit, *ibid*. Cor carneum quomodo Deus det, et auferat cor lapideum, *ibid*., et 752, 2. Cor lapideum quid sit, 752, 2. Cor hirsutum et pilosum quinam habuerint, 753, 1. Est id signum hominum durorum, asperorum et crudelium, *ibid*.

IV° Quanti momenti sit cor custodire et virtutibus ornare. — 1° Ex corde vita procedit, physice et moraliter, XVIII, 47, 1. Est hominis principale, *Job*, 556, 1. Ex eo dependet an quis habendus dives vel pauper, X, 282, 1: *Substantia inopis secundum cor ejus*. Ex eo bonæ et malæ cogitationes procedunt, V, 129, 1: *Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit*. Cor malum cogitat malum, 165, 1; 167, 2: *Sex sunt quæ odit Dominus..... cor machinans cogitationes pessimas*. Quam in eo diversimode se gerat, *ibid*. Quale cor tale os, VIII, 70, 2: *Favus distillans labia tua*. Cor ut est, ita loquitur lingua, XV, 308, 2: *Ex abundantia enim cordis os loquitur*. Cor patet ex ore, VI, 351, 1.

Est ergo omni custodia custodiendum, V, 121, 1. 436, 2; XV, 355, 1: *De corde enim exeunt cogitationes malæ, etc... hæc sunt quæ coinquinant hominem*.

2° Ejus custodia majoris momenti et difficultatis quam linguæ aut manus, V, 120, 2; VI, 234, 2. Est custodiendum a triplici cogitatione, V, 121, 2. Semper bona cogitet, VI, 224, 2: *Cogitatio stulti peccatum est*.

3° Cor bonum vocatur pura et sancta conscientia jucunda et læta mens, V, 458, 2 et seq.: *Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi juge convivium.* Cor bonum et optimum quid sit, XVI, 133, 1 : *Hi sunt qui in corde bono et optimo audientes, verbum retinent.* Ut fiat bonum, cor debet excoli, ejus fructus est cogitatio et sermo, X, 24, 2 : *Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis.* Ager cordis seminandus bono semine, non malo, V, 426, 2. Cor bonum dabit homini optimum consilium, X, 256, 1 : *Cor boni consilii statue tecum.* Ideo ipsum in duobus consulendum, *ibid.*, 257, 2.

4° Cor totum Deo super omnia tradendum est, et quidem mane, X, 304, 1 : *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum;* XIV, 445, 2. Cur cor hominis imprimis sibi Deus deposcat, VI, 200, 1 et seq. : *Præbe, fili, cor tuum mihi.* Divinis inspirationibus est aperiendum, *Job*, 578, 2 : *Radix mea aperta est secus aquas.* Est id orationi prorsus tradendum, aliis rebus tantum commodandum, X, 303, 2. Cor hominis solo Deo repleri potest, XVI, 543, 2 : *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis.* Cor quantæ sit capacitatis, X, 564, 2. Est id uniendum cordi Christi, V, 122, 2. Id eleemosynarii debent dare Deo primum, XVIII, 470, 1: *Semetipsos dederunt primum Domino, deinde nobis.*

5° Ejus præparatio ad bonum pertinens ad salutem provenit a gratia Dei, V, 481, 1. Octo modis corda pulsat Deus ut ei sese præbeant, XXI, 88, 1. Cor penetrat et pervidet Deus, X, 377, 1 : *Abyssum et cor hominum investigavit, et in astutia eorum excogitavit*; IX, 468, 1 : *Omne cor intelligitur ab illo.* Cor Deo patet, *Job*, 609, 2: *Nonne ipse considerat vias meas, et cunctos gressus meos considerat?* 784, 1 : *Scio quia omnia potes, et nulla te latet cogitatio.* Corda omnium angelorum, dæmonum et damnatorum, et cor hominum Deus in manu sua habet, V, 456, 1 et seq. : *Infernus et perditio coram Domino; quanto magis corda filiorum hominum?* Cor regum in manu Dei est, XIV, 316, 2; *Job*, 294, 2 : *Qui immutat cor principum populi terræ.* Est in manu Domini ut aqua, VI, 91, 1 et seq. : *Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illud.* A Deo flectitur quocumque vult, *ibid.*, 256, 1, 2 : *Cœlum sursum, et terra deorsum ; et cor regum inscrutabile.* Cor regis in manu Dei esse, impletum in Cyro, IV, 206, 2. Item in Assuero, 399, 2. Cor ab altero nequit perspici, VI, 349, 2, Ejus scrutatio ad plenam Dei providentiam spectat, V, 523, 2, VI, 95, 1 : *Omnis via viri recta sibi videtur ; appendit autem corda Dominus;* 228, 1 : *Si dixeris: Vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit, et servatorem animæ tuæ nihil fallit.* Quo igne cor a Deo probetur, V, 523, 2 : *Sicut igne probatur argentum... ita corda probat Deus.* In corde Deus tribunal constituit, XVIII, 63, 1 : *Testimonium reddente illis conscientia, et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus.* Id ei nequit mentiri, *ibid*, 2.

6° Quæ cordis munditia animum regis sibi conciliet, VI, 152, 1, 2 : *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum, amicum habebit regem.* Qua ratione id mundum reddere possimus, 154, 1. Quo pacto ejus puritas paretur, XV, 148, 2. Cor mundum creare quomodo dicatur Deus, *Psalm.*, I, 340, 2 : *Cor mundum crea in me, Deus.* Expurgatur verbo Dei, VI, 430, 1 : *Omnis sermo Dei ignitus.* Cordis munditia parit munditiam et honestatem verborum, 152, 1, 2. Cordis mundum est hostia Deo, cur, XX, 94, 1, 2 : *Religio munda.... immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Cor mundum etiam placet Christo, VI, 153, 1. Id quomodo circumcidendum sit, XII, 832, 2.

7° Cordi inscribenda est misericordia et veritas, V, 74, 1, 2. Cor homini debet esse patens et apertum, XXI, 381, 1. Cordis et linguæ concordia sit, *Job*, 262, 2. Hujus arcana caute servanda sunt, IX, 277, 1. Cordis dilatationis effectus, *Psalm.*, II, 315, 1 : *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Cor sit placidum et quietum, VI, 350, 2. Cor justi qui affectus suos moderatur, est regnum in quo regnat Deus, 94, 1, 2.

V. Quid sit cor malum et durum. Cor malum quod dicitur, VI, 280, 1, 2 : *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.* Tripliciter accipi potest, *ibid.* Cor malevoli recte comparatur vasi fictili, 320, 2 : *Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.* Cor impiorum quomodo pro nihilo sit, V, 299, 2 : *Argentum electum lingua justi, cor autem impiorum pro nihilo.* Quomodo id semper decrescat, *ibid.* Ex corde impio et iniquo impietatis et iniquitatis fructus oriuntur, XIII, 423, 1 : *Arastis impietatem, et iniquitatem messuistis.*

Cor durum est superbum, obstinatum in malo impœnitens, IX, 133, 1 : *Cor durum male habebit in novissimo.* Cordis duri pulchra hypotyposis, XVIII, 57, 2 : *Secundum duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram.* In novissimo a Deo frangetur, IX, 133, 2. Est fucatum, 135, 2 : *Cor ingrediens duas vias, non habebit successus.* Hujus et cordis sapientis antithesis, 137, 2 : *Cor sapientis intelligitur in sapientia.* Corda quomodo obduret Deus, *Psalm.* II : *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Cor superborum est ventus pestilens, XII, 325, 1 : *Suscitabo super Babylonem et super habitatores ejus qui cor suum levaverunt contra me, quasi ventum pestilentem.*

CORE. Core fuit consobrinus Mosis, filius Isaar, II, 274, 1. Quare Deus ejus murmur permiserit, 2. Quando id contigerit, *ibid.* Core, Dathan, Abiron cur vocentur alieni, X, 462, 2. Core blasphemavit, et quomodo, II, 278, 2. Ejus punitio, 2. Quomodo Core,

XVI, 46, 1. Cornibus indicatur mysterium sanctæ crucis, XI, 230, 1. Cornu Christi est crux et fortitudo crucis, XIV, 251, 1. Cornuum Christi fortitudo, II, 530, 2. Item charitas et humilitas, *ibid.* Cornuum quatuor crucis, altitudinis, profundi, longitudinis, latitudinis, analogiæ, XVIII, 618, 1. Cornua Moysis (*Vide* MOYSES).

Cornu modicum quid dicatur oriri post quartam bestiam variam, XIII, 90, 1. Cornu parvulum Danielis est Antichristus, XIX, 154, 2. Cornu undecimum dicitur Antichristus, XIII, 96, 1. Cornua quatuor Zachariæ visa quid denotent, XIV, 369, 1, 2. Quid mystice, 370, 1, 2. Cornua decem bestiæ maris quæ sint, et quomodo disponenda, XXI, 253, 1, 2. Quid per ea intelligant hæretici, 253, 2. Cornua decem draconis rufi quid denotent, 241, 2 et seqq. Cornua duo similia agni bestiæ de terra ascendentis quæ sint, 259, 1. Cornua septem agni quomodo in ejus capite essent disposita, XXI, 125, 2 Quid illa significent, *ibid.*, et seqq.

CORONA. I. CORONÆ DEFINITIO ET ACCEPTIO VARIA. — Corona dicitur quasi *cohonora,* IX, 77, 1; X, 146, 2. Capitur pro rei apice, fine, consummatione, IX, 77, 1. Coronæ vocantur etiam pilei rotundi, XI, 678, 1. Corona accipitur pro galea aliquando, XXI, 203, 2. Coronæ proprie dictæ forma est absolutissima, XIV, 433, 2.

II. CORONÆ VARII USUS APUD VETERES.—1° Corona olim nulli nisi Deo dabatur, XXI, 114, 2. Coronæ olim erant deorum, XIV, 433, 1; XVII, 291, 1, 2.

2° Coronam gerebat rex quasi quidam deus terrestris, XIV, 433, 1. Corona erat insigne proprium regis, IV, 322, 1; 379, 2. Insigne erat principatus et potestatis, IX, 214, 1. Qualis erat olim regum corona, XXI, 99, 1; 338, 2. Coronæ regum veterum erant fasciæ, I, 695, 2. Coronabantur olim reges myrto, XIV, 363, 1. Qualis esset corona regis Persarum, IV, 379, 2.

3° Corona aurea proprie sacerdotum erat olim sed provincialium duntaxat, XXI, 99, 1. Corona sacerdotum Judæorum qualis esset, XII, 678, 1. Coronulas habebat tiara Pontificis Judæorum, I, 695, 2. Cidaris pontificis Aaronici describitur, X, 459, 1. Corona cujus rei regem et sacerdotem monebant, XIV, 433, 1. Corona erat præmium sapientiæ, V, 34, 2. Debetur sapienti ut regi et sacerdoti, IX 215, 2; X, 147, 1. Coronas quinque dat sapientia, VIII, 1.

4° Corona circum altare quare efformata esset, XII, 825, 2. Ipsa describitur, 827, 1, 2. Coronis redimiebantur victimæ, item sacrificantes et præsentes omnes, XVII, 291, 1, 2. Coronæ cur olim imponebantur victimis et donis offerendis, XII, 673, 1, 2.

5° Coronæ ovantium et triumphantium subinde fiebant ex myrto, XIV, 364, 2. Corona olympica quam gloriosa erat, XXI, 89, 2. Hæc in eminenti loco suspensa ab agonistis manibus veloci cursu corripiebatur, 74, 1; 173, 1.

6° Coronabatur olim princeps pastorum, VI, 333, 2.

7° Coronabantur sponsi in signum amoris et concordiæ et gaudii nuptialis, V, 348, 2; VIII, 22, 2. Item ut victoria de libidine innueretur, *ibid.* Et regnum mariti in familiam, *ibid.* Item copia liberorum, *ibid.*

8° In conviviis corona dabatur modimperatori, X, 146, 2. Cur convivæ coronas herbeas et floreas gestarent, X, 147, 1; XII, 673, 1, 2. Quid coronæ illæ significarent, *ibid.* Coronæ dabantur convivis ad delicias, XIV, 168, 1.

9° Coronas in funere deponebant Græci et Romani, XII, 678, 1. Coronæ imponebantur mortuis quas vivi gestarant, 300, 1, 2.

10° Coronis abstinebant primitivi Christiani ob quatuor causas, XI, 718, 2; XV, 610, 2. Sunt coronæ ab idololatris inventæ in honorem idolorum, *ibid.* Attamen coronabantur olim baptizati, XX, 286, 1. Et hæ coronæ ab episcopo benedicebantur, *ibid.*

II. CORONÆ SYMBOLA. — Quarum rerum corona sit symbolum, XXI, 114, 2. Corona gloriæ septem titulis et nominibus significatur, 62, 2. Varias excellentias includit, *ibid.* Corona est triplicis dignitatis insigne et symbolum, V, 35, 2. Corona symbolum est perfectionis et cumuli, item victoriæ, 348, 2. Item laboris, strenuitatis et regni, *ibid.* Integritatis, virtutis et perfectionis, 349, 1; XII, 673, 1, 2. Corona apud Hebræos symbolum erat non tantum regni, sed et rerum abundantiæ et copiæ, XI, 349, 2; XIX, 269, 2. Corona gratiarum mystice est catena virtutum, V, 32, 2; 35, 2.

Coronæ aureæ in capite 24 seniorum, quid denotent, si per has sacerdotes intelligantur, XXI, 99, 1. Coronæ tres tabernaculi repræsentant tres aureolas cœlestes, XX, 385, 2. Coronæ hæreticorum cur fingantur similes esse auro, non aureæ, XXI, 201 ,2.

Corona Israelis quæ sit, XII, 607, 1. Quid ea tropologice sibi velit, *ibid.* Corona Jesu Pontificis e denariis Judæorum facta, an e tribus partialibus coronis facta fuit, et cur, XIV, 432, 1, 2.

III. CORONA CHRISTI. — Corona spinea Christi prædicta ab Isaia, XI, 393, 1. Corona Christi carnea et spinea, V, 349, 1. Corona spinea Christus coronatur, an ea ex junco marino, an rhamno fuerit contexta, XV, 610, 1. An ea bis imposita : fuit cum ea crucifixus, *ibid.* Hæc ei acerbissimum inflixit dolorem et summam ignominiam, *ibid.* Cur fuerit ea coronatus, 2. Quid moraliter denotet, 610, 2 et seq.

Coronæ Christi sunt multiplices, VIII, 23, 2. Coronæ Christi sunt Romæ, 26, 2. Corona spinea est corona gaudii et lætitiæ, 27, 1. Christianos quales decent coronæ, XXI, 261, 2. Christianorum corona est spinea, non rosea, *ibid.*; VIII, 311, 2.

IV. CORONA SUMMI PONTIFICIS. — Corona triplici cur coronatur Romanus Pontifex, XIV, 433, 1.

Triplex corona tiaræ quid tropologice denotet, I, 696, 2. Repræsentat regnum Christi, XIV, 433, 1. Unde vocatur regnum, 432, 1. Adumbrata fuit in corona Jesu pontificis, 433, 1.

V. CORONA SUMPTA PRO BEATITUDINE COELESTI. — Coronæ nomine cur appelletur beatitudo, XXI, 49, 2. Corona cœlestis est propter hominem, non homo propter coronam, 74, 2. Coronis variis nos Deus coronat, XIX, 369, 2. Coronæ variæ in cœlo pro meritorum varietate, XIX, 311, 2. Corona regni cœlestis debetur obedientibus, V, 33, 1. Corona gloriæ cœlestis quid continet, *Psalm.* II, 188, 2. Coronæ sanctorum sunt coronæ Dei, XI, 724, 2. Coronæ apostolorum, episcoporum et concionatorum sunt et erunt fideles conversi et populus commissus, XIX, 57, 1; 123, 2. Coronæ e cœlo sanctis ostensæ, XI, 725, 2. Coronæ paratæ martyribus sæpe visæ ab eorum custodibus, XIX, 313, 2. Corona præparata qui perdatur, et corona alterius qui capiatur, *Job*, 663, 1 (*Vide* COELESTIS GLORIA).

COROZAIN. Corozain urbis descriptio', situs, celebritas, XV, 290, 2. Post mortem Christi eversa et deserta fuit, *ibid.* Quid ei exprobret Christus, *ibid.*; et 291, 1.

CORPORALE. Corporale linteum in sacro repræsentat pannos et fascias quibus recens natus Christus est involutus, XIV, 115, 2. Repræsentat etiam sindonem mundam qua corpus Christi fuit involutum, XV, 640, 1.

CORPUS CHRISTI (*Vide* JESUS CHRISTUS).

CORPUS HUMANUM. I. CORPORIS CREATIO. — Corpus hominis qualiter formatum, I, 79, 1, 2: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*, Job, 249, 2: *Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt me totum in circuitu;* 250, 1 et 2; 251, 1 et 2. Ex quali terra formatus sit homo, 251, 2. Mira et divina singulorum corporis membrorum structura, I, 79, 1; *Job*, 249, 2. Corpus aptum animæ motibus, *Job*, 249, 2. Est exemplar optimæ symmetriæ, 250, 1. Corporis humani fabrica est instar mundi, I, 81, 2. Corpus humanum constat ex aqua et sanguine, XX, 609, 1, 2: *Hic est qui venit per aquam et sanguinem.* Non est opus diaboli ut volunt Manichæi, *Job*, 181, 2. Corpus hoc nostrum arguit esse Deum, XVII, 330, 1, *Fecitque ex uno genus hominum..... quærere Deum, si forte attrectent eum, aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum.*

II. CORPORIS UNIO CUM ANIMA. — Cur vocetur anima, IX, 414, 2: *Non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam.* Cur vocetur tabernaculum, XX, 425, 2 et seq.: *Justum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo.* Est tabernaculum animæ, *Job*, 392, 2: *Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus, et calcet super eum quasi rex interitus.* Est vestis animæ, XIV, 581, 1: *Operiet autem iniquitas vestimentum ejus.* Est vas, domus, officina animæ, XVIII, 447, 1: *Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur.* Corpore utitur anima sicut faber malleo, 29, 1. Corporis propria in hac vita sunt etiam propria animæ, 450, 2: *Nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit.* An corpus recipiat sensationes in se, 28, 2. Corpus pulchrum est index animæ pulchræ, X, 386, 2.

III. CORPORIS MISERIÆ ET MALUS IN ANIMAM INFLUXUS.

1° Corpus nostrum est lutum et later, XIV, 194, 1: *Intra in lutum et calca, subigens tene laterem.* Est domus lutea, *Job*, 116, 2: *Quanto magis qui habitant domos luteas*, 251, 1, 2: *Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me.* Corpus nostrum plenum est sordibus, X, 80, 1. Corpus pulchrum saccus stercorum est, XI, 163, 1: *Et facta sunt morticina eorum, quasi stercus.* Corpus adeo mortis necessitati et ærumnis obnoxium est, ut videatur mortis cadaver, XVIII, 98, 2; XIX, 13, 2. Corpus humanum horologium habet quod hominem brevitatis vitæ commoneat, XI, 475, 2; 476, 1. In pulverem resolvendum, *Job*, 251, 2; 252, 1.

2° Quod dicatur peccati corpus, XVIII, 409, 2: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Quod corpus carnis, XIX, 13, 2. Quod corpus animale dicatur, XVIII, 410, 1: *Seminatur corpus animale.*

Corpus est quasi carcer animæ, VII, 401, 2; XVIII, 622, 1: *Ego vinctus in Domino*, XIX, 13, 2; *Job*, 117, 1; 191, 1: *Numquid mare ego sum aut cetus, quia circumdedisti me carcere?* Est animæ carcer, nebulo, catena, X, 325, 2: *Jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ.* Est tunica gravis, XVIII, 448, 2: *Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati.* Corpus mentem aggravat, *Job*, 117, 2. Obnubilat mentem, multiplici de causa, VIII, 493, et seq.: *Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Non mole, sed amore corpus remoratur animam, 495, 1. Corpus comparatur remoræ, cur, *ibid.*, 2.

IV. CORPUS QUOMODO TRACTANDUM.

1° Animo subjici debet et ab eo regi, VI, 1, 2: *Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus.* Corpus justi est symbolice servus sensatus, IX, 242, 1, 2: *Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua.* Servus est et asinus animæ, quare domandum et tundendum, X, 185, 1: *Cibaria, et virga, et onus asino: panis, et disciplena, et opus servo.* Obsequio Dei mancipetur, XVIII, 297, 2: *Glorificate Deum in corpore vestro.*

2° Id delicate non est enutriendum, VI, 409, 1, 2: *Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem.* Ejus cura immoderata fugienda, XVIII, 226, 2: *Carnis curam ne feceritis in desideriis.*

3° Corpus est dure habendum, XVIII, 334, 1; 335, 2: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Est labore exercendum, XIX, 230, 2. Laboribus et pœnitentiæ subjiciendum, V, 357, 2: *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus.* Corpus labore vegetatur et roboratur, IX, 232, 2. Corporis exercitatio conducit sanctitati, X, 130, 2: *In omnibus operibus tuis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi.*

4° Ejus fabrica docet hominem multa audire et pauca loqui, XX, 74, 1, 2. Id facile frænabit qui linguam potest, 139, 1: *Si quis in verbo non offendit..... potest etiam fræno circumducere totum corpus.*

5° Corpus in castitate servandum. Castitate roboratur, libidine debilitatur, XVIII, 296, 2: *Qui fornicatur, in corpus suum peccat*, 333, 2. Corpus incoinquinatum est tripliciter, VIII, 481, 1: *Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.* Corpus integerrimum vivum Dei templum, *ibid.* Si impollutum est, hostia vivens et sancta est, XVIII, 200, 2; 201, 1: *Obsecro..... ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.*

6° Corpora Christo velut capiti servire debent, XVIII, 294, 2: *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi.* Sunt membra Christi, *ibid.* Et ideo magni sunt facienda, 297, 1: *Empti estis pretio magno. Glorificate et portate Deum in corpore vestro.*

V. Corpus resuscitandum. — Tres causæ cur sancti optent corporis dissolutionem, XIX, 14, 2: *Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo.* Dum corpus sepelitur, seminatur, XVIII, 409, 1: *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.* In resurrectione reformabitur, XIX, 56, 1: *Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Corpora resurgent in statum perfectiorem, XX, 487, 1; 489, 2 et seq. Corpus animale non erit in cœlo, XVIII, 412, 2: *Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Sed gloriosum consimile animæ gloriosæ, 409, 2 et seq. *Surget in gloria.* Corpora putrida resurgent ad majorem gloriam exemplo grani, 408, 2: *Tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur.* Corporis resurrectio necessario cum immortalitate animæ connexa est, IV, 554, 2: *Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis.* Corporum translatio in die resurrectionis non fiet in instanti, XVIII, 413, 1, 2: *In momento, in ictu oculi..... et mortui resurgent incorrupti.* Corpus nostrum idem numero resurget, 413, 1: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem.* Corpora sanctorum nonnullorum etiamnum hodie integra conspiciuntur, XI, 268, 2; XIII 44, 2.

Quatuor dotes corporis gloriosi, VIII, 338, 1: *Fulgebunt justi et tanquam scintillæ in arundineto discurrent*, XI, 371, 2; XVIII, 410, 1, 2. Earum origo, VIII, 338, 1. Causa agilitatis est munditia, indeque subtilitas, 449, 1, 2: *Attingit autem ubique propter suam munditiam.* Subtilitatis origo, 441, 2. Quomodo corpus gloriosum potest esse simul subtile et palpabile, XVI, 280, 2: *Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet.* Corpora beatorum erunt lucida exterius et interius, XIII, 169, 1, 2: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti.* Et tamen colorata, *ibid.* Corpora beatorum in die judicii gloria donabuntur, XIV, 379, 2. Corporis resurgentis sanitas octuplex, 610, 2. Corpus gloriosum sanctorum anagogice est domus Dei, V, 249, 2.

Corpora damnatorum cur dicantur cadavera, XI, 767, 1: *Et egredientur, et videbunt cadavera virorum.* Scatent vermibus mortalibus in terra, immortalibus in gehenna, *ibid.* et seq. Corpora varia post diem judicii, damnatos in gehenna torquebunt, X, 321, 1: *Ignis, grando, fames et mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt.* Corpora damnatorum inconsumpta, *Job*, 432, 2: *Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur.*

CORRECTIO FRATERNA, CORREPTIO, INCREPATIO. I. Correptionis præceptum et necessitas. — Correptio fraterna Judæis præcepta erat, II, 121, 2: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum.* Correctio fraterna a Christo præcipitur, XV, 406, 1: *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum.* Lex de ea lata, *ibid.* et 2. Nec solum ea locum habet in injuriis privatis, sed etiam in aliis peccatis in Deum admissis, *ibid.* An ea sit præcepti, an duntaxat consilii, 406, 2. Quos obliget, an omnes fideles, an solos sacerdotes et superiores, 407, 1, 2 et seqq. Correptio proximi quibus incumbit, *Job*, 299, 2: *Audite ergo correptionem meam, et judicium labiorum meorum attendite.* Ad eam omnes fideles tenentur, XV, 498, 1, 2. Hæc de privata, non de publica correptione intelligenda sunt, *ibid.* Obligat solum in peccato mortali, *ibid.*

Quanta ejus sit necessitas, III, 340, 1, 2; XV, 408, 2. Eam docent elementa, XV, 408, 2. Sine increpatione homo in devia aberrat, V, 293, 1. *Via vitæ, custodienti disciplinam: Qui autem increpationes relinquit, errat.* Correptio adhibenda etiam ei cui scitur non profutura, *Job*, 637, 2. Corripientium peccantes exempla, XV, 408, 1.

II. Correptionis commoda. — Quanta ea sit momenti, V, 346, 2 et seq: : *Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est.* Ejus utilitas, VI, 267, 1. Correctio vitiorum summum animæ bonum, V, 477, 1: *Qui abjicit disciplinam, despicit animam suam; qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.* Est velut inauris aurea, VI, 267, 1, 2 et seq.

Inauris aurea et margaritum fulgens qui arguet sapientem et aurem obedientem. Eam suscipiens cor possidet, *ibid.* Correptionem admittens æquo animo, gaudet animi pace, V, 345, 1. Ex illa sapiens proficit, 259, 2 : *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere.* Ex ea gloriam consequitur, 392, 2 : *Qui...acquiescit arguenti, glorificabitur.* Acris correptio initio molesta est, postea vitia extergit, VI, 282, 2. Correptio aperta præstat amori abscondito, 330, 2; 332, 1 : *Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus.* Correptio amici melior est quam blanditia adulantium, *ibid.* Correptio inimici utilior est quam amor amici vitia carpere non audentis, 331, 2. Correptio sapientis est velut sal, VII, 245, 2 : *Melius est a sapientia corripi, quam stultorum adulatione decipi.* Si tempestive adhibita, hominem passim abreptum sibi reddit, VI, 266, 1. Ornat tam corripientem quam correptum, *ibid.* 2 et seq. Est velut pharmacum hominem restituens sibi et menti, IX, 536, 2 : *Corripe amicum, ne forte non intellexerit, et dicat : Non feci ; aut si fecerit, ne iterum addat facere.*

III. Quæ conditiones requisitæ tum in corripiente, tum in correptione. — 1° *In corripiente.* 1° Monitoris conditiones duæ, dilectio et scientia, XVIII, 238, 2 : *Certus sum ego de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possilis alterutrum monere*, IX, 338 : *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam, et cum interrogaveris, corripe juste.*

2° Corripiens consideret an idem aliquando vitium non habuit, XX, 137, 1 : *Nolite plures magistri fieri .... scientes quoniam majus judicium sumitis ; in multis enim offendimus omnes.* Corripiens aliquod vitium in proximo, debet illud prius in se corrigere, V, 577, 2 : *Justus prior est accusator sui ;* XV, 206, 2 : *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides ?*

3° Corripiens alios, examinet se ante correptionem an id ex amore faciat, XVIII, 284, 2 : *Non ut confundam vos hæc scribo, nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui;* XIX, 307, 1 : *Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.* Non procedat ex ira, IX, 543, 2 : *Est correptio mendax in ira contumeliosi.* Damna quæ ex hac procedunt, 544, 1. Quo affectu corripiendi sunt peccatores, 270, 1 : *Non incendas carbones peccatorum, arguens eos.*

4° Correctio errantis efficaciam accipit ab humilitate, XVIII, 238, 2 : *Audacius scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ data est mihi a Deo.*

2° *In correptione.* Quomodo correptor monere debeat, XIV, 552, 1. Sit angelus, *ibid.* Correptio amici qualis esse debeat, VI, 331, 1, 2. Corripiendi modus ex S. Augustino, XVIII, 571, 2. Item regulæ tres, 572, 1, 2. 1° Sit prudens et discreta, quis in ea servandus ordo, XV, 408, 2 : *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos.* Is tamen certis casibus non debet exacte servari, *ibid.* Præceptum Christi de ordine in correptione servando non habet in hæretico locum, XIX, 339, 2 : *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita.* Tres in correptione notandi canones, qui si serventur, non peccabitur in ejus ordine, XV, 409, 2. Ad correptionem requiritur charitas et discretio, 407, 2.

2° Sit levis et blanda, VI, 268, 1; 391, 1 : *Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus.* Sit modesta et suavis, XX, 156, 2. Blandis lenienda est et condienda, VI, 282, 2; 323, 2. Correptio mansueta cur sit grata, IX, 123, 2 : *Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris.* Fiat ex amore, IX, 535, 2; XII, 736, 1. Item leniter, tempestive et opportune, *ibid.* Corripiens alium id faciat ex misericordia potius quam per judicium dure increpando, XVIII, 571, 1, 2 : *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis ;* XX, 122, 1. Corripiens alium ex ira sibi ipsi dedecus parit, IX, 544, 1. Si id faciat prudenter et leniter, errantem a peccato divertit, 545, 1, 2 : *Quam bonum est arguere quam irasci !* Corripiens impatienter damna sustinebit, VI, 30, 2.

3° Correctio sit mixta severitate et lenitate, III, 277, 2; IX, 164 : *Ne reverearis proximum tuum in casu tuo, nec retineas verbum in tempore salutis.* Correptio severa vocatur vulnus, VI, 331, 1, 2.

4° Corripiendi sunt peccantes secreto, IX, 535, 2. Melior privata quam publica, VI, 330, 2. Cur ea secreto facienda, V, 287, 2 : *Odium suscitat rixas ; et universa delicta operit charitas.*

5° Sit perseverans correptio, et in ea nec desperandum nec cessandum, XIX, 297, 1 : (Servum Domini oportet) *mansuetum esse ad omnes.... cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati, nequando Deus det illis pœnitentiam.*

IV. Quomodo sit accipienda correptio. — 1° *Correptio est amanda*, Job, 300, 1. Correptores diligendi sunt, V, 84, 2. Corripiens est amicus ut medicus, VI, 129, 1.

2° *Correptio benigne accipienda est*, XIV, 552, 1, 2. Correptionem vir justus et sapiens benigne admittit, VI, 128, 2 : *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum; qui autem rectus est, corrigit viam suam.* Sapiens eam libenter suscipit et amabit, V, 259, 1. *Argue sapientem, et diliget te*, 292, 2. Eam libenter audiens inter sapientes agere gaudet, et honorari meretur, 477, 1.

3° *Correptus obediat corripienti*, VI, 266, 1, 2. Et agat ei gratias, *ibid.* Correptus se non excuset, sed culpam agnoscat, et de ea pœniteat, IX, 547, 1. Correptus a superiore si culpam agnoscat, veniam statim obtinet, VI, 374, 2 : *Qui abscondit scelera*

XXI, 92, 2 et seq. Creationis opus quid tropologice significet, I, 68, 2.

Deo creatio fuit facillima, etsi arduum sit opus, V, 231, 2. Omnia e nihilo solo verbo eduxit, X, 424, 1. Creata sunt omnia in Christo tripliciter, XIX, 76, 1. Quo sensu crearit Deus omnia simul, IX, 499, 2 et seq. Cur omnia non simul creata et exornata, I, 46, 2.

III. CREATIO PER PARTES EXPONITUR, X, 311, 1; I, 45, 1 et seqq. Creata sit quomodo primo die abyssus cum terra, I, 45, 2. Terra vacua hoc die ad quid, 46, 2. Spiritus quis super aquas ferebatur, 47, 1. Quæ fuerit lux quæ primo die creata, 48, 1. Quis lucis hujus usus, *ibid*, 2. Quid tropologice significet, *ibid*. Quomodo diviserit Deus lucem a tenebris, 49, 2. Quid allegorice ea divisio significet, *ibid*. Lux in meridie est creata, 50, 1. An super cœlos et firmamentum sint veræ et naturales aquæ, 51, 2. Ad quem usum ibi sint, 52, 1. Morale de firmamento, 52, 2. Ad quem locum die tertio et quare congregatæ sunt aquæ, 53, 1. Quomodo, 54, 2. Hoc die mari salsedo indita fuit, et quare, *ibid*, 1. Hoc die montes facti et concavitates sub terra, *ibid*. Quomodo tum terra produxerit germina, 55, 2. Hoc die paradisus plantatus, et herbæ venenosæ et spinæ cum rosis productæ, 56, 2 et seqq. Item mineralia, et quæ terram perficiunt, producta, *ibid*. Quarto die astra creata sunt, 58, 1. Et unde facta, 59, 1. Sol in qua parte cœli, cum fuerit productus, *ibid*. Ex qua materia aves die quinto creatæ sunt, 63, 1. De balænis hoc die creatis, 64, 1. Quæ animalium terrestrium species sexto die creatæ fuerint, 66, 1. Bestiæ etiam venenatæ tum productæ, *ibid*. Hoc die creata non fuerunt minuta animalia quæ gignuntur ex corruptione, *ibid*, 2. Nec animalia ex congressu diversarum specierum gigni solita, 67, 1 (*Vide* HOMO, MUNDUS, ORBIS, SOL, STELLÆ, etc.).

CREATURA. I. QUID SIT CREATURA. — Creaturarum proprium nomen est: *Non sum*, idque quatuor de causis, I, 459, 2: *Ego sum qui sum*, XIX, 24, 2 : *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Creaturæ ad creatorem nulla est collatio, *Job*, 218, 2 : *Vere scio quod... non justificetur homo compositus Deo*. Creaturæ quantumvis magnæ collatæ cum Deo nihil sunt, *Psalm.*, II, 471, 2 : *Exaltatum est nomen ejus solius*. Respectu creatoris sunt umbræ rerum, et nihil, non vero res, XIII, 605, 1. Creatura mundi quid sit Paulo, XVIII, 50, 2.

II. CREATURARUM PROPRIETATES.— 1° *Earum dependentia a Deo et ad eumdem relatio*. 1° Creaturæ sunt opera Dei, XI, 159, 1. Creaturis in omnibus quomodo sit Deus, XVI, 17. Omnes sunt et continentur in Deo et essentialiter ab eo dependent, X, 380, 2; 416, 2; 417, 1, 2 : *Consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus*. Creaturarum omnium quæ fuerunt, sunt et erunt, perfectiones omnes, et insuper infinitas alias creaturis communicabiles continet Deus in se formaliter vel eminenter, XIV, 236, 1. Creaturæ singulæ ab oceano essentiæ Dei guttam unam essentiæ hauriunt, 235, 2. A Deo habent omnem suam essentiam et bonum, V, 487, 2. Suam a Deo bonitatem hauriunt, XX, 52, 2. Creatura omnis quia Domini est, munda et bona est, XVIII, 349, 1. In iis operatur Deus earum opera, X, 416, 2 et seq. Pendent et sustentantur a Deo, IX, 248, 1. Creatura in opere aliquo instrumentum est, Deus principaliter agens, XVIII, 269, 1 : *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. Omnes creaturæ etiam non existentes Deo famulantes, ab eo evocantur, 86, 2 : *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*.

2° Omnes creaturæ sapientiæ et providentiæ Dei commissæ, V, 238, 1 : *Cum eo eram cuncta componens*. Earum ordo et dispositio a sapientia derivatur, 228, 2: *Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret*. Ab eo singulæ proprium sibi locum acceperunt, IX, 472, 1 : *Ornavit* (Deus) *in æternum opera illorum*. Illæ interciderent, et earum species evanesceret, nisi Deus sapientiæ suæ sigillo eas continuo consignaret, IX, 64, 2 : *Et effudit illam* (sapientiam) *super omnia opera sua et super omnem carnem suam secundum datum suum*. In resurrectione non redibunt ad suum esse ideale quod ab æterno habuere in Deo, XVIII, 405, 1, 2.

3° Creatura omnis refertur ad suum creatorem, V, 486, 2 : *Universa propter semetipsum operatus est Deus*. Appetitu naturali magis tendit in bonum Dei, VII, 164, 2. Ejus felicitas est quod Deum amet, colat et glorificet, V, 475, 1. Creaturæ sunt vestigia Dei, IX, 429, 1 : *Beatus qui excogitat vias illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator*. Nullæ præter hominem habent in se imaginem Dei, sed quoddam tantum ejus vestigium, I, 72, 1. Creaturæ demonstrant Deum, XVII, 329, 2 et seqq. Annuntiant creatorem suum, *Job*, 265, 1 : *Nimirum interroga jumenta, et docebunt te; et volatilia cœli, et indicabunt tibi*, 560, 1 : Prædicant Deum, V, 202, 2 : *Juxta portas civitatis in ipsis foribus loquitur*. Quomodo Deum laudent, XXI, 134, 1, 2 : *Et omnem creaturam quæ in cælo est, et sub terra, et quæ sunt in mari, et quæ in eo, omnes audivi dicentes*, etc. Muta voce laudant Deum creatorem suum, X, 421, 2; XXI, 134, 2. Quasi hymnis Deum laudant, *Job*, 284, 1. Omnes quasi naturali sensu creatorem sentiunt, venerantur et timent, X, 488, 1. Earum concentus et conspiratio cum suo creatore, XIII, 323, 2. Sensu naturali sentiunt vocem sui creatoris, et ejus offensam et ruinam, 627, 2 : *Numquid super isto non commovebitur terra?*

2° *Creaturarum innatæ qualitates*. 1° Creaturis omnibus indita est lex et norma qua se tueantur et moveant, IX, 1. Quælibet amat suum esse et conservari, XVIII, 139, 1 : *Vanitati subjecta est*

creatura non volens. Omnes sunt in perpetuo motu, X, 414, 2 : *Propter ipsum confirmatus est itineris finis, et in sermone ejus composita sunt omnia*. Omnes ad diversos fines et diversa itinera tendunt, idque propter Deum et Deo duce, 415, 1. Earum genera singula habent suum oppositum, 381, 2; *Omnia duplicia, unum contra unum, et non fecit quidquam deesse*.

2° Creatura quibus de causis sit vanissima, VII, 13, 1 : *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas*. Creaturæ cur sint umbræ et vanitas essendi, 14, 2 et seq. Quare vanæ, cum a Deo sint factæ, 140, 1, 2: *Cuncta fecit* (Deus) *bona in tempore suo*. Creaturæ omnes sunt instabiles, XX, 61, 1 : *Apud quem* (Deum) *non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*. Creata omnia veterascunt, *Job*, 580, 1. Quomodo omnes laborent, XIX, 170, 2. Gemunt, dum corrumpuntur et mutantur, XVIII, 139, 2 : *Omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc*. Finem malorum expectant, *ibid*.; Avide expectant tempus quo Filii Dei gloria donabuntur, 139, 1 : *Liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei*. In resurrectione non redibunt ad suum esse ideale quod ab æterno habuere in Deo, 405, 1 : *Ut sit Deus omnia in omnibus*.

3° *Creaturarum relationes ad hominem*. 1° Ad quid illæ creatæ sunt; serviunt homini ut et ipse serviat Creatori, X, 383, 1. Sunt ex dono Creatoris, I, 42, 2. Corpori et animæ nostræ serviunt, XVIII, 275, 2 : *Omnia enim vestra sunt.... sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura*. Libenter hominibus piis in usum cedunt, XIII, 310, 1 : *Et liberabo lanam meam et linum meum*. Omnes sanctis serviunt, I, 560, 2: *Et ingressi sunt filii Israel per medium sicci maris*. Docetur id variis exemplis, et qua ratione id fiat, *ibid*. et seq. Invite serviunt impiis hominibus, XIII, 309, 2. Creaturæ omnes beatos in cœlis recreant, XII, 456, 2.

2° Speculum sunt per quas Deum videmus, XVIII, 384, 1: *Videmus nunc per speculum in ænigmate*. Ex iis Deum nonnisi imperfecte cognoscimus, VI, 427, 1 : *Quod nomen ejus est, et quod nomen Filii ejus, si nosti?* Creatura nulla esse potest, cui sit connaturale Deum videre, XIX, 265, 1, 2: *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest*. Ex iis tamen Deum gentiles potuerunt agnoscere, XVIII, 49, 2 : *Quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestavit*. Ad Creatorem nobis iter ostendunt, X, 380, 1, 2. Mystice nos faciunt ascendere ad Creatorem, I, 58, 1. Creaturarum silentium est scala qua ad Deum ascendamus, XIV, 237, 2. Creaturæ omnes excitant ad laudem Creatoris, *Psalm*. I, 413, 2.

3° Creaturarum finis est Christus ut homo, XVIII, 276, 1 : *Omnia vestra sunt.... vos autem Christi, Christus autem Dei*. Creaturæ omnes sua commotione Christi humilitatem et exinanitionem in ejus incarnatione obstupuerunt, XIV, 334, 2 : *Adhuc unum modicum, et ego commovebo mare et aridam*. Per eum restauratæ sunt, *ibid*. Creaturæ omnes Christo moriente velut obstupuerunt et turbatæ sunt, XV, 633, 1; XVI, 513, 2.

4° Quomodo iis utendum. In earum singulis pii Deum agnoscant et laudent, V, 526, 1. In illis solus Creator amandus est, IX, 345, 2 : *Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas Deo sunt*. Eas invitemus oportet, ut nos in gratiis Deo pro beneficiis ejus agendis adjuvent, XIV, 269, 1, 2. Tripliciter nobis considerandæ sunt, I, 42, 2.

Creaturis moderate utendum ut sapiant, VI, 335, 2. Iis non fidendum nec adhærendum, nam qui fidit in creaturis, ab iis decipitur, XIV, 298, 1: *Væ provocatrix et redempta civitas.... in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquavit*. Ipsis fidentes potius quam Creatori, pascunt ventos, V, 278, 2 : *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos*. Sunt quoque in jugi motu, XIV, 597, 1, Creaturæ non satiant, XV, 216, 2. Non possunt hominem plene satiare, X, 417, 2; 418, 1. Iis adhærens fit instabilis, XX, 69, 1, 2. Creatura omnis est infidelis, VII, 20, 1. Creaturæ sunt muscipulæ fatuis, VIII, 562, 1 : *Creaturæ Dei in odium factæ sunt, et in tentationem animabus hominum, et in muscipulam pedibus insipientium*. Unde vertantur nobis in irritamenta concupiscentiæ, XX, 547, 1 : *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est*, etc. Cedunt impiis in mala culpæ et pœnæ, X, 318, 1 : *Hæc omnia sanctis in bona, sic et impiis et peccatoribus in mala convertentur*. Omnes sunt instrumenta justitiæ et misericordiæ Dei, *Psalm*. II, 471, 1, 2.

5° Militant Deo ad vindictam impiorum, XX, 202, 1. Omnes sunt milites Dei, *Psalm*. I, 304, 2. Sunt Dei exercitus, sunt arma Dei, *Job*, 288, 2 : *Si continuerit aquas, omnia siccabuntur : et si emiserit eas, subvertent terram*. Creaturæ impiis exprobrant sua scelera, VIII, 391, 1, 2. Quo sensu a Propheta vocentur in testes, II, 407, 1. Dum impios puniunt, gaudent quodammodo hac vindicta, X, 321, 2: *In mandatis ejus epulabuntur, et super terram in necessitatem præparabuntur*. Et ad hoc paratæ sunt, cum ipsis Deus ad eas vindicandas uti vult, *ibid*. Ejus jussa stato tempore et punctim perficiunt, 322, 1: *Et in temporibus suis non præterient verbum*. Dei et Christi imperium ac dominium maxime agnoscent in extremo judicio, XXI, 134, 2. In fine mundi in impios insurgent, XIII, 310, 1; XIX, 461, 2 : *Terribilis autem quædam expectatio judicii, et ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios*.

CREDERE. I. Credo Hebræis quid significet, XIII, 451, 1. Credere in Scriptura significat obedire, XVIII, 601, 1. Credere significat contactum spiritualem Hebræis, XVII, 150, 1. Credere Deo et in Deum quomodo differant, XVIII, 30, 2. Credere Deo, et in Deo, et in Deum, idem significant apud

Hebræos, XVI, 336, 1; XVIII, 30, 2. Attamen Latinis credere in Deum plus significat, XIV, 51, 2. Credere Christo et in Christum diversa sunt, XVI, 399, 2.

II. Credere quæ non videntur, vera fides est, XVI, 638, 1: *Beati qui non viderunt, et crediderunt.* Credimus jam quæ postea ad oculum videbimus, XX, 160, 1: *Perfecte sperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in revelationem Jesu Christi.* Credere quæ oporteat ad digne baptismum suscipiendum, XVIII, 205, 2.

III. Non credentes condemnati sunt, XVI, 345, 2: *Qui credit in eum, non judicatur; qui autem non credit, jam judicatus est.* Christo non credentes, quatenus peccarent, 412, 2. Credens in Christum habet in se Dei testimonium, XX, 615, 1. Credens in Christum quo sensu habeat vitam æternam, XVI, 352, 1: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam.* Et opera majora faciet quam ipse fecit, 545, 1, 2. Credentes Christus benigne suscipit, nec ejicit foras, 396, 2 et seq.: *Eum qui venit ad me, non ejiciam foras.* Credens in Deo misericordiam diliget, V, 426, 1, 2.

IV. Credere Deo quam sit difficile, XX, 189, 2. Credere et non credere prædicationi Evangelii est opus gratiæ et justitiæ Dei, XV, 293, 1: *Confiteor tibi, Pater, quia abscondisti hæc a sapientibus..... et revelasti ea parvulis.* Credere actu datur a sola Dei gratia, XVI, 397, 1 (*Vide* Fides).

CREDERE HOMINIBUS. Credendum non est temere neque facile, IV, 401, 1. Non credendum adulatoribus, mala consulentibus, detractoribus, suspicionibus temerariis, VI, 421, 1: *Innocens credit omni verbo; astutus considerat gressus suos.* Credulus linguæ detractoris amittit requiem suam, X, 56, 2. Credendi levitas taxatur, V, 420, 2 et seq. Credens cito decipitur, IX, 529, 1: *Qui credit cito, levis corde est.* Levis est et insipiens 530, 1, 2. Quibus credendum, quibus non, 530, 2. Credita sunt olim multa quæ nunc deprehenduntur falsa, XV, 99, 2. Credere animæ, id est conscientiæ, quando et quomodo oporteat, X, 162, 2: *In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ.*

CREDITORES. Creditor habet in debitorem jus et potestatem, VI, 145, 2. Olim creditores habebant jus et potestatem in debitorem ceu mancipium etiam in ejus filios, 145, 2 et seq. Etiam eum torquebant et secabant, *ibid.* Creditor mutuum reddere impotenti, non irascatur, sed patienter se gerat, X, 71, 1. Creditores commercia caveant extraneorum, VI, 65, 1.

CREPIDO. Crepido quid sit et unde dicatur, XII, 726, 1. Crepido altaris erat duplex, *ibid.* Ea erat quadrata, sed superabat duobus cubitis altare sibi impositum, *ibid.* Crepido altaris novissima quæ esset, *ibid.*

CRESCERE. Crescere in spiritu et Dei cognitione nos semper oportet, XX, 279, 2 et seqq.: *Ut in eo crescatis in salutem*; 494, 1: *Crescite vero in gratia et in cognitione Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi.* Crescendi in omni virtute praxis per fervida ejus desideria, V, 334, 2: *Desiderium justorum omne bonum est.*

CRETA, CRETENSES. Creta insula an dicatur ab hebræo *Carat*, XII, 684, 2; 685, 1. An sit colonia Phœnicum, et nominata a Cerethim gentes Philistæa maritima, XIV, 290, 1. Primitus habitata est, nullum habet animal noxium, optimi vini ferax est, *ibid.* Cretensium origo fuit e Palæstina, XII, 685, 1. Creta Judæis abundabat, XIX, 326, 1. Erat frequens urbibus et populis, XIX, 322, 2.

Cretenses re nautica excelluerunt, item re bellica, XII, 685, 2. Filios habebant ceu servos, IX, 117, 2. Cretenses mendaces, XIX, 325, 1. Idque ob ingenitam mentiendi et fallendi proclivitatem, *ibid.* Erant natura duri, pervicaces et perversi, 334, 1. Eorum luxuria et pæderastia, 323, 2. Eorum archiepiscopus fuit Titus, 318, 1.

CRIMEN, CRIMINATIO, CRIMINATORES. Crimina sunt sentes, *Job*, 558, 1, Crimina aliena non sunt in jurgio publicanda, VI, 261, 2. Criminatio publica alicujus grave malum est, X, 4, 1: *Delaturam civitatis.... calumniam mendacem, super mortem omnia gravia.* Criminatores falsi sæpe subeunt pœnam quam aliis parabant, VI, 10, 2: *Qui loquitur mendacia, peribit.* Criminationes a facie tristi dissipantur, 287, 1: *Ventus aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem* (*Vide* Accusatio, Calumnia, Detractio).

CRISTÆ. Cristæ galearum quales essent, XI, 696, 2. Cristas rubras cur gestarent in galeis milites, XIV, 178, 2. Cristam gallus intactam servat, VI, 469, 2. Crista bellatoris Christi fuit crux, XI, 696, 2.

CRITICI. Critici sibi sunt cæci, aliis oculatissimi, XV, 206, 1. Apologus de iisdem, *ibid.*

CROCODILUS. Crocodilos habet Nilus, XII, 714, 1. Eorum descriptio, *ibid.* et 2. Magnitudo, hostes, *ibid.* Crocodilus quomodo ova sua in tuto ponat, VI, 138, 1.

Diaboli est typus, VI, 155, 2. Et ejus voracitas symbolum mortis, 440, 2. Crocodilus symbolum est tenebrarum, XX, 525, 2. Symbolum est etiam impudentiæ, XII, 30, 1. Symbolum est crocodilus mulieris imperiosæ, IX, 280, 2. Crocodili lacrymæ quæ vocentur, *ibid.*

CROCUS. Crocus quid sit, VIII, 78, 1. Crocus febres refrigerat, 80, 1. Ejus symbola, *ibid.* Crocus gaudet calcari et atteri, pereundoque melius provenit, *ibid.*, 2. Crocus symbolum charitatis, fidei, sapientiæ divinæ, humilitatis, *ibid.* et seq.

CRŒSUS. Crœsus, Lydorum rex, neminem putabat beatum nisi divitem, II, 245, 2. In sua opulentia a Solone non est habitus felix, XXI. 281, 2. Ad rogum damnatus cur Solonem inclamaret, IX, 360, 2.

CROTONIENSES. Crotoniensium centum millia,

cæsa a quindecim millibus Locrensium, hujusque stragis causa, III, 441, 2.

CRUDELITAS. Crudelitas dicitur a *crudilate*, et quare, V, 327, 2. Capitur subinde pro immisericordia, *ibid.* Crudelitas aliena a Deo est, XII, 425, 2. Deo et hominibus exosa est, XIII, 549, 2. Crudeles in pecora et bestias, etiam in homines sunt crudeles, IX, 242, 2. Crudelitas et superbia Amani in Mardochæum et Judæos, IV, 373, 2. Item Darii Hystaspis et Xerxis filii ipsius, 399, 1, 2. Crudelitas Herodis in necandis iis quos ad regnum suum jus habere norat illique inhiare, XV, 78, 2, Crudelitas hæreticorum, XX, 670, 2.

CRUX, CRUCIFIXUS. I. QUID ERAT OLIM CRUCIS SUPPLICIUM. — Crucis supplicium apud Persas erat usitatum, et ignominiosissimum, IV, 378, 2. Erat proprium supplicium seditionis et affectati regni, et ignominiosum, XV, 600, 1; 604, 1. Non fuit apud Judæos supplicium ordinarium, sed tantum enormium criminum, II, 132, 2. In ea pendentes quare et quomodo dicantur maledicti, 475, 2; 476, 2. Crucifigendi olim crucem suam portabant, XV, 614, 1. Crux templo et pectori Serapidis erat insculpta, I, 364, 1.

II. CRUCIS PRÆFIGURATIO ET PRÆDICTIO. — Ejus symbolum est arbor vitæ, I, 87, 2; V, 91, 2. Per iridem designatur, X, 401, 1. Item per virgam Moysis, I, 496, 1; 587, 2. Ejus typus fuit in postibus Hebræorum sanguine agni tinctis, I, 534, 2. Fuit ipsa figurata in serpente æneo, II, 305, 2; XVI, 344, 1. Designatur per ligneum altare holocausti, I, 665, 1. Præfigurabatur per vitulum et fimum qui extra castra cremabantur, II, 108, 2. In Josue romphæa denotatur, X, 462, 2. Allegorice designatur per mensam sapientiæ, V, 251, 2. Sycomoro assimilatur, XIII, 617, 2; XVI, 247, 2; 250, 1. Crucis figuram multa naturalia repræsentant, XII, 567, 1. Ejus symbola varia, X, 202, 1. Crucifixus Christus portentum est a sæculis inauditum, XIV, 519, 1, 2.

III. QUÆ IN CRUCE CHRISTUS PASSUS ET OPERATUS EST. — 1° *Crux Christi e quibus lignis compacta sit*, IX, 635, 2; XV, 619, 2. Crux Christi materiam fuisse ficum subindicat Belonius, VII, 585, 1. Crux Christi e palma fuit, VIII, 193, 1. Erat quadrangula, XV, 624, 1.

2° *Crucifixionis Christi modus.* Is S. Brigittæ fuit revelatus, XV, 621, et seq. Quomodo suam crucem Dominus portarit, 613, 2. An ea habuerit suppedaneum cui pedes inniterentur; videtur inferne fuisse excavata, ut calces pedum in cavo hoc reciperentur, 616, 2 et seqq. Ejus acerbitas, 617, 2. Crucem Christi ita collocarunt Judæi, ut facies ejus occidentem, tergum orientem respiceret, XII, 152, 2. Crucifixus est Christus prima die Azymorum, XVI, 613, 2. Cruci astitit Deipara, 615, 1. Cur de illa Christus non descenderit, XV, 626, 1, 2.

3° *Christus cruce dæmonem debellavit, mortem, mundum.* Christus cruce diabolum vicit, XIV, 260, 2: *Percussisti caput de domo impii.* Ea velut cornibus dæmonem et mortem superavit, 251, 1, 2: *Splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus.* Crucis cornua fuerunt arma et cornua Christi: crux quomodo fuerit in manibus ejus, *ibid.* Quam potentia sunt, XXI, 126, 1. Crucis Christi hamo aduncatus est diabolus, IV, 298, 2. Fuit veluti arx Christi e qua diabolum debellavit, XVI, 512, 2: *Et ego si exaltatius fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* Fuit plaustrum quo comminuit impios, XI, 370, 1. Crux Christi fuit currus triumphalis gloriæ, patientiæ et obedientiæ, VI, 123, 1; XV, 619, 2; XVIII, 255, 2: *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus*, XX, 306, 2.

Crux Christi clavis est quam ipse homo gestavit, et qua cœlum aperuit, XI, 343, 1, 2: *Et dabo clavem domus David super humerum ejus.* Est velut clavis cœli, XXI, 71, 1: *Qui habet clavem David; qui aperit, et nemo claudit; claudit, et nemo aperit.*

Crux Christi quomodo vocari posset altare, XII, 827, 1. Ea est ara non templi, sed mundi, XIX, 520, 1.

Crux est scabellum Christi, XII, 369, 1: *Non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.* Fuit Christi crista, XI, 696, 2. Crucis columnæ humilitas et obedientia, VIII, 15, 2. In ea quæ virtutes eluxerint, XXI, 22, 2. Crux est lectulus Christi, VII, 541, 2 et seq. Crux fuit ferculum Christi, VIII, 15, 1. Crucifixus Christus est velut surculus arbori insertus, XX, 80, 2.

Crux est symbolum vitæ et salutis, XII, 567, 1. Fuit velut arcus cœlestis, XXI, 96, 2: *Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ.* Clamat illa misericordiam et reconciliationem, *ibid.* Est omnium inimicitiarum exactrix, XVIII, 606, 1, 2: *Ut.... reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, inimicitias interficiens in semetipso.* Commode arbor vitæ dicatur, XXI, 407, 1: *In medio plateæ ejus, et ex utraque parte fluminis lignum vitæ.*

IV. CRUCIS GLORIA, SAPIENTIA ET VIRTUS. — 1° *Crucis gloria.* Ejus encomia varia et elogia, I, 573, 2. Ejus gloria et encomium, XVIII, 256, 2. Ea multis visa probrosa, sed post Christum gloriosa facta est, XVI, 139, 1; 591, 2. Crux Christi cessit in gloriam et triumphum, IX, 214, 1: *Erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis, et bases virtutis, et torques illius in stolam gloriæ.* Est thronus, *Psalm.*, I, 52, 1, 2: *Fecisti judicium meum et causam meam, sedisti super thronum qui judicas justitiam.* Fuit quasi solium regni Christi, XIV, 244, 1. Ea fuit summa exaltatio, XVI, 444, 2: *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* In ea scriptum nomen Christi regis, XI, 255, 2. Crux est margarita pretiosa, XV, 334, 1.

In ea pendentes jam non sunt maledicti, II, 475, 2;

476, 2. Crucifixi Christi conspectus Christianis jucundissimus, etiam regibus, XI, 620, 2. Crucem primi Christiani in viis loco Mercurii statuerunt, VI, 306, 2. Crucis sigillum Christiani præfigebant litteris suis et monumentis, XX, 12, 2. Erigebatur titulus crucis in nova ecclesia, XIX, 53, 1. Crux ob Christi contactum adoratur, et alia quælibet, XX, 366, 2. Crucem gestant episcopi et pontifex.

Est signum Christi incarnati, cur illa die judicii apparitura sit, XV, 514, 1. Idque ad consolationem piorum, exprobrationem impiorum ; an ipsissima crux in qua is pependit, 514, 2. Portabitur ea ab angelis, *ibid.* Ea in cœlo apparebit quasi victoriæ trophæum, XXI, 407, 1. In cœlis quasi æternum Christi trophæum statuetur in die judicii, XI, 635, 1, 2. Crucis signum erit ab igne conflagrationis mundi immune, XX, 488, 1.

2° *Crucis virtus.* Crux Judæis scandalum et Gentibus stultitia, XVIII, 253, 1 ; 254, 2. Sed ejus virtus et sapientia in se et prædicatione sui in sex admiranda eluxit, 255, 1. Item in aliis quatuor, *ibid.*, 2. Ejus virtus, XX, 268, 1 : *Qui suscitavit eum a mortuis, ut fides vestra et spes esset in Deo.* Lingua Chaldaica significat Dei sapientiam et virtutem, XVIII, 255, 1. Crux est signaculum fortitudinis, XII, 570, 1, 2. Cruce meruit Christus ut universalis Ecclesiæ potestas ei daretur, XI, 343, 1, 2. Crux Christi firmavit Romanum imperium, XIII, 377, 2. Crux est vexillum Christi, XIV, 378, 2 : *Ecce ego levo manum meam super eos.* Sub ea omnes Christiani militant, XVI, 76, 2. Cruce cur insignirentur proficiscentes Palæstinam pro recuperanda Terra sancta, IV, 565, 2. Crux Christi martyrum robur, VII, 588, 2. Crucis signum quam sit dæmonibus terribile, II, 305, 2. Ab ea petendum remedium in cruce et adversis, X, 177, 1.

3° *Crucis sapientia.* Crux est doctrina et beatitudo, V, 85, 1. Crux est fons sapientiæ, XVIII, 255, 2 : *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.* Crux cathedra sapientiæ christianæ, sapientia in mysterio est Christus crucifixus, *Job*, 562, 1. Crux sanctitatis magistra est sanctis, XX, 307, 1 : *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ vivamus.* Quid liber crucis contineat, et quis ejus titulus, XVIII, 538, 1 : *Quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus?* Est liber sapientiæ, XV, 619, 2. Est speculum omnis virtutis et perfectionis, *ibid.* Crucifixus erat liber S. Bonaventuræ, VII, 555, 2 et seq. Ejus seria meditatio est funis quæ dæmon ligetur, IV, 299, 1.

V. Quæ sint Christianorum officia erga crucem.

1° *Crucis confessio et professio*, XII, 570, 1, 2.

2° *Nobis in ea gloriandum est*, XVIII, 283, 1. Crux omnis Christiani gloria, XIV, 458, 1. Ea parit gloriam, XVII, 446, 1, 2 ; XVIII, 255, 1, 2.

3° *Cruces nobis sunt ambiendæ;* XIV, 458, 1, XVIII, 421, 2 ; XIX, 99, 2. In crucibus gaudendum Christianis, XVI, 648, 2 et seq.

4° *Crux Christianis generose propter Christum ferenda est, cur*, XV, 277, 1 : *Qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus.*

1° *Varia motiva.* Per cruces Christo crucifixo conformamur, XVIII, 146, 2. Crux et tribulatio est character Christi, XXI, 271, 2 : *Et faciet omnes habere characterem in manu.* Quomodo Christus eam elegerit præ gaudio et deliciis, XIX, 496, 2 : *Proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta.* Crux est sigillum Christi, XIV, 351, 2 : *Ponam te quasi signaculum.*

2° Crux est signum electorum Dei, XXI, 163, 2 : *Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi*, 145, 2. Cruces sunt sanctis ab æterno decretæ, XVIII, 146, 2 ; XIX, 484, 1 : *Majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi.* Cruces majores melioribus imponit Deus, XIX, 125, 1, 2 : *Nemo moveatur in tribulationibus istis, ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.* Erit ea in fine mundi signum servorum et amicorum Dei, XII, 567, 2 et seq.

3° Crux est tessera militiæ christianæ, XX, 344, 1, 2 : *Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini.* Est panoplia hominis christiani, *ibid.*

4° Crux via est in cœlum pro Christianis sicut fuit pro Christo, XX, 304, 1 : *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus*, XVII, 294, 1 : *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Propter Dei regnum cruces animose sunt ferendæ, XIX, 75, 1 : *Eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ.* Crux est scala per quam Christus et Christiani in cœlum ascendunt et ascenderunt, I, 286, 2. Crucem ferentes salvantur, XII, 567, 1. Crux est navicula qua littus patriæ cœlestis obtinemus, XV, 235, 2.

5° Crux quam sit dulcis et suavis, XX, 16, 1 : *Omne gaudium existimate,... cum in tentationes varias incideritis;* 18, 1. Omnia amara reddit dulcia, I, 573, 2 : *Ostendit ei* (Dominus) *lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt.* Crux fidelium brevis est, XIII, 364, 2 : *Vivificabit nos post duos dies.*

5° *Crucem quotidie quisque tollere debet*, et in qua re id situm sit, XV, 376, 2. Quisque suam habet, *ibid.* et seq. In ea per totam vitam usque ad mortem perseverandum est, 377, 1. Crux in fronte, in corde et brachio, quomodo, XXI, 164, 2.

6° *Crux quotidiana ferenda patienter*, II, 17, 2. Cruces patientem probant, impatientem destruunt, V, 279, 2. Crucem suam portare in angaria quid sit, XV, 614, 1. Crucem unam fugiens plerumque incidit in aliam, XII, 355, 1.

7° *Crucis amantium exempla*, XIV, 521, 1. Cru-

cifixorum corde et corpore exempla, XVIII, 534, 1 et seqq. (*Vide* Christus, Redemptio, Afflictio).

VI. De crucis signo. — Cruce signasse videtur Christus panem ex quo Eucharistiam consecravit, XV, 555, 2. Per crucis signum suos benedixit, XVII, 57, 2. Crucis signum formatur in benedictione, XVI, 284, 1. Est crux passim efformanda, maxime in operis initio, ut eam efformabant primi Christiani, XVIII, 350, 2; XIX, 53, 1. 2. Crux a Christianis sæpe per diem formatur, XXI, 164, 1. Crucis signo frangitur potestas dæmonis in cibos, XIX, 228, 2.

CRYPTÆ. Cryptæ cur in priscis templis Romæ conspiciantur, XXI, 148, 1. Cryptas martyrum olim Romæ visitabat S. Hieronymus, XII, 783, 2. Cryptæ et catacumbæ sanctorum hodie a Christianis magna pietate Romæ coluntur, XI, 268, 1. 2.

CRYSTALLUS. Crystallus quid sit, IV, 390, 2. Crystallus id est glacies, unde dicatur; crystallus gemma quid sit, X, 403, 2; 410, 1. Crystallus a *gelu* græce, hebraice a *calvitie* nomen habet, XI, 645, 1. Crystalli materia et origo, XXI, 406, 1. Unde nascatur, X, 403, 2; 410, 1. Ea est duplex, una e gelu conglaciata, altera fossilis, ubi nascatur, *ibid.* Crystallus gemma est durus et purus, XI, 645, 1. Alius est a chrysolitho gemma, XIII, 138, 2. Crystallus mirabilis in oppido Santareno in Lusitania, I, 686, 2.

CUBICULA. Cubicula in atria sacerdotum plurima erant, eaque dicebantur tum exedræ, tum thalami, tum gazophylacia, tum pastophoria, XII, 781, 2. Eorum erant ordines duo, et in singulis ordinibus triginta tria erant, XII, 807, 2.

In cubiculo cur orare Salvator jubeat, XV, 184, 1.

CUBITUS. Cubitus qualis mensura sit, I, 137, 1; 639, 1. Cubitus communis est pes, cum dimidio, XII, 855, 2. Vel continebat quinque palmos, 784, 1, 2. Cubitus est sesquipes, XVI, 643, 1. Cubitus, an quarta, an sexta pars staturæ hominis, XXI, 221, 2; 375, 2; 380, 1, 2. Cubitus est propria mensura staturæ humanæ, XV, 200, 2. Cubitus sacer profanum palmo excedebat, XII, 784, 1, 2; 825, 1.

CUCULUS. Cuculus cur sit avium probrum, II, 215, 2. Cuculi ova sua supponunt in aliarum avium nido; sunt symbolum adulterorum, X, 244, 1. Cuculus primus veris nuntius, VII, 580, 2.

CUCURBITA. Cucurbita magnam et frigidam facit umbram, XIV, 581, 2. Cur pro cucurbita S. Hieronymus hederam verterit, *ibid.* Ejus umbra mundi vanitatem notat, 59, 1. Cucurbitæ ænigma, XII, 495, 1. Cucurbita symbolum præmaturi incrementi. V, 385, 2 et seq.

CULPA. 1° Culpæ Dominus non est auctor, sed justus ordinator, X, 175, 2: *Quasi lutum figuli in manu ipsius... sic homo in manu illius qui se fecit.* Culpa gravior est etiam pœna gehennæ, 58, 2: *Mors illius, mors nequissima, et utilis potius infernus quam illa.*

2° Culpa sequitur peccantem, eumque jugiter pungit, V, 395, 1: *Peccatores persequitur malum.* Culpa fit pœna, VIII, 517, 1: *Ut scirent quia per quæ peccat quis, per hæc et torquetur.* Culpa et pœna sunt fratres et comites, XII, 363, 1, 2: *Vigilavit jugum iniquitatum mearum*, XIV, 212, 1. Culpa omnis septuplicem habet pœnam, IX, 221, 1: *Non semines mala in sulcis injustitiæ, et non metes ea in septuplum.* Culpæ et seminis similitudo, VI, 147, 2: *Qui seminat iniquitatem, metet mala.* Culpa minor alia majore castigatur, V, 502, 2: *Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus.* Pro culpa puniri est actus justitiæ, XX, 332, 2 et seq.: *Melius est enim benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quam male facientes.* Culpa peccati post actum remanens est velut funis ejus, V, 150, 1: *Iniquitates suæ capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur.*

3° Culpa per pœnitentiam tollitur, sed non pœna, XIII, 498, 2: *Quis scit si convertatur et ignoscat.* Ejus confessio reconciliat offendentem cum offenso, VI, 374, 2: *Qui.., confessus fuerit scelera sua, et reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Culpa ob ingratitudinem peccatoris erga Deum plane non revocatur, XV, 415, 2 et seqq. Superata culpa non superbiendum, IV, 444, 1.

CULTUS. 1° A cultu Dei in omnibus rebus est ordiendum, X, 219, 2: *Bono animo gloriam redde Deo, et non minuas primitias manuum tuarum.* Cultus Dei fideli ante omnia quærendus, V, 491, 1. Non est dolis impendendus, 136, 2. Cultus divinus miro Deo placet, X, 219, 2. Est basis et fundamentum reipublicæ, 526, 1. Est signum electionis divinæ, IX, 628, 1, 2. Cultus Dei est semen omnis felicitatis, XIV, 445, 2: *Nunc autem semen pacis erit.* Cultores et curatores sunt qui jugiter Deo assistunt et famulantur, XIII, 488, 1.

2° Cultus Dei pulchritudine et decore promovetur, X, 435, 1. Cultus Deo gratissimus consistit in peccatorum fuga et custodia legis, 213, 1: *Qui conservat legem, multiplicat oblationem.* Non juvat in peccatis persistentes, 209, 2 et seq.: *Unus orans, et unus maledicens cujus vocem exaudiet Deus?* (*Vide* Deus, Religio).

3° Cultus sacrorum non fuit Hierosolymis tam elegans post reditum captivitatis, quam fuerat ante, XIV, 384, 2.

4° Cultus Deiparæ in orbe varius est et multiplex, XVI, 37, 2. Cultus B. Virginis semper prodest, V, 243, 1, 2. Præservat a peccato et perseverantiæ donum efflagitat, IX, 657, 1. Cultores B. Virginis bene de suo salute sperent, V, 227, 1 (*Vide* Maria).

CUNCTATIO. Cunctatio in consilio prodest, VI, 73, 1: *Hæreditas ad quam festinatur a principio, in novissimo benedictione carebit.* Cunctatione opus est, cum periculum mora declinari potest, X, 131, 2.

CUNEGUNDIS (S). S. Cunegundis imperatrix

fuit in matrimonio virgo, et super igneas laminas ambulans, suam virginitatem probavit, I, 453, 1; II, 76, 1; XIII, 45, 2; XVIII, 272, 1; 301, 2. Facta vidua, sancte in monasterio vixit, XIX, 238, 2. Quomodo usque ad finem vitæ cilicio usa, et in eo mori voluerit, I, 342, 1. Ejus mors et sepultura, XIII, 45, 2; XIX, 238, 2.

CUPIDITAS. I. Cupiditatis origo, diversæ species et characteres.

1° Cupiditas unde in homine nascatur, XVI, 194, 2.

2° Cupiditas in homine triplex est, VI, 386, 1.

3° Cupiditas est stulta, et qui eam sequitur stultus est, VI, 387, 2: *Qui confidit in corde suo, stultus est*; 400, 1: *Totum spiritum suum profert stultus.*

4° Cupiditates quasi vinum inebriant hominem, XIV, 228, 1: *Et quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus.* Cupiditas est pix animæ, IX, 384, 1: *Qui tetigerit picem, inquinabitur in ea.*

5° Cupiditas est insatiabilis, V, 69, 2; XVI, 353, 1: *Qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum.* Præsertim opum cupiditas, V, 461, 1: *Melior est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles.* Cupiditas est Charybdis insatiabilis, et velut ardens febris, et fera effera, XIV, 228, 2. Cupiditas opum est belluina. V, 540, 2: *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit?* Cupidus cur dicatur latus animus, VI, 385, 2 et seq.: *Qui se jactat, et dilatat, jurgia concitat.* Omnia capere desiderat, *ibid.* Cupiditas est velut meretrix, 5, 268, 1.

6° Cupiditatis in homine per peccatum corrupto quanta sit vis, IV, 516, 1.

II. Cupiditatis peccati gravitas. — Cupiditati obsequens crimine se obstringit, VI, 3, 1. Cupiditatis opum coacervandarum quando sit peccatum mortale, IX, 342, 2: *Fili, ne in multis sint actus tui; et si dives fueris, non eris immunis a delicto.* Cupiditatibus obsequi cupiunt impii, V, 393, 1, 2. *Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala.* Cupiditas quævis charitati contraria significatur per ignem alienum, II, 55, 2. Cupidates sunt aquæ furtivæ, cur, V, 267, 1.

III. Cupiditatis effectus.

1° Cupiditas radix omnis peccati, XV, 139, 2 et seqq. Cupiditas radix omnium malorum ostenditur, *Psalm.* I, 305, 2. Cupiditas quænam sit radix omnium malorum, XIX, 259, 1: *Radix omnium malorum est cupiditas.* Nimia cupiditas opum et rerum delectabilium est causa malorum, XVIII, 638, 2: *Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam*, XIX, 258, 1: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli*, etc.

2° Cupiditas est mater atheismi, VIII, 299, 1: *Dixerunt enim cogitantes apud se non recte: Exiguum et cum tædio est tempus vitæ nostræ, et non est refrigerium in fine hominis*, etc. Cupiditates sunt dii peccantium, XIII, 309, 1: *Et argentum multiplicavi ei, et aurum quæ fecerunt Baal.*

3° Cupiditati serviens rex vere servus est, V, 369, 2: *Manus fortium dominabitur; quæ autem remissa est, tributis serviet.* Ei serviens pessimis dominis servivit, X, 189, 2 et seq. Cupidi pro puncto voluptatis se efficiunt mancipia diaboli, IV, 330, 2. Cupiditatibus addicti obturant aures suas disciplinæ et monitis salutaribus, V, 242, 1.

4° Cupiditas inexplebilis est omnis tristitiæ causa, XIX, 260, 2: *Quam (cupiditatem) quidam appetentes, erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.* Cupiditates contrariis pœnis punit Deus, XIV, 569-2.

5° Cupiditas causa audaciæ est, V, 579, 1: *Patrem et matrem confundit audax.*

6° Cupiditas est fons et origo discordiæ, IX, 670, 1. Est jurgiorum mater, VI, 387, 1: *Qui se jactat, et dilatat, jurgia concitat.* Cupiditates sunt causæ perturbationum, V, 379, 1, 2.

7° Cupiditas est mater paupertatis, VI, 387, 1. Cupidus est pauper, V, 379, 1: *Est quasi pauper cum in multis divitiis sit*; IX, 405, 2: *Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia, et nequissima paupertas in ore impii.* Cupiditates sunt quasi panis subcinericius, XIII, 382, 2.

8° Cupiditas seipsa perimit, V, 47, 1: *Usquéquo..... stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient?* Est via quæ videtur homini recta, et novissima ejus deducunt ad mortem, 416, 2. Cupiditatum quibus quis vivens servivit, memoria etiam in morte recurrit, XX, 117, 2.

IV. Cupiditas refrænanda, et quomodo. — Cupiditas est nobis cohibenda, VI, 292, 2. Cupiditates sunt nobis abnegandæ, XV, 375, 1 et seq.: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum.* Cupiditas non debet dominari, sed famulari, X, 362, 1. Cupiditatibus debent imperare Christiani, XX, 90, 1, 2: *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo*, 244, 1. Si ei obsequaris, insolescit; si resistas, mitescit, VI, 160, 1, Refrænans eam, sapiens est, 400, 1. Ejus resecatio veræ sunt opes, X, 98, 1: *Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est omni auro et argento.* Cupiditas est inexplebilis, ideo debet esse moderata, VI, 351, 2: *Infernus et perditio nunquam implentur; similiter et oculi hominum insaturabiles.* Cupiditatibus suis vim faciens, coronam in cœlo promeretur, XV, 286, 2: *Regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.*

Cupiditatis initiis est obsistendum, V, 417, 1. Cupiditates strenue sunt debellandæ, *Job*, 182, 1. Cupiditates dum mortificantur, acrius exurgunt, IX, 91, 1: *Fili, accedens ad servitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem.* Cupiditatis remedium unde petendum, XVI, 194, 2 (*Vide* Avaritia, Libido, Passio, Concupiscentia).

ës fuerit, XIX, 333, 1. Cursus Pauli, qualis et quantus, 310, 1: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi.* Currentibus Deus magnam gratiam, spiritum, magnos animos et vires aspirat, XI, 506, 1, 2 et seqq.: *Current, et non laborabunt; ambulabunt, et non deficient.*

CUSTODES, CUSTODIA. 1° Custos Hebræis vocatur præfectus, rex, dominus, XIV, 195, 1 : *Custodes tui quasi locustæ.* Custodia capitur pro vinctis, etiam pro custodibus et apparitoribus, XVII, 424, 1. *Ut autem judicatum est.... tradi Paulum cum reliquis custodiis.*

2° Custodia Dei angelorum et sacerdotum qui Ecclesiam custodiunt triplici muro denotatur, XII, 784, 1. Custodia angelorum et hominum est murus et antemurale, 373, 2: *Luxitque antemurale, et murus pariter dissipatus est.* Custodia Dei firma, *Job*, 199, 1 : *Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum ?* 373, 1 : *Libera me, Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnat contra me.* Custodia Dei erga suos mira, XX, 247, 1 : *Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem.*

3° Custodes templi mystice sunt zelosi, XII, 802, 1, 2. Custodes domus quinam sint in homine, VII, 385, 1, 2 : *Quando commovebuntur custodes domus, et nutabunt viri fortissimi.* Custodes civitatis in Cantico canticorum qui, VIII, 114, 1 : *Invenerunt me custodes qui circumeunt civitatem.* Custos de nocte venire quomodo intelligatur, mystice, XII, 802, 1, 2. *Ad me clamat ex Seir : Custos quid de nocte ?*

4° Custodia dicitur præceptorum et rituum observatio, XIV, 386, 2 : *Si in viis meis ambulaveris, et custodiam meam custodieris.* Custodia Hebræis vocantur leges per metonymiam, XII, 341, 1 : *Dominum dereliquerunt non custodiendo.* Custodia mystice est secretum, item status, gradus, et officium, XIV, 223, 1 : *Super custodiam meam stabo.* Custodia sensuum nobis esse debet exactissima, XII, 85, 1 : *Ascendit mors per fenestras.* Custodia oculorum præsertim suadetur, VII, 107, 2 : *Et omnia, quæ desideraverant oculi mei, non negavi eis.*

5° Custodes sepulcri sunt ab angelis exterriti, XV, 650, 1. Et diffugerunt, 654, 2. Quid pontificibus nuntiarint, *ibid.* Eos fallere erat impossibile, 655, 1. Corrumpuntur auro a pontificibus, *ibid.* Omnem tamen fucum et rem totam Pilato aperiunt, *ibid.* Sed plebi aliud persuaserunt, 655, 2 et seq.

Custos carceris Philippensis qua occasione ad fidem sit conversus, XVII, 312, 2. Custodes carceris Petri, e quo ipse liberatus, an occisi, 270, 1.

CUTHÆI. Cuthæi qui sint, XII, 224, 2. Cuthæi sunt Assyrii a Salmanasar in Samariam translati loco Israelitarum abductorum, XIII, 294, 2. Cum Deo vero etiam idola colebant, XIII, 294, 2; XIV, 438, 2.

CYATHI. Cyathos quot in mensa biberent veteres, X, 135, 1. Bibebant veteres ad numerum, in honorem Fortunæ et Annæ Perennæ, XI, 750, 1. Cyathi in conviviis etiam coronabantur, X, 147, 1. Cyathi tabernaculi cui usui servirent, I, 649, 2. Eorum tropologica significatio, 650, 1.

CYAXARES. Cyaxares vox unde formetur, XIV, 173, 1. Ejus pater et filius, *ibid.* Quamdiu regnarit, XIII, 23, 1, 2. ; XIV, 175, 1. Scythas e Media expulit, 173, 2. Despondit filiam suam Nitocrin Nabuchodonosori, ut se in obsidio Ninives adjuvaret, XIV, 173, 2. Cyaxares rex Medorum Niniven cepit et evertit, XII, 12, 2 ; XIV, 173, 1 ; 174, 2. Ejus imperium quos habuerit fines, XIII, 23, 1, 2.

CYPRIANUS (S.), martyr. S. Cyprianus primum magus, sed postea fidelis et martyr, suis incantationibus dæmonem excivit, cur, IV, 279, 2.

CYPRIANUS (S.), EPISCOPUS CARTHAGINIENSIS. S. Cyprianus Cæcilii nomen accepit a Cæcilio presbytero a quo babtizatus est, XVIII, 37, 2. Quomodo sit per baptismum immutatus, XII, 752, 1; XVI, 130, 1; XVIII, 293, 2. Ad episcopatum assumptus omnem affectum erga uxorem et filias deposuit, XII, 836, 1. S. Cypriani modestia in vultu, XX, 325, 1. Fuit in hoc mundo peregrinus, I, 184, 2.

Quanta illi fuerit cupido sacri sermonis, XIX, 308, 2. Suos quotidie docebat, et absens per epistolas, *ibid.* Unicuique hominum statim congruam dabat instructionem, XVI, 179, 2. S. Cypriani qualis sit stylus et phrasis, V, 447, 2. Ejus de Tertulliano judicium, IX, 29, 1.

S. Cornelii pontificis auctoritatem tuetur contra schismaticos, XIII, 392, 2. Quantopere hæreticos odisset, XIX, 289. 1. Qua de causa tractatum *de Mortalitate* scripserit, XIX, 15, 2. Wandalorum excidium prædixit, XXI, 201, 1.

Ejus error de rebaptizandis hæreticis, X, 211, 2; XVII, 250, 1 ; XVIII, 624, 2. Ejus error de mundi ætate et duratione, XXI, 354, 1.

Ejus resolutio in respondendo proconsuli instanti ad idola adoranda, XIII, 40, 2. Audita mortis sententia Deo egit gratias, et gavisus est, XIII, 464, 2; XVIII, 409, 2. Ejus ad tyrannum commiserantem intrepida vox, I, 411, 2. Docuit suos ad mortem usque, et morti proximus adhuc eos hortabatur, XX, 374, 2. Carnifici suo jussit dari 20 vel 25 aureos, XV, 174, 1; XX, 374, 1.

CYPRUS INSULA. Cyprus insula a Syria avulsa dicitur, X, 414, 1. Cypriæ virgines stupro ejusque pretio Venerem colebant, XII, 462, 1. Cyprii olim græce loquebantur, XVII, 278, 2.

CYPRUS ARBOR. Cyprus quid, VII, 78, 2. Qualis arbor, 350, 2. An sit balsamum, *ibid.* et seq. An vero ligustrum, *ibid.* Cyprus in Cantico quid significet, 529, 2. Ejus symbola, VIII, 79, 2 et seq.

CYRENE. Cyrene duplex est : una in Libya, altera in Media, VIII, 442, 2; 542, 2; XVII, 91, 1. Unde vox *Cyrene* formetur, *ibid.* Cyrene variæ sunt urbes, XV, 613, 1. Cyrenensis Synagoga quæ esset Hierosolymis, XVII, 166, 2.

CYRILLUS ALEXANDRINUS. (S.) S. Cyrillus

mortalitatem, XI, *ibid*. Ejus somnium quo invitabatur ut ad deos ascenderet, IV, 207, 1. In ejus sepulcro quid fuerit inclusum, XII, 731, 2. Ejus titulus, *ibid*. Eum ut numen suum colebant Persæ, IV, 205, 2.

D

DACTYLUS. Dactylus palmæ fructus digitis est similis, XXI, 173, 1. Dactylis vivunt plerique in Oriente, VI, 491, 1, 2. Dactyli cibus erant anachoretarum, et modo Afrorum, IX, 636, 1. Eorum dulcor et salubritas, *ibid*.

DÆMON, DIABOLUS, LUCIFER, SATANAS. I. DÆMONIS ET DIABOLI VOCIS SIGNIFICATIONES, DÆMONIS VARIA NOMINA. — Dæmonis etyma, IV, 279, 1. Dæmon unde sic dictus, et vox dæmonis quid proprie significet, XVII, 321, 2; XVIII, 324, 1; XX, 163, 1; 392, 2. Dæmon dicitur a δειμαίνειν, id est *timere*, quia timorem incutit; licet verius δαίμων dicatur quasi δαήμον, id est *sciens*, *ibid*. Voces *dæmonia*, *dæmones* male sonant etsi etymon earum sit honestum, XI, 397, 2.

Diabolus vox unde deducatur a διαβάλλω, id est *calumnior*, XX, 391, 2. Diabolus idem est quod criminator vel accusator, XVI, 215, 1; 414, 2; XX, 666, 1; XXI, 247 1. Idem est qui zabulus, IX, 103, 2.

Hebraice diabolus vocatur *sair*, id est hircus, XX, 393, 1. Dicitur calumniator, malus antonomastice, XV, 194, 1: *Sed libera nos a malo*; XVIII, 645, 1; XIX, 168, 2: *Fidelis autem Deus qui confirmabit vos et custodiet a malo*. Antonomastice significat Luciferum, XV, 117, 1. Lucifer princeps dæmonum, 251, 1, 2: *In principe dæmoniorum ejicit dæmonia*. Per contemptum vocatur Beelzebub, IV, 43, 1, 2. Diabolus cur dic atur *nemo*, VI, 360, 1: *Fugit impius nemine persequente*. Est Belial quem vicit Christus, XIV, 170, 2: *Non adjiciet ultra ut pertranseat in te Belial*. Diaboli tria nomina, XXI, 240, 2. Vocatur draco, serpens antiquus, satanas antonomastice, XV, 305, 1, 2. Apte vocatur bestia, II, 112, 2. Dæmon vocatur leo, aspis, regulus, XI, 416, 1.

II. IN QUO STATU CREATI SUNT DÆMONES. — Dæmon est in cœlo creatus, XII, 707, 1: *In deliciis paradisi Dei fuisti*; 445, 1, 2: *Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos*. Quomodo sit principium viarum Dei, *Job*, 769, 2: *Ipse est principium viarum Dei*. Dæmones non sunt natura mali, XX, 660, 2: *Angelos vero qui non servaverunt suum principatum*. Creati sunt in gratia, XII, 708, 2: *Tu Cherub extentus, ... posui te in monte sancto Dei*; XX, 669, 2. Ante lapsum fuerunt Cherubim, et pleni scientia, XII, 708, 2. Quomodo ante lapsum ambulaverit diabolus in medio lapidum ignitorum, 709, 2. Quoad tria signaculum fuit similitudinis SS. Trinitatis, 706, 2.

III. DÆMONUM LAPSUS ET PECCATUM. — Quomodo diabolus in veritate non steterit, XVI, 449, 2 et seq.: *Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit*. Is ab initio quomodo peccarit, XX, 569, 2: *Ab initio diabolus peccat*. Quale ejus peccatum fuerit, *ibid*. Dæmonum peccatum superbia, *Psalm*. II, 424, 1: *Absconderunt superbi laqueum mihi*.

Rebellavit diabolus pro superbia, contra Creatorem, XII, 710, 1: *In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, et peccasti*. Invidit mysterium unionis cum homine Filio Dei, XI, 291, 2, *Similis ero Altissimo*. Dæmonum peccatum fuit superbia, sed in quo ea sita fuerit, XX, 443, 2. In cœlo Lucifer ambivit unionem hypostaticam cum Verbo, XV, 120, 2: *Si Filius Dei es, dic*, etc. Ejus lapsus in terram et infernum, XII, 710, 2: *In terram projeci te*; 711, 1. *Nihili factus es, et non eris in perpetuum*. De cœlo deturbatus est sicut fulgur, subito, violenter, velociter, manifeste, XVI, 147, 2: *Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem*. Moro repræsentatur, XVI, 230, 1.

IV. DÆMONUM LOCUS, NUMERUS, HIERARCHIA. — 1° Vocantur militiæ cœli, quia modo aere versantur, XI, 361, 2: *Visitabit Dominus super militiam cœli in excelso*. Eorum plurimi sunt in aere, XX, 661, 1, 2: *Non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium*. Iis aer plenus est, XVIII, 600, 2: *In quibus aliquando ambulastis .... secundum principem potestatis aeris hujus*, 674, 1. Diaboli locus est aer, XI, 759, 1: *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum*. Proprie in cœlo aereo dominatur, XXI, 240, 1: *Et visum est aliud signum in cœlo, et ecce draco magnus*. Cur diaboli in hoc aere vagari gaudeant, XV, 236, 2: *Venisti huc ante tempus torquere nos*. Eorum multi non sunt in inferno, XVI, 134, 2. Illi gaudium est in inferno non relegari, *ibid*. Delectatur diabolus locis spurcis, et spurca assumit corpora, 134, 1. Cur ut in porcos ingredi permitterentur rogarint, 135, 2: *Rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi*. Quomodo porcos in mare egerunt, 136, 1. Cur amet porcos diabolus, XX, 469, 2. Cur dæmones adament sepulcra, XI, 745, 2: *Qui habitant in sepulcris, et in delubris idolorum dormiunt*.

2° Cur vocentur legio, XVI, 134, 2. Alii sunt Persici, Medici, Africi, alii australes, meridionales, etc., IV, 280, 1.

3° Inter eos alii sunt principes, alii inferiores, XV, 251, 2: *In principe dæmoniorum ejicit dæmonia*. Inter eos alii potestates, alii sunt princi-

pes, eum servant quem in cœlo habuerunt ordinem hierarchicum, XVIII, 600, 2; 674, 1. Sunt aliqui minus validi et minus maligni, XV, 394, 1 : *Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem et jejunium.* Dæmonium lunaticum affligens non erat ex minimis, ideo ab Apostolis ejici non potuit, 393, 1. Dæmon superior raro ejicit inferiorem, 204, 1, 2. In terra inter se concordant, *ibid.* In iis cessabit post diem judicii subordinatio inferiorum ordinum ad superiores, X, 319, 2.

V. Quinam sint dæmones post lapsum.—*Primo erga Deum.* 1° *Sunt jurati Dei hostes*, V, 268, 1. Diaboli odium erga Deum, XX, 573, 2; XI, 244, 2.

2° *Diaboli superbia*, XI, 291, 2. Dux est superborum, *Job*, 346, 1 : *Cucurrit adversus eum erecto collo.* Et rex superbiæ, 783, 2 : *Ipse est rex super universos filios superbiæ.* Diabolus superbus, mendax et multus est, maxime superbus, IX, 671, 1, 2 : *Tres species odivit anima mea,... Pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum et insensatum.* Diaboli fastus, XV, 126, 2: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.*

3° *Fuit princeps omnis apostasiæ et inobedientiæ*, V, 163, 1; XVIII, 461, 1, 2. Cur vocetur impius, VI. 122, 1. Est caput impiorum, *Job*, 768, 2. Et caput iniquorum, X, 234, 2: *Contere caput principum inimicorum.* Quo sensu pater esset pharisæorum, XVI, 447, 2 : *Vos facitis opera patris vestri*; 449, 1: *Vos ex patre diabolo estis.*

4° *Diabolus est pater mendacii et hæreseos*, XVI, 450, 2 : *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur; quia mendax est et pater ejus*, VI, 39, 2. Est impostor, *Job*, 114, 2; 74, 1 : *Non parcam ei, et verbis potentibus, et ad deprecandum compositis.* Omnes dæmones sunt mendaces, VI, 307, 1. Diabolus est testis injustus et infidelis, V, 407, 2 : *Profert... mendacium dolosus testis.* Cur vocetur testis falsus, VI, 123, 1 : *Testis mendax peribit.* Hæreses procudit et adinvenit, XIX, 222, 2; *In novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris.* Magister hæreticorum est, XX, 149, 2 : *Inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata a gehenna.* Diabolus exterminator quomodo præsideat hæreticis, XXI, 202, 1 : *Vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, et data est ei clavis putei abyssi*, Dæmones familiares sunt hæresiarchis, XVIII, 319, 2. Dæmon Dei simia est, XIII, 347, 1; XV, 684, 1; XVII, 195, 2. Satanas est Calvini Deus, XX, 464, 1.

5° *Est omne malum*, V, 140, 1, 2. Est fons nequitiæ et inscitiæ, et apud eum est vena mortis, 260, 2.

Secundo erga Christum. 1° In Christo non habuit quidquam, XVI, 554, 1 : *Venit enim in me princeps hujus mundi, et in me non habet quidquam.* Impeditus est videre quid inter B. Virginem et Josephum ageretur, XV, 63, 2. Cognovit Christum fuisse Dei Filium, et Messiam, sed odio et superbia excæcatus, ægre id credebat, XVI, 134, 1. Non ita clare et firmiter id cognoverunt dæmones, quin alia ex parte subinde dubitarent, XV, 678, 1. Adhuc ignorarunt finem et fructum mysterii Incarnationis; excæcabat eos quoque odium Christi, *ibid.* Ideo eum velut hostem juratum per Judæos occiderunt, *ibid.* Dubitabat diabolus an Christus esset Dei Filius, ideo eum tentatum venit, 120, 2. Cur eum de se testimonium ferre Christus permiserit, 671, 1, 2. Quid dæmones de redemptione Messiæ sciverint, XVIII, 261, 2 : *Sapientiam autem loquimur... sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi.*

2° Tentavit Christum et Adamum assumpta corporis forma, XV, 120, 1 : *Et accedens tentator, dixit ei.* Origo tentationis hujus, 121, 2. Quomodo Christum aggressus sit primo, *ibid.* Voluit eum pellicere simul ad vanam gloriam, et gulam, et avaritiam, *ibid.* Assumpsit Christum raptatum per aera, *ibid.* Non potuit illudere ejus phantasiæ, *ibid.* Fuit ab ipso illusus, *ibid*, 2. Suadet ei ut se a pinnaculo deorsum mittat, 123, 1. Christum in montem excelsum rapiens, ostendit ei omnia regna mundi, et quomodo, *ibid.* et seqq. Quo pacto hæc ei repræsentarit, *ibid*, 2. Taliter quoque ea depingere potest in hominis phantasia, 126, 1. Quomodo potuerit dicere, se regna omnia mundi ei daturum, quasi propria, *ibid*, 2 et seqq. Simulat se esse Filium Dei, atque ut talis cupit a Christo adorari, *ibid.* In hac tentatione eum sollicitat ad avaritiam, ambitionem et idololatriam; tacite vero explorat an ipse verus sit Dei Filius, 126, 2. Ejus pollicitatio Christo facta, fuit mendax, falsa, arrogans, dolosa, 127, 1.

An dæmon per uxorem Pilati Christi necem impedire voluerit, XV, 603, 1. An morienti Christo apparuerit, XVI, 272, 1, 2.

3° Diabolum sua vi spoliavit Christus postquam in mundum venit, XV, 305, 1, 2 : *Quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem, et tunc domum illius diripiet.* Fuit ligatus a Christo, *ibid.* Per Christum qualiter ligatus, IV, 298, 2 : *Apprehendit dæmonium, et religavit illud in deserto.* Hinc non potest nocere per suos quantum vellet, XV, 395, 1, 2. Diabolus fuit a Christo captus, *Job*, 770, 2: *Numquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis?* Quomodo post adventum Christi terræ pulverem voret, XI, 766, 2 : *Serpenti pulvis panis ejus.*

4° Quomodo diabolum dextruxerit Christus, XIX, 374, 2: *Ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium.* Christus sua morte eum mundo pepulit, XVI, 511, 2: *Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Diaboli vis et arrogantia pacta dato Christo per ejus mortem, XI, 253, 1 : *Ecce dominator Dominus exercituum confringet laguncutam in terrore*, XVI, 148, 2; 511, 2; XX, 622, 1; *Omnis qui natus est ex Deo non peccat..... Et malignus non tanget illum.* Ejus vis valde imminuta est, XXI, 315, 1, 2:

Bestia quam vidisti, fuit, et non est, ascensura est de abysso, et in interitum ibit. Est invisibiliter in cruce Christi crucifixus, XIX, 91, 1 : *Expolians principatus et potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Dæmones sunt per Christum sua potentia et tyrannide spoliati, XVI, 103, 2 : *Misit me... prædicare annum Domini acceptabilem et diem retributionis.* Quomodo eos Christi victor in triumphum duxerit, XIX, 90, 1. Lucifer in cruce victus a Christo, detrusus est in tartara, ut ibi ligatus maneat usque ad diem judicii, XV, 305, 1, 2. In fine mundi suam vim rursum recipiet, XXI, 315, 2. In fine mundi adorabitur ut numen Antechristi, 256, 1.

Tertio erga homines. 1° *Eorum nequitia et crudelitas,* II, 118, 1. Dæmones sunt jurati et acerrimi hominum hostes, V, 137, 1 : *Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli,* XV, 175, 2 : Dæmonis adversus homines furor, *Job,* 38, 1, Ob Christum incarnatum maxima odia in Ecclesiam concepit, et in homines, XXI, 235, 1. Cur magis nos oppugnat quam patres nostros, 248, 1, 2. Diabolus est noster adversarius, XVIII, 334, 1; XX, 391, 2 : *Adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens.* Diaboli in suos crudelitas, II, 118, 1. Nebulones nequissimi sunt, XVIII, 600, 2; 674, 1. Eorum summa voluptas est homines torquere et vexare, XV, 671, 2 : *Venisti perdere nos ?* Gaudet exitio hominum, XVI, 449, 1. Ideo nocet homini, quia nequit Deo, XV, 315, 1. Primus inimicitias suscitavit, X, 248, 1, 2. Est Deus dissensionis, XV, 149, 2. Hinc Christo adulatur, ne ab eo ejiciatur, 684, 1 : *Adjuro te per Deum, ne me torqueas.* Hyænæ assimilatur eo quod mortibus hominum pascatur, XIV, 210, 1. Quomodo fuerit homicida ab initio, XVI, 449, 1. Ipse est primogenita mors, XVIII, 99, 1. Est homini leo in hac vita, ursus in morte, coluber in gehenna, XIII, 586, 1 : *Quomodo si fugiat vir a facie leonis, et occurrat ei ursus, et ingrediatur domum..., et mordeat eum coluber.* Est sanguisuga qui semper sitit sanguinem, 379, 1. Sanguinis humani avidus homines sibi immolari petebat, 454, 1, 2. *His ipsi dicunt : Immolate homines vitulos adorantes.* Cur dicatur rufus, XXI, 240, 2. Est ad nocendum promptus, *Job,* 34, 2. Omnia facit ut noceat, 114, 2. An et quomodo impedierit Judæorum reditum e captivitate Babylonica, XIII, 144, 2. Templi fabricam impedire satagens, monti magno assimilatur, XIV, 401, 1. Quomodo per sagas et magos noceat bestiis et pueris, IX, 293, 2. Dæmones eorum quos deceperunt, sunt carnifices, IV, 279, 2 : *Tradita fuerat septem viris, et dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos.* Dæmonum proprium est intricare corpus, animam, variis doloribus scrupulis, etc., 293, 2. Morosus est diabolus in tormentis inferendis, *Job,* 60, 1 : *Percussit Job ulcere pessimo a planta pedis usque ad verticem.* Est faber omnis persecutionis et tentationis, XI, 646, 2 : *Ego creavi interfectorem ad disperdendum.* Lupus est, XVI, 474, 1 : *Lupus rapit et dispergit oves.* Sæpe etiam se transformat in lupum, XIV, 210, 1. Vocatur leo, XX, 392, 1 et seqq. : *Tanquam leo rugiens circuit; Job,* 107, 2 : *Rugitus leonis, et vox leænæ, et dentes catulorum leonum contriti sunt.* Ceto voraci assimilatur, XIV, 215, 1. Fuit figuratus per piscem a Tobia occisum, IV, 292, 2. Per crocodilum repræsentatur, VI, 155, 1, 2.

2° *Eorum erga nos insidia quanta,* XX, 391, 2 et seq. Cur in homines sæviant, V, 268, 1. Summopere saluti nostræ invidet diabolus, VI, 187, 2. Invidia ei propria, III, 650, 1. *Incidebant se juxta ritum suum cultris et lanceolis.* Invidia est scelus diabolicum, 381, 2. Quia ipse de cœlo cecidit, hinc omnes ad casum sollicitat, XV, 126, 2.

3° *Homines ad malum trahunt.* Diaboli natura fraudes, mores, sævitia describuntur, XX, 393, 1 et seqq. Ejus fraudes, 181, 2; 394, 1, 2. Diabolus superbus multos homines capit, III, 115, 1. Dæmones sunt insidiatores, *Psalm.* I, 155, 1.

Diabolus ad fallaciam compositus, *Job,* 191, 1. Terram perambulat, 24, 2 : *Circuivi terram et perambulavi eam.* Circuit eam ut explorator, 25, 1. Ejus sagacitas, XX, 395, 1 : *Circuit... quærens quem devoret.* Vigilantissimus est in nostram perniciem, *Job,* 25, 1, 2. Nunquam dormit, 593, 2 : *Qui me comedunt, non dormiunt.* Dæmones in malum conspirant, *Job,* 38, 1. Dæmon præcursor matutinus quis sit, V, 123, 2.

IV. David typus Christi. Fuit expressus typus Christi, X, 487, 2; XX, 377, 2; XXI, 71, 1; *Psalm.* II, 97, 2. David typus Christi patientis in colore rufo, III, 366, 1. Ejus cithara typus crucis Christi, 370, 1. Ejus pugna cum Goliath, pugna Christi contra diabolum, 375, 2 et seq. Persecutiones ejus a Saüle, typus persecutionum Christi a Judæis, 382, 2. David typus est Christi benefaciens Saüli, 386, 1, 2. Recipiens oppressos ære alieno, 400, 1. Fugiens, 401, 1. Ducens Abigaïl uxorem, 418, 1. In trina unctione, 448, 2. Et in regno quod trigesimo anno auspicatus est, et quadraginta annis administravit, 449, 1. In translatione regni ad arcem Sion, 451, 1. Transferens arcam significat Christum transferentem Evangelium, 458, 2. Significat Christum judicem, 468, 1. Christum regnantem in carnalibus cordibus, 469, 1. Christum contemptibilia mundi eligentem ut confundat fortia, 471, 2. Christum inducentem peccatorem ad pœnitentiam, 473, 1. Christum auferentem regnum diaboli, 486, 2. Christum transeuntem torrentem Cedron, 498, 1; XVI, 606, 1. Christum orantem in monte Olivarum, III, 498, 1, 2. Christum se immolantem pro peccatis nostris, 538, 1. Christum rejicientem synagogam, et desponsantem sibi Ecclesiam, 546, 1. David pastor bonus et rex fuit imago Christi pastoris, XII, 744, 1. Davidis nomine sæpe in Scriptura intelligitur Christus, 322, 1. David cur vocet Ecclesiam filiam, *Psalm.* I, 297, 2. Cum Christo David in corpore resurrexit, XVII, 100, 1, 2.

DEBBORA. Debbora uxor Lapidoth, non Barac, III, 133, 2. Non fuit judex; lites tamen composuit ex dono prophetiæ, non vi jurisdictionis, *ibid.* Debbora et Barac quid mystice significent, XX, 432, 1.

DEBELAIM. Debelaïm fuit socrus Osee, XIII, 287, 1, 2. An fuerit quoque fornicaria, *ibid.* Nomen ejus quid significet, et quid symbolice, *ibid.*

DEBITOR, DEBITUM. Debitoris pauperis pignus olim ante vesperam erat reddendum, VI, 65, 1. Oppigneratus tradebatur creditori nexus apud Romanos, 146, 1. Etiam torquebatur et secabatur, et XV, 415, 1. Debitorem esse apud Persas turpe esse ducebatur, VI, 146, 2. Ejus miseria. *ibid.*

Debitum vocatur onus, XI, 678, 1. Debita non sunt petenda inter convivandum, X, 140, 1.

Debitum nullum verum est in Deo respectu crea-

turarum, XIX, 312, 1. Debitum in Deo oritur ex veracitate, *ibid.*

Debitum nostrum erga Deum multiplex est, XVI, 231, 1, 2 et seqq. Debitum charitatis perpetuum est et insolubile, XVIII, 221, 1.

Debitum conjugale honeste Apostolus circumscribit : in eo reddendo petendoque conjuges pares sunt, XVIII, 300, 2.

DECALOGUS. Decalogi prima tabula Dei cultum spectat, altera jus proximi, IX, 482, 1. Decalogus virtute continet omnes leges mundi, *Psalm*, II, 327, 2. Eum quomodo uno peccato quis transgrediatur, XX, 112, 2 et seq.

Decalogi præcepta naturalia jure vocari possunt æterna, IX, 482, 1. Decalogus semper obligat, quia est lex naturæ, XX, 87, 1. Decalogum et præcepta moralia et naturalia legis Christus non abolevit, XVII, 301, 1 (*Vide* LEX, PRÆCEPTA).

DECALVATIO. Decalvatio intentatur puellis Sionis : erat hæc habitus debellatorum, inde servorum et servarum, etiam apud Gentiles, XI, 139, 2. Decalvatio totius hominis magnum est probrum, XIV, 261. 1, 2. Depilatio apud Gentiles et Judæos erat signum luctus, 78, 1.

DECAPOLIS. Decapolis est regio decem urbium, et quæ hæ essent, XV, 134, 2.

DECEMVIRI. Decemviri Romæ habebant jus imperandi alternis diebus, IV, 451, 2.

DECEPTIO, DECEPTOR. Deceptor dilatat labia sua, VI, 69, 2. Deceptores Deum non latent, *Job*, 289, 2. Deceptio a Christiano exulare debet, XVIII, 642, 2.

DECIMÆ. Decimæ triplices Judæis præscriptæ erant, IX, 253, 2. Cur hæ vocentur initia sanctorum, *ibid.* Decimæ dandæ quibus de causis, V, 81, 2; XIV, 600, 1. Decimas omnium frugum Deus exigit, II, 188, 1. Dandæ de meliori parte frugum, IX, 415, 2; XIV, 558, 1, 2. Decimæ ovium quomodo apud Judæos solutæ, II, 188, 2. Quorum animalium decimæ solutæ, *ibid.* Decimas laborum et operum etiam solvendæ, IV, 253, 2. Duplices quotannis dabant Judæi, II, 449, 1. Triplices dabant anno tertio, *ibid.* 2. Tertio anno quædam dabantur pauperibus, 492, 2. Cur a laicis decimæ dantur sacerdotibus, IV, 259, 2. Decimam decimarum dabant Levitæ sacerdotibus, 253, 2. Decimam quam frugum juberentur Hebræi tribus festis præcipuis ad templum ferre, XIII, 569, 1.

Decimam quomodo Abraham dederit Melchisedecho, XIX, 413, 2. Eas dans est minor accipiente easdem, *ibid.*

Decimæ lege præscriptæ erant, sed eas etiam ex herbis Pharisæi exigebant, XV, 493, 1.

Decimas quo jure teneantur Christiani solvere, II, 188, 2. Decimas dare detrectantes et dare impedientes quomodo puniti, docetur exemplis, 290, 1; 449, 2.

DECIUS. Decius imperator septimam in Christianos persecutionem movit, XIX, 489, 1; XXI, 142, 1. Hanc persecutionem permisit Deus ad Christianorum torporem acuendum, XIV, 590, 2. Et revera hac persecutione elanguentes Christiani ad vigorem ressuscitati sunt, XIII, 112, 2. Decii in Christianos sævities et misera mors, XIII, 541, 1; XIX, 489, 1.

DECOR. Decoro studendum in omni re, X, 435, 1. Decor conversationis externæ tegit, ornat, servat decorem virtutum menti internarum, V, 420, 1. Decor morum et formæ conciliat mulieri gloriam, 326, 1.

Decor cur dicatur Jerusalem, XII, 198, 1. Decor Jerusalem quis sit, 356, 1, 2. Decor virga Zachariæ pastoris significat regimen suave per amorem et beneficia, XIV, 487, 1, 2. Quid ad litteram significet, *ibid.*

DECRETA DEI. Decreta Dei sunt æterna, *Job*, 690, 2: *Numerus annorum ejus inæstimabilis.* Sunt immutabilia, 645, 1: *Semel loquitur Deus, et idipsum non repetit.* Decretum Dei nemo potest impedire, 492, 2: *Cum expleverit in me voluntatem suam, et alia multa similia præsto sunt ei.* Decretum Dei prævium necessario impleri debet, quidquid agamus, XXI, 76, 1. Decreta Dei sunt conditionata, non absoluta, X, 269, 2. Decreta et judicia Dei penetrare difficile est, VI, 254, 1, 2: *Gloria Dei est celare verbum.* Cur ipse ea revelare non teneatur, *ibid.* 2.

DEDAN. Dedan quæ sit regio et unde dicta, XII, 196, 1. Dedan est Rhodus insula, alia est Dedan urbs Idumææ, 698, 2. Dedan et Theman præcipuæ fuere Ismaelitarum provinciæ, XI, 335, 1.

DEDICATIO. In dedicatione templi Salomonis quæ miracula, III, 599, 2. Dedicatio solemnis muri Jerusalem quando et quo ritu peracta, IV, 258, 1, 2.

Dedicationis Ecclesiæ dignitas et solemnitas, IV, 434, 1. In dedicatione templi quinque fiunt, XVIII, 274, 1, 2. Dedicatio est quasi salus Ecclesiæ, XVI, 250, 1, 2 (*Vide* TEMPLUM).

DEFECTUS. Defectus et excessus in omni re adjunctum habet vitium, VI, 58, 1. In aliquos defectus labens, leniter seipsum corripiat et dirigat, IX, 324, 1 : *Fili, in mansuetudine serva animam tuam.* Defectus obliterandi probis operibus, *Job*, 749, 1.

DEFUNCTI. Defuncti cur jam in templis, sepeliantur, XVI, 119, 2 et seq. Defuncti memoria recolendi, *Job*, 460, 2: *Ipse ad sepulcra ducetur, et in congerie mortuorum vigilabit.* Quomodo lugendi, XIX, 130, 1, 2: *Non contristemini sicut et cæteri qui spem non habent.*

Pro defunctis orare, pium et honestum est, IV, 554, 2: *Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur.* Est pro iis orandum et sacrificandum, X, 279, 2; XIX, 130, 1, 2: *Secundum judicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam ejus.* Pro defunctis ut in Missa oretur, Apostolorum est institutum, XVIII, 273, 2: *Ipse salvus erit, sic tamen quasi per ignem.* Defuncti non excommunicantur, nec ab

excommunicatione absolvuntur directe, sed indirecte, XV, 372, 1 : *Quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cœlis.*

DEITAS (*Vide* DIVINITAS).

DEJOCES. Dejoces rex Medorum potentissimus, IV, 316, 1, 2. Ipse ædificavit Ecbatanam, *ibid.*

DELATOR. Delator seminat discordias etiam inter principes, V, 511, 2 : *Homo perversus suscitat lites, et verbosus separat principes.* Pungit eum quem accusat, 566, 1 : *Verba bilinguis quasi simplicia, et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris.* Sermones factaque aliena ad alios deferens, similis est mercatori, VI, 68, 2 : *Ei qui revelat mysteria, et ambulat fraudulenter, et dilatat labia sua, ne commiscearis.* Delator quidam iniquus quot malorum extiterit causa, VI, 30, 2 (*Vide* LINGUA, SUSURRO).

DELECTATIO. Delectatio non est regula actionum nostrarum, XV, 309, 2. Delectatio hujus mundi falsa est, XVIII, 315, 2 : *Præterit figura hujus mundi.* Delectatio ex cibis quid procreet, VII, 84, 1 : *Dixi ego in corde meo: Vadam et affluam deliciis, et fruar bonis : et vidi quod hoc quoque esset vanitas.* Delectationes furtivæ maxime in Venere, cur suaviores V, 265, 2: *Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior.* Delectatio spiritualis major est carnali ob tria, at carnalis delectatio spirituali vehementior, X, 155, 2; 156, 1 : *Et super his omnibus benedicito Dominum qui fecit te, et inebriantem te ab omnibus bonis suis.*

Delectare nos debent futura et Deus, non præsentia, XIII, 448, 2 : *Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale ejus.* Delectationes terrenas spernenti animæ Deus offert suas, XI, 686, 1 : *Tunc delectaberis in Domino, et sustollam te super altitudines terræ.* Delectationibus abstinens carnalibus et terrenis, donatur cœlestibus et mentalibus, XIII, 14, 2 : *Pueris autem his dedit Deus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientia ; Danieli autem intelligentiam omnium visionum et somniorum.* Delectabilia moderate sumenda, VI, 274, 1 : *Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.* Delectationes morosæ in agone mortis recurrentes, sunt multis causa damnationis, V, 333, 2.

DELIBERATIO. Deliberatio rebus agendis præmittenda est, VI, 376, 1 : *Beatus homo qui semper est pavidus.* Matura est signum prudentiæ, 474, 1. Deliberandum est diu, X, 160, 1 : *Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebit.*

DELICATI. Delicati parant vermibus epulum de suo corpore, XI, 286, 2. Delicati et gulosi e cœlo excluduntur, XVIII, 233, 2 (*Vide* GULA).

DELICIÆ. I. DELICIARUM CORPORALIUM NATURA. — Deliciæ maxime de escis intelliguntur, VI, 181, 1, 2. Deliciæ sunt adiaphoræ, nec bona, nec mala; sed gula, superbia, etc., gulosis, superbis efficit mala, IX, 403 : *Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia.* Deliciæ corporeæ vino figurantur, VII, 475, 1 : *Meliora sunt ubera tua vino.* Deliciæ Romæ ethnicæ et luxus in quibus consisteret, XXI, 325, 2 : *Mercatores terræ de virtute deliciarum ejus divites facti sunt.*

II. QUAM SINT FALSÆ ET BREVES. — 1° *Deliciæ corporales sunt mendaces*, VI, 181, 2 : *Turpitudinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium illius non delebitur.* Deliciarum mundanarum fallacia, VII, 103, 1: *Feci mihi delicias filiorum hominum.* Cur vanæ sunt deliciæ ex mensa, 83, 2 : 1° quia tenues sunt, breves et exiles ; 2° quia magno labore, curis et sumptu parantur ; 3° quia stomachum onerant, somnium impediunt, ac statim in sordes vertuntur; 4° quia mentem obruunt, hebetant, ineptam faciunt; 5° quia febres, morbos, et mortem creant, 6° quia detrahunt hominem in gulam, ebrietatem, crapulam et gehennam ; XIV, 233, 1. Sæpe in nauseam vertuntur, V, 420, 1 : *Viis suis replebitur stultus.* Deliciæ peccati vertuntur in fel, Job, 426, 1 : *Panis ejus in utero illius vertetur in in fel aspidum intrinsecus.* Spinæ sunt, VI, 465, 1 ; *Iter pigrorum quasi sepes spinarum.*

2° *Deliciarum corporalium celer transitus et fluxus*, XIV, 165, 1: *Et in diluvio prætereunte, consummationem faciet loci ejus.* Deliciarum postridianus dies doloris et pœnitentiæ, IV, 365, 2. Deliciæ seculi qua cogitatione temperandæ sint, IX, 356, 1: *In die bonorum ne immemor sis malorum.*

II. QUAM SINT NOXIÆ.

1° *Deliciarum damna*, VII, 108, 2. Earum apologus, *ibid.*; XX, 202, 2 et seq. : *Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis*; XIII, 342, 2.

2° *Deliciæ effeminant animas viriles*, XII, 293, 1, 2 : *Mercenarii quoque ejus,,.. quasi vituli saginati versi sunt, et fugerunt simul, nec stare potuerunt*, XIII, 599, 1 : Enecant spiritum, VI, 114, 2. Ejus vigorem et vires dissolvunt, 224, 2 : *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Deliciæ enervant virtutem ejusque robur auferunt, V, 105, 1; XXI, 173, 1, 2. Iis detrahere optima est ratio augendæ virtutis, XIX, 67, 1.

3° *Deliciæ immodicæ rationi viam obstruunt*, XIX, 237, 1: *Quæ in deliciis est, vivens mortua est.*

4° *Deliciæ viam ad libidinem sternunt*, V, 191, 1.

5° *Deliciæ contrariæ sunt compunctioni*, X, 79, 1.

6° *Delicias sequitur saturitas, deinde violentia*, XIII, 599, 2: *Nihil patiebantur super contritione Joseph.* Deliciosi sæpe crudeles, III, 362, 2.

7° *Peccatori in hora mortis in dolores et angores vertuntur*, XIII, 629, 1. Deliciosorum corpora magis fœtent quam sobriorum et castorum, V, 282, 1: *Nomen impiorum putrescet.*

III. Deliciarum spiritualium natura.—Inter delicias corporales et spirituales quodnam sit discrimen, XIII, 423, 1, 2; XVI, 219, 1. Deliciæ spirituales semel gustatæ acuunt famem, IX, 655, 2: *Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient.* Deliciæ veræ in solo Deo sunt sitæ, VII, 103, 2. Deliciæ Dei cum hominibus quadruplices sunt, V, 240, 1: *Deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Deliciis spiritualibus abundabunt colentes sabbatum, XI, 686, 1.

DELICTUM. Delictum et peccatum quomodo differant, X, 17, 2: *Duæ species difficiles et periculosæ mihi apparuerunt: difficile exuitur negotians a negligentia, et non justificabitur caupo a peccatis labiorum;* XVIII, 600, 1: *Cum essetis mortui delictis et peccatis vestris.* Delictum est peccatum omissionis, IX, 407, 2: *Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti.* Aliud discrimen est, quod delictum est etiam quod ignoranter vel per oblivionem, præsertim juris et præcepti committitur, XVIII, 600, 1. Delinquere variis modis accipitur, *Psalm.* I, 121, 2: *Longe a salute mea verba delictorum meorum:* Delinquere in semetipso quid, *Psalm.* I, 221, 1. *Dixit injustus ut delinquat in semetipso.*

Delictum nemo non committit, IX, 406, 1. Delicta omnia notantur a Deo, *Job*, 312,2: *Scribis enim contra me amaritudines.* Cur delictum Adæ ab Apostolo dicatur ruina et offensio, XVIII, 102, 1: *Sed non sicut delictum* (παράπτωμα), *ita et donum.* Ob delictum leve Moyses exclusus e terra sancta, populus vero gravius peccans introductus est in eam, cur, VIII, 398, 2: *Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.* Delinquenti suum illico tortorem creat et destinat Deus, XIII, 76, 2.

Delictum aliorum qui celat, facile pacem conciliat inter dissidentes; qui vero id refricat, separat et a seipso et a se invicem amicos, V, 532, 2: *Qui celat delictum, quærit amicitias; qui altero sermone repetit, separat fœderatos.* Fama proximi inde pendet, *ibid.* (*Vide* Peccatum).

DELPHICUM ORACULUM. Delphicum oraculum siluit sub ortum Christi, XIV, 333, 2. Daphidas oraculo Delphico quomodo illudat, XI, 418, 1.

DEMADES. Demades orator, Philippum regem Macedoniæ corripiens, eum sapere docuit, VI, 331, 2.

DEMARATUS. Demaratus quam æquanimiter tulerit increpantem se, XII, 159, 2.

DEMETRIUS. I. Demetrius Seleuci, Philopatoris filius, Romanis obses datus, quomodo Roma fugiens regnum Syriæ adierit, IV, 446, 1, 2. A patruo Antiocho Epiphane regno Asiæ pellitur, XIII, 153, 2. Cognominatus est Soter, IV, 447, 2. Cur noluerit videre Eupatorem et Lysiam, *ibid.* Judæis quæ et qualia indulserit, 465, 1. Beneficia ingentia duodecim promittit Demetrius Jonathæ, si suas partes sequi velit, 466, 1, 2. Occiditur ab Alexandro Veles per auxilium Jonathæ, 466, 2. Ejus posteri diu cum Antiochi successoribus de imperio decertarunt, XIII, 153, 2.

II. Demetrius Nicator vel Nicanor, filius Demetrii Soteris, pacifice in Syria regnans se otio dedit, et regno expulsus fuit, IV, 472, 2. Exosum eum habebant milites patrii, cur, 473, 1. Fidem Jonathæ datam fefellit, *ibid.* 2. Vincitur a Tryphone capta Antiochia, *ibid.* Quo anno captus ab Arsace Parthorum rege fuerit, 498, 1. Est a Cleopatra uxore interfectus, V, 182, 2.

III. Demetrius Phalereus quid monuerit regem Ptolemæum Philadelphum, XXI, 101, 1. Quid adolescentes doceret, XIX, 330, 1. Ejus de eloquentia sententia, XI, 597, 2.

DEMOCRITUS. Democritus moralem scientiam a magis Persis didicit, IX, 4. 2 et seq. Fuit irrisor vanitatis, VII, 18, 2. Ejus de muliere gnomæ, XXI, 58, 1. Quibus rebus vitam ad dies aliquot pertraxerit, VI, 230, 2.

DEMOSTHENES. Demosthenis vis in dicendo, XX, 143, 1. Elaborata pronuntiabat, V, 473, 2. Ejus de actione oratoria judicium, XV, 109, 2. Aurea corona est ab Atheniensibus donatus, IX, 215, 2.

Aquæ potui assuetus erat, X, 80, 2. Secreti servantissimus fuit, X, 363, 2. Pretii enormitate deterritus, a Thaide recessit, XIII, 341, 2.

Demosthenis argentangina, XI, 663, 1, 2.

Demostheni, coco Valentis imperatoris sacra tractanti, quid responderit S. Basilius, XIX, 206, 2.

DENARIUS. I. Denarius quantum valet, XVII, 357, I. Denarius nummus valet regalem Hispanicum et julium Romanum, unde sit dictus: multus continebat sub se species nummorum, XV, 164, 2; 341, 2; 414, 2; 440, 1; 547, 2; 713, 1; XVI, 125, 2; 152, 2. Is erat pro censu solvendum, sed duplex, XV, 478, 1. Denarius est pretium diurni laboris, XXI, 142, 2; 143, 2. Est quasi pars sicli, 144, 1.

II. Denarius est numerus multitudinis et universatis, XV, 526, 1; XVI, 251, 2. Est symbolum decalogi, XVI, 644, 1. Denarius numerus cur Hebræis venerabilis, XVIII, 187, 1. Significat læta, XIV, 414, 2. Perfectionem et finem denotat, X, 220, 2; XII, 459, 2; 797 1; 818, 2; XIV, 414, 2; XXI, 49, 2; *Job*, 398, 2.

DENTES. I. Dentes plures habet homo, ac priores ad cibi scissionem et masticationem acutos, XIV, 216, 2. Dentes gemelli qui, VIII, 37, 2. Dentes ferri aciem respuunt, VI, 278, 1. Catharri in eos decidentes acres dolores cient: si putidi sint, aspirant gravem fœtorem, *ibid.* 2. Dentibus quoddam inest virus, *ibid.*; IX, 376, 2; XX, 85, 2. Vicinis afflant suum malum, *ibid.* Dentes in se exprimunt temporum differentias, *ibid.* Tria præstant bona homini, *ibid.* et seq. Dentes obstupescunt comedentibus uvas acerbas, XII, 631, 1, 2. Dentes fame, contrahentibus se gingivis et nervis, hebetantur et obstupescunt, XIII, 570, 1.

Cornuta animalia carent dentium superiori ordine, VII, 39, 1. Dentes leoni grandævo, sæpe comminuuntur vel excidunt, XIII, 485, 2. Animalia quæ habent dentes constipatos sive densos, diu vivunt, VIII, 39, 1, 2. Dentes locustæ non in ore habent, sed in scapulis, XXI, 206, 2. Dentes lupini sunt salutares, IX, 397, 2.

II. Dentes animæ sunt meditatio et consultatio, VIII, 40, 1. Dentes sunt religiosi, *ibid.*, 2. Dentibus assimilantur prædicatores, XII, 387, 1. Dentes leonis cur dentur locustis, id est exercitui dæmonis in fine mundi, XIII, 485, 2.

DERCETO. Derceto quæ et qualis; de eadem fabula, IV, 552, 2. Derceto Semiramidis mater an in piscem conversa, quomodo pingeretur, et ejus templum, XIV, 219, 2. Derceto fuit idolum humana facie, cætera piscis, XII, 764, 2. An idem sit qui Dagon, *ibid.* et XIV, 419, 2. Erat dea Syrorum, XIV, 220, 1.

DERISOR. Derisor in Proverbiis sæpe est idem quod impius et nefarius, VI, 120, 1. Statim in iracunda verba prorumpit, *ibid.* Seminat lites, 151, 1. Est velut simia, 69, 1. Derisor bene monentium est abominabilis, VI, 223, 2.

Derisor est e cœtu ejiciendus, VI, 151, 2. Derisorem qui erudit, se suaque ludibrio exponit, et sibi notam imprudentiæ accersit, V, 258, 1. In causa est ut derisor gravius peccet, et irritat eum ut similia in erudientem vitia regerat, 258, 2 (*Vide* Impius, Stultus).

DESCRIPTIO. Descriptio orbis cur ab Augusto indicta, et quando, XVI, 54, 1. Quando prima descriptio facta sit, 55, 2. Tres factæ sunt ab Augusto, *ibid.*

DESERTUM.*I. Deserti Sinaï, per quod Hebræi profecti in terram promissam, octo qualitates et difficultates, II, 236, 2. Desertum istud in quo Judæi quadraginta annis ambularunt, quare dicatur imago et umbra mortis, XII, 26, 1. Desertum Sina Hebræis desertum non fuit, sed paradisus deliciarum, XI, 513, 2; 514, 1.

II. Desertum in quo Christus jejunavit, describitur, XV, 116, 1. Deserti Joannis descriptio et celebritas, 94, 2; XI, 492, 2. Desertum Bethsaïdæ fuit juxta Bethsaïdam in eadem ripa, XV, 340, 2.

III. Desertum semper ambierunt viri contemplativi, quia ipsum schola paradisi, XI, 492, 1. Desertum orationi et paci spiritus accommodum est, XV, 116, 1. In eo se disponit homo ad agendum cum proximo, *ibid.*, 2. Desertum signum est libertatis, XII, 649, 1, 2. Desertum potius est uxore rixosa, cur, VI, 116, 2. Ejus bona, *ibid.* Desertum habitatio dæmonis est, XV, 315, 1. Deserti varia symbola, VIII, 5, 2. Deserto similis est mundus, 5, 2.

DESIDERIUM. I. Quid sit desiderium. — Desiderium est in anima quod fames in stomacho, V, 531, 2 : *Gemma gratissima, expectatio præstolantis.* Desideria animarum sunt velut verba, XXI, 149, 2: *Vidi animas interfectorum propter verbum Dei..... et clamabant voce magna.* Desideria animæ mystice sunt gazophylacia cantorum, XII, 801, 2. Desiderium boni est triplex, honesti, utilis, delectabilis, V, 335, 1 : *Desiderium justorum omne bonum est.* Desiderium tribuere et similia, quid, *Psalm.* I, 114, 1 : *Desiderium cordis ejus tribuisti ei.* Desiderii adimpletio mire animam satiat, VI, 526, 1, 2 : *Desiderium, si compleatur, delectat animam.*

II. Bonorum desideriorum fructus.

1° *Desideria pia sunt animæ vita, Job,* 592, 2 : *Abstulisti quasi ventus desiderium meum.* Sunt signum gratiæ, 485, 2 : *Quis mihi tribuat ut cognoscam et inveniam illum, et veniam usque ad solium ejus.* Desiderium, secundus contemplationis gradus, VII, 491, 1. Desiderium rei bonæ justis a Deo venit et adimpletur, V, 303, 2 : *Desiderium suum justis dabitur.* Desiderium rerum spiritualium identidem renovandum et acuendum, VI, 336, 2 : *Anima saturata calcabit favum; et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.*

2° *Desiderans Deum ipsum, invenire meretur,* XVI, 320, 2 : *Invenimus Messiam (quod est interpretatum, Christus).* Desideranti Christum ipse se mox ultro offeret, XVI, 248, 1 : *Suspiciens Jesus, vidit illum, et dixit ad eum : Zachæe, festinans descende.* Desiderium requiritur ad sapientiam comparandam, V, 57, 2 : *Fili mi..... ut audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.*

3° *Desiderium virtutis alicujus, est praxis in ea proficiendi,* V, 334, 2. Desiderium in virtute proficiendi auget profectum, XX, 33, 1 : *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo.* Desiderium insatiabile perfectionis mire incitat ad cursum, XIX, 51, 2 : Desiderium proficiendi semper habet justus, XV, 146, 2 : *Beati qui esuriunt, et sitiunt justitiam.*

4° *Desiderium rerum æternarum nascitur ex amore Dei et salutis, et timore pœnarum,* XXI, 262, 1. Desiderium patriæ cœlestis est causa et materia compunctionis, V, 415, 1. Item videndi Dei, *ibid.* Desiderium cœlestium pellit tristitiam, VI, 284, 1 : *Sicut tinea vestimento, et vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.* Desiderium cœli et Christi cogit sanctos ad mortem anhelare, XIX, 15, 2 : *Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo.* Desiderium cœlestium non reperitur in carnalibus, *Job,* 549, 2 : *Non calcaverunt eam filii institorum, nec pertransivit per eam leæna.* Nec in avaris, 550, 1.

III. Desideria mala quæ sint et quantum noceant.

1° *Desideria sæcularia quæ sint,* XIV, 332, 2 : *Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri, omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria.* Desideria carnalia quæ sint, XX, 294, 1 : *Obsecro tanquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis.*

2° *Desideria carnalia cogitationes nostras perturbant*, XV, 454, 2: *Turba autem increpabat eos* (cæcos) *ut tacerent*. Sed ea obtundenda sunt, *ibid.*

3° *Desideria impiorum rebus terrenis non satiantur*, V, 400, 2: *Justus comedit, et replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis.* Desideria impiorum nunquam explentur, *Psalm.* I, 65, 1: *In circuitu impii ambulant.* Desideriis carnis non est acquiescendum, IX, 377, 2: *Non credas inimico tuo in æternum; sicut enim æramentum æruginat nequitia illius.* Desiderium homo conformet voluntati divinæ, VI, 31, 2: *Multæ cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini permanebit.* (*Vide* CONCUPISCENTIA).

DESIDIA. Desidiæ tres gradus, VI, 314, 2. Desidiæ damna, X, 131, 2. Desidia parit indigentiam, XIX, 129, 2. Desidiæ Christianorum imputanda dilatio resurrectionis, XXI, 151, (*Vide* OTIUM).

DESOLATIO. Desolari idem quod solum relinqui, ad solitudinem redigi, destrui, vastari, XII, 27, 1. Undenam ea vox derivetur, *ibid.*

Desolatio Judæorum in quo fuerit sita, XII, 352, 1, 2.

Desolatio Judæorum extrema fuit et gravissima, idque quinque de causis, XIII, 128, 2. Eaque erit perennis, 134, 2. Desolatio Judæorum et templi ob occisum Christum adhuc durat, et durabit, XII, 776, 1; XIII, 629, 2. Desolatio Romani imperii et pontificatus præibit adventum Christi, XIX, 152, 1. Desolatio extrema, quibus phrasibus a prophetis exprimatur, XXI, 158, 2. Desolatio civitatum est Dei flagellum, *Job*, 347, 2. Desolationis tempus vacuum, 183, 2. Desolatio post consolationem sequitur, IX, 355, 1.

DESPERATIO. I. DESPERATIO IN REBUS TEMPORALIBUS.

Desperatio tentans sæpe stimulus et causa victoriæ est, XIII, 319, 1, 2. Desperatio sæpe est causa spei, *ibid.*, XVI, 489, 2. Desperati milites acerrime pugnant, quod confirmatur exemplis, III, 441, 1. Cum desperatis pugnare periculosissimum est, IV, 432, 2.

Desperato humano auxilio, adest divinum, IV, 167, 2: *Cum ignoremus quod agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Desperatis in rebus succurrere Deus solet, X, 555, 1: *Eruis sustinentes te, Domine, et liberas eos de manu gentium.* Non est igitur desperandum de Dei ope in rebus afflictis, XVI, 489, 2: *Nunc scio quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.*

II. DESPERATIO IN REBUS SPIRITUALIBUS.

1° *Desperationis quæ causa*, IX, 407, 1, 2: *Beatus vir qui non est stimulatus in tristitia delicti.* Nascitur ex Dei contemptu et obduratione, V, 562, 1: *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.*

2° *Desperationis mala*, XVII, 68, 2: *Et suspensus crepuit medius.* Desperatio noxia est, IX, 407, 1, 2: *Felix qui non habuit animi sui tristitiam, et non excidit a spe sua.* Est noxia in adversis et in peccatorum recogitatione, VI, 225, 1, 2: *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Miseriarum omnium miserrima est, X, 347, 1. Desperatio veniæ et salutis est profundum peccatorum, V, 562, 1. Quomodo sit maximum peccatorum, 225, 2. Semper animam, sæpe corpus strangulat, VI, 396, 1. Parit vitam infernalem, V, 562, 1. Desperati vident subinde dæmones, et locum ubi cum eis erunt in inferno paratum, 562, 2. Non desperet peccator de veniæ impetratione, IX, 227, 1: *Neque alliges duplicia peccata, nec enim in uno eris immunis.*

DESPICERE, DESPECTIO. Despicere significat deorsum aspicere, XVII, 327, 2. Despicere quid proprie sit, V, 167, 1: *Sex sunt quæ odit Dominus.... oculos sublimes....* Despicere plūs et quam spernere, 49, 2: *Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis.* Despectio omnigena monacho et Christiano optanda, XII, 145, 2; 146, 1: *Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens.*

DESPONSATIO. Desponsatio animæ perfectissime fit per virginitatem et vota religionis, XVIII, 491, 1. Item per charitatem, 490, 1, 2: *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.*

DETRACTIO. I. QUID SIT DETRACTIO. — Detractio clam fit, contumelia palam, XVI, 165, 1: *Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis.* Ejus varia sunt genera, XX, 276, 1, 2: *Deponentes igitur omnem malitiam.... et omnes detractiones.* Fit quinque modis, 186, 2: *Nolite detrahere invicem.* Detractores quales, *Job*, 81, 2: *Maledicant ei qui maledicunt diei*; 407, 1: *Stulti quoque despiciebant me, et cum ab eis recessissem, detrahebant mihi*; 411, 2: *Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini.* Detractorum descriptio, IX, 105, 2: *Væ duplici corde.* Detractio in quo mannæ sit similis, V, 525, 1: *Malus obedit linguæ iniquæ, et fallax obtemperat labiis mendacibus.* Detractio proprie vocatur nigredo, XIII, 640, 2: *Numquid non ut filii Æthiopum vos estis mihi, filii Israel?* Detractor negotiatori assimilatur, V, 322, 1. Aquilone denotatur, VI, 346, 1, 2.

II. QUAM SIT ODIOSA ET GRAVE PECCATUM DETRACTIO. — 1° *In sua origine.* Ejus origo quæ sit? Amor proprius, X, 61, 2: *Sepi aures tuas spinis et linguam nequam noli audire.* Detractio est filia murmurationis, VII, 288, 2. Detractor est perversus lingua, V, 546, 1: *Qui perversi cordis est, non inveniet bonum.* Cur vocetur detractio coinquinata, 554, 1: *Et liberasti me..... de altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mendacii.* Detractio propria stultorum est, IX, 575, 2: *Susurro coinquinabit animam suam, et in omnibus odietur: et qui cum eo manserit, odiosus erit: tacitus et sensatus honorabitur.* Detractor vere est

stultiloquium et vanitas, VI, 431, 2: *Vanitatem et verba mendacii longe fac a me*. Ea gaudentes pascunt ventos, V, 278, 2: *Qui nititur mendaciis pascit ventos*.

2° *In se ipsa*. Detractio quam sit grave peccatum, V, 403, 2: *In ore stulti virga superbiæ*, VI, 287, 2. Quam grave sit malum, IX, 184, 2: *Super furem enim est confusio et pœnitentia, et denotatio pessima super bilinguem*; 533, 2: *Audisti verbum adversus proximum tuum, commoriatur in te, fidens quoniam non te disrumpet*; XX, 186, 2. Ea cur Deo abominabilis, *ibid*. Ejus malitia, 147, 2. Detractio est constupratio justitiæ, IX, 546, 2: *Concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam: sic qui facit per vim judicium iniquum*. Detractor quomodo judicare legem dicatur, XX, 187, 1, 2: *Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, et judicat legem*. Item Deum, *ibid*.

3° *In mediis quibus utitur*. Detractor cur vocetur adulterator, VI, 238, 2: *Cum detractoribus ne commiscearis*. Res aliter narrat ac gestæ sunt, 61, 1. Detractores similes sunt proditoribus, IX, 533, 2. Sunt proditores, XII, 82, 2: *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii et non veritatis*. Alios et seipsos laudantes, habent duplex cor et duplicem linguam, IX, 105, 2: *Væ duplici corde et labiis scelestis*. Detractoris lingua triplex est, X, 55, 2: *Lingua tertia multos commovit*. Semper inter narrandum crescit, IX, 531, 2: *Ne iteres verbum nequam et durum*.

Detractor est serpens, VII, 345, 1: *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit*. Cœno porcorum detractores comparantur, V, 377, 2: *Verbum mendax justus detestabitur, impius autem confundit et confundetur*.

III. Quam noxia sit detractio.

1° *Detractionis mala*. X, 54, 2: *Susurro et bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes*; 56, 1: *Lingua tertia mulieres viratas ejecit, et privavit illas laboribus suis*, XII, 83, 1, 2. Detractio quam sit detestabilis, et quot secum afferat incommoda, II, 253, 2 et seq. Detractor sua lingua tres uno occidit ictu, et in ea triplex velut committitur homicidium, V, 583, 2: *Mors et vita in manu linguæ*; XII, 83, 1; XX, 576, 2: *Omnis qui odit fratrem suum homicida est*; Job, 141, 1; 175, 1. Detractor suscitat jurgia, VI, 151, 1, *Ejice derisorem, et exibit cum eo jurgium*. Quantum ex detractione malum sequatur, præsertim in religionibus et congregationibus, in quibus non raro peccatur, non tantum venialiter, sed et mortaliter in hac materia, eoque periculosius quod detrahentes idipsum non advertant, vel prætextu zeli excusent, XII, 83, 1, 2.

2° *Specialiter noxia est ei cui detrahitur*. Detractor est velut latro, XII, 652, 1: *Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem*. Detractio est velut sagittatio, IX, 534, 2: *Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti*; XII, 83, 1: *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est*. Detrahentium linguæ instar sagittæ, longe feriunt, *Psalm*. I, 369, 1, 2: *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ*. Verba detractoris sunt quasi verbera et vulnera, V, 566, 2: *Verba bilinguis quasi simplicia; et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris*. Detractorum linguæ dentes vocantur, XV, 100, 1. Habent dentes leoninos et serpentinos, XXI, 201, 2 et seq. Detractorum virulentia vipera denotatur, XV, 99, 2: *Progenies viperarum, quis vobis demonstravit fugere a ventura ira?* Detractor canum naturam imitatur, lacerando famam proximi, XIII, 549, 1. Edit carnes proximi sui, VI, 197, 2: *Noli esse..... in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt*. Detractor cur vocetur locusta, XIII, 485, 2: *Dentes ejus ut dentes leonis, et molares ejus ut catuli leonis*.

3° *Deinde ei qui detrahit*. Detractor sibi et aliis nocet, VII, 347, 1: *Labia insipientis præcipitabunt eum*. Detractor se in futurum obligat, V, 388, 2: *Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat*. Detractor affert sibi mortem, vitam patienter calumniam patienti, 584, 1. Detractor apud omnes male audit, VI, 223, 2: *Abominatio hominum detractor*. Detractores omnibus exosi sunt, IX, 575, 2: *Susurro coinquinabit animam suam, et in omnibus odietur*. Detractores sæpe præsenti morte puniti, semper æterna, X, 65, 2: *Attende ne forte labaris in lingua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis in mortem*.

4° Detractorem audienti gravis etiam imminet ruina, VI, 239, 2: *Repente consurget perditio eorum; et ruinam utriusque quis novit?*

IV. Detractio cavenda et impedienda.

1° *Quam sit fugienda*, XX, 188, 1, 2. Præter rationes supra positas, cavenda tribus de causis, VIII, 288, 2. Eam qui cavet, cum Deo et hominibus pacem habebit, V, 389, 1.

2° *Non est audienda*. Detractioni non sunt præbendæ aures, V, 124, 2: *Remove a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te*.

3° *Impedienda, et quomodo*. Detractionis impediendæ sex remedia, X, 61, 1, 2. Quomodo retundendus detractor, VI, 239, 2. Impeditur vultu severo, 286, 1, 2: *Ventus aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem*. Si auditor sit superior, sufficit ei faciem tristem ostendere; si æqualis vel inferior, verbis est arguendus, 287, 1, 2.

4° Semel ex uno audita detractio non est referenda aliis, IX, 531, 2: *Ne iteres verbum nequam et durum, et non minoraberis*.

DEUCALION. Deucalionis diluvium quando contigerit, I, 157, 1. Deucalione et Pyrrha jacientibus post tergum lapides, homines reparatos esse dicunt poetæ, XV, 102, 2.

DEUS. *N. B.* Quæ de Deo in hisce commentariis ex Scriptura dicuntur et evolvuntur, claritatis et utilitatis causa, in sex capita distribuimus.

CAPUT PRIMUM.

DEI DEFINITIO ET EXISTENTIA.

I. Deus quid sit definitur, XVI, 362, 2 et seqq. Variæ de Deo ex philosophis definitiones, *ibid.* : *Spiritus est Deus; et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare*, XX, 36, 2; 37, 1; 597, 1 : *Deus charitas est.*

II. Dei existentia. — Deum esse non est per se notum, sed opus est discursu, XVIII, 50, 2 : *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Naturæ lumine cognoscitur esse, *Job*, 283, 1 : *Nimirum interroga jumenta et docebunt te; et volatilia cœli, et indicabunt tibi. Loquere terræ, et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris.* Deus ex creaturis investigatur, IX, 429, 1 : *Beatus vir... qui excogitat vias illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens.* Ejus magnificentia colligitur ex terræ et cœli fabrica, XIII, 638, 2. Deus ordinis auctor est et amator, *Job*, 724, 2 : *Numquid nosti ordinem cœli, et pones rationem ejus in terra?* Sapientiæ suæ leges toti mundo prædicat, V, 202, 2.

CAPUT SECUNDUM.

DEI ESSENTIA.

Essentia Dei metaphysica constituenda videtur in eo quod sit ens a se ac independens, seu in existentia *a se*, quæ *asseitas* dicitur. Solus est ipsum esse per essentiam, VII, 14, 2. Ipse solus essentialiter habet naturam divinam, XX, 411, 1. Esse est ei proprium novem de causis, I, 459, 1 : *Ego sum qui sum.* Est per essentiam constans fons omnis essentiæ, IV, 336, 2 : Est essentiale, verum æternum ens, XVI, 303, 1. Habet vitam a sua essentia, est fons omnis vitæ, et vitæ dominus, 380, 2 : *Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic*, etc. Substantia Dei qualis, VIII, 598, 1, 2 : *Substantia enim tua dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebat.* Deus in nullo est prædicamento, XIII, 606, 1. Attributa omnia in eo habent verum esse, *ibid.* Est ens entium, essentia essentiarum omnium, actus actuans potentias rerum omnium, V, 417, 1 : *Consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus.* Est basis, fundus, quantitas, et substantia rerum omnium, *ibid.*, 2. Est ipsum esse, tum suum formale, tum causale rerum omnium, XIII, 583, 1 : *Dominus* (hebraice *Jehova*) *nomen est ejus.* Essentia ejus per se præstat sola quod in creaturis præstant bonitas, sapientia, aliæque plurimæ virtutes, sed modo eminentissimo et illimitato, 293, 1.

CAPUT TERTIUM.

ATTRIBUTA DEI.

ARTICULUS PRIMUS.

ATTRIBUTA DEI IN COMMUNI.

Attributa Dei sunt unum et idem cum ejus essentia et simplicissima natura, IX, 49, 2; 110, 1 : *Secundum enim magnitudinem ipsius, sic et misericordia illius cum ipso est*, XV, 26, 1.

Perfectiones omnes in eo insunt augustissimæ et perfectissimæ, XIV, 236, 1. Est primum ens perfectissimum a quo omnia dependent, XVIII, 50, 1. Est superperfectus, XX, 52, 2. Cur dicatur ter maximus, ter felix, ter sanctus, XIII, 538, 1. Ejus natura et proprietates describuntur, XVII, 325, 1 et seq. Dei pulchra descriptio, VIII, 273, 1. Ejus plena descriptio, XII, 328, 2. Ejus elogia et descriptio, IX, 9, 1; 608, 2; X, 204, 2; 219, 2; 238, 1; 418, 1; 420, 1. Ejus descriptio compendio tradita, XIV, 237, 1. Ejus attributa septem, II, 515, 1.

ARTICULUS SECUNDUS.

ATTRIBUTA DEI QUÆ MAGIS AD DEI SUBSTANTIAM IN SE SPECTATAM REFERUNTUR.

I. DEI UNITAS.

1° *De Dei essentia est ut sit unus*, XII, 559, 2 et seq. Est unus et idem, non duo, XVIII, 546, 1 : *Deus autem unus est.* Eum esse unum docetur sex rationibus, II, 422, 1, 2 et seq. : *Audi, Israel : Dominus Deus noster, Dominus unus est.* Hanc unitatem etiam gentiles cognoverunt, I, 460, 1. Deus est quasi unitas in numero, VIII, 547, 2 : *A magnitudine enim speciei, et creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri.* Ex mundi opificio cognosci potest eum esse unum in essentia, XVI, 304, 2 : *Mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.* Deus Pater quomodo subinde, in Evangelio dicatur unus et solus, XV, 24, 2. Deus unus est actu, tres virtute, id est unus essentia, tres in personis, IX, 488, 2 (*Vide* Trinitas).

2° *Errores circa Dei unitatem, ubi de polytheismo et idololatria.* Dei gentium plurimi et multiplices, XI, 669, 1 : *In multitudine viæ tuæ laborasti, non dixisti : Quiescam.* Dii gentilium in Scriptura aliquando citantur, VI, 305, 1. Dii gentium fuere homines quos ars vel beneficium datum deos fecit, XII, 461, 1, 2. Dii haberi et ut tales coli voluerunt varii reges et principes, 703, 2. Dii montium unde, III, 663, 1. Deus præsides urbium esse rati gentiles, multa iis ubique delubra extruxere, XI, 427, 2. Deos tutelares urbis, gentiles eam obsidentes carmine aliquo evocabant ut ad se transirent, XIV, 66, 1. Dii erant mera vanitas et inania; colebantur sub figura utriusque sexus, III, 290, 2. Diis gentium talia a ministris exhibebantur qualia dominis a famulis, XVII, 327, 2 : *Deus qui fecit mundum, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur.* De Deo varii philosophorum errores, I, 478, 1. Eum qualem fingant ethnici, hæretici, carnales, IX, 291, 1 : *In sensu sit tibi cogitatus Dei.* Eum ethnici velut ignem concipiebant, XIV, 590, 1 : *Ipse enim quasi ignis conflans.* Deorum filios se esse multi gentiles actabant, XX, 563, 2 et seq. Veteres homines bene de Republica meritos in deos referebant, I, 604, 2. Deos omnibus cupidinibus suis præficiebant, XX,

348, 1 : *Sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his, qui ambulaverunt in..... illicitis idolorum cultibus.* Diis suis ascribebant gentiles scelera sua, IX, 447, 1. Deus cuique id est a quo vitam et vitæ necessaria expectat, XVIII, 652, 1, 2 : *Hoc scitote intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei.* Dii gentium vani deiculi, *Psalm.* II, 151, 1, 2 : *Omnes dii gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit.* Dii non fiunt ab idoloplastis, sed a cultoribus eos invocantibus, XIII, 512, 1. Dii quilibet vocabantur ab Hebræis in plurali Baalim, 428, 1, 2 : *Baalim immolabant, et simulacris sacrificabant.* Quam hi impotentes essent, 330, 2 et seq. Cur toties Deus in idola invehatur, XI, 565, 1 : *Cui assimilastis me?* Per Prophetas conatus est Israelem ab idololatria revocare, XIII, 219, 1. Dies Baalim quomodo visitare dicatur, I, 310, 2 : *Et visitabo super eam dies Baalim.* Dei veri et Deorum falsorum antithesis, *Psalm.* II, 274, 1 (*Vide* Idololatria).

II. DEI SIMPLICITAS.

Deus est purissimus spiritus, non corporeus, XVI, 362, 1, 2 : *Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.* Eum qualem spiritum fingerent stoici, XVII, 320, 2 et seq. Ei quomodo Scriptura tribuat membra, I, 629, 1 : *Et viderunt Deum Israel, et sub pedibus ejus quasi opus lapidis sapphirini.* Deus non vere et proprie, sed metaphorice habet oculos, aures, etc. quomodo dicatur habere lentos pedes, longas aures, fortes manus et latas nares, XIX, 307, 1, 2. Ejus manus quid sit, VII, 305, 1 : *Sunt justi atque sapientes, et opera eorum in manu Dei.*

III. DEI INDEPENDENTIA.

Deus nullius auxilio eget, 518, 2 : *Cujus adjutor es ? numquid imbecillis ? et sustentas brachium ejus qui non est fortis?* Non opus habet nostro consilio, *Job*, 655, 1. Est summe sibi sufficiens, I, 477, 1: *Ego Dominus* (hebraice *beel saddari, in Deo liberali*); XVIII, 477, 1.

IV. DEI INFINITAS.

In attributis omnibus et singulis est positive infinitus, XIV, 236, 2. In infinitum transcendit non tantum res creatas earumque perfectiones et dotes, sed et res omnes possibiles et imaginarias, quæ sunt infinitæ, æque in infinitum, *ibid.*

V. DEI IMMENSITAS, INCOMMENSURABILITAS ET INCOMPREHENSIBILITAS.

1° *Deus immensus est*, VIII, 522, 2. Ejus immensitas, XVIII, 617, 1 : *Ut possitis comprehendere..... quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum.* Est omnibus excelsior, profundior, latior, longior, 616, 2. Ejus immensitas describitur, XVII, 331, 1: *In ipso enim vivimus, movemur et sumus.* Est locus locorum, *ibid.* Ipse nos totos permeat, *ibid.* Omnia universi loca permeat et occupat, X, 417, 1. Ejus essentia est in singulis locis et spatiis tota, et ejus vis sapientiæ versatur circa res singulas, IX, 54, 2; 55, 1. Locus possessionis ejus quam sit vastus, XII, 443, 1 : *Magnus est et non habet finem.* Deus in spatiis vacui, III, 598, 1: *Si enim cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificavi.* Est in cœlo, supra cœlum, infra cœlum, et ultra in immensum, XI, 497, 2. Ejus sedes quomodo sit cœlum, terra scabellum, 758, 1, 2 : *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum.* Ipse loco et templis non continetur, XVII, 337, 1. Replet omnia, *Job*, 267, 1 : *Excelsior cœlo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces? Longior terra mensura ejus, et latior mari.* Ejus immensitatem quam nemo evadere potest, quomodo Job exprimat, *Job*, 267, 1; XIII, 637, 1 : *Si descenderint usque ad infernum, inde manus mea deducet eos.* Quomodo omnia suo numine, substantia et operatione compleat, XVII, 335, 2. Quomodo super omnes, per omnia et in omnibus, XVIII, 625, 1. Ubi esset Deus, cum nihil vel nulius locus esset in rerum natura, XX, 520, 1: *Annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis.* Omnia agit intra se, XIX, 76, 1 : *Omnia per ipsum et in ipso creata sunt.* Ipse est sphæra et circulus, XVIII, 617, 1 (*Vide infra* Omnipræsentia).

2° *Deus incomprehensibilis est*, Job, 266, 1 : *Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum omnipotentem reperies?* 688, 2; 689, 1 : *Quis potest scrutari vias ejus?* Est invisibilis et per gloriam incomprehensibilis, IV, 290, 1; XI, 171, 1. Ejus incomprehensibilitas, XVII, 326, 1, 2. Est absconditus et inaccessus in se, XI, 557, 1, 2: *Vere tu es Deus absconditus.* Invisibilis est, *Job*, 226, 2: *Si venerit ad me, non videbo eum : si abierit, non intelligam*; 488, 1: *Si ad orientem iero, non apparet; si ad occidentem, non intelligam eum; si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum; si me vertam ad dexteram, non videbo illum.* Quomodo sit invisibilis, *Psalm.* II, 155, 2: *Nubes et caligo in circuitu ejus.* Est lux sibi, nobis caligo, I, 604, 1 : *Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus*; XX, 646, 1 : *Qui malefacit, non videt Deum.* Ejus obscuritas et caligo, XIV. 99. 1. Cur habitare dicatur in caligine et nube, IX, 53, 2. Ad Deum caligat omnis creatura, III, 560, 1 ; 575, 2; 597, 1 *Non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam.* Occultus est et ineffabilis, *Job*, 704, 1 : *Digne eum invenire non possumus, magnus fortitudine, et judicio, et justitia, et enarrari non potest.* Non potest ulla imagine exprimi, XX, 595, 1: *Deum nemo vidit unquam.* Eum nemo vivens videt, nec audit, XVI, 313, 1 : *Deum nemo vidit unquam; unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit*; 385, 1 : *Neque vocem ejus unquam audistis, neque speciem ejus vidistis*, XX, 594, 2. Quomodo Deum videre nemo possit, XIX, 265, 1 : *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Clare in hoc mundo a nobis cognosci nequit, XVII, 329, 2:

Fecitque ex uno omne genus hominum.... quærere Deum, si forte attrectent eum, aut inveniant. Ejus essentia plane cognosci nequit, VI, 427, 1. Deum quomodo nunc videamus, *Psalm.* I, 223, 2: *Apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen.* Quo plus cognoscitur, eo plura cognoscenda demonstrat, X, 420, 1: *Gloriantes ad quid valebimus? Ipse enim omnipotens super omnia opera sua,* 426, 1. Deus fugere videtur a contemplativis, sicut navigantibus fugere videntur montes et sylvæ, cum juxta eas navigant, VIII, 111, 1, 2: *Pessulum ostii mei aperui dilecto meo: at ille declinaverat atque transierat.*

3° *Dei opera sunt incomprehensibilia,* IX, 130, 2; 131, 1: *Plurima enim super sensum ostensa sunt tibi.* Incomprehensibilitas operum, consiliorum et substantiæ ejus, XII, 240, 1: *Incomprehensibilis cogitatu.* Sapientia ejus incomprehensibilis, IX, 53, 2: *Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigavit?* 502, 1. *Non est minuere, neque adjicere, nec est invenire magnalia Dei.* Multa ejus arcana homines scrutari nequeunt, VI, 253, 1; 254, 1.

VI. DEI ÆTERNITAS.

1° *Deus æternus est,* Job, 247, 2; 248, 1: *Numquid sicut dies hominis tui, et anni tui sicut humana sunt tempora?* IX, 629, 1: *Ab initio et ante sæcula creata sum.* Est æterna, immensa et essentialis sapientia, XX, 33, 2. Ejus æternitas, XIV, 118, 1: *Egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis;* XXI 216, 2: *Juravit per viventem in sæcula sæculorum.* Domus Dei est æternitas, II, 533, 1: *Habitaculum ejus sursum, et subter brachia sempiterna.* Quam æternitatem habitet, XI, 670, 1, 2: *Excelsus et sublimis habitans æternitatem.* Est æternus et immutabilis, XVI, 295, 2: *In principio erat Verbum;* 455, 2: *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Deus solus æternus, quia immutabilis, et cur immutabilis, *Psalm.* II, 184, 1: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.*

In Deo non est ulla distinctio temporis, sed instans semper durans, unum et idem, V, 231, 2 et seq.: *Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram,... ante colles ego parturiebar.* Ipse nullo tempore aut loco creato mensurari potest, XI, 670, 1, 2. Omnia tempora præsentia, præterita, futura, infra se labentia et circulantia fixus et immotus consistens contemplatur, *ibid.* Quomodo de eo dicatur, *Fuit, est, erit,* XXI, 17, 1, 2: *Gratia vobis et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est.* In eo idem est præteritum, præsens et futurum, XIX, 356, 1, 2: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Omnia tempora in momento pervidet, XX, 479, 1: *Unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus.* Est primus et novissimus, α et ω, XI, 511, 2; 512, 1: *Quis hæc operatus est, et fecit, vocans generationes ab exordio?* XXI, 25, 1; *Ego sum α et ω, principium et finis;* 412, 1. Est idem pentalpha, 26, 1. Quomodo dicatur regnare ultra æternum, I, 570, 1 et seq.: *Dominus regnabit in æternum et ultra.* Æternitatis longitudo, *ibid.*, 2. Est Dominus æternitatis, XI, 503, 1: *Deus sempiternus Dominus.*

2° *Quomodo dicatur rex sæculorum,* X, 238, 1: *Sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspector sæculorum;* XI, 512, 2; XIX, 188, 2: *Regi sæculorum immortali, invisibili, soli Deo; honor et gloria.* Est rex sæculorum, præses temporum, dominus et gigas æternitatis, XIV, 253, 1, 2: *Incurvati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis ejus.* Est gigas sæculorum, XI, 670, 2. Est ævum ævorum, I, 450, 1: *Ego sum qui sum;* XIV, 254, 1. Ejus æternitas est causa et origo omnium sæculorum et temporum, *ibid.* Est princeps temporum quasi sol, XIII, 576, 1, 2. Ejus æternitas omnia tempora ambit et complectitur, XX, 505, 2: *Quod fuit ab initio..... annuntiamus vobis.* Deus auctor temporis et super omne tempus, *Job,* 495, 1: *Ab Omnipotente non sunt abscondita tempora; qui autem noverunt eum, ignorant dies illius.* Cur dicatur vivus, XIX, 266, 1: *Divitibus hujus sæculi præcipe..... sperare in Deo vivo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum.* Est vivus et originalis vita omnium aliarum vitarum, XX, 281, 1, 2: *Ad quem accedentes lapidem vivum;* 518, 1: *Quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ.* Est vita increata et causa vitæ omnium angelorum, hominum et animalium, tum naturalis, tum supernaturalis, XXI, 83, 1: *Cum darent illa animalia gloriam et honorem, et benedictionem viventi in sæcula sæculorum.*

VII. DEI IMMUTABILITAS.

1° *Deus est constans et immutabilis,* X, 29, 1: *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol.* Semper manet idem, variatis rebus aliis, XIV, 254, 1. In eo non est ulla variatio, vel successio visionis rerum, IX, 57, 2: *Prior omnium creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo.* Apud eum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio; XX, 67, 1.

2° *Ejus immutabilitas in quo consistat,* XIII, 497, 1. Est immutabilis diversimode, XX, 67, 2. Est immutabilis octupliciter, XIV, 595, 2: *Ego enim Dominus, et non mutor.* Nihil ei unquam accrevit aut decrevit, X, 379, 2: *Qui est ante sæculum, et usque in sæculum, neque adjectum est, neque minuitur, et non eget alicujus consilio.* Nulla re turbatur, sed in omni re et eventu æquanimis est, XIII, 498, 1. Deus solus immortalis et immutabilis, XVIII, 67, 2: *Numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuabit?* 195, 2: *Sine pœnitentia sunt dona et vocatio Dei;* 546, 1; XIX, 189, 1; 264, 1; 286, 2: *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.* Hujus immutabilitatis variæ causæ, XIV, 595, 2. Naturæ ejus plenitudo et perfectio, 596, 2. Est actus purus, nihil habens admixtum potentialitatis, *ibid.* Est sim-

plicissimus, XIV, 596, 2. Est ipsum esse, *ibid.*, 2. Quod vult, hoc ab æterno voluit, *ibid.* Omnia ei sunt præsentia, *ibid.* Est immutabilis, licet interdum mutet sententiam latam contra peccatores, I, 724, 2 et seq. : *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos.*

3° *In mente Dei ab æterno fuerunt omnia veritatis æternæ dictamina*, IX, 51, 1 : *Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante ævum.* Ejus motus et decretum immutabile est, nec retractari potest, XII, 485, 2 : *Non revertebantur* (quatuor animalia) *cum incederent.* Ejus dispositio firma et inconcussa est, IX, 686, 2. Ejus consilia certa et stabilia sunt, VI, 31, 2 et seq. : *Multæ cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini permanebit.* Quod ipse statuit, certo evenit, *ibid.*

ARTICULUS TERTIUS.

ATTRIBUTA DEI QUÆ AD DEUM, UT CAUSALITATEM ABSOLUTAM SPECTATUM, REFERUNTUR.

I. DEI OMNIPOTENTIA QUÆ MUNDUM CREAT ET CONSERVAT.

1° *Deus est omnipotens*, XV, 481, 1 : *Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.* Quam sit omnipotens, XIII, 637, 2 : *Dominus Deus exercituum qui tangit terram et tabescet*; Job, 135, 1: *Qui facit magna et inscrutabilia absque numero*; 268, 1 : *Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?* Nomen ejus potens, XVI, 38, 1, 2 : *Fecit mihi magna qui potens est.* Ejus potentia et magnificentia describitur, XIV, 162, 1, 2; 163, 1, 2. Est solus potens et dynasta, XIX, 263, 2 : *Quem* (adventum Christi) *suis temporibus ostendet beatus et solus potens.* Deus deorum quomodo dicatur Dominus, *Psalm.* I, 328, 1, 2: *Deus deorum Dominus locutus est.* Cur dicatur Dominus absolute, *Psalm.* II, 117, 1, 2 : *Dicet Domino : Susceptor meus es tu.* Qua ratione sit altissimus, *Job*, 469, 2 : *Annon cogitas quod Deus excelsior cœlo sit, et super stellarum verticem sublimetur?* Vocatur Dominator Dominus, XX, 658, 1: *Et solum Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes.* Ipse est omnium Dominus, X, 322, 2. Deus solus magnus est, *Psalm.* I, 203, 1 : *Magnificate Dominum mecum.*

2° *Deus est principium omnium rerum*; XVI, 442, 2 : *Dixit eis Jesus: Principium, qui et loquor vobis.* Omnium entium est causa, 328, 1 : *Cum ipse det omnibus vitam, et inspirationem et omnia.* Est omnia et omnium causa finalis conservans et efficiens, XIV, 235, 2. Est prima causa efficiens, exemplaris et finalis rerum omnium, V, 487, 1 : *Universa propter semetipsum operatus est Deus.* Deus eminenter omnia in se continet, *Psalm.* I, 331, 2: *Cognovi omnia volatilia cœli, et pulchritudo agri mecum est.* Est fundus et fundamentum omnium rerum cui omnia innixa recumbunt, XIV, 236, 1. Quomodo vocet ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, XVIII, 86, 1, 2. Dei vocare est, creare et facere, *ibid.* Ejus dicere, idem est quod facere, 539, 1. Dei vocis est efficacia, *Psalm.* I, 163, 2 : *Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit.* Ejus jussio est efficax, XV, 220, 2: *Volo, mundare.* Verbo creavit omnia, et quidem ex nihilo, X, 424, 1. Deus cur omnia fecerit verbo, *Psalm.* I, 195, 2 : *Ipse dixit, et facta sunt.* In Deum Scriptura omnia refert et quare, III, 278, 2. Omnia ei sunt possibilia, XV, 220, 1 ; 431, 2 ; XVI, 25, 1 : *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*, XVI, 411, 1. Est plastes et opifex universi, XI, 542, 2: *Numquid est Deus absque me, et formator quem ego non noverim?* Deus dicitur mundus exemplaris, XIII, 576, 1.

3° *Quæ facit perfecta sunt*, XV, 342, 1, 2. Ejus opera summe perfecta sunt, IX, 501, 2: *Non est minuere, neque adjicere, nec est invenire magnalia Dei.* Quæ Dei sunt, et maxima et perfectissima sunt, XIV, 471, 2; XVII, 176, 1. Ejus opera sunt perfecta tripliciter, II, 514, 2 : *Dei perfecta sunt opera, et omnes viæ ejus judicia.* Ejus opera cur dicantur mirabilia, IX, 337, 2 : *Mirabilia opera Altissimi solius, et gloriosa, et absconsa, et invisa opera illius.* Deus in minimo eminet maximus, XIII, 218, 1, 2. Non minor est in verme quam in cœlo et in sole, X, 375, 1 : *Memor ero igitur operum Domini, et quæ vidi annuntiabo.* Ejus est de minimis facere maxima, XI, 255, 2. Ejus effigies in omnibus operibus ejus apparet, X, 376, 2 : *Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua?* Potest adhuc plura efficere, et de novo creare et perfectiora, 423, 2 : *Multa abscondita sunt majora his* (operibus) : *pauca enim vidimus operum ejus.* Tria sunt quæ non facere potest meliora, XII, 228, 2. Cur noluerit condere mundi opera omni ex parte perfecta, VII, 142, 1 : *Cuncta fecit bona in tempore suo, et mundum tradidit disputationi eorum, ut non inveniat homo opus quod operatus est Deus a principio usque ad finem.* Omnia creata perfectiora reddere potest, IX, 61, 2: *Radix sapientiæ cui revelata est, et astutias illius quis agnovit?* Cur mundum quasi pilam pulchram hominum obtutibus objecerit, VII, 141, 2. Jam de nihilo nihil creat de novo, XV, 342, 1, 2. Opera sua etiam ornavit, IX, 472, 1 : *Ornavit in æternum opera illorum.* Magna gaudet imminuere et contrahere, XIII, 218, 1, 2. Universum totum in homine collegit, dum eum microcosmum fecit, *ibid.* Cur hominem microcosmum fecerit, VII, 141, 1. Creavit hominem cum consilio, X, 160, 2. Quasi osculando Adamum fecit, VII, 468, 2 : *Osculetur me osculo oris sui.* Quomodo animam hominis inspirat, dum eam creat, XI, 671, 1, 2 : *Quia spiritus a facie mea egredietur, et flatus ego faciam.* Deus volens fidem hominis probare quid in ejus creatione fecerit, VII, 154, 1. Ejus sumus per creationem et fidem, XVIII, 276, 2 : *Vos autem Christi, Christus autem*

Dei, XX, 12, 1 : *Jacobus, Dei et Domini nostri Jesu Christi servus.*

4° *Quid in rerum creatione spectarit*, V, 487, 1 : *Universa propter semetipsum operatus est Deus.* Operatur omnia propter suam gloriam increatam, non propter creatam, 488, 1. Est ultimus omnium rerum finis, V, 487, 2; X, 415, 1, 2 : *Propter ipsum confirmatus est itineris finis, et in sermone ejus composita sunt omnia.* Item medium, *ibid.* Est rerum omnium consummatio, X, 416, 1. Est omnium rerum ut et nostrum, et actionum nostrarum initium et finis ultimus, XVI, 156, 2; 321, 2; 443, 1. Dei opera omnia ex misericordia profecta sunt, *Psalm.* II, 399, *in titul.* Mundum creavit propter electos, XI, 610, 1 : *Posui verba mea in ore tuo ut plantes cœlos, et fundes terram.* Non quærit commodum suum, sed bonum creaturarum, XIII, 498, 1.

5° *Ejus omnipotentia ad omnia se extendit*, III, 345, 1 : *Non est Domino difficile salvare vel in multis, vel in paucis.* Ejus omnipotentiæ quinque mensuræ, X, 423, 2 et seq. Imperat ventis et mari, XV, 235, 1, 2. Ei tribuitur concussio terræ, 634, 1. Quomodo verbo virtutis suæ ferat omnia, XIX, 354, 1 : *Portansque omnia verbo virtutis suæ.* Currus est portans totum mundum, *ibid.* Est mundi Atlas, XI, 497, 2. Est adamas mundi, XIX, 76, 2. Est anima mundi metaphorice, XVIII, 641, 2. Stellas vocat ex nomine tripliciter, XI, 502, 2. Potest cœlos mutare, XX, 484, 2. Ejus potentia et majestas per fulmen et tonitru ostenditur, X, 402, 1 : *Imperio suo acceleravit nivem, et accelerat coruscationes emittere judicii sui.* Omnes mundi partes intuetur et tremore concutit, IX, 466, 2 : *Montes simul et colles, et fundamenta terræ : cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur.* Distantia inter Deum et mundum, XI, 499, 2 : *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, et quasi nihilum et inane reputatæ sunt ei.* Omnes creaturæ sunt coram infinito ejus oculo quasi unus atomus, IX, 465, 2 : *Non dicas : A Deo abscondar, et ex summo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoscar : quæ est enim anima mea in tam immensa creatura ?* Res creatæ possunt eo jubente in nihilum resolvi, XX, 475, 1.

Solus miracula facere potest, XIX, 157, 1. Rerum naturalium ordinem potest invertere et evertere. XV, 555, 2. Potest angelum in puncto existentem dilatare, et corpus per spatium expansum contrahere in punctum, XVIII, 363, 1, Item facit in corporibus, *ibid.* Deus non faciet miracula ad confirmationem falsæ doctrinæ contrariæ suæ, XV, 214, 1 et seq. : *Domine... nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?* (*Vide* Miracula.)

6° *Dominium habet perfectissimum super omnia*, Job, 268, 2 : *Si subverterit omnia vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?* Deus dominatur tam cœlo quam terræ, IV, 326, 2. Habet æquale imperium in ea quæ non sunt, et in ea quæ sunt, XVIII, 170, 1 : *Voluntati enim ejus qui resistit* Solus omnipotentiæ suæ manu tenet voluntates singulas, tum hominum, tum angelorum, XII, 585, 1 : *Auferam cor lapideum, et dabo eis cor carneum*; XVIII, 26, 2. In anima occulte quod vult operatur, XVI, 341, 2 : *Spiritus ubi vult, spirat.* Operatur in creatis omnia eorum opera, X, 417, 2. Dei cogitatio una et simplex continet eminenter omnes cogitationes, *Psalm.* I, 196, 1 : *Consilium autem Domini in æternum manet, cogitationes cordis ejus in generatione et generationem.* Eminens imperium ejus in omnia, XIV, 162, 2. Est dominus omnium rerum, homo vero solum habet usum ad vitam, II, 172, 1, 2 : *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, et vos advenæ et coloni mei estis.* Est dominator vitæ, IV, 595, 1 : *Domine Pater, et dominator vitæ meæ.* Est vitæ et necis dominus, VI, 27, 2. Vocatur fortis per antonomasiam, X, 226, 2 : *Dominus non elongabit, sed judicabit justos, et fortissimus non habebit in illis patientiam.*

Ipse solus regna dat et imperia, XIV, 253, 1, 2. Dat regibus jus regendi et regnum, V, 211, 1 : *Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt.* Est primus et summus legislator, V, 494, 1. Potestatem omnem ordinavit, XVIII, 220, 1 : *Quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt.* In manu ejus est ut hunc potius creet principem quam alium, IX, 298, 1 : *In manu Dei potestas hominis.* In ejus manu cor regum est, VI, 87, 1; XIV, 316, 2. Rogandus est ut pios det reges et principes, XIV, 316, 2.

7° *Potentia sua est fortitudo nostra, et quomodo*, XIV, 266, 2 : *Deus Dominus fortitudo mea.* Ejus proprium est nos adjuvare, XVIII, 141, 1 : *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Est protector potentiæ, X, 202, 2 : *Protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris*, etc. Item firmamentum roboris et suorum hyperaspites, 203, 1. Triplicem iis adhibet custodiam, *ibid.* Est idem tegimen ardoris, et umbraculum meridiani, *ibid.* Item deprecatio offensionis et adjutorium casus, *ibid.* et seq. Animam exaltat et illuminat, 204, 1. Dat sanitatem et benedictionem, *ibid.* Se Deum constantium et robustorum exhibet, 206, 1 : *Dominus solus sustinentibus se in via veritatis et justitiæ.* Est robur et sanitas animæ, XI, 108, 2. Quare dicatur salus animæ, *Psalm.* I, 212, 2 : *Dic animæ meæ : Salus tua ego sum.* Antonomastice cur dicatur salus, XIV, 265, 1 : *Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo.* Semper suis adest per opem, XI, 202, 1. Quomodo sit sanctorum spes et fortitudo, 524, 1 : *Et Dominus spes populi sui.* Protegit justos, 149, 2 : *Super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu.* Pios tuetur ab astu et machinationibus impiorum, VI, 381, 2. Adest suis in tribulatione,

XXI, 27, 1. Præsens adest suis etsi non videatur, 28, 2. Est piorum murus, VI, 366, 2. Juvat injuriam patientes, 74, 1, 2 : *Expecta Dominum, et liberabit te.* Est justorum refugium, V, 569, 2 : *Turris fortissima, nomen Domini, ad ipsum currit justus et exaltabitur*; 471, 1. Noster Mars et azylum est, XIV, 163, 2 : *Bonus Dominus, et confortans in die tribulationis.* Dei protectio in tribulatione, *Psalm.* I, 24, 1. In calamitatibus suos immunes præstat, XIV, 263, 1 : *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* Suos confirmat, perficit, solidat diversimode, XX, 399, 1. Sanctos tuetur qui in ipso omnia adversa contemnunt, XVIII, 148, 1.

8° *Deus quibus armis se defendit, et suos protegit, Psalm.* I, 212, 1 : *Apprehende arma et scutum, et exurge in adjutorium mihi.* Ejus panoplia describitur, XI, 696, 1 : *Indutus est justitia ut lorica, et galea salutis in capite ejus*; XVIII, 696, 2 : *In omnibus sumentes scutum fidei.... Et galeam salutis assumite, et gladium spiritus quod est verbum Dei.* Deus protector justorum et clypeus, *Psalm.* II, 119, 1. *Scuto te circumdabit veritas ejus*, X, 200, 1, 2. Et scutum inexpugnabile, *Job*, 134, 2 : *In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum.* In persecutionibus hostium et conscientiæ anxietate suis auxilium et scutum est, XVIII, 148, 2 : *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet?* Ejus quæ sint cornua, XIV, 250, 2 : *Splendor ejus ut lux erit, et cornua in manibus ejus.* Ejus robur et potentia vocatur equus et quadrigæ, 257, 2: *Qui ascendes super equos tuos, et quadrigæ tuæ salvatio*; 262, 2: *Viam fecisti in mari equis tuis.* Deus cur aquilæ et gallinæ comparetur in Scripturis, *Psalm.* II, 118, 2 : *Scapulis suis obumbrabit tibi.* Deus est nobis robur, petra, arx munitissima, munitio, scutum, clypeus, cornu salutis, *Psalm.* I, 93, 1, 2. Deus petra cur dicatur, *Psalm.* II, 98, 2. Dei protectio est velut tentorium, *Psalm.* I, 30, 2 : *Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Omnes creaturæ sunt ejus exercitus, XII, 576, 1. Deus creaturas transformat ad commodum piorum; exempla, VIII, 638, 1, 2 : *Tanquam enim equi depaverunt escam, et tanquam agni exultaverunt magnificantes te, Domine, qui liberasti illos.* Descendit cum angelis in auxilium fidelium, XIV, 532, 2 : *Et veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo.*

9° *Illius potentia maxime se ostendit, ubi maxima est infirmitas*, XVIII, 506, 2 : *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.* In infirmis robur suum ostendit, XIV, 506, 2 : *Salvabit Dominus tabernacula Juda, ut non magnifice glorietur domus David.* Sæpe infirmos roborat, ut prævaleant fortibus, XIII, 583, 1 : *Qui subridet vastitatem super robustum.* Pupillos tuetur, 469, 1 : *Ejus qui in te est, miserebitur pupilli.* Est pater pauperum, *Job*, 572, 2. Est patronus egenorum, *Job*, 140, 2 : *Porro salvum faciet egenum a gladio oris eorum, et de manu violenti pauperem*; 142, 1 : *Et erit egeno spes*; 621, 2 : *Si levavi super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem.* Est viduarum protector, XIX, 237, 1 : *Quæ vere vidua est et desolata, speret in Deum.*

10° *Tunc maxime adest cum res videntur plane desperatæ*, XII, 263, 2 : *Descendit itaque Jeremias in cœnum*; 759, 1 : *Ipsi dicunt : Aruerunt ossa nostra, et periit spes nostra, et abscissi sumus*; XIII, 319, 2; XVI, 489, 2 : *Nunc scio quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus*; XVII, 151, 1, 2 et seq.; XX, 21, 2; 390, 1. Quæ hujus rei causæ, XIII, 319, 2. Deus adest in desperatis, tam facile potest suam potentiam, opem et victoriam applicare paucis, quam multis militibus, IV, 426, 1 : *Facile est concludi multos in manu paucorum, et non est differentia in conspectu Dei liberare in multis et in paucis.* Cur sæpe paucos elegerit ut multos prosterneret, *ibid.* Solet afflictos ad extremum usque redigere, ac tum demum succurrit, XI, 440, 1 : *Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc sublevabor.*

11° *Omnem humanam potentiam sibi adversam subridendo sternit*, XIII, 583, 1, 2. Ejus potentia in dejiciendis regibus, XI, 501, 2 : *Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint.* Dissipat conatus impiorum, *Job*, 138, 1 : *Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possent implere manus eorum quod cœperant.* Quomodo comprehendat sapientes in sapientia sua, XVIII, 275, 1 : *Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum*, XIV, 30, 2. Variis modis infatuat Deus consilia prudentium, III, 499, 2.

12° *Ejus potentia in Veteri Testamento*, XVI, 40, 2 : *Fecit potentiam in brachio suo.* Ejus potentia exprimitur per sessionem super Cherubim, XIV, 435, 2. Dei potentiæ laudes, *Psalm.* I, 162, 1.

II. OMNIPRÆSENTIA (vel actus permanens entis divini, ejusque omnipotentiæ in omnibus temporibus, locis, entibus).

1° *Deus ubique præsens est*, XII, 183, 2; XVII, 333, 1; XX, 328, 1 : *Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum.* In omnibus operibus suis intime est præsens per essentiam, præsentiam, potentiam, X, 380, 1 : *Quam desiderabilia opera ejus, et tanquam scintilla, quæ est considerare.* Quomodo habitatio et domus ejus sit cœlum empyreum, IX, 622, 2 : *Ego in altissimis habitavi.* Ipse est in omnibus, et est omnia, X, 416, 1 et seq. : *Consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus.* Ubique præsens est, omnia intuetur, XVI, 323, 2 : *Priusquam Philippus te vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.* Est supra et intra omnia, ut omnia contineat et sustentet, X, 380, 2. Ut in aliquo loco operetur, eo se non transfert, XII, 782, 2 : *In visionibus Dei adduxit me in terram Israel.* Dei præsentia quid operetur, *Psalm.* I,

94, 2. Quibus modis præsentiam suam manifestet, *Psalm.* II, 445, 2.

2° *Omnibus nobis ubique intimus et præsens est*, XIII, 448, 2. Non longe est ab unoquoque nostrum, et quomodo, XVII, 330, 1. In eo quomodo ipsi simus, 330, 2 et seq.; 332, 1. Quomodo sit nobiscum, XI, 201, 2. Si ipse non esset in loco, nos in eo esse non possumus, XVII, 331, 2. Est quasi aura qua respiramus, *ibid.* Sub ejus dominio et jurisdictione vivimus, 332, 1. Est nostra vita et anima, *ibid.* In eo vivimus non formaliter, sed effective, XVII, 335, 2. Solus menti illabi potest, XIII, 507, 1. Est realiter in anima sancta, *ibid.* Variis modis est in justis, VIII, 16, 2 et seq. Substantialiter novo modo inest justo, XIII, 298, 1 : *Et erit in loco ubi dicetur eis : Non populus meus vos; dicetur eis : Filii Dei viventis*, XIV, 354, 1. Deus habitat in tabernaculo sapientiæ, IX, 626, 1 : *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Quomodo maneat in anima, XVI, 550, 2 : *Ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.* Habitat in nobis quadrupliciter, XII, 66, 1 : *Habitabo vobiscum in loco isto.* Habitat in amante et justo, XX, 598, 2 : *Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo.* Quos tunc ibi producat effectus, 600, 1. Quomodo semper apud Christianos sit, XI, 275, 2 : *Exulta et lauda, habitatio Sion; quia magnus in medio tui sanctus Israel.* Deus prope est malis per justitiam, bonis per auxilium, *Psalm.* II, 331, 1 : *Prope es tu, Domine;-et omnes viæ tuæ veritas.* Peccatores eum latere non possunt, XVIII, 438, 1 : *Abdicamus occulta dedecoris.*

3° *Qualiter ejus præsentia ubique nobis fingenda sit*, X, 488, 2 : *De omni corde suo laudavit Dominum qui fecit illum.* Præsentia ejus semper ob oculos ponenda, I, 212, 1 : *Ambula coram me, et esto perfectus*; V, 77, 1, 2 : *In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos*; XX, 492, 1, 2 : *Propter quod, charissimi.... satagite immaculati et inviolati inveniri ei.* Semper habendus in memoria, III, 275, 2 : *Porro, filii Heli, filii Belial, nescientes Dominum*; IX, 427, 1 : *Beatus vir qui..... in sensu cogitabit circumspectionem Dei*; XI, 565, 2 : *Redite, prævaricatores, ad cor.* Ejus memoria quantum boni afferat, XII, 389, 1, 2 : *Scrutemur vias nostras, et quæramus, et revertamur ad Dominum.* Quis fructus memoratæ præsentiæ Dei, I, 212, 2 et seq.; XIII, 299, 1. Ejus præsentiæ cogitatio est remedium omnium peccatorum, I, 136, 1 : *Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit.* Seria ejus memoria passiones omnes refrænat, X, 50, 2 : *Memorare timorem Dei, et non irascaris proximo.* Dei memoria plus delectat quam præsentia carnalium voluptatum, *Psalm.* II, 15, 1: *Renuit consolari anima mea; memor fui Dei, et delectatus sum.*

III. OMNISCIENTIA (quæ est veluti omnipræsentia intellectualis Dei).

§ I. — NATURA ET PROPRIETATES SCIENTIÆ DIVINÆ.

1° *Est in Deo veri nominis scientia, eaque perfectissima*, III, 267, 2 : *Deus scientiarum Dominus est.* Deus scientiarum Dominus, *Job*, 285, 2 : *Apud ipsum est sapientia et fortitudo, ipse habet consilium et intelligentiam*, 463, 1 : *Numquid Deo potest comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?* Deus est omniscius, XIV, 299, 2.

2° *Dei scientia qualis*, III, 456, 1 : *Quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur ad te? Tu enim scis servum tuum, Domine.* Ejus scientia et sapientia infinita, VI, 423, 1; 424, 1, 2 et seq. : *Non didici sapientiam, et non novi scientiam sanctorum*, 427, 2. Est sapientia increata, omnia sciens, XII, 444, 2: *Quis ascendit in cœlum, et accepit eam* (sapientiam), *et eduxit eam de nubibus?* Psalm. II, 146, 5: *Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientiæ ejus non est numerus.* Ejus scientia omnem creatam transcendit, propter rationes undecim, XVIII, 196, 2 et seq. : *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei.* Est lux increata et immensa, XVI, 518, 1. Scientia Dei est simplex, immutabilis et infinita, VIII, 440, 2: *Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex*, etc. Est fons lucis et cognitionis angelicæ et humanæ, XIII, 19, 2: *Sapientia et fortitudo ejus sunt,... ipse revelat profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta.* Deus quare fons sapientiæ et scientiæ, *Psalm.* I, 223, 2 : *Apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen.* In Deo non est memoria, sed intuitus, II, 236, 1; XIV, 602, 2. In memoria sua conscribit singulorum facta et dicta, XIV, 602, 2. Ejus oculus sole lucidior est, IX, 608, 2; 609, 1 : *Et non cognovit, quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, et profundum abyssi, et hominum corda, intuentes in abconditas partes.* Ejus oculi soli comparantur, XIII, 365, 2 : *Et vivemus in conspectu ejus.*

3° *Scientia Dei, intuitus ejus et recordatio est operativa et efficax*, XII, 421, 1, 2: *Recordare, Domine, quid acciderit nobis : intuere et respice opprobrium nostrum;* VIII, 438, 1, 2: *Omnium enim artifex docuit me sapientia;* V, 233, 2 et seq.; 237, 2. *Quando præparabat cœlos, aderam; quando certa lege et gyro vallabat abyssos... cum eo eram cuncta componens.*

§ II. — OBJECTUM SCIENTIÆ DIVINÆ.

1° *Deus seipsum perfecte cognoscit et comprehendit*, XVIII, 263, 2: *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.... Quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei.* Deus in eo beatus, quia se videt sicuti est, *Psalm.* I, 196, 2.

2° *Quis in Deo sit ordo cognitorum*, IX, 59, 1. In eo est universitas objectorum et intelligibilium, *ibid.* Deus solus tria rerum genera cognoscit, XIII, 19, 2: *Ipse revelat profunda, et abscondita, et*

novit in tenebris constituta, et lux cum eo est.

3° *Omnia intuetur, etiam abdita*, V, 149, 2 et seq. : *Respicit Dominus vias hominis, et gressus ejus considerat*; 487, 1 : *De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi*. Ejus oculus omnia intuetur, VI, 60, 1 : *Aurem audientem, et oculum videntem, Dominus fecit utrumque*; 154, 2 : *Oculi Domini custodiunt scientiam*; X, 312, 1 : *Opera omnis carnis coram illo, et non est quidquam absconditum ab oculis ejus, a sæculo enim usque in sæculum respicit*. Nihil ei absconditum, *Job*, 521, 1 : *Nudus est infernus coram illo, et nullum est operimentum perditionis*. Est totus oculus omnia perlustrans, *Job*, 301, 2; 471, 2 : *Et dicis : Quid enim novit Deus? et quasi per caliginem judicat. Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, et circa cardines cœli perambulat*. Sol est omnia lustrans, XIX, 389, 2. Totus est oculus, X, 202, 1 : *Oculi Domini super timentes eum*; XII, 492, 1; 508, 2; 509, 1; XIV, 390, 1 : *Super lapidem unum septem oculi sunt*. Intuetur secretissima quæque, unde θεός græce ab *intuendo*, VIII, 287, 2 : *Quoniam renum illius testis est Deus, et cordis illius scrutator est verus, et linguæ ejus auditor*. Deus speculator est omnium, I, 312, 2. Omnia videt, *Job*, 246, 2 : *Numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, et tu videbis?* 609, 1 : *Nonne ipse considerat vias meas, et cunctos gressus meos dinumerat*; 301, 1, 2 : *Aut placebit ei quem celare nihil potest, aut decipietur ut homo vestris fraudulentiis?* Quomodo videre possit omnia, XI, 498, 1.

4° *Actiones omnes et intima hominum perspicit*, V, 483, 1 : *Omnes viæ hominis patent oculis ejus; spirituum ponderator est Dominus*. Omnium operum, tam bonorum quam malorum, pondus mensurat, 484, 1. Operum nostrorum fundum penetrat, VI, 95, 1 : *Omnis via viri recta sibi videtur : appendit autem corda Dominus*. Malos æque ac bonos intuetur, XII, 189, 1. Novit intima inferni, dæmonum, damnatorum secreta, uti et arcana cordis humani, V, 455, 2 : *Infernus et perditio coram Domino; quanto magis corda filiorum hominum?* Immittit eis cogitationes et volitiones quales voluerit, 456, 1. Minutissima quæque videt, penetrat, et in numero habet, IX, 54, 2; 55, 1. Pernovit et perspicit corda hominum, et cognoscit occulta cordium, XII, 102, 2 : *Tu autem, Domine Sabaoth, qui judicas juste, et probas renes et corda*; XVII, 71, 2; *Qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris*. Deus est cardiagnostes et verus cordium scrutator et ponderator, III, 365, 1 : *Homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor*; V, 523, 2 : *Sicut igne probatur argentum, et aurum camino, ita corda probat Dominus*; VI, 95, 1; 351, 1; *Job*, 784, 2 : *Scio quia omnia potes, et nulla te latet cogitatio* : XVIII, 279, 1 : *Quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum*, XIX, 389, 2 : *Discretor est cogitationum et intentionum cordis*. Pervidet intimas et secretissimas mentium cogitationes, propensiones et intentiones, XIII, 353, 2 : *Ego scio Ephraim, et Israel non est absconditus a me*.

5° *Deus cognoscit omnia possibilia*, XVIII, 86 : *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*. Quanta ejus sit rerum etiam possibilium cognitio, IX, 51, 1, 2. Idque vi cognitionis essentiæ, *ibid.* : *Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante ævum*. Cognitio abstractiva possibilium in Deo est intuitio existentium, 51, 2. Ejus notiones sunt sigilla rerum creandarum, 64, 2 : *Et vidit, et dinumeravit, et mensus est, et effudit illam super omnia opera sua*.

6° *Deus distincte cognoscit omnia præterita, præsentia et futura, sive necessaria, sive contingentia et libera*. Omnes temporum differentias intuetur, et quidquid in eis agitur, X, 312, 1 : *Non est quidquam absconditum ab eo, a sæculo enim usque in sæculum respicit*; II, 522, 1, 2 : *Nonne hæc condita sunt apud me, et signata in thesauris meis?* XIX, 390, 1 : *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus, omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus*; VIII, 471, 2 : *Scit* (sapientia) *præterita, et de futuris æstimat.... signa et monstra scit antequam fiant, et eventus temporum et sæculorum*. Præterita et futura videt perfecte, objective, X, 312, 1, 2.

Novit quibus signis præviis res omnes et sæcula commutentur, unaque alteri succedat, X, 378, 1 : *Cognovit enim Dominus omnem scientiam, et inspexit in signum ævi, annuntians quæ præterierunt, et quæ superventura sunt, revelans vestigia occultorum*. In ejus præscientia decursus unius regni, imo totius sæculi, unus quasi idemque est, XI, 320, 2. Ab æterno simul et semel omnia futura cognovit, XIV, 220, 2. Prævidet et providet omnia, XIII, 497, 2. Facta hominum novit antequam fierent, IX, 610, 1 : *Domino enim Deo, antequam crearentur, omnia sunt agnita; sic et post perfectum respicit omnia*. Ejus præscientia, claritas et distinctio, XVIII, 86, 1. Ejus præscientia et omniscientia indicatur, XVIII, 279, 1; XIX, 389, 2. Deus solus novit certo futura contingentia et libera, XI, 515, 2 : *Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, et sciemus quia dii estis vos*. Ratio cur ea videat, est ejus infinita vis intelligendi, *ibid.* Multa non statuit, nisi prævisa libera hominum actione, XX, 194, 1.

7° *Deus certo et infallibiliter cognoscit futura contingentia conditionata*. Deus cognoscit futura libera, etiam conditionalia tantum et nunquam eventura, eo quod hypothesis vel conditio non ponatur, nec eveniat, XII, 266, 2; 267, 1 : *Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, vivet anima tua, et civitas hæc non succendetur igni : et salvus eris, tu et domus tua*. Id probatur tribus exemplis, *ibid.* Et etiam his verbis libri *sapientiæ*, cap. IV, 11 : *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum*

ejus, aut ne fictio deciperet animam illius, VIII, 367, 1. Undenam Deus cognoscat conditionata futura, et quænam hujus rei ratio, XII, 267, 1; et XV, 291, 1: *Quia si in Tyro et Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere pœnitentiam egissent.*

§ III. — MEDIUM SCIENTIÆ DIVINÆ.

Deus novit omnia per supremas causas, IX, 51, 1. Omnia videt et prævidet ob infinitam efficacitatem oculi sui divini, 57, 2: *Prior omnium creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo*; 465, 1: *Non dicas: A Deo abscondar, et ex summo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immensa creatura?* 607, 1: *Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius* (Dei); 608, 2; 609, 1: *Et non cognovit, quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt supra solem.*

Omnipotentia æternaliter vivens et activa fit principium Providentiæ divinæ, unde

IV. PROVIDENTIA.

§. I. — EST IN DEO PROVIDENTIA.

Providentia Dei quid proprie sit, XVII, 55, 1, 2. Eam stoici appellarunt fatum, *ibid.* Ei opponuntur fatum et fortuna, VIII, 203, 1. *Neque dicas coram angelo: Non est providentia.* Deo nihil est fortuitum, sed omnia provisa et prævisa, XV, 24, 2; XVI, 186, 2. Fato non agit, nec agitur, XVIII, 374, 1: *Dividens singulis prout vult.* An curaret res humanas cur multi dubitarint, XIV, 203, 2. Errores circa providentiam, VIII, 400, 1, 2; 558, 1; XII, 104, 1, 2 et seq. Providentiam negare quid proprie sit, VII, 203, 1, 2. Fugitivi providentiæ Dei quid, VIII, 606, 2. Providentia est de essentia divinitatis, 533, 2: *Non est enim alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus.* Deus regit mundum, *Job*, 657, 1: *Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem quem fabricatus est?* Omnia in mensura, numero et pondere disponit, VIII, 519, 2. Deus est auriga mundi, I, 6, 1. Est ejus centrum, *ibid.* Hoc modo providentiam in Deo esse docet Scriptura, VIII, 460, 1, 2 et seq.: *Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.* Deus nauclerus mundi per suam providentiam, 558, 1: *Tua autem, Pater, providentia gubernat.* Providentia Dei astruitur, XII, 105, 1, 2; 106, 1. Ejus demonstratio, VII, 204, 2. Ejusdem officia, *ibid.* Gubernat omnia, *Job*, 129, 1: *Nihil in terra sine causa fit, et de humo non oritur dolor*; 138, 2: *Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, et consilium pravorum dissipat*; 492, 2: *Cum expleverit in me voluntatem suam, et alia multa similia præsto sunt ei.* Casus ostendit providentiam, VIII, 321, 2. Sustinet universum, *Job*, 522, 2; 693, 1. Providentiæ duæ partes sunt mens et voluntas, puta sapientia et decretum, sive præordinatio et executio, XIV, 427, 1: *Ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium.*

§ II. — PROVIDENTIA PHYSICA SEU NATURALIS.

1° *Providentia omnia creata conservat*, XVII, 330, 2; 331, 1. Per eam omnia conservantur, consistunt et gubernantur, XVIII, 625, 1. Dei requies a creatione tacite significat rerum creatarum conservationem, I, 77, 1. Eodem modo operatur cum vacat et cum operatur, *ibid.*, et 2. An possit operari sine providentia, VII, 203, 1, 2. Creata conservando, continuo quodammodo ea creat, X, 380, 2. Omnia a Deo pendent in sui conservatione, III, 39, 1. Deus conservat res quadrupliciter, VIII, 525, 2: *Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset, conservaretur?*

2° *Providentia operatur omnia naturalia concurrendo effective cum omnibus causis secundis*, XVIII, 373, 1: *Idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Causas secundas quomodo disponat, VI, 5, 2. Permittit causas secundas suo cursui, IV, 457, 2. Et uniuscujusque mori in suo opere et exercitio, *ibid.* Regit flectitque voluntates, omnesque causas secundas, et eas inter se ita componit, ut una alteri ex æquo respondeat, XII, 238, 1. Providentia Dei reservat sibi quatuor claves, clavem pluviarum, clavem vitæ, clavem alimoniæ, clavem sepulcrorum, I, 297, 1.

3° *Ad quæ se extendat providentia.* Omnia curat, magis tamen necessaria, VI, 19, 1. Habet Deus providentiam universorum, IX, 472, 2. Providentia Dei omnia creata regit, et occultissima penetrat, 427, 1. Ejus providentia et numine omnia in particulari reguntur, XII, 398, 1, 2. Creatis singulis suum numerum, speciem et gradum elargitur, X, 417, 2. Rerum magnarum peculiarem curam habet, VI, 130, 1: *Equus paratur ad diem belli; Dominus autem salutem tribuit.* Ejus cura generalis de minimis qualis sit, XIV, 220, 2. Providentia mira Dei erga animalia, *Job*, 730, 1: *Numquid capies leænæ prædam et animam catulorum ejus implebis, quando cubant in antris, et in specubus insidiantur?* In corvos, 730, 2: *Quis præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos? Psalm.* II, 471, 2. Ei est cura de bobus cæterisque animantibus, XVIII, 329, 2: *Scriptum est in lege Moysis: Non alligabis os bovi trituranti.* An habeat curam particularem piscium, XIV, 220, 2. Non tantam habet curam piscium quantam habet hominum ex parte effectus, *ibid.* Elementa regit et contemperat ut auriga, 429, 1: *Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, ut stent coram dominatore omnis terræ.* Tempora anni varie disposuit, X, 170, 1, 2. Deus summus est medicus, 269, 1. Ab eo est omnis curatio et medicina, 270, 2. Est sanitatis auctor et reparator, 274, 1: *Fili, in tua infirmitate non despicias teipsum, sed ora Dominum, et ipse curabit te.*

§ III. — PROVIDENTIA MORALIS.

1° *Dei providentia dirigit omnia humana*, V, 518, 2 : *Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur*. In Deo est triplex liber, primus creationis et creaturarum; secundus legum et obligationum; tertius providentiæ particularis erga quamlibet creaturam, maxime hominem et angelum, XII, 518, 1, 2. Nihil nobis evenit cujus auctor non sit Deus, 398, 1, 2. Curat humana quam perfectissime, et omnia ita ut singula, 105, 1, 2. Curat studia, affectus et opera hominum in hac vita, VI, 77, 1 : *Quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Ejus providentia erga nos, XI, 201, 2; XIII, 470, 2. Ejus providentia et cura circa nos transcendit omnem cogitationem et spem nostram, XVIII, 87, 1, 2. Omnibus necessaria providet pro mensura providentiæ, 472, 2 : *Qui multum, non abundavit, et qui modicum, non minoravit*. Succurrit ad necessitatem, non ad voluptatem, XV, 342, 2. Non deest in necessariis, nec redundat in superfluis, III, 30, 1 : *Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ*. Dei providentia erga homines, XV, 274, 1. Providentia erga hominem miranda, *Job*, 196, 1 : *Quid est homo quia magnificas eum?* Quam de nobis sit sollicitus, XIV, 134, 1, 2. Singulos æque ac omnes tuetur, videt et curat, IX, 465, 1. Providentia Dei est sol omnia lustrans, *ibid*. Cur Deus vocetur custos hominum, XIV, 195, 1. Ab eo pendet quidquid habemus vel speramus, XVII, 332, 1 et seq. Ab eo semper pendemus, *ibid*., et 336, 1. Eo omnes indigemus, 336, 1. Ab eo pendet omne bonum nostrum, XIV, 135, 1. Potest nos pascere omnibus rebus, II, 432, 2 et seq. : *Dedit tibi cibum manna..... ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei*. Est servator animæ nostræ, VI, 228, 1 : *Qui inspector est cordis, ipse intelligit, et servatorem animæ tuæ nihil fallit*. Etiam gentium curam gerit, licet corruptissimæ sint, XIV, 28, 1 : *Surge, et vade in Niniven*.

2° *Quorum potissimum providentia Dei curam habeat*, V, 519, 1. Quantam curam suorum habeat, I, 313, 1 : *Jacob quoque abiit itinere quo cœperat, fueruntque ei obviam angeli Dei*; 230, 2 : *Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem pro qua locutus es*; 237, 2; 286, 2; 309, 1, 2; XVII, 432, 1. Providentia Dei erga suos et obedientes, I, 281, 1. Quam ea mirabilis sit, probatur exemplo conversionis sancti Ephrem, I, 368, 1, 2; XV, 202, 1. Quanti electos suos faciat, XXI, 169, 1. Suos mire custodit, XX, 247, 1 : *Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem*. Custodit et diligit suos ut pupillam oculi, V, 185, 1; 214, 2 : *Qui de mane vigilant ad me, invenient me*. Timentes se peculiariter protegit, regit, intuetur, æstimat, videt, eorumque preces exaudit, IX, 96, 2; 99, 2 : *Crede Deo et recuperabit te, et dirige viam tuam, et spera in illum*; 106, 2; 454, 1 : *Oculi Domini ad timentes eum, et ipse agnoscit omnem operam hominis*; I, 465, 1; 505, 2; 607, 1, 2. In protegendis suis et fortis et clemens est, XI, 426, 2. Est simul eorum adjutor et protector, X, 551, 2 : *Confitebor nomini tuo, quoniam adjutor et protector factus es mihi*. Ejus providentiæ alæ; est aquila, ob quinque rationes, II, 516, 2 et seq. . *Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos*. Ejus providentia recte comparatur aquilæ, I, 597, 1 : *Vos ipsi vidistis, quomodo portaverim vos super alas aquilarum, et assumpserim mihi*. Deus vigilat pro justis, *Psalm*. I, 206, 1, 2 : *Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum*. Aliter vigilat super justos, aliter super injustos, *ibid*. : *Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum*. Quem amat Deus securus est, 202, 2 et seq. Providentia Dei singularis erga justos, 235, 1 : *Apud Dominum gressus hominis dirigentur, et viam ejus volet*. Ejus providentia testudo sanctorum est, XIV, 181, 1. Dirigit justos in naturalibus et supernaturalibus, VI, 35, 2 et seq. [Deus pastor, *Psalm*. I, 129, 1 : *Dominus regit me, et nihil mihi deerit*. Dirigit iter sanctorum, XVI, 73, 1 : *Et venit in spiritu in templum*. Qui ab eo moventur, non indigent consultatione, X, 253, 2. Dirigit gressus justi ut boni sint et felices, VI, 77, 1, 2. Est pupillorum custos et vindex, 190, 1, 2 : *Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum non introeas, propinquus enim illorum fortis est*; 371, 1. Ejus providentia in alendis pauperibus, I, 581, 2.

Curat suos ab utero usque ad canos, quomodo, XI, 563, 2 : *Usque ad senectam ego ipse, et usque ad canos ego portabo*. Suos curat jam inde ab utero per omnem vitam, X, 546, 1 : *Et nunc orate Deum omnium... qui auxit dies nostros a ventre matris nostræ, et fecit nobiscum secundum suam misericordiam*. Filiis suis providere non cessabit, XV, 202, 1, 2 : *Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis*. Nunquam suos deserit, *Job*, 255, 1 : *Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia universorum memineris*. Providentia Dei erga Tobiam et Saram, IV, 278, 2. Erga Tobiam patrem fugientem excidium Ninives, 311, 1. Erga Estherem, 390, 1, 2; 391, 1.

3° *Divinæ providentiæ gubernatio qualis*, XI, 578, 1 : *Ego Dominus Deus docens te utilia, gubernans te in via qua ambulas*. Ejus adinventiones et viæ variæ, XII, 240, 1 : *Magnus consilio et incomprehensibilis cogitatu; cujus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam*.

Dei providentia tota oculata est, XII, 18, 1. Providentia Dei est mundi oculus, XIV, 390, 1, 2; 418, 1. Per candelabrum repræsentatur, XIII, 261, 2; 576, 2; XIV, 399, 1. Significatur ejus potentia et providentia per virgam vigilantem, XII, 18, 1. Pingitur quasi oculus baculo innixus, cur, *ibid*. Item quasi virga sole exornata, *ibid*. Item ut ba-

culus stans, XIII, 18, 1. Providentiæ hieroglyphicum est sol, XXI, 35. 1.

Providentia Dei est tam mansueta quam potens et efficax, X, 509, 1. Cuilibet naturæ congruenter agit, *Job*, 130, 1: *Homo nascitur ad laborem, et avis ad volatum.* Res humanas sinit agi suis motibus, XIII, 149, 2. Providentia Dei componit occasiones, XVII, 55, 1, 2: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate.* Se suaque oracula attemperat conditioni hominum, et cuique pro suo statu accommode apparet, XIII, 508, 1: *Senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt.* Providentia Dei quatuor habet facies: fortis est ut leo; velox et penetrans ut aquila; suavis et amabilis ut homo; longanimis et patiens ut bos, XII, 499, 2. Quomodo ei adaptetur rota in medio rotæ, *ibid.*

§ III. — PROVIDENTIA SUPERNATURALIS.

Deus intellectualibus creaturis præter providentiam moralem quæ dici potest naturalis, aliam addidit supernaturalem. Et hinc oriuntur mysteria multa occulta divinæ sapientiæ quæ in hujusmodi rerum providentia evenire videmus. Ex quibus sunt, *vocatio, distributio bonorum et malorum, justorum afflictio in hac vita, iniquorum autem prosperitas, et tandem prædestinatio*, quæ totam Dei providentiam quodammodo in se complectitur.

1° *Quotupliciter suos vocet*, XVIII, 147, 2. Vocat generationes, unam post aliam, XI, 511, 2: *Quis hæc operatus est, et fecit, vocans generationes ab exordio?* Sortes hominum distribuit, XVI, 228, 2. Cur hominum sortes et status voluerit esse diversos, X, 171, 1: *In multitudine disciplinæ Dominus separavit eos, et immutavit vias eorum.* Vocat suos diversimode, V, 48, 1. Parva et abjecta eligere gaudet, IX, 332, 1: *Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo.* Magna a parvis orditur, XIV, 404, 1: *Quis enim despexit dies parvos?* Cur hos et non illos vocat, et unam nationem ante aliam, XVIII, 593, 1: *Sorte vocati sumus secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.* Quod unum præ alio selegit, soli ejus voluntati est attribuendum, X, 170, 1, 2; 173, 1; 174, 1; 175, 1. Familias honorat, et iis benedicit, dum aliquos ex eis ad religionem vocat, XIII, 554, 1: *Et suscitavi de filiis vestris in prophetas, et de juvenibus vestris nazaræos.* Semper sibi separavit aliquos ut essent sibi peculiariter chari ac fideles, X, 171, 2: *Ex ipsis benedixit et exaltavit; et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit.* Deus cum quempiam elegit, dat ei symbola ad illud necessaria, IV, 566, 1. Cuique in officio adest, X, 172, 2. Cum aliquem vocat ad officium et statum cujus institutum est vacare saluti proximi, ei dat gratiam et media ad hunc finem, et necessaria, et commoda, XIV, 45, 1, 2. Deus ministros Ecclesiæ ante omnia imbuit sua gratia, eosque sibi amicos reddit, XII, 15, 2: *Antequam exires de vulva, sanctificavi te.* Ejus vocationem si fugiamus, majus ab eo fugientibus instat periculum, XIV, 46, 1. Quos vult exaltare, prius humiliat, IV, 391, 1: *Parvus fons, qui crevit in fluvium, et in lucem solemque conversus est, et in aquas plurimas redundavit, Esther est.*

2° *Homines diversimode docet*, V, 481, 2. Sapientiam suam creaturis communicavit, et rebus omnibus creatis indidit, IX, 64, 1: *Et effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum tum.* Multipliciter nos erudit, *Job*, 673, 2: *Qui docet nos super jumenta terræ, et super volucres cœli erudit nos.* Hominis verba ordinat et disponit, V, 480, 1. Est auriga cordis, oris et operis, 482, 1; 484, 1. Quam bene mentem intus doceat et illuminet, XVI, 399, 2 et seq. *Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei.* Qualem et quomodo suis doctrinam indat, IX, 440 1. *Et adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus.* Sua secreta sanctis mentibus revelat, XVI, 566, 2: *Omnia quæ audivi a Patre, nota feci vobis.* Dat petentibus sapientiæ spiritum, X, 304, 1: *Si enim Dominus magnus voluerit spiritu intelligentiæ replebit illum.* Deus est origo ethices supernaturalis, IX, 2, 1. Deus per angelos solet docere et illuminare homines, XXI, 15, 2: *Mittens* (Deus) *per angelum suum servo suo Joanni.* Tripliciter loquitur iis et Prophetis, *ibid.* Deus ordinarie per vicarios suos regit et docet, *Psalm.* II, 9, 2: *Deduxisti sicut oves populum tuum, in manu Moysi et Aaron.* Deus ut nobis loquatur, attentionem exigit, *Psalm.* I, 331, 1: *Audi, populus meus, et loquar; Israel et testificabor tibi.* Sæpe voluntatem suam per sortes patefacit, et tunc potissimum eas dirigit, V, 519, 1; XIV, 33, 2. Sortes tripliciter temperat, V, 518, 1, 2: *Sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur.* Sortes nautarum Jonæ direxit in bonum, XIV, 34, 1. Item sortes Philistinorum et Saülis, et cur, *ibid.*

3° *Cuique suam fortunam dispensat*, V, 585, 2, Fortuna bona et mala ab eo proficiscitur, VI, 77, 1, 2. Quem vult facit felicem aut infelicem, X, 168, 1: *Quare dies diem superat, et iterum lux lucem, et annus annum a sole?* Ejus consilio hic est pauper, ille dives, VI, 135, 1; *Dives et pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est Dominus.* Est rector fortunæ, hinc nihil ei fortuitum, *ibid.* Ejus est dare divitias, IX, 343, 2; 344, 1, 2. *Si enim secutus fueris, non apprehendes: et non effugies si præcucurreris.* Ab eo omnis prosperitas datur, 298, 2: *In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum.* Subito potest pauperes ditare, 353, 1, 2: *Facile est enim in oculis Dei honestare pauperem.* Nulli dat omnia bona simul, I, 295, 1: *Videns autem Dominus quod despiceret Liam, aperuit vulvam ejus, sorore sterili permanente*; IX, 330, 2. Partitur sua bona, dans singulis aliquid, non omnibus omnia, III, 494, 1: *Porro sicut Absalom vir non erat pulcher in omni Israel.*

4° *Suos providentia Dei probat adversis*, IX, 92, 1; 93, 1; 157, 2 : *Quoniam in tentatione ambulat cum eo*; 244, 2. Suos exercet et mortificat, XII, 538, 2. Etiam dilectis suis se abscondit, *Job*, 254, 2. Suos maxime punit et probat, XX, 370, 1 : *Tempus est ut judicium incipiat a domo Dei*. Duo habet dolia, unum fellis, alterum mellis, XII, 189, 2. Est in mundo velut modimperator, cuique in suo calice admetiendo, 195, 1 : *Sume calicem vini furoris hujus de manu mea : et propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te*. Alternando, modo dat lucem, modo tenebras afflictionis immittit, XI, 551, 1 : *Ego Dominus... formans lucem, et creans tenebras*. Quasi agricola, nunc serit, nunc metit, nunc triturat, 400, 2. Disponit omnia mala quibus sui affligantur, XX, 372, 2 : *Itaque et hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei*.

Suos quomodo adversis probet, XIII, 158, 2 : *Et de eruditis ruent, ut conflentur, et eligantur usque ad tempus præfinitum*. Tribus modis nos solet rogare vel tentare, II, 446. 1, 2 et seq. : *Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrum diligatis eum, annon*. Adversa admetitur cuique pro viribus, IX, 208, 1 : *Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, et non demorabuntur projicere illam*. Suos postea exhilarat, 159, 1. Spem dans mox quædam permittit fieri, quæ possunt esse causa desperationis, I, 474, 2. In sanctis, qui majores tentationes vicerunt, permittit nonnullas exiguas, IX, 94, 1.

Cur Deus permittat justos affligi, IV, 274, 1, 2 : *Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut et sancti Job*; 305, 2 : *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te*, XXI, 87, 1 : *Ego quos amo, arguo et castigo*. Quem diligit, castigat, XIX, 499, 1 : *Quem enim diligit Dominus, castigat*. Quare sinat bonos paupertate affligi, VII, 126, 2. Deus quare dicatur protector bonorum, quamvis tribulatione eas permittat probari, *Psalm*. I, 404, 2 : *Protexisti me a conventu malignantium*. Cur in tribulatione suorum dissimulet, XIV, 307, 2 : *Noli timere : Sion, non dissolvantur manus tuæ. Dominus Deus tuus in medio tui fortis...., silebit in dilectione sua*. Cur sanctos et amicos suos nonnunquam deserat, XVII, 433, 1. Cur diabolum suscitat contra nos, *Job*, 772, 1, 2 : *Non quasi crudelis suscitabo eum, quis enim resistere potest vultui meo?* Non permittit diabolo quod vult, 773, 1. Cur suos ad peccata tentari permittat, IX, 596, 2 : *Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi*. Permittit tentari nos, sed facit ut tentatio hæc bene eveniat, XVIII, 343, 2 : *Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum*. Castigat suos quatuor de causis, V, 83, 1 et seq.: *Quem enim diligit Dominus corripit, et quasi pater in filio complacet sibi*. Ex amore sagittat, ob sex causas, XII, 386, 2 : *Misit in renibus meis filias pharetræ suæ*. Tribulatione veluti medicamento vitia nostra curat, XIII, 361, 1, 2. Medicus est dum tribulat, *Job*, 143, 1 : *Ipse vulnerat, et medetur : percutit, et manus ejus sanabunt*; 157, 1 : *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum*. Etiam dum ferit, pater est, 68, 2 : *Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?* Nos ut linum carminat, indeque sibi quasi cingulum astringit, XII, 113, 1 : *Vade, et posside tibi lumbare lineum, et pones illud super lumbos tuos*. Ut pigmentarius, animam tentationibus et tribulationibus conterit et humiliat, VIII, 5, 1. Suos redigit ad arcta ut eum invocent, XIV, 40, 1 : *Et oravit Jonas ad Dominum*. Ejus frænum est beneficentia et tribulatio, XI, 575, 1, 2 : *Laude mea infrenabo te, ne intereas*. Non est incusanda providentia ob justorum afflictionem, impiorum prosperitatem, V, 518, 1. Cur permittat stultos dominari, VII, 329, 1 : *Est malum quod vidi sub sole... positum stultum in dignitate sublimi*.

4° *Voluntas Dei quoad salutem hominum, et prædestinatio*.

Primo. *Deus omnes salvos vult fieri*, IX, 446, 1 : *Non dixeris : Per Deum abest, quæ enim odit, ne feceris*. Neminem vult damnari, sed omnes salvari, XX, 481, 2 : *Non tardat Dominus promissionem suam sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pænitentiam reverti*, V, 488, 1 : *Universa propter semetipsum operatus est, impium quoque ad diem malum*. Deus φιλόψυχος, cur, VIII, 526, 1; 527, 1 : *Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas*. Omnium hominum, etiam peccatorum, salutem cupit, XIII, 436, 1, 2. Est salvator omnium, maxime fidelium, XIX, 231, 2 : *Speramus in Deum vivum, qui est salvator omnium hominum, maxime fidelium*. Ex parte sua serio cupit omnium salutem, ad eamque cuique sufficientia dat media, 197, 1 : *Qui* (Deus) *omnes homines vult salvos fieri*. Quomodo velit omnes salvos fieri, 196, 2. Prædestinati soli non sunt oves Christi, XVI, 469, 2 : *Et oves vocem ejus audiunt*; 474, 2 : *Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas*; 478, 2 : *Vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis*. Pro iis solis Christus non est natus et passus, XVI, 596, 1 : *Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt*. Gentes tenebris infidelitatis concludi permisit, ut eos ad fidem vocaret, XVIII, 196, 1 : *Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur*. Utrosque vult salvari, et Christum fecit amborum mediatorem, 546, 1. Deus quomodo Judæos salvare voluerit, 196, 2.

Secundo. *Quid consequenter fecerit Deus*. Non decreverat creare mundum, Angelos, Adamum, ejusque lapsum p rmittere, nisi simul decernendo Christi incarnationem ad restaurandum Adæ lapsum, V, 224, 2. Decrevit ab æterno Christum pati et crucifigi, XIX, 496, 2 : *Proposito sibi gaudio, susti-*

nuil crucem confusione contempta. Decrevit Deus Judæis Christum objicere, et permittere ut ipsi eum occiderent, ut sua morte genus humanum redimeret, XIV, 521, 2; XVII, 95, 1, 2 et seq.: *Hunc definito consilio et præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemistis.* Ejus cum Christo pactum de nostra gloria et gratia, XI, 637, 2: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur.*

Tertio. *Quid sit prædestinatio*, XVIII, 589, 1: *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum*, XIX, 290, 2. Prædestinavit nos Deus ut similes illi simus in gloria, XVIII, 147, 1: *Quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.* Dei decretum, consilium, prædestinatio et propositum quid sit, 144, 1: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti*; 589, 2: *Qui prædestinavit nos... secundum propositum voluntatis suæ*; 591, 1: *Ut notum faceret sacramentum voluntatis suæ.* Ejus decretum firmum fundamentum est, XIX, 290, 1: *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognovit Dominus qui sunt ejus, et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Prædestinationis et electionis Dei quód sit signaculum, XIV, 352, 2: *Ponam te quasi signaculum.* Prædestinationis duo signacula, XIX, 290, 1; 291, 1. Prædestinationis gratia vocatur sors, *Psalm.* I, 78, 1: *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Prædestinatio quomodo differat a communi gratiæ præparatione, XIX, 290, 2. Prædestinatio et gratia efficax quomodo differant, XVII, 96, 2. Prædestinatio ad gratiam non pendet ab ea quæ est ad gloriam, XX, 552 1: *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis.* Tria vera signa prædestinationis, 423, 1: *Magis satagite, ut per bona opera, certam vestram vocationem et electionem faciatis.* Signum ejus est libenter audire verba Dei, XVI, 452, 1: *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Ejus signum est devotio assidua erga B. Virginem, IX, 628, 2: *Et dixit mihi: In Jacob inhabita, et in electis meis mitte radices.* Item affligi, X, 497, 2, Prædestinatus vere quis vere, et quis non dicendus, XX, 422, 1. Prædestinatio quomodo dicatur liber, XIX, 59, 1: *Quorum nomina scripta sunt in libro vitæ.* An per librum signatum septem sigillis designetur, XXI, 119, 2: *Vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus et foris.* Ejus liber est liber vitæ, XVI, 149, 1; XXI, 359, 2: *Et alius liber apertus est qui est vitæ.* Prædestinatorum numerus cur dicatur fasciculus viventium, XIII, 639, 2.

Quarto. *Quotuplex sit prædestinatio.* Est duplex, una est ad gratiam, alia ad gloriam: iterum alia inchoata, alia completa est, hæcque distinctio est antiqua, XVIII, 24, 1; 589, 1; X, 171, 1. Licet una sit, multa tamen involvit, XVIII, 589, 1. Prædestinatio completa ad gloriam, est justitiæ complementum, X, 171, 1. Quam prædestinationem Dei prædicet Ephesiis Apostolus, XVIII, 583, 2. Est duplex iterum, absoluta et conditionata, XVI, 149, 2. Prædestinatorum duplex ordo, XV, 445, 2: *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.*

Quinto. *Prædestinationis causa.* Afferuntur sex causæ prædestinationis, XVIII, 589, 1, 2: *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.* Prædestinationis origo est in Deo, X, 172, 2 et seq.: *Ex ipsis benedixit et exaltavit: et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit: et ex ipsis maledixit et humiliavit.* Ea tribuitur Deo Patri, XVI, 567, 1. Prædestinationis fidelium causa originalis est Dei beneplacitum, XV, 293, 1, 2: *Ita, Pater, quoniam sic placitum fuit ante te.* Electionis alicujus Deus habet plures causas nobis incognitas, XIII, 437, 1, 2. Electorum prædestinatio describitur, X, 174, 2; 175, 2: *Quasi lutum in manu figuli, in manu ipsius plasmare illud et disponere, omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus: sic homo in manu illius, qui se fecit, et reddet illi secundum judicium suum.* Non præcise coronarum numerum prædestinavit, sed in genere et in communi, ut tot essent coronæ, quot essent futuri in agone victores, XX, 175, 1.

Prædestinatio est actus gratiæ et misericordiæ divinæ, X, 173, 1. Prædestinationis non datur vere causa, sed conditio sine qua non, v. g., ignorantia in Paulo XIX, 183, 2: *Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Electio et prædestinatio non cadit sub meritum nostrum, *Job*, 773, 2: *Quis ante dedit mihi, ut reddam ei?* Dei electio versatur circa paria æque digna vel indigna, XVIII, 161, 2: *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret.* In electione ad salutem comparatur figulo, homo luto, 170, 1, 2; 171, 1: *Numquid dicit figmentum ei qui se finxit?* Aliquem non elegit ad gratiam quia dignus et fidelis est, sed eligendo facit eum fidelem, 161, 2: *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: quia major serviet minori.* Prædestinatio non est ex præviis prædestinatorum meritis, sed ex Deo prædestinante, XIII, 457, 2. An prædestinatio et reprobatio, saltem quoad primum effectum, sit ante omnem prævisionem operis et peccati, etiam originalis, XVIII, 163, 2 et seq.: *Sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esaü autem odio habui.* Prædestinatio singulorum non est ex operum prævisione, sed ex sola Dei voluntate, 25, 1; 164, 2; 165, 1; 592: *In quo sorte vocati sumus secundum propositum ejus.* Prædestinatio an sit facta independenter a meritis Christi, 586, 2: *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Electio Christi facta ex solo Dei beneplacito; electio vero hominum ex meritis Christi, XVIII, 587, 1. Prædestinatio Christi est medium,

finis, et exemplar nostræ, XVI, 563, 1: *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos*, XVIII, 41, 1: *Qui prædestinatus est Filius Dei.*

Prædestinati non sunt electi ad gloriam ante prævisa merita, ex mero Dei beneplacito, XX, 420, 2 et seq.: *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis.* Prædestinatio pendet a cooperatione liberi arbitrii, licet illius non sit causa, XX, 422, 1. Prædestinationis firmitas partim in nobis, partim in Deo, XIX, 290, 2. Quomodo prædestinatio sit in nostra potestate, XIX, 293, 1: *Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Fuga iniquitatis complet prædestinationem, 292, 2. Prædestinatio filiorum pendet ab educatione parentum, VI, 193, 1. Prædestinationis suæ qui nuntium accepit, est quod gaudeat, V, 476, 2. De ea quomodo gaudendum sit, XVI, 149, 1: *Gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.*

Sexto. *Prædestinationis effectus.* Quibus dare gloriam ante prævisa merita decrevit, hos prædestinavit ut merita ad eam promerendam acciperent, XVIII, 145, 1. Prædestinationis effectus sunt redemptio, peccatorum remissio et glorificatio, 589, 2; 148, 1: *Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Prædestinatio supponit hominem prædestinatum esse, vel futurum in rerum natura, IX, 247 1. Quos ipse amat, eos facit sibi in amore respondere, XX, 562, 1. Prædestinatus ad fidem, ad gratiam et justitiam, inchoat per hæc dona suam salutem, X, 171, 1. Prædestinati possunt damnari, sed reipsa non damnabuntur, XXI, 74, 1: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Prædestinati vere nequeunt in peccato mortali mori, XX, 571, 1: *Et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* Complete prædestinati semper manent prædestinati, *ibid.* Omnes prædestinati ad gloriam salvantur, XVI, 478, 2: *Ego vitam æternam do eis, et non peribunt in æternum.* Prædestinatio an possit mutari, XXI, 66, 1: *Non delebo nomen ejus de libro vitæ.* An certus sit electorum numerus ante præscientiam finalis perseverantiæ, 74, 1, 2. Prædestinatis quomodo omnia, etiam peccata, cooperentur in bonum, XVIII, 143, 1. Dicentes: *Si sim prædestinatus ad gloriam, non possum ab ea excidere*, refutantur, XIX, 293, 2; 422, 1.

5° *Reprobatio.* Primo. *Deus neminem ad damnationem destinat*, V, 488, 2. Prædestinatio Calvinistarum refutatur, *ibid.* Neminem reprobat ex se ante prævisa demerita, XIII, 435, 1. Nullum ob prævisum peccatum originale decrevit reprobare, XVIII, 170, 2. Neminem reprobat ante prævisum peccatum finale, 170, 2. Neminem reprobat aut maledicit, nisi propter ejus culpam, VII, 260, 1: *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit*, X, 173, 1. Deus ex massa hominum peccatis respersa, non destinat alios ad gloriam, alios ad damnationem, XVIII, 170, 2. Nullum reprobat ideo ut peccet, sed omnem reprobum ideo reprobat quia peccavit, XIII, 458, 1, 2: *Perditio tua, Israel, tantummodo in me auxilium tuum.* Licet in prædestinatis non sit causa cur prædestinentur, tamen in non prædestinatis est causa cur non prædestinentur, XIII, 457, 2. Non est causa perditionis hominum, sed de ea dolet, et eam omnimodis avertere conatur, 367, 1: *Quid faciam tibi, Ephraim? quid faciam tibi, Juda?* Non deserit hominem nisi prius ab eo deseratur, XVIII, 250, 2: *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi;* XIX, 467, 2: *Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.* Cur hos eligat, illos reprobet, X, 176, 1. Peccatori cuilibet sufficiens ad conversionem dat auxilium, XIII, 434, 2; 537, 2.

Secundo. *Deus ipse non reprobat, nec excæcat, nec obdurat*, XVI, 516, 2: *Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum.* Quomodo hominem excæcare dicitur, XI, 183, 1: *Excæca cor populi hujus, et aures ejus aggrava.* Deus quomodo errare faciat, excæcet, obduret, *Psalm.* II, 238, 2: *Errare fecit eos in invio et non in via.* Cum excæcat, non tantum se habet negative, sed positive, XVIII, 25, 2; 167, 2. *Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat.* Quatuor modis hominem Deus excæcat et obdurat, 25, 2. Permissive et negative se habuit in induratione Pharaonis et aliorum, 168, 1. Hunc induravit subtrahendo flagella, *ibid.* Quomodo cujus vult misereatur, et quem vult induret, 167, 1. Dum indurat peccatorem, ejus non miseretur, eumque in peccato relinquit, 167, 2. Quo sensu pervertat et despiciat impium, VII, 259, 1. Quo tempore det obduratis gratiam, VII, 259, 2. Dat obduratis gratiam sufficientem ad salutem, XII, 516, 1.

Tertio. *Quomodo dicatur Deus Judæos obdurasse*, XI, 73, 1. Deus non repulit totam plebem Judæorum, XVIII, 185, 1: *Numquid Deus repulit populum suum? Absit.... non repulit Deus plebem suam quam præscivit.* Eos vocavit ad Ecclesiam quos præscivit dignos fore, *ibid.* Item quos præscivit fidem et gratiam sponte sua complexuros, *ibid.* In his ejus promissa non exciderunt, 160, 2 et seq. Dei divitiæ, sapientia et scientia in Judæis rejiciendis et gentibus assumendis eluxere, 196, 2: *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei.* Hoc faciendo iniquus non fuit, 164, 2: *Quid ergo dicemus? numquid iniquitas est apud Deum?* Ejus voluntate libera, rejecti Judæi, asciti Christiani, 161, 2. Per Abraham denotatur symbolice eligendam Ecclesiam liberam, et rejiciendam synagogam servam, 559, 1.

Quarto. Gentes infideles exclusit a gratia et a gloria, sic tamen ut communem providentiæ suæ cursum, et gratiam non denegaret, IV, 392, 2. Ad omnium gentium salutem misit præcones suos, XVIII, 180, 1: *Quomodo autem audient sine prædicante? quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur?*

V. BONITAS.

Fundamentum vel motivum omnium motuum divinæ voluntatis est amor, qui quidem relative ad creaturas est *bonitas, gratia, misericordia, fidelitas.*

1° *Deus totus est bonitas*, XX, 52, 1, 2. Ejus bonitas naturalis quæ sit, *ibid.*, 2. Deus est per essentiam bonus, ipsumque bonum, *ibid.* Solus bonus est per essentiam, XV, 426, 2 et seq. *Unus est bonus, Deus.* Deus cur absolute bonus, *Psalm.* II, 399, 1, 2. Ejus essentia describitur et bonitas, XIII, 293, 1. Est fons omnis boni, XV, 426, 2. Ejus bonitas, XV, 176, 1 : *Sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos*, 178, 1. Natura sua dulcis est, IX, 653, 1 et seq. : *Spiritus enim meus super mel dulcis* ; VIII, 527, 2 : *O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus !*

2° *Bonitatis causa.* Dei erga homines affectus, IX, 149, 1 : *Miserebitur tui magis quam mater*, 434, 1. Ejus in nos amor quantus sit, XIX, 337, 1 : *Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei.* Ejus in nos charitas, XX, 592, 2; 593, 1 : *Deus charitas est.* Ipse est in se charitas formalis, in nobis causalis, XX, 592, 1 ; 597, 1, 2. Est centrum dilectionis, XVI, 536, 2 : *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Quomodo dilexerit mundum, XVI, 344, 2 ; 345, 2 : *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* Amavit nos ab æterno, IX, 286, 2. Ipse prior diligit nos, XVI, 549, 2 : *Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo.* Diligit in finem, XI, 671, 1. Vincitur ab amore, XX, 61, 1. Eum quomodo vicerit amor. Quam habeat rationem nos amandi, XIX, 337, 1.

Deus affectu paterno nos amat, *Psalm.* II, 73, 1, 2: *Deus miserator et misericors, patiens et multæ misericordiæ.* Credentibus et pœnitentibus est pater, XIII, 457, 1. Ejus amor in fideles et filios, IX, 199, 1, 2. Est amicus fidelis et fortis, *ibid.* Est ignis et ardens charitas, hinc ei ignis et lampades præferuntur, XIV, 408, 1, 2. In dilectione sua stabilis est, 307, 2.

3° *Bonitatis divinæ erga nos effectus.* Dei benevolentia radix omnium bonorum, *Psalm.* I, 30, 2 : *Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Deus est fons perennis gratiæ et bonorum omnium, XII, 27, 2 : *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ.* Ejus in homines bonitatis et pietatis officia, XIV, 360, 2. Quomodo hominem ad se trahat, XIII, 429, 1, 2 : *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Deus auctor est omnium bonorum, *Psalm.* I, 26, 1. Dei est benefacere et dare, XVII, 375, 1: *Beatius est magis dare quam accipere.* Semper dat, non accipit, V, 49, 1. Dei liberalitas, X, 391, 1, 2. Est liberalissimus, 68, 2. Liberalis est et ex suo communicat quidquid communicabile est, XIII, 497, 2. Est sol immensus et beneficentissimus, XVII, 328, 1 : *Cum ipse det omnibus vitam, et inspirationem, et omnia.* Dei respectus est causa omnium bonorum nostrorum sicut sol, *Psalm.* I, 33, 2. Ejus erga nos beneficentia, XIX, 368, 2. Ejus erga hominem creatum munificentia, IX, 475, 1, 2.

Quomodo sua dona donet, XX, 35, 1 : *Qui dat omnibus affluenter, et non improperat.* Omnibus se æqualem præbet, V, 564, 2. Omnibus benefacit, nulli male, VI, 494, 1. Impios etiam a suis beneficiis non excludit, *Job*, 474, 1 : *Qui dicebant Deo : Recede a nobis.... cum ille implesset domos eorum bonis* ; XV, 176, 1 : *Solem suum oriri facit super bonos et malos.* Dives est in omnes, XII, 688, 1. Ejus erga quaslibet gentes affectus, maxime erga electos, XV, 504, 2 ; 508, 2. Nihil dat nisi bonum, XX, 63, 2 et seq. : *Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* Est liberalis in remunerando, XVIII, 84, 2 : *Non enim per legem promissio Abrahæ, ut hæres esset mundi.* Non sinit se liberalitate vinci, X, 221, 2 : *Da Altissimo secundum datum ejus.* Est semper sicut sol in benefaciendo sui similis, XX, 68, 1 : *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Quomodo præstet nobis omnia ad fruendum, XIX, 266, 1. Cur dicatur multimammeus, XVII, 328, 1. Ejus dona, sunt esca, fruges, et omnia bona naturalia, VIII, 505, 2 : *Et comedetis vescentes, et saturabimini ; et laudabitis nomen Domini.* Deus quomodo escam omnibus impertiatur, et tamen quosdam esurire permittat, *Psalm.* II, 454, 1, 2 : *Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione.* Deus non solum necessaria, sed etiam jucunda præbet, 200, 1 : *Ut educas panem de terra, et vinum lætificet cor hominis.* Inebriat nos donis suis, etiam non necessariis, X, 155, 2 : *Et super his omnibus benedicito Dominum qui fecit te, et inebriantem te ab omnibus bonis suis.*

Dei erga homines dignatio mira, IV, 282, 2 et seq.; XV, 185, 2 et seq. Non tantum Christi, sed omnium est pater, XIX, 616, 1 : *Ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur.* Est pater nobis quintupliciter, XV, 185, 2. Est solus vere et plene pater omnium, 490, 1 : *Unus est enim Pater vester, qui est in cœlis.* Creaturis est pater et mater, XVII, 336, 1 : *Ipsius enim et genus sumus.* Est pater animarum quia eas creat, format, sanctificat, perficit, XIX, 509, 2: *Non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus ?* Nos genuit voluntarie; quomodo, XX, 69, 2: *Voluntarie enim genuit nos Verbo veritatis.* Dei filiatio quæ sit et quantum bonum, XIII, 296, 2 et seq.: *Et erit in loco ubi dicetur eis : Non populus meus vos ; dicetur eis : Filii Dei viventis.* Quomodo sit frater Israelis, V, 543, 2. Est pater simul et dominus, XV, 292, 2: *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ.* Quibus titulis pater et dominus fidelium sit, XIV, 555, 2 : *Filius honorat fratrem, et servus do-*

minum suum. Est pater tam Judæorum quam Gentium, XVIII, 77, 1 : *An Judæorum Deus tantum, nonne et Gentium ?* Est pater noster quadrupliciter, XII, 42, 1 : *Patrem vocabis me.*

Qualem vitam suis communicet, IX, 150, 2 et seq.: *Sapientia filiis suis vitam inspirat.* Est vita animæ, 394, 1; XV, 232, 2: *Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Est vita essentialis et increata, item vita prima, æterna, supervitalis, 151, 1. Ejus erga nos charitas in justificatione, XIII, 297, 1, 2: *In loco ubi dicetur eis: Non populus meus vos; dicetur eis: Filius Dei viventis.* Quomodo animam nostram dilectam fecerit, XVIII, 588, 2 : *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.* Quomodo nobis dederit cor suum, VI, 200, 1 : *Præbe, fili mi, cor tuum mihi.* Quam ardenter cupiat esse cum hominibus, XIV, 473, 2. Ejus propensio ad se communicandum Filio et Spiritui sancto, tum angelis et hominibus, XX, 35, 2 et seq. In justificatione seipsum animæ communicat. *ibid.* Ejus munificentia quintuplex est, 36, 2. Diversimode et multipliciter se homini communicat, *ibid.* et seq. Omnibus nobis proximus adest, 182, 1 : *Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis.* Vicinus est justis, V, 475, 1 : *Longe est Dominus ab impiis, et orationes justorum exaudiet.* Talem se hominibus ostendit, quales ipsi sunt, XII, 598, 1, 2. Amat vicinos mente non loco, 824, 2. Pios jugiter in oculis et mente habet, XIII, 365, 2 : *Et vivemus in conspectu ejus.* Sitit sitiri, XI, 649, 1 : *Omnes sitientes venite ad aquas,* XXI, 85, 1. Est rex mentium, VI, 93, 1. Est animæ sponsus, V, 148, 1 : *Ubera ejus inebrient te, et amore ejus delectare jugiter.* Ejus cum anima connubium, XVIII, 295, 2 : *Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.* Quadrupliciter in ea ambulat, 462, 2 : *Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter vos.* Piis interest colloquiis et lectioni, V, 209, 2 : *Ego sapientia habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus.* Potest menti cui illabitur certa suæ præsentiæ signa dare, XV, 345, 2 et seq. Quomodo et quid animæ devotæ loquatur, XIII, 246, 1 ; 313, 1 : *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus.* Suos in silentio et a turba secretos alloquitur, 316, 2; 317, 1. Dat plura quam rogetur, et antequam rogetur, XX, 37, 1. Quomodo suos lactet, XIII, 311, 1, 2: *Propter hoc, ecce ego lactabo eam.* Nullum malum immittit suis, nisi prius de eo eos moneat per prophetas et prædicatores, 280, 1 ; 558, 1, 2: *Numquid ambulabunt duo pariter, nisi convenerit eis?* Patitur cum suis patientibus, XVII, 181, 1, 2. Deus non minus est bonus cum flagellat, quam cum parcit, *Psalm.* I, 352, 2 : *Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.*

VI. GRATIA DEI (*Vide* GRATIA).

VII. VERITAS DEI, ET FIDELITAS IN SERVANDIS PROMISSIS.

I.

1º *Deus veritas est,* XVI, 610, 1: *Ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* In eo veritas est, XI, 357, 2. Veritas prima et summa Deus est, XX, 580, 2 : *In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus.* A prima veritate Dei manat omnis veritas, IX, 51, 1 : *Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum eo fuit semper, et est ante ævum.* Deus est veritas veritatum, VII, 5, 2 ; 14, 2 Veritas Dei quanta sit, *Psalm.* I, 222, 2 : *Domine, in cælo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes.* Dei veritas et judicia quam profunda, 194, 1: *Rectum est verbum Domini; et omnia opera ejus in fide;* 222, 2 : *Justitia tua sicut montes Dei, judicia tua abyssus multa;* II, 438, 1: *Auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua.* Veritas divina seipsa nititur, XII, 637, 2 : *Numquid via mea non est æqua ?* Deus mentiri nequit, IV, 342, 1: *Hæc mihi dicta sunt per providentiam Dei.*

2º *Odit Deus fraudulentos et dolosos,* VI, 103, 1,2. Omnem duplicitatem aversatur, 153, 2. Odit et detegit hypocritas, quia ipse est prima veritas, IX, 86, 2 : *Accessisti maligne ad Dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia,* 168, 1 ; 230, 1. Detestatur hypocrisin et hypocritas, XV, 182, 1. Cur dolosos aliis perniciem machinantes detestetur, X, 40, 1. Et punit eos graviter, *ibid.*, 2 et seq.

3º *Veritas passim significat fidelitatem servandi promissa,* Psalm., II, 261, 1 : *Opera manuum ejus veritas et judicium ; fidelia omnia mandata ejus.* Deus est verax, fidelis, solus immortalis et immutabilis, XVIII, 67, 2 : *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax ;* 195, 2 : *Sine pœnitentia sunt dona et vocatio Dei,* 545, 2; XIX, 264, 1 ; 286, 2 : *Si non credimus, ille fidelis permanet ; negare seipsum non potest.* Deus fidelis in promissis servandis, III, 2, 2; 5, 2. Est fidelis in promissis, licet homo sit incredulus, XVIII, 67, 2. Est justus in promissis, 75, 2 : *Et sit ipse justus, et justificans eum qui est ex fide Jesu Christi.* Plura præstat quam promittat, 586, 1 : *Benedictus Deus..... qui benedixit nos in omni benedictione.* Dei promissa qualia, *Psalm.* I, 64, 2 : *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.* Quomodo sua dicta et oracula signet, XVI, 351, 1 : *Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est.* Promittendo bona temporalia, si ea non præstet, dat cœlestia, XVIII, 669, 2. Deus in se sperantes non fallit, IX, 388, 1 : *Humiliare Deo, et expecta manus ejus.* Decipere alienum est a Deo, III, 672, 1: *Et ait Dominus : Quis decipiet Achab?* Cum aliquid Ecclesiæ, aut synagogæ, quantumvis universalibus verbis promittat, id de bonis tantum intelligitur, fœdus et amicitiam cum Deo initam servantibus, XI, 124, 2; 125, 1.

VIII. MISERICORDIA.

1º *Definitio, natura, objectum, misericordiæ divinæ.*

Primo. Misericordia quid sit proprie, *Job*, 167, 1. Misericordia a miseratione quomodo differat, *Psalm.* I, 140, 1 : *Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum quæ a sæculo sunt.* Misericordiæ nomen omnia beneficia complectitur, I, 382, 2 : *Adjutor meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus es; Deus meus, misericordia mea.*

Secundo. In Deo est proprius actus misericordiæ et aliarum virtutum, XIII, 297, 1. Est Deo connaturalis et intima, X, 553, 1. Proprie est in Deo, non tamen eo modo quo in nobis est, 229, 1. Misericordia in Deo est, non qua passio, XIII, 292, 2. Misericordia est virtus divina et propria Deo, IX, 463, 2 : *Secundum misericordiam suam, sic correptio illius hominem secundum opera sua judicat;* XIII, 369, 2 : *Misericordiam volui et non sacrificium.* In Deo eminet præ cæteris, *Job*, 167, 2. Inter reliqua ejus attributa excellunt fortitudo et misericordia, IX, 501, 2 : *Quis adjiciet enarrare misericordiam ejus ?* Misericordia et veritas sunt itinera æternitatis et æterni Dei, XIV, 254, 2. Deus Dominus misericordiæ, cur, VIII, 485, 1, 2 : *Deus patrum meorum, et Domine misericordiæ.* Ejus proprium est misereri, parcere, et benefacere, punire alienum est, cur, VI, 51, 2; X, 553, 1 : *Liberasti me, secundum multitudinem misericordiæ nominis tui ;* XII, 566, 2; XIV, 66, 1. Dei suavitas, misericordia et mansuetudo, *Psalm.* II, 70, 2: *Tu, Domine, suavis et mitis, et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.* Ejus ad miserendum propensio, XII, 51, 1 : *Circuite vias Jerusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis ejus, an invenietis virum facientem judicium, et quærentem fidem : et propitius ero ei.* Olim in lege veteri terribilis erat, secus in lege nova, quæ est lex amoris, XIII, 140, 2. Dei misericordia in quo potissimum consistat, *Psalm.* II, 327, 1: *Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam.* Misericordiæ est tollere miseriam et defectum, *Psalm.* I, 194, 2. Misereri Deum alicujus, est ei dare gratiam congruam cum qua videt illum salvandum, XVIII, 165, 1 : *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Misericordia Dei est constituere in fide justitiam, 169, 1, 2: *Ergo cujus vult miseretur, et quem vult, indurat.* Misericordia perfecta solius Dei propria est, *Psalm.* I, 194, 2 : *Misericordia Domini plena est terra.* Cur dicatur pater misericordiarum, et non judiciorum, XVIII, 421, 1. Misericordia in solius Dei sinu requiescit, *Psalm.* II, 374, 1 : *Apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio.*

Tertio. Objectum misericordiæ est miseria, V, 442, 2. Deus est misericors in miseros, II, 449, 2. Dei opera sunt misericordia, vera et justa, IV, 278, 2 : *Omnes viæ tuæ misericordia, et veritas, et judicium.* Inde cupit in omnibus actionibus nostris inesse misericordiam, veritatem et judicium, *ibid.* Ejus in ignoscendo benignitas, XI, 652, 2; 653, 1. Libenter peccatoribus ignoscit, X, 48, 1, 53, 1. Sibi peccatorum remissionem reservat, judicibus inferioribus vindictam scelerum committit, IX, 110, 2. Peccatores ad reconciliationis osculum invitat, quanto studio, VII, 468, 2; XII, 637, 2 : *Quare moriemini, domus Israel ?* Avidior est ipse reconciliationis quam sint ipsi peccatores, 39, 2. Gaudet de conversione peccatoris, XVI, 204, 1. An de uno peccatore pœnitentiam agente magis gaudeat quam de nonaginta novem justis, *ibid.* Ejus in peccantem amplissima benignitas, XIII, 496, 1, 2 : *Benignus et misericors est, patiens, et multæ misericordiæ, et præstabilis super malitia.* Tegit peccata cum ea condonando abolet, XVIII, 81, 2 : *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata;* XV, 413, 1. Benignus est etiam iis qui eum graviter offenderunt, XIII, 497, 2. Nihil a quoquam supra vires in pœnitentiis exigit, sed paucis lacrymis, gemitu, imo corde dolente contentus est, 498, 1. Dei misericordia erga pios et impios, *Psalm.* I, 222, 2: *Homines et jumenta salvabis, Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.* Misericordia Dei in peccatores est ejus vindicta quam de iis sumit, XIV, 302, 1. Magis hæc patet in homine a peccatis præservando, quam lapsum ex illis educendo, IX, 447, 2. Deus est summe misericors super timentes eum, XVI, 40, 1. Cur misericordia indigeant justi, et ab ea coronentur, IX, 111, 2. Hæc subvenit opportune homini tribulato, X, 228, 1, 2.

2° *Misericordiæ divinæ qualitates.*

Primo. Dei misericordia multiplex, I, 743, 1 : *Dominator Domine Deus, misericors et clemens, patiens et multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia.* Una generalis est, eaque triplex et immensa, alia particularis et innumerabilis, X, 229, 2.

Secundo. Dei Misericordia et clementia summa, IX, 110, 1: *Secundum enim magnitudinem ipsius, sic et misericordia illius cum ipso est.* Misericordia Dei expenditur, XII, 653, 1, 2: *Derelinquat impius viam suam, quoniam multus est ad ignoscendum.* Quam sit speciosa, X, 228, 1, 2. Misericordia Dei maxima et immensa est, XX, 241, 2 et seq. : *Secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam.* Quanta sit, IX, 110, 2. Est opus divinum, *ibid.* Est infinita, 111, 1. Hæc quanta sit triplici e capite perspici potest, IX, 495, 1 : *Quam magna misericordia Domini, et propitiatio illius convertentibus ad se.* Misericordia cur torqui assimiletur, totum mundum complectitur, V, 74, 2. Misericordiæ divinæ affluentia, *Psalm.* I, 337, 2 : *Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.* Hæc et hominum inter se comparantur, IX, 505, 2 : *Miseratio hominis circa proximum suum, misericordia autem Dei super omnem carnem.* Quam magna et quanta erga pios et impios, *Psalm.* I, 222, 2 et seq. Misericordia latius patet quam justitia, I, 494, 2.

Misericordia Dei magna est diversimode, XX, 242, 1.

Tertio. Misericordia Dei peccata dimittit irrevocabiliter, XV, 415, 2 et seq. Pœnitentibus offensas etiam gravissimas condonat, ita ut nunquam earum recordetur, XIII, 497, 2; XIV, 307, 2: *Silebit in dilectione sua.* Quod semel condonavit, non revocat, IX, 177, 1. Peccatorem tam diligit post reconciliationem quam si non peccasset, X, 37, 2.

Quarto. Dei patientia, longanimitas erga peccatores, XX, 339, 1: *Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe,* XXI, 197, 2. Quam potens et patiens sit, XIII, 497, 2; X, 311, 1. Ejus potentia in parcendo peccatoribus elucet, *ibid.* Ejus in peccatores clementia et dignatio, XIII, 434, 1, 2: *Non faciam furorem iræ meæ, non convertar ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, et non homo,* 496, 1, 2; XVI, 210, 2. Unde hæc in eo oriatur, XIII, 497, 1. Est longe clementior etiam homine sancto, XIV, 61, 1: *Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret... Et ego non parcam Ninive civitati magnæ,* etc. Ejus clementia quot numeris justitiæ præstet, XIII, 496, 2. Impios longa patientia ad pœnitentiam expectat, XIV, 204, 1. Ejus clementia in Judæos prævaricatores, IV, 225, 2: *Domine Deus Israel, justus es tu: quoniam derelicti sumus qui salvaremur sicut die hac.* Magnos peccatores cur interdum patienter tolerat, est summe patiens quia omnium est potens, IX, 110, 2. Deus in sibilo auræ tenuis repræsentat suam longanimitatem, III, 657, 2: *Et post commotionem ignis: Non in igne Dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis.* Misericordia et justitia Dei significatur jaspide et sardio quem referebat Deus in throno sedens, XXI, 95, 1.

Quinto. Aliquando non parcit et punit ex misericordia, XII, 543, 2; 617, 1, 2: *Auferetur zelus meus, nec irascar amplius, non parcet oculus meus, et non miserebor.* Omnia videt et punit, simul tamen longanimiter, IX, 175, 1; 505, 1, 2: *Vidit præsumptionem cordis eorum quoniam mala est.... ideo adimplevit propitiationem suam in illis.* Deus semper ex clementia vindictam temperat et superat, XIV, 414, 2. Iram suam temperat misericordia, X, 229, 1, 2; XII, 390, 1: *Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti.* Misericordia adhuc elucet in vindicta, XXI, 295, 1. Quomodo sit in eo ira et misericordia, X, 229, 1, 2. Sibi vim facit dum punit, XI, 388, 1: *Indignatio non est mihi, quis dabit me spinam et veprem?* Invitus iram et furorem induit, XII, 396, 2: *Non enim humiliavit ex corde suo, et abjecit filios hominum.* Misericordia magis utitur quam justitia, XX, 116, 2: *Superexaltat autem misericordia judicium.*

Sexto. Misericordias Domini sibi collatas quisque recogitet, et pro eis gratias agat, X, 229, 2. Misericordia præ vita diligenda, *Psalm.* II, 400, 1, 2: *Melior est misericordia tua super vitas.* Misericordiam Domini imitari debemus, I, 146, 2: *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.* Imitanda et sequenda nobis est, II, 15, 2. Est propria virtus sanctorum, 487, 1. Misericordiæ encomia et exempla, 49, 1, 2.

IX. SANCTITAS.

Voluntas divina, cum per amorem mundo se manifestat, *sanctitatem* et *justitiam* constituit. Sanctitas in sensu negativo est aversio absoluta ab omni malo; in sensu positivo est bonum ipsum in se consideratum. Justitia est sanctitas sese exterius revelans et mundum judicans.

1° *Sanctitas Deo essentialis.* Deus est essentialiter sanctus, X, 471, 2: *Audivit illum magnus et sanctus Deus.* Est sanctus perfectissime, XVI, 39, 1 et seq.: *Et sanctum nomen ejus.* Ejus sanctitas et dignitas immensa, XI, 499, 2; XIV, 213, 2; XV, 178, 1; XX, 94, 2; XXI, 112, 2: *Requiem non habebant, die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens.* Est sanctus Israel, XI, 108, 1: *Blasphemaverunt sanctum Israel.* In quo et unde sit sanctus, X, 472, 1. Quomodo vere sit sanctus, XI, 173, 1. Est abyssus sanctitatis ex qua suam Christus, Angeli, homines hauriunt, *ibid.*, 1. Sanctitas est ejus nobilissimum attributum, III, 266, 2: *Non est Sanctus ut est Dominus;* I, 693, 2: *Facies et laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris Sanctum Domino.* Deum sanctificari in Scriptura, quid sit, XII, 772, 2: *Cum sanctificatus fuero in eis in oculis plurimarum gentium.* Quomodo sanctus sit in omnibus operibus suis, X, 231, 1: *Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis;* XXI, 112, 2. In eo non sunt peccata, XVIII, 198, 1. Expers est iniquitatis, *Job*, 232, 1; 246, 1; 654, 2: *Absit a Deo impietas, et ab Omnipotente iniquitas.* Natura sua impeccabilis est, XX, 687, 2: *Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato.* Via ejus est virtus, IX, 107, 2. In eo sunt omnes virtutes, humilitate excepta, 337, 2.

2° *Omne bonum ei placet, omne malum ei displicet,* XIII, 497, 2: Ut sanctitatem amat infinito amore, ita peccatum mortale odio odit infinito, XIV, 213, 2: *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum.* Deus quibus placeat, quibus non placeat, *Psalm.* I, 193, 1. Dei amici et inimici quinam, 83, 1: *Domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum.* Valde peccatum odit, XVIII, 75, 2. Odit impios et impietatem, X, 475, 1. Ambulare cum peccatore non potest, si ille peccatum defendat, XIII, 559, 1. Est spiritus purissimus, ideoque amator castitatis et castorum, IV, 351, 2. Mira in eo est puritas, hinc extreme odit peccatum, IX, 96, 2. Puritate delectatur, XV, 94, 2. Gaudet castitate, XII, 463, 1. Quo virtutum odore delectetur, XVIII, 650, 2. Gloriatur in sanctis suis, *Job*, 26, 2. Castitatis est vindex et judex, probatur exemplis, XIII, 187, 1. Ignis consumens est, hinc sollicite cum eo ambulemus oportet, XIII;

320, 2; XIV, 135, 1, 2: *Facere judicium, et sollicitum ambulare cum Deo tuo.*

3° *Deus non est causa vel auctor peccati, ut vult Calvinus*; VI, 5, 1, 2: *Stultitia hominis supplantat gressus ejus; et contra Dominum fervet animo suo*; 446, 2 : *Non dicas : Ille me implanavit*; 454, 2 : *Nemini mandavit impie agere, et nemini dedit spatium peccandi*; 455, 2; XVII, 94, 2: *Hunc definito consilio et præscientia Dei traditum*; XVIII, 167, 1; 343, 2: XX, 51, 1: *Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur.* Quadrupliciter intentator malorum est, XX, 51, 2: Neque malorum operum, X, 173, 1. Nullum fecit malum, IX, 447, 1: Quomodo crearit errorem et tenebras, 347, 2: *Error et tenebræ peccatoribus concreata sunt.*

Auctor malorum non est Deus, sed ea permittit, I, 378, 1: *Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum.* Peccata permittit, non intendit, III, 119, 1: *Quamobrem nolui delere eos a facie vestra, ut habeatis hostes, et dii eorum sint vobis in ruinam*; III, 672, 1: *Et ait Dominus : Quis decipiet Achab?* XI, 244, 1: *Contra populum furoris mei, mandabo illi ut auferat spolia.* Dicitur subinde facere quod tantum permittit fieri, XV, 193, 2 : *Et ne nos inducas in tentationem.* Est in eo duplex voluntas et providentia circa peccata, I, 415, 2 : *Nolite timere; num Dei possumus resistere voluntati?* Ejus providentia in homicidiis permittendis, 612, 1 : *Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus; constituam tibi locum in quem fugere debeat.* Cur et quomodo peccata permittat, I, 415, 2; 478, 2; IX, 447, 1, 2; 454, 2: *Nemini mandavit impie agere.* Duplici de causa permissive se habet erga peccantes, XVIII, 171, 2: *Quod si Deus volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum; ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparavit in gloriam.* Aliter Deus permittit malum, aliter homo, 26, 1, 2. Cur permittat calumnias et scelera violentorum, VII, 208, 1. Simeoni ad vindicandum Dinæ stuprum dedit fortitudinem, et obstetricibus mentientibus domos, cur, IV, 335, 1, 2. Permittit violari Thamar ab Amnon fratre in pœnam adulterii David, III, 489, 2. Quare et quomodo Semei præcepit ut malediceret David, 501, 2. Quomodo commovit David ut numeraret populum, 533, 1 : *Commovitque David in eis dicentem : Vade, numera filios Israel et Juda.* Tyrannos permittit tanquam lictores ut malos castiget, 125, 1. Quomodo confortet tyrannos adversus populum Hebræorum, 126, 1, 2. Cur vocet gladios Chaldæorum suos, XII, 722, 2: *Et scient, quia ego Dominus, cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis.* Quomodo Chaldæis potestatem dederit invadendi Judæos, XII, 59, 2 : *Sanctificate super eam bellum.* Quomodo gentes varias Nabuchodonosori tradiderit, 204, 2. Quare templa et res sacras ab hæreticis et impiis profanari sinat, XIII, 106, 2 : *Robur autem datum est ei contra juge sacrificium propter peccata.* Quomodo immittat spiritum discordiæ, III, 167, 1 : *Misitque Dominus spiritum pessimum inter Abimelech et habitatores Sichem.* Concedit quod male petitur, in vindictam petentium, 507, 2: *Audi vocem eorum, et constitue super eos regem.* Cur permittat viros sanctos labi in aliqua minora peccata et occidi, IV, 458, 1. Deo mala sunt bona, X, 322, 2 : *Non est dicere : Hoc illo nequius est; omnia enim in tempore suo comprobabuntur.* Bona elicit e malis, XIX, 345, 1 : *Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, ut æternum illum reciperes.*

X. JUSTITIA.

1° *Deus est justitia increata et ab eo manat omnis creata justitia hominum et angelorum*, V, 539, 2. Est prima justitia, IX, 168, 1 : Solus habet perfectionem justitiæ et potentiæ, 502 et seq. : *Deus solus justificabitur, et manet invictus rex in æternum.* Est justus per antonomasiam, *Psalm.* II, 329, 1 : *Justus es, Domine, et rectum judicium tuum.* Deus est summe justus, XIII, 497, 2. Item in omnibus rectus, XIII, 497, 2; XX, 569, 1: *Qui facit justitiam, justus est, sicut et ille justus est.* Dei rectitudo in quo consistat, *Psalm.* II. *Justitia et judicium correctio sedis ejus.* Est velut in solio judicii sedens, VI, 55, 1 : *Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Gaudet justitia et judicio, VI, 110, 2 : *Gaudium justo est facere judicium.* Est decor justitiæ tripliciter, XII, 318, 1: *Peccaverunt Domino decori justitiæ.* Ex se est misericors, justus esse cogitur ob scelera, VI, 85, 2. Est major judex quam sit conscientia, XX, 58, 1, 2. Est gloriæ suæ zelotes, quomodo, XIII, 505, 2; XX, 177, 2.

2° *Dei justitia varie accipitur.* Ejus triplex significatum, scilicet, qua juste retribuens justis præmium impiis supplicium, aut qua verax est in promissis, aut qua bonus est et benignus hominibus propter Christum, XVIII, 46, 1, 2. In Deo est justitia vindicativa, commutativa et distributiva, XIX, 311, 2. Est ira Dei duplex : prima est odium quo peccatorem odit quasi hostem suum; secunda est qua pœnitentem licet reconciliatum, non vult relinquere impunitum, XIV, 147, 2 : *Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei.*

3° *Dei justitia duo continet, punire impios et benefacere piis*, XI, 528, 2. Deus præmiator bonorum, et malorum ultor, VIII, 272, 2. Bonus et clemens est piis, malus et rigidus impiis, XIV, 84, 1 : *Nonne verba mea bona sunt cum eo qui recte graditur?* Ejus liberalitas in pios, vindicta in impios, III, 109, 1. Duo habet tribunalia, unum clementiæ in Austro, alterum severitatis in Aquilone, XII, 20, 2 : *Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ.*

Justitiam Deus exercet in pios, eos sua gratia cumulando et propagando; sicut in impios eos con-

terendo, XI, 248, 2. Deus facit vindictam electorum suorum, XVI, 239, 2. Deus remunerat opera bona ex justitia, *Psalm.* I, 97, 1 : *Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam.* Aliter punit electos, aliter reprobos, XII, 711, 2. Nocentes et innocentes diversimode flagellat, VI, 41, 2. Innocentes cur Deus puniri sinat, *Psalm.* I, 288, 2. Sæpe aufert justos e vita ne videant impendentia et proxima mala, XI, 666, 1, 2 : *A facie enim malitiæ collectus est justus.*

Nullum peccatum impunitum justitia Dei relinquit, XIII, 453, 2 : *Et opprobrium ejus restituet ei Dominus suus.* Omnem vindicat injustitiam, XVI, 239, 2 et seq. Licet peccatori pœnitenti condonet culpam, non tamen illico condonat omnem pœnam, XIII, 498, 2; XIV, 147, 1, 2. Ejus bonitati, veritati et justitiæ repugnat captare materiam puniendi, I, 514, 1 : *Ego enim induravi cor ejus... ut faciam signa mea hæc in eo.* In peccatores animadvertit, X, 44, 2. Avertitur ab eis qui a se avertunt, V, 456, 2. In duros est durus, VI, 109, 1; 371, 1. Peccatum minus majore castigat, VII, 126, 1, 2. Peccatori non raro aufert dulcia et prospera, XIII, 485, 1 : *Expergiscimini, ebrii, et flete, qui bibitis vinum in dulcedine.* Sæpe castigat minus peccantes ad exemplum cæterorum, XVI, 186, 1. Superbos humiliat et sternit, IV, 346, 1; 458, 1; V, 503, 1, 2; XIII, 64, 2; 534, 2. Est justus superbiæ et injustitiæ judex et vindex, IV, 379, 2. In blasphemos quam rigide animadvertat, XI, 465, 1, 2. In cervicosos et duros maxime animadvertit, IX, 462, 2 : *Et sicut sexcenta millia peditum, qui congregati sunt in duritia cordis sui, et si unus fuisset cervicatus, mirum, si fuisset immunis.* Urbium excidio ulciscitur injuriam templis suis illatam, VII 192, 1 : *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei.* Castigat perjuros et mendaces, 7, 1 : *Testis falsus non erit impunitus, et qui mendacia loquitur, non effugiet.* Quam sit perfidiæ ultor, XII, 271, 1. Quomodo votifragos puniat, VII, 204, 1. Ejus providentia et justitia venatur tyrannos et impios, XIII, 560, 1 : *Numquid auferetur laqueus de terra, antequam quid ceperit?* Ejus zelus contra tyrannos, XIV, 159, 1 : *Deus æmulator, et ulciscens Dominus.* Est acerrimus vindex hæresum, XVIII, 563, 2 : *Qui autem conturbat vos, portabit judicium.* Quomodo gaudere et delectari dicatur vindicta impiorum, V, 50, 2 : *Ego quoque in interitu vestro ridebo.* Ridet suos irrisores, *ibid.* Duas ob causas separat impios ab invicem, XII, 114, 1 : *Dispergam eos, virum a fratre suo, et patres et filios pariter.* Quomodo dicatur abuti impiis, 153, 2: *In tempore furoris tui abutere eis.*

4° *Dei justitiæ caracteres et dotes.*

Primo, *est summe potens et ineluctabilis*, XIV, 30, 1. Ejus omnipotentia et vindicta quovis adamante fortior est, XIII, 613, 1. Ipse iratus, certo irrogat quod comminatus est, IV, 333, 2 : *Non enim quasi homo, sic Deus com inabitur.* Quomodo vocetur horribilis et terribilis, XII, 493, 1. Ejus ira in impios quam sit æstuans, XIV, 302, 2 : *In igne enim zeli mei devorabitur omnis terra.* Ira ejus comparatur leænæ, cur, XIII, 359, 2 : *Quoniam ego quasi leæna Ephraim.* Rugit tum per se, tum per Prophetas, dum in impios insurgit, 535, 2 : *Dominus de Sion rugiet.* Ejus stridor in peccatores, 555, 2 : *Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno.* Ejus sola judicia timenda, XVIII, 278, 1 : *Mihi pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die.* Ejus forma et irrevocabilis sententia de puniendis Judæis, XII, 401, 1.

Secundo, *justitia Dei est æqua et incorruptibilis.* Deus est justus judex, *Job*, 158, 1; 630, 2; 631, 1 : *Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat omnipotens, et librum scribat ipse qui judicat.* Deus judicum judex, 618, 1. Etiam justitias judicabit, 232, 1; 240, 1 : *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Qui etiamsi habuero quidpiam justum, non respondebo; sed meum judicem deprecabor.* Non potest corrumpere judicium, 657, 1; 659, 1 : *Qui dicit regi, Apostata; qui vocat duces impios; qui non accipit personas principum.* Ejus justitiæ repugnat injustum aliquem pro justo habere, XVIII, 60, 2. In homine vere reputat quod in eo est, non quod in eo non est, 81, 1. Quomodo alicui justitiam imputet, *ibid.* Non est acceptor personarum, XIII, 498, 1; XVIII, 59, 2; 179, 1 : *Non est distinctio Judæi et Græci;* 428, 1 : *Deus personam hominis non accipit;* XX, 98, 1 : *Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi.* Muneribus non capitur, X, 223, 1 : *Noli inspicere sacrificium injustum, quoniam Dominus judex est, et non est apud illum gloria personæ.* In mente retinet omnium hominum tum bona, tum mala opera, XXI, 359, 1 : *Et libri aperti sunt; et alius liber apertus est, qui est vitæ.* Deus laborem oppressorum et opprimentium furorem considerat, *Psalm.* I, 57, 2: *Vides, quoniam tu laborem et dolorem consideras.* Deus cur dicatur examinare, cum non egeat examine, *Psalm.* II, 415, 1 : *Domine, probasti me et cognovisti me.* Omnia ponderat, XIII, 73, 1 : *Appensus es in statera, et inventus es minus habens.* Nunquam affligit aliquem injuste, *Job*, 492, 1. Reddit cuique pro meritis, 655, 1 : *Opus enim hominis reddet ei, et juxta vias singulorum restituet eis. Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subvertet judicium.* Unicuique secundum opera propria retribuit, VI, 147, 2 : *Qui seminat iniquitatem, metet mala.* Pœnam fingit adæquatam culpæ, XIII, 606, 2. Quasi mensor cuique ex delicti gravitate pœnam admetitur, XII, 118, 1 : *Hæc sors tua parsque mensuræ tuæ.* Impios damnat non ex odio, sed zelo justitiæ, XV, 476, 1 : *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Non bis punit in idipsum, XIII, 498, 2; XIV, 166, 2 : *Non consurget duplex tribulatio.* In

eodem ordine, nam in diverso sæpe punit bis, XIV, 167, 1. Punit citra condignum, XII, 533, 1; XV, 206, 1: *Et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Deus cum punit, causam revelat, VIII, 628, 2: *Visiones enim, quæ illos turbaverunt, præmonebant, ne inscii, quare mala patiebantur, perirent.* Quas in hac vita punit, non punit et in futura, XIV, 166, 2. Etiam infidelium opera remuneratur, XII, 718, 1: *Dedi ei terram Ægypti, pro eo quod laboraverit mihi, ait Dominus Deus.*

Tertio, *sæpe innoxios cum noxiis punit, et tam multos quam paucos,* IX, 460, 1: *In synagoga peccantium exardebit ignis, et in gente incredibili exardescet ira.* In populo innoxio peccata aliquorum occulta punit, XIV, 35, 2. Propter peccata regis punit populum, III, 520, 1: *Facta est quoque fames in diebus David tribus annis jugiter... Dixitque Dominus: Propter Saül, et domum ejus sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* Deus potest punire patres nocentes in filiis innocentibus, 521, 1. Quare voluerit occidi posteros Saül, *ibid.* Parentum et maritorum peccata punit prolium et uxorum peccatis, XIII, 345, 1. Quomodo dicatur punire peccata parentum in filios, II, 413, 2: *Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios, in tertiam et quartam generationem.* Deus nunquam jubet occidi filios ob peccata parentum mortuorum, III, 461, 2.

Quarto, *Dei ultio celer est et imminens,* XII, 18, 1; XIV, 413, 2. Ea vigilat ad peccata, XII, 18, 1, 2. Non semper minatur, sed aliquando effundit iram, *Psalm.* I, 40, 1: *Deus judex justus, fortis, et patiens; numquid irascitur per singulos dies?* Ei ulcisci proprium est, XVIII, 215, 1: *Scriptum est enim: Mihi vindicta, et ego retribuam.* Dei mira in puniendis impiis celeritas, et aliquando tarditas, II, 156, 1; *Psalm.* I, 217, 1: *Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Dei indignatio igni comparatur, *Psalm.* II, 30, 1: *Usquequo, Domine, irasceris in finem? Accendetur velut ignis zelus tuus?*

Quinto, *sæpe vindictam differt, sed tandem eam infligit,* I, 393, 1. Vindictam differens, dormire videtur, XIII, 426, 1: *Sicut mane transiit, pertransiit rex Israel.* Deus quo sensu dormiat, *Psalm.* II, 25, 2: *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus.* Sera ejus vindicta et tolerantia peccantium, XVIII, 57, 1: *An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis?* Deus ad tempus sinit quosdam impunitos, VII, 295, 2. Cur differat peccatorum vindictam, 296, 1: *Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.* Peccantibus mensuram statuit, ut ea repleta regna et respublicas puniat, XIX, 122, 2: *Qui et Dominum occiderunt Jesum, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut salvæ fiant; ut impleant peccata sua semper.* Cuique genti et homini certam mensuram præscribit peccatorum, ut nonnisi illa impleta puniat, II, 414, 1; XIV, 416, 2; XV, 495, 2: *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Suas injurias lente, sed acriter punit, IV, 514, 2: *In leges enim divinas impie agere, impune non cedit.* Ipse tardus ad vindictam, sed tarditatem supplicii gravitate compensat, XIV, 158, 2. Dum peccatorem non punit, grande ei malum est, XII, 617, 1: *Et requiescet indignatio mea in te: et auferetur zelus meus a te, et quiescam, nec irascar amplius.* Cum rempublicam vel animam sibi relinquit, se ei irasci ostendit, XIII, 612, 1. Quomodo peccatorem puniat, dum eum in alium hominem mutat, XI, 118, 1: *Et convertam manum meam ad te, et excoquam ad purum scoriam tuam.* Cum parcit peccatoribus, dicitur tegere peccata; cum punit, ea aperire et aspicere, IV, 238, 1, 2: *Ne operias iniquitates eorum, et peccatum eorum coram facie tua non deleatur.* Clades immissurus, eas prænuntiare solet, XXI, 154, 1. Aliquando celat judicia sua, idque spectat ad majestatem et gloriam ejus, VI, 254, 1, 2: *Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.* Gravis ejus punitio est dum doctores et Prophetas a populo aufert, XI, 407, 1, 2: *Claudet oculos vestros, Prophetas et principes vestros, qui vident visiones, operiet.* Cum vult urbes punire, sapientes eis vel aufert, vel excæcat, XII, 310, 1: *Periit consilium a filiis.* Ejus potestas et ultio in gentibus transferendis et evertendis, XIII, 640, 2.

Sexto, *quæ sint justitiæ Dei instrumenta.* Solet interdum Deus impios per impios punire, I, 195, 1. Utitur etiam impiis ad punienda peccata justorum, III, 501, 2: *Dominus enim præcepit ei ut malediceret David.* Ejus milites sunt impii ad castigandos impios, XIII, 459, 1, 2; 495, 1, 2: *Dabo tibi regem in furore meo.* Ordinavit tyrannidem Nabuchodonosoris ad punitionem Judæorum, XI, 76, 1, 2. Quomodo Chaldæos excitarit contra Judæos, 77, 1. Quomodo eis potestatem dederit invadendi Judæos, XII, 59, 2. Quomodo sanctificarit Chaldæos venientes contra Jerusalem, 171, 1. Vindictam post castigationem convertit in auctores, XIV, 368, 2: *Quia ego iratus sum parum, ipsi vero adjuverunt in malum.* Judicia sua per angelos exercet, XIII, 163, 2. Subinde castigat peccatores per angelos bonos, IV, 511, 1. Per angelos ita vim fulminum, tonitruorum, ventorum, et aliarum procellarum moderatur, ut hunc, non illum tangant, impios, non pios, XXI, 162, 2: *Vidi quatuor angelos.... tenentes quatuor ventos terræ ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem.* Ei militant adversus impios et hostes suos omnes creaturæ, XIV, 161, 1: *Dominus in tempestate et turbine viæ ejus.* Dei currus, equi, aurigæ, gladius, arcus, sagittæ, quæ, *Psalm.* I, 40, 2: *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, et paravit illum;* 95, 1

212, 2. Ejus jacula et sagittæ sunt morbi, XII, 386,2: *Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.* Quomodo dicatur mandare pesti, gladio, fami, pisci, XIII, 637, 2: *Et si celaverint se ab oculis meis, in profundo maris, ibi mandabo serpenti, etc.* E thesauris suæ potentiæ vocat plagas hominum, XVIII, 86, 2: *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.* Quomodo per vilia animalcula potentes domet tyrannos et reges, XIII, 608, 2. Quid plagis quas urbibus et privatis hominibus immittat, spectet, 360, 2: *Vadens revertar ad locum meum, donec deficiatis, et quæratis faciem meam.* Mala tum publica, tum privata ipse infligit, 561, 2: *Si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit?*

Septimo, *Dei justitia in die judicii.* In die obitus unicuique retribuit operum mercedem, IX, 358, 2: *Facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas.* In die judicii scrutabitur arcana cordium, XIV, 282, 1, 2: *Scrutabor Jerusalem in lucernis.* In judicio omnia exactissime inquiret et rigidissime puniet, XV, 164, 2: *Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* In die judicii exprobrabit impiis quod data gratia sint abusi, XX, 39, 1. Ejus in fine judicii formidabilis ira et potentia, XXI, 158, 1. Ejus ira in iniquos, IX, 514, 2: *Memento iræ in die consummationis, et tempus retributionis in conversatione faciei.* Cuique ad lineam meritorum vel demeritorum dat præmium vel pœnam, XI, 312, 2. Reprobos in die judicii a se repellet exprobrans, XV, 528, 1, 2. Quo jure puniet peccata priscorum Romanorum in fine mundi, XXI, 330, 1: *Exulta super eam, cœlum, et sancti Apostoli, et Prophetæ; quoniam judicavit Deus judicium vestrum de illa.*

XI. MAJESTAS DIVINA ET GLORIA.

Ex unione potentiæ absolutæ Dei, intelligentiæ, libertatis, amoris, bonitatis, sanctitatis et justitiæ oritur *majestas divina et gloria*, cui consociatur mundi imperium.

1° *Dei summa majestas*, XVIII, 212, 2. Ejus gloria, XVII, 171, 1: *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ.* Quanta sit ejus magnitudo et majestas, XVI, 61, 1, 2. Quomodo dicatur Pater gloriæ, XVIII, 595, 1: *Deus Domini Jesu Christi Pater gloriæ.* Eum esse Deum, Dominum vel regem gloriæ, aliud est quam esse Patrem gloriæ, 595, 1. Immensam gloriam habet in se et in Trinitate, V, 216, 2: *Mecum sunt divitiæ et gloria, opes superbiæ et justitia.* Dei pulchritudo, X, 386, 1: *Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus est, et species cœli in visione gloriæ.* Est unum pulchrum bonum, *ibid.* Est essentialis et immensa pulchritudo, V, 64, 1. Potentiæ et majestatis ejus insignis descriptio, XI, 497, 2 et seq.: *Ecce gentes quasi stilla situlæ, et quasi momentum stateræ reputatæ sunt;* 564, 2. Quæ Dei sunt, sunt maxima, X, 385, 1. Dei esse dicuntur quæ magna et mirabilia sunt, XII, 477, 1. Ejus majestas potius casto silentio quam exili nostro præconio veneranda est, XIV, 235, 1: *Dominus autem in templo sancto suo; sileat a facie ejus omnis terra.* Majestas Dei a nobis exigit timorem et reverentiam, 35, 2.

2° *Quæ dicatur gloria ejus objectiva*, X, 382, 2: *Et quis satiabitur videns gloriam ejus.* Quæ formalis, *ibid.* Est in Deo triplex celsitudo, I, 477, 1. Est altissimus quintupliciter, 567, 2. Deus quomodo magnus juxta quadruplicem dimensionem, Psalm. II, 451, 1: *Magnus Dominus, et laudabilis nimis, et magnitudinis ejus non est finis.* Deus jungit summum et imum, cœlum et humilem, æternitatem et contritionem, XI, 670, 1.

3° *Per lucem gloriam suam manifestare solet*, XVI, 64, 1: *Et claritas Dei circumfulsit illos.* Est increata et fontalis lux, X, 478, 1: *Cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis.* Est claritas increata, XXI, 402, 1: *Civitas non eget sole neque luna; nam claritas Dei illuminavit eam.* Sol ejus typus est, X, 388, 2: *Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile, opus Excelsi.* Est sol immensus claritatis et gloriæ, a quo singuli homines et angeli radiolum unum lucis et vitæ emendicant, XIV, 235, 2; 236, 1. Dei triumphus et currus triumphalis, XVIII, 625, 2 et seq.: *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem.*

XII. DEI BEATITUDO.

Ex intima penetratione, concordia, et æterna possessione omnium harum perfectionum, constituitur Dei *beatitudo.*

1° *Ipse summum bonum est*, XIV, 298, 2. Est omnia, XVII, 328, 2. Est summe sibi sufficiens, I, 477, 1; XVIII, 477, 1. Est omne bonum, tam suum, quam nostrum, XIII, 390, 2: *Projecit Israel bonum.* In eo non est inopia, nec sufficientia, sed redundantia, XIX, 65, 2.

2° *Sufficit suis, quia est ipsa sufficientia*, XVI, 543, 1: *Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis.* Est nobis res sufficientissima, I, 212, 1; VI, 245,1. Nihil præter eum potest nos satiare, eo quod in eo sunt omnia bona, I, 212, 1. Solus animam satiat, VI, 35, 1. Solus ipse animam implet, V, 86, 1; XI, 649, 1: *Omnes sitientes, venite ad aquas*, XX, 253, 2. Deum possidens, possidet totum mundum, V, 526, 1. Est omnia, hinc omnia amittit qui peccat, XIII, 606, 1. Deo carens caret omnibus, XVI, 207, 1: *Postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, et ipse cœpit egere.* In solo Deo quies, III, 299, 2: *Et requievit omnis Israel post Dominum.* Ipse plenum parit cordis gaudium, XII, 455, 1. In Deo solo qui verum est cordis gaudium, lætandum, IV, 398, 1, 2: *Et nunquam lætata sit ancilla tua ex quo huc translata sum, usque in præsentem diem, nisi in te, Deus Abraham.* Est suis secura possessio, V, 92, 1: *Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam; et qui tenuerit eam, beatus.* Ejus fruitio quantum sit bonum, XI, 370, 1, 2. Eum habere patronum quanta felicitas, XIII, 295, 1. Suis est centuplum, et quomodo, XV, 435, 1, 2.

3° *Deus est futurus beatitudo nostra in cœlo*, XIX, 477, 1. Est beatis omne bonum et gloria, X, 418, 1. Est merces et beatitudo sanctorum, I, 201, 1 : *Ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis.* Est sors et pars justorum, XII, 391, 1 : *Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum.* Est in cœlo hæreditas nostra, XX, 244, 2 : *Regeneravit nos in spem vivam..... in hæreditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem.* Ipse est præmium sapientiæ et virtutis, IX, 31, 1. Est in cœlo beatis omnia in omnibus, XIII, 528, 1. Quomodo in cœlo erit omnia in omnibus, XVIII, 405, 1 : *Ut sit Deus omnia in omnibus.* Est cum beatis in cœlo jugiter, XXI, 369, 2 : *Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis.* Deo quomodo fruemur in cœlo, *Psalm.* I, 223, 1, 2 : *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Est beatis sol, et omnia ipsis complanabit, XII, 456, 1, 2. Videtur Deus a beatis se solo per essentiam, non per speciem mediam, XVIII, 449, 1 : *Per fidem enim ambulamus, et non per speciem.* Deus nunc videtur in tabernaculo, in cœlis videtur in domo propria, *Psalm.* I, 105, 1 : *In sole posuit tabernaculum suum.* Ipse est templum cœli, XXI, 401, 2 : *Templum non vidi in ea : Dominus enim Deus omnipotens templum illius est et Agnus.* Deum videntes similes sunt Deo, nunquam videntes semper dissimiles, *Psalm.* I, 196, 1, 2 : *Beata gens cujus est Dominus Deus ejus.* In altera vita lætantium et dolentium sortes commutabit, IX, 356, 2.

Beati, Beatitudo (*Vide* Cœlum).

ARTICULUS TERTIUS.

ATTRIBUTA METAPHORICA.

Per attributa metaphorica intelliguntur sensus, passiones, actiones quæ in Deo existere finguntur.

1° *In Deum non cadit passio*, V, 50, 2. In eo nulla est passio, sed sola virtus, XIII, 292, 1. Passionibus subdi non potest, *Psalm.* II, 203, 2. In omnibus quas assumit passionibus, suam in se servat eminentiam, XII, 494, 1, 2. Dei tranquillitas, *ibid.*

2° *Ejus zelus quid*, II, 413, 2 : *Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator.* Cur dicatur zelotes, XII, 559, 1, 2; XX, 177, 2 : *Ad invidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis.* Est gloriæ suæ zelotes, XIII, 505, 2.

3° *Quomodo dicatur lætari, dolere et oblivisci*, *Psalm.* II, 203, 2; 379, 1. Dicitur lætari super, vel in populo, quando populus ejus præceptis obedit, XI, 240, 2 : *Propter hoc super adolescentulis ejus non lætabitur Dominus.* Quando item tristari, *ibid.* Gemitus ei cum datur, non est signum animi imbecillis, sed infensi et excitantis se ad plagam, XIII, 554, 2. Non affligitur peccatis impiorum proprie, XIV, 581, 2 : *Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris.* In eo non est oblivio, quomodo tamen oblivisci dicatur, XIII, 292, 1 : *Oblivione obliviscar eorum.* Deum hominem recordari quid sit, *Psalm.* I, 45, 1 : *Quid est homo, quod memor es ejus?* Deum memorem esse nostri, magnum beneficium est, *Psalm.* I, 170, 1.

4° *In Deum non cadit pœnitentia*, XIV, 55. 2 : *Quis scit si convertatur et ignoscat Deus?* Ejus pœnitentia non propria, sed antropopathos, III, 356, 2 : *Pœnitet me quod constituerim Saül regem.* Aliter pœnitere dicitur, aliter homo, I, 135, 1 : *Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra.*

5° *In eo non est proprie ira*, XII, 553, 2 ; 554, 1 : *Ira enim mea super universum populum*; XV, 677, 1 : *Et circumspiciens eos* (Jesus) *cum ira.* Deum furere et irasci quid sit, *Psalm.* I, 15, 2 : *Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos.* Antropopathos datur ei ira et furor, XII, 69, 1 : *Ecce furor meus.... conflatur super locum istum.* Deus est dominus iræ suæ, XIV, 159, 1 : *Deus æmulator et ulciscens Dominus, habens furorem.* Deus cum irascitur, quid operetur, *Psalm.* I, 94, 2 : *Fundamenta montium conturbata sunt, et commota sunt, quoniam iratus est eis.* Judicat tranquille, sine ira, XX, 77, 1 : *Ira enim viri Dei justitiam non operatur.* Deus respicit aliquem cum ei placatur, avertit oculos cum irascitur, *Psalm.* II, 35, 1. Deus a nobis oculos avertit, cum nos ab eo faciem avertimus, *ibid.*, 2. Deus quando non videt, nec audit, 371, 2 : *Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.* Facies ejus dicitur esse ubi hominibus se suamque potentiam ostendit, XIV, 30, 1 : *Surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis a facie Domini.*

6° *Dei juramentum quid sit*, Psalm. II, 256, 1 : *Juravit Dominus, et non pœnitebit eum.* Quatenus olim jurarit et jurare posset, XV, 169, 1.

7° *Quomodo Deus sedeat, Angeli stant*, XI, 169, 2. Quomodo sedeat super Cherubim, *Psalm.* II, 164, 1. Subinde dicitur sedere, subinde equitare, et quare, XIX, 435, 2. Quomodo dicatur de cœlo descendere, XIV, 65, 2 : *Ecce Dominus egredietur de loco suo.* Sibilus ejus quid sit, XI, 207, 1, 2 : *Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti.*

CAPUT QUARTUM.

NOMINA DEI.

Deo varia nomina varie tribuit Scriptura, VII, 458, 1. Nomina ejus varia erant apud Hebræos, et quid ea significent, XV, 68, 2. Varia ejus nomina, XI, 617, 2 : *Sciet populus meus nomen meum in die illa.* Deus nomina decem habet, I, 477, 1 : *Ego Dominus qui apparui Abraham.... et nomen meum Adonaï non indicavi eis.* Quod ejus sit nomen, VI, 426, 2 : *Quod nomen est ejus, et quod nomen filii ejus, si nosti?* Ejus nomen proprium quid sit, XXI, 17, 1. Ejus nomen est ens, VIII, 543, 1 : *Et de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est.* Dei nomen tetragrammaton cur vocetur ineffabile, I, 478, 1 ; VI, 427, 1. Id quam venerabile Hebræis fuerit, I, 478, 2. Quæ vocales ei subji-

ciendæ, I, 479, 1. Quid hoc nomen significet, 480, 1 et seqq. Quomodo significet essentiam Dei, *ibid.*, 2. Quomodo hoc nomen primo Deus dicatur indicasse Moysi, *ibid.* et seq. Nomen hoc symbolice quid significet, 482, 1. Nomen quadrilaterum pleræque gentes Deo tribuerunt, *ibid.*, 2. Dei nomen quare sanctum et terribile, *Psalm.* II, 165, 1 : *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile et sanctum est.* Temere nominandum non est, IX, 600, 1 : *Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo.*

Deus vox an derivetur ab hebræo *Dai*, XIX, 65, 1, 2; XX, 35, 1, 2. Ejus nomen est ipsemet Deus, XIX, 27, 2 : *Donavit illi nomen quod est super omne nomen.* Deus græce, latine, et hebraice dicitur a divitiis, XXI, 133, 2. Cur dicatur *Saddai*, id est abundans, XIX, 65, 2. Cur sæpius vocetur Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, et cur interdum ter hoc nomen Deus repetatur, I, 455, 2. Deus vocatur hebraice *Abbir*, cur? 409, 2. Ejus trinitas insinuatur tribus litteris hujus nominis, *ibid.*

Ejus nomen est æternus et sanctus, XII, 450, 2; 451, 1 : *Ego enim speravi in æternum, et veniet mihi gaudium a Sancto.* Ejus nomen est admirabile, I, 569, 1 : *Quis similis tui in fortibus, Domine? terribilis atque laudabilis.* Deus Sabaoth unde dicatur, II, 209, 1; IX, 617, 1, XI, 110, 1: XVIII, 86, 2; *Psalm.* I, 135, 2. Deus cur vocetur *Rophe*, IV, 281, 2. In Scripturis vocatur et invocatur Maoz, XIII, 160, 1. Cur vocetur cœlum, XV, 468, 2 : *Baptismus Joannis unde erat? e cœlo an ex hominibus?* Vocatur cœlum increatum, XIII, 181, 1 : *Everterunt sensum suum, et declinaverunt oculos suos ut non viderent cœlum.* Deus vocatur aliquando noster amor, timor, spes, patientia passive, XIV, 176, 2.

CAPUT QUINTUM.

DEI APPARITIONES ET SYMBOLA.

1° *Apparitiones variæ. Primo*, varie apparet Deus, VIII, 276, 2 : *Invenitur ab his qui non tentant illum ; apparet autem eis qui fidem habent in illum.* Apparet accommode rebus, XI, 165, 2 : *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum.* Quomodo olim apparuerit, I, 29, 2; 30, 1. Olim apparebat terribilis, II, 421, 1 : *Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis, etc., et possit vivere?*

Secundo, solebat Deus in igne apparere, III, 649, 2 : *Deus qui exaudierit per ignem ipse sit Deus...* Passim in Scriptura se exhibuit per ignem, XIX, 510, 2 : *Etenim Deus noster ignis consumens est.* Cur per ignem potius quam in alia figura, 511, 2. Est ignis et lux, XVI, 181, 2 : *Ignem veni mittere in terram*, 302, 2 : *Non erat ille lux ; sed ut testimonium perhiberet de lumine.* Cur dicatur ignis devorans, XI, 441, 1 : *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante?* Ejus symbolum est ignis, IV, 502, 2. Ignem mittit in signum quod sacrificium sit ei gratum, III, 538, 2. Ejus ignis quia erat in Sion, hinc Hierosolymam protegebat, XI, 426, 2.

Tertio, quare appareat in nube, XII, 574, 1. Ejus gloriæ symbolum est fumus et caligo, XI, 175, 2. Quoties in Veteri Testamento in nube se ostenderit, XII, 574, 1. Deus quomodo dicatur locutus in columna et nube, *Psalm.* II, 166, 1 : *In columna nubis loquebatur ad eas.*

Quarto, in veteri lege semper per Angelos, nunquam per se hominibus apparuit, III, 5, 1 : *Factum est post mortem Moysi.... ut loqueretur Dominus ad Josue filium suum.* Angelus vice Dei apparens repræsentabat Filium, non Patrem aut Spiritum sanctum, 6, 2. In imagine apparuit hominibus, XI, 500, 2.

Quinto, an cum hominem crearet, induerit formam humanam, XVIII, 641, 1 : *Induite novum hominem qui secundum Deum creatus est.* Adamum formans non assumpsit formam humanam, IX, 476, 1 : *Deus creavit de terra hominem, et secundum imaginem suam fecit illum.* Ejus vox perambulantis in paradiso qualis fuerit, I, 103, 2. Bis apparuit Jacob patriarchæ, XIII, 448, 1. Qua forma senioribus Israel apparuerit, I, 628, 2 : *Et viderunt Deum Israel, et sub pedibus ejus quasi opus lapidis sapphirini, et quasi cœlum cum serenum est.* Deus per se locutus Salomoni, III, 613, 1, 2. Quomodo visus sit Isaiæ sedens in solio, XI, 165, 2; 166, 1. Qualia ejus fuerint firmata, quid ea significent, 168, 1. Ezechieli se spectandum præbuit forma humana, blanda ac benevola, XII, 514, 2. An sederit vel steterit in solio quod vidit Ezechiel, 494, 1, 2. Verisimilius est eum sedisse, *ibid.* Ejus corpus in cursu cherubico sursum erat ex electro, deorsum ex igne, 494, 1, 2. Non est visus Amos prophetæ in forma corporea, cum is se Dominum vidisse ait, XIII, 632, 1. Deus Pater non insedit in throno quem vidit Joannes, sed Deus prout est communis toti S. Trinitati, XXI, 94, 2. Deus in carne apparituros an ab Atheniensibus cultus, XVII, 326, 1.

2° *Dei symbola et figuræ.* Deum per rerum corporearum imagines repræsentat Scriptura, XV, 25, 2, Ipse lumine optime repræsentatur, XX, 65, 1 : *Omne datum optimum... descendens a Patre luminum.* Quot modis dicatur Pater luminum, *ibid.*, 2 et seq. Ejus et lucis analogiæ, 523, 1 : *Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ.* Est ad intra lux increata et originalis, 65, 2 et seq. Est auctor omnium luminum, 66, 1. Ejus imago est in viro, angelo et femina, XVIII, 641, 1. Sita est in hominis mente. Cur vento comparetur, XVII, 326, 2. Est similis figulo, XII, 150, 1, 2 : *Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea.* Maxime ob resurrectionem et refigulationem corporum, *ibid.* Quod Dei hieroglyphicum apud Ægyptios, XIII, 274, 1. Mystice columba est, XII, 199, 2 : *Facta est terra eorum in desolationem a facie iræ co-*

lumbæ, et a facie iræ furoris Domini. Dei essentia, beatitudo, potestas, providentia, per quadrigam Cherubinorum exprimuntur, et pluribus id ostenditur, XII, 500, 1, 2. Passim in Scriptura inducitur quasi eques et auriga, vectus carruca cœlorum vel Cherubinorum, 497, 1. Ejus victoriam et bellum repræsentat eadem quadriga Cherub, item ejus triumphum, 501, 1, 2. Ejus stemmata sunt quatuor, 504, 1, 2. Ejus emblema antiquum, 505, 1. Ipse est circulus et qualis, 508, 2. Cur eum ut rotam et figura orbiculari pingerent Ægyptii, *ibid.* Cum iride confertur, 512, 1.

CAPUT SEXTUM.

OFFICIA ERGA DEUM.

I. Cognoscere Deum. — Deum cognosci ab hominibus quam admirabile sit, *Psalm.* II, 445, 1 : *Domine, quid est homo, quia innotuisti ei?* Dei cognitio summum est bonum hujus vitæ, 625, 1 : *Dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum.* Eum nosse beatitudo est, XIII, 334, 1, 2 : *Non est scientia Dei in terra.* Ejus cognitio est causa humilitatis, XI, 176, 2 ; 177, 1.

Tripliciter a nobis cognoscitur, XI, 81, 2. Ejus cognitio naturalis ad salutem sine fide non sufficit, XIX, 474, 1 : *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit.* Non cognovit eum mundus practice nec speculative in mundi fabrica, XVIII, 254, 2 : *Quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum.* Ejus cognitio in sola Judæa erat, XI, 377, 1. Deus quando ab omnibus cognoscetur, *Psalm.* II, 55, 2 : *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus.* Deus ut pro nobis pugnet, necesse est ut nobis innotescat, I, 213, 1 (*Vide* Cognitio Dei).

II. Amare Deum (*Vide* Amor Dei). — Deus est nobis super omnia summo et sincerissimo amore diligendus, II, 423, 1, et seq. : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua,* IV, 227, 2 ; XIV, 237, 1. Summe meretur diligi, XV, 484, 1. Ex toto diligendus est, IX, 212, 1. Solus totum cor hominis habere vult, ejusque imperium occupare, III, 601, 1 ; IX, 103, 1 ; 104, 1 ; 193, 1 ; XI, 399, 1, 2 : *Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat.* Amandus qualiter Deus in omni fortuna, IX, 345, 2.

III. In Deo confidere. — De Deo semper optime sentiendum et sperandum, XVIII, 87, 1. Quomodo nos ei totos credere debeamus, X, 162, 2 : *In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ.* Deus delectatur nostra de se confidentia, XX, 389, 1, 2 : *Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* In quolibet rerum eventu ei fidere et ad eum recurrere debemus, XII, 398, 2 ; 399, 1. In eo collocanda fiducia vere agendi felici successu, V, 504, 2 : *Qui sperat in Domino, beatus est.* Soli Deo innitendum, *Job,* 481, 1 : *Tunc super Omnipotentem deliciis afflues, et elevabis ad Deum faciem tuam,* XV, 201, 2. Providentiæ divinæ nitatur homo in omnibus operibus suis, V, 486, 1 ; VI, 3, 1, 2. A Deo quomodo semper pendere debeamus, XII, 95, 1 ; XVI, 171, 2. Est rupes, et quare, II, 515, 2, et seq. Ejus præsidio quomodo fidendum docetur exemplis, I, 409, 2 ; IV, 458, 1. Ejus ope et auxilio quomodo nitendum, II, 533, 1, 2. Ei ita nitendum est, ut tamen humana non negligamus media et auxilia, XIII, 143, 2.

Ad Deum in rebus arduis confugiendum, XVIII, 88, 2 ; 72, 1. Ad eum confugiendum in periculis, III, 241, 1 : *Ad quem venisti et sub cujus confugisti alas?* Deus in periculis unicum refugium, *Psalm.* I, 351, 1, 2. Non patitur se nostra fiducia vinci, XV, 227, 1 : *Dixit Jesus centurioni : Vade, et sicut credidisti, fiat tibi.* Prospicit fidentes in se, XII, 95, 1, 2. Amicos in se sperantes non confundit, XVIII, 93, 1, 2 : *Spes autem non confundit.* Est totus consolatio, XVIII, 237, 1 : *Deus autem patientiæ et solatii det vobis idipsum sapere.* Est oceanus consolationum, *Job,* 138, 1 : *Ponit humiles in sublime, et mœrentes erigit sospitate.* Quomodo suos consoletur, XIII, 317, 1. Consolationem et afflictionem temperat, XI, 149, 1 : *Et creabit Dominus.... nubem per diem, et fumum et splendorem ignis.* Ejus dulcedo omnia amara dulcorat, VIII, 527, 2 : *O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus.* Dei solatia dulcorant calumnias, VII, 249, 2 (*Vide* Confidentia, Spes).

IV. Timere Deum. — Deus cur solus timendus, *Psalm.* I, 195, 2 : *Timeat Dominum omnis terra... quoniam ipse dixit, et facta sunt.* Quomodo sit timor noster, XVIII, 451, 1 ; *Scientes igitur, timorem Domini hominibus suademus.* Ejus aspectus metuendus est et terribilis, IX, 467, 1. Quomodo sit hominum pavor, XI, 217, 1, 2 : *Ipse pavor vester, et ipse terror vester.* Ejus timor est causa virtutum, VII, 411, 2 : *Deum time, et mandata ejus observa, hoc est enim omnis homo.* Voluntatem timentium se faciet, XX, 582, 1. Deum qui timet, nihil negligit, VII, 270, 1. Eum minus quam homines peccando formidamus, XVIII, 278, 1 (*Vide* Timor Dei).

V. Laudare Deum. — 1° *Deus ipse debet esse laus nostra,* XII, 145, 2 : *Sana me, Domine, et sanabor, quoniam laus mea tu es.* Quantopere sit laudandus, II, 439, 2 : *Ipse est laus tua et Deus tuus.* Ejus immensitas immensam poscit laudem, X, 421, 2 : *Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis : supervalebit enim adhuc, et admirabilis magnificentia ejus. Benedicite Dominum, exaltate illum quantum potestis : major est enim omni laude.* Superat omnem laudem et gloriam quam et dare possumus, 420, 2 et seq. Non plane et adæquate laudari potest, *ibid.* Ei competit summa laus, tum activa, tum passiva, IX, 445, 2. Duplici titulo summe est laudandus, XI, 175, 1. Deus cur summo affectu laudandus, *Psalm.* I, 494, 1.

Dei perfecta laudatio nonnisi in patria exhiberi potest, *Psalm.* II, 457, 1 : *Lauda, anima mea, Dominum : Laudabo Dominum in vita mea; psallam Deo meo, quamdiu fuero.*

2° *Deus semper est laudandus*, I, 566, 1, et seq.: *Fortitudo mea et laus mea Dominus*; IV, 287, 1 : *Omni tempore benedic Deum.* Eum laudare semper et exaltare Christianorum et Angelorum est, XI, 273, 1. Assidue Deum laudare quædam vita cœlestis est, 605, 1 : *Gaudium et lætitia invenietur in ea, gratiarum actio et vox laudis.* Satis laudari ab hominibus et Angelis non potest, XXI, 3, 2. Eum semper laudare quomodo quis possit, 112, 1. Deum semper laudat qui semper bene agit, *Psalm.* I, 219, 2 : *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.*

3° *Deus quomodo laudandus*, *Psalm.* I, 193, 1 : *Exultate, justi, in Domino, rectos decet collaudatio.* Quomodo a nobis magnificetur Deus, II, 164, 1 : *Magnificetur ergo fortitudo Domini*; XVI, 32, 2 : *Magnificat anima mea Dominum.* Dei laus quadruplex est, XXI, 333, 1. Diversimode a nobis est laudandus, IX, 445, 2 : *Sapientiæ enim Dei astabit laus, et in ore fideli abundabit, et dominator dabit eam illi.* Ejus laudandi varii sunt gradus, 420, 2. Septem ejus laudandi modi, XI, 273, 1. Deus laudandus ex cognitione creaturarum et ex revelatione divina, *Psalm.* I, 193, 2. Deus et singillatim et conjunctim laudandus est, *ibid.*, 1. Deus vult solum a parvulis et humilibus cognosci et laudari, *Psalm.* I, 44, 1 : *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem tuam.* Eum quomodo inanima laudent, XIII, 491, 1, 2. Quo sensu eum mortui non laudent, XII, 433, 2 : *Vide quia non mortui qui sunt in inferno.... dabunt honorem et justificationem Domino.*

V. Colere Deum.—1° *Deus est summe colendus, et cur*, IX, 247, 2; 248, 1 : *In tota anima tua time Dominum, et sacerdotes illius sanctifica.* Ei immensa debetur reverentia, cultus, amor et latria, XIV, 236, 2; 237, 1; 555, 2 : *Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus ? et si Dominus ego sum, ubi est honor meus ?* Omni amore, cultu et reverentia dignissimus est, IX, 88, 2; 207, 1. Ei infinitæ grætiæ infinitis modis debentur, XIV, 268, 2. Deo quinam honor debeatur, *Psalm.* I, 163, 1 : *Afferte Domino gloriam et honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus.* Deo quid reddere debeamus, VII, 382, 1 : *Memento creatoris tui in diebus juventutis tuæ.* Ei reddenda quæ sunt ejus, XV, 418, 2. Ab ejus cultu in omnibus rebus ordiendum est, X, 219, 2 : *Bono animo gloriam redde Deo, et non minuas primitias manuum tuarum.* Quomodo Deum colere, et in quo imitari debeamus, XXI, 113, 1. Vult solus coli, cæteris exclusis, X, 202, 1. In altari ejus fortitudo, cultus et majestas maxime relucent, XI, 404, 1. Quando primum et qua occasione Judæis præceperit ut sibi soli sacrificarent, XII, 69, 2 : *Non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocautomatum.* An in deserto Judæis quidem sacrificia indixerit; sed ea vim obligandi habere noluerit antequam Chanaan ingrederentur, XII, 70, 1. Ejus servitus et cultus apud Judæos consistebat in observatione præceptorum non moralium, sed cæremonialium, XIX, 438, 1 : *Munera et hostiæ offeruntur.... solummodo in cibis et in potibus, et variis baptismatibus, et justitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis.* In anima sancta, religione et Ecclesia quomodo colatur, XIV, 354, 1. Eucharistia summe honoratur, 564, 1, 2. Deus colit colentes se, V, 202, 2.

2° *Deus jussit diem unum esse festum præ alio*, X, 168, 1 : *Quare dies diem superat, et iterum lux lucem, et annus annum a sole?* Diem septimum ab initio creationis mundi sanctificavit, XIX, 386, 1 : *Dixit enim in quodam loco de die septima sic : Et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis.* Die septimo quievit exemplariter et formaliter, *ibid.* Gaudet diebus festis, quod illis a fidelibus magis colatur, quare ipse pariter cupit ut fideles die festo gaudeant, IV, 248, 2 : *Sanctus dies Domini est, et nolite contristari : gaudium etenim Domini est fortitudo nostra.* Præter requiem sabbati, aliam habet requiem quam hominibus præparavit, XIX, 386, 1 (*Vide* Dies Dominica, Sabbatum).

3° *Deus vult coli certis locis*, I, 289, 1 : *Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei.* Cur aliqua loca, templa, imagines, sanctos eligat, in quibus miracula patret præ aliis, XVIII, 377, 1 : *Numquid omnes habent gratiam curationum?* Propter fideles Judæos elegit locum Judææ, IV, 519, 2 : *Non propter locum, gentem ; sed propter gentem, locum Deus elegit.* Designat locum templi, III, 538, 2. Olim in templo Salomonis habitans, erat quasi centrum mundialis sphæræ et omnium animorum, ut lineæ et orationes ab hominibus ducerentur in templum, ubicumque ipsi existerent, XIII, 79, 2 : *Daniel.... ingressus est domum suam, et fenestris apertis in cœnaculo sua contra Jerusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua.* In templo exhibet sibi nobis aurem suam, XII, 433, 2 : *Respice, Domine, de domo sancta tua in nos, et inclina aurem tuam.* Cur in templo liberalis sit orantibus, VII, 192, 1 : *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, et appropinqua ut audias.*

VI. Orare Deum. — 1° *Deus vult orari*, XVI, 587, 1, 2. Diligendus simul et invocandus est, IX, 394, 1 : *Omni vita tua dilige Deum, et invoca illum in salute tua.* Quam ei grata sit sui invocatio, XIII, 512, 1 : *Omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit.*

Dei auxilium implorandum recte loqui et bene vivere volenti, IX, 595, 1, 2 : *Domine Pater et Dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in consilio eorum : nec sinas me cadere in illis.* Deus est sæpe invocandus a rectoribus omnibus, V, 28, 2 et seq.

Opera nostra sunt illi commendanda, ut illa prosperent, V, 485, 2 et seq.: *Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ.*

Est invocandus Deus ut optimus conciliator in rebus dubiis, VI, 31, 2; X, 258, 2: *Et in his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam*, X, 163, 1; 167, 1: *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, et sic deprecatus exaudietur.* Invocandus est in necessitate, *Job*, 132, 2.

2° *Quomodo Deus a nobis orandus*, VII, 196, 1: *Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo, Deus enim in cœlo, et tu super terram; Psalm.* II, 455, 1: *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate.* Ejus flectendi rationes, XII, 433, 1. Hominis audit linguam si mundam habeat conscientiam, IV, 278, 1: *Tunc Tobias ingemuit, et cœpit orare cum lacrymis.* Ejus invocatio cum debita fide spe contritione et charitate fieri debet, XVIII, 179, 1, 2: *Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Sæpe fidei et fiduciæ defectum in orantibus supplet, XX, 43, 1: *Non ergo æstimet homo ille* (qui hæsitat) *quod accipiat aliquid a Domino.* Non delectatur oratione verbosa, VII, 196, 1: XV, 184, 2. Requirit pluralitatem personarum, XV, 412: *Ubi enim sunt duo vel tres consentientes in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

3° *Quam abunde suorum preces exaudiat*, XIII, 113, 2; 114, 1: *Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel... cito volans tetigit me.* Rectis adest se invocantibus, XIV, 146, 1. Pios ad se clamantes quantocius exaudit, XVI, 239, 2 et seq.: *Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte?* 495, 1. Exaudit invocatus, *Job*, 482, 1. Ligatur piis piorum precibus quasi vinculis, XII, 68, 1: *Tu ergo noli orare pro populo hoc.* Non patitur suos in oratione affligi, 535, 1. Deus in arctis ab homine invocatus adest, XIII, 41, 2: *Clamavi de tribulatione mea, et exaudivit me.* Deus aliquibus modis suos exaudit in tribulatione, *Psalm.* I, 24, 1: *Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ*; XII, 437, 1: *Et nunc, Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustiis et spiritus anxius clamat ad te, audi, Domine, et miserere.* Suorum famulorum vota exaudit etiam per miracula, 212, 1, 2: *Et invocabitis me, et ibitis, et orabitis, et ego exaudiam vos; quæretis me et invenietis.* Talem se exhibet oranti qualem se orans exhibet illi, IX, 513, 1: *Ante orationem præpara animam tuam, et noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Exaudit preces pauperum, 144, 2; 145, 1. Sæpe initio preces non exaudit; sed perseverantia vincitur, XV, 356, 1: *At illa venit, et adoravit eum dicens: Domine, adjuva me.*

4° *Non passim omnes exaudit*, *Job*, 674, 1: *Ibi clamabunt, et non exaudiet, propter superbiam malorum.* An peccatores orantes exaudiat, XVI, 464, 1: *Scimus autem quia peccatores Deus non audit.* Deus quando orantem contemnat, *Psalm.* I, 29, 1. Omni petenti dat semper aliquid, V, 98, 2: *Ne dicas amico tuo: Vade et revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Cur sæpe fideles non exaudiat temporalia petentes, XX, 42, 1. Et tunc negando petita misericors est, tribuendo iratus, 174, 2: *Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis.* Audit orationem non ad nostram voluntatem, sed ad salutem, XV, 208, 1: *Omnis enim qui petit accipit; et qui quærit invenit* (*Vide* ORATIO).

VII. SERVIRE DEO. — 1° *Deo serviendum et quomodo.* Ei quam debeamus attente servire, II, 432, 1: *Omne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, cave diligenter ut facias.* Jugiter curat an homines legem a se datam etiam observent. IX, 482, 2: *Et dixit illis: Attendite ab omni iniquo; et mandavit illis unicuique de proximo suo.* Dux est eorum qui ipsum sequuntur, 614, 2: *Gloria magna est sequi Dominum.* Multa ei debemus, XVI, 231, 1, 2: *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.* Vult nos quam proxime et frequentissime ad se accedere, IX, 392, 1: *Ne longe sis ab eo, ne eas in oblivionem.* Est unum necessarium, XVI, 155, 1, 2. Deo serviendum in veritate, IV, 310, 2: *Servite Domino in veritate, et inquirite ut faciatis quæ placita sunt illi.* Vult a nobis serviri in lætitia, 249, 1: *Gaudium etenim Domini est fortitudo nostra.* Omnia debent ad ipsum referri, V, 487, 1: *Universa propter semetipsum operatus est Dominus.* Ad ejus gloriam et obsequium nostra fiant oportet, XVIII, 231, 2: *Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.* Et an id sit præcepti, 350, 1: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Ei nonnisi excellentia opera offerenda sunt, X, 183, 2: *In omnibus operibus tuis præcellens esto; ne dederis maculam in gloria tua.* Semper petit optima et perfectissima, XIV, 566, 2: *Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, et votum faciens immolat debile Domino.* Ei offerenda sunt optima, XVI, 504, 2. Non considerat in operibus nostris, quantum, sed ex quanto, XIV, 136, 1. Affectum offerentis, non personam aut munus intuetur, X, 223, 2: *Noli offerre munera prava, non enim suscipiet illa.* Dei gratia indignus est qui solum ei in prosperis servit, IV, 305, 2. Deo serviant urbes et regna, 326, 1: *Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a cultu Domini Dei sui.*

2° *Dei directioni in omnibus acquiescendum*, I, 736, 2. Hac de re exempla, *ibid* et seq. Dei vocatio expectanda et sequenda, IV, 439, 1: *Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel.* Dirigit actiones nostras si ei nos obsequamur, V, 78, 1: *In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.* Ei vo-

canti obediendum est, XIV, 30, 2. Eum fugere non licet, XIV, 32, 2 : *Dominus autem misit ventum magnum in mare, et facta est tempestas.* Deo in arduis parendum, III, 346, 1. Voluntatem facit hominis obedientis ei, VI, 127, 1, 2 : *Vir obediens loquetur victorias,* XIII, 113, 2; XX, 581, 1, 2: *Et in conspectu ejus suadebimus corda nostra.* Manet in obediente quintupliciter, XX, 584, 1 : *Qui servat mandata ejus, in illo manet, et ipse in Deo.* Ejus inspirationes, monita quanti facienda sint, XIV, 317, 2.

3° *Deus quomodo quærendus,* VII, 607, 2 : *Quæsivi quem diligit anima mea, quæsivi, et non inveni.* Quomodo sit quærendus, et ubi, XI, 652, 2 : *Quærite Dominum dum inveniri potest.* Non invenitur in foro, VII, 608, 2. *Per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea; quæsivi illum, et non inveni.* In triplici creatura invenitur, 608, 1. Sincero corde quærendus, VIII, 276, 1. Quærendus actione et contemplatione, *Job*, 133, 2. Modi ei appropinquandi, XX, 182, 1. Quomodo prope sit, et inveniri queat velut obvius, XI, 652, 2. Modus quidam facile ascendendi ad Deum datur, XII, 500, 2. Non abhorret hominum vilium consortium, IX, 385, 2. Deus quando quæratur, *Psalm.* I, 53, 2: *Non dereliquisti quærentes te, Domine.* Deum pro Deo suo quis habeat, *Psalm.* I, 196, 2 : *Beata gens cujus est Dominus Deus ejus.*

N. B. Quoad omnia quæ ad Dei generationem, vel personas sanctissimæ Trinitatis spectant, *vide* TRINITAS.

DEUTEROCANONICI LIBRI. Deuterocanonici libri sacræ Scripturæ qui vocentur, IX, 15, 1; XX, 496, 1.

DEUTERONOMIUM. Deuteronomium est repetitio legis ; ubi et quando ea a Moyse facta sit, et cur ea facta, II, 391, 1, 2. Ipsum est velut perpetua concio, *ibid.* Id Moyses primo dixit, postea scripsit, *ibid.* Idque paulo ante mortem suam, *ibid.* Totum Deuteronomium non dixit Moyses una vice, 510, 1, 2. Deuteronomium regi dabatur in inauguratione, IV, 50, 2.

DEVORARE. *Devorare* verbum priscis fuit in usu, VI, 78, 1. *Devorare* sæpe sumitur pro *spoliare*, 78, 2. Qui devorare preces, vota, verba dicantur, 79, 1, 2. Quid sit orationem, quid nomen devorare, *ibid.* Quid devorare sanctos, et qui id faciant, 78, 1, 2 et seq. Devoratores pauperum sunt summe crudeles, 438, 1, 2.

DEVOTIO. Quid sit devotio, X, 218, 1. Devoti olim qui dicerentur, *ibid.* Devotio est quasi adeps victimæ, *ibid.* Significatur per adipem, II, 24, 1. Devotio offerentis, victimam Deo gratam facit, X, 218, 1, 2: *Oblatio justi impinguat altare, et odor suavitatis est in conspectu Altissimi.* Devotio est pinguedo mystice, XII, 800, 1. Ejus causa intrinseca est meditatio, *ibid.* 2. Quadruplex ejus causa, memoria peccatorum, recordatio pœnarum, consideratio peregrinationis, desiderium vitæ perennis, *ibid.* Devotionis mater est compunctio, V, 415, 2 : *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Devotio vera nonnisi suspiriis et lacrymis obtinetur; illius pabulum fletus, *Job* 96, 1, 2 : *Antequam comedam, suspiro, et tanquam inundantes aquæ sic rugitus meus.*

DEXTERA. Dextera sumitur in Scriptura pro parte australi, XIV, 248, 1. Dextera pars potior sinistra, cur, V, 87, 1. Per dexteram fides datur et sancitur, 87, 2. Dexteram dare est ritus ineundi fœderis, IV, 548, 2. Dextera aliquando Christum significat, *Psalm.* II, 289, 2. Dexter locus decet Deum et Angelos, XII, 573, 2. Dextræ et sinistræ occupatio in regno Christi, quam filii Zebedæi petebant, præeminentiam aliquam significat, XV, 451, 1. Quomodo ad dexteram Patris dicatur Christus sedere, XIX, 355, 1. Ad dexteram Christus statuet in judicio electos, 852, 2.

Cujus rei dextra et sinistra sint symbolum, VII, 565, 2 et seq.; XV, 534, 2. Dextera in Scripturis variarum rerum est symbolum, I, 389, 1; V, 88, 1. Dextera symbolum est potentiæ, constantiæ, fidei, auxilii, XIX, 101, 1, *Job*, 327, 2. Item significat prosperitatem, bonum, amicos, honores, V, 126, 2; VI, 346, 1. Item symbolum est egregii alicujus conatus et operis, XIV, 381, 2. Dexter oculus et manus scandalizantis et jussus erui, quid sint, XV, 166, 2.

DIABOLUS (*Vide* DÆMON).

DIACONUS, DIACONI. 1° *Diaconi quando et qua occasione in primitiva Ecclesia ab Apostolis creati et instituti,* XVII, 159, 1; 162, 2; 141, 1; XXI, 22, 2. Diaconatus an sit sacramentum, XVII, 163, 2 et seqq.; 165, 2. An a Christo sit institutus, 162, 2. Cur diaconi sint creati septem, 161, 1. Cur pleni Spiritu sancto, *ibid.* Quibus ritibus prævіis sint ordinati, 165, 2. Diaconi quomodo ordinentur, 162, 1. Diaconi primi cur essent Græci, 163, 2; 164, 1.

2° *Officia diaconorum,* VIII, 53, 2; XVII, 161, 1; XVIII, 376, 2; 473, 2; 630, 1; XIX, 216, 1. Fuere sacri ministri, XVII, 161, 1. Iis commissa cura rerum Ecclesiæ, 163, 1, 2. Quibus in rebus Apostolis subservirent, XVIII, 630, 1. Iis commisere Apostoli externa munia, 207, 1. Diaconia externis occupatur, ejus triplex functio, 207, 2. Diaconi alii erant eleemosynarii, alii hospitalarii, alii præfecti, *ibid.* Episcoporum et sacerdotum ministri et oculi sunt, XVIII, 207, 2; XIX, 216, 1. Cum sacerdote offerebant sacerdotium, XIX, 216, 2. Significantur per Levitas, II, 204, 2. Eorum dignitas, 210, 2. Diaconus quomodo pro populo postulet, XVIII, 141, 2. Diaconi in necessitate an sacramentaliter possint absolvere, XX, 220, 2. Possunt absolvere ab excommunicatione, *ibid.* Diaconi cardinales Romæ, qui et quot essent, et quod eorum munus, XVII, 163, 2. Diaconiæ Romanæ quales essent olim et modo sint, *ibid.*

3° *Diaconorum doles,* XIX, 276 et seq.; 217, 2.

Diaconi indigne assistentes sacrificio missæ quomodo a Deo puniti, II, 138, 1; 140, 2. Sæpe diaconi Ecclesiæ exempla fidei et constantiæ dederunt, XVII, 162, 1. Diaconi Romanæ Ecclesiæ quatuor servientes martyribus, facti sunt martyres, XVI, 521, 2. Quidam lascive mulieres aspicientes in causa fuere, cur celebrantes divina visione caruerint, XVIII, 355, 2. Diaconi hinnulis comparati, cur, VIII, 53, 2.

DIACONISSÆ. Diaconisæ laicæ erant, et quales esse debeant, XIX, 217, 1. Diaconissarum qualia erant officia, XX, 632, 2. Tria earum erant munia, XVII, 166, 1; XIX, 240, 1. Olim juxta templum habitabant, XVI, 80, 1. Diu fuere in ecclesia Græca, Latini statim eas abolevere, XIX, 240, 1.

DIADEMA. Diadema quid, et unde dicatur, IV, 379, 2; VIII, 23, 1; XII, 658, 2. Diadema olim quale esset, XII, 658, 2. Diadema regum non erat corona, sed fascia, I, 695, 2; XXI, 338, 2. Diadema regium insigne quis primus invenerit, VIII, 231; XXI, 338, 2. Diadema Christi quintuplex, VIII, 23, 2.

DIALOGI. Dialogi convivales priscis in usu fuere, V, 3, 1. Cur ii sint succincti, *ibid.*, 2. Dialogi Severi Sulpitii titulo Postumiani et Galli sunt inter apocryphos relati, XIX, 153, 1.

DIANA. Diana unde dicta, est luna, eadem est Lucina et Juno, ejus arma, forma, XVII, 358, 2. Est luna, et hebraice dicitur *Carnaim*, I, 195, 1. Cur dicatur regina cœli, XII, 68, 2. Cur dicta Ἄρτεμις, XVII, 358, 2, Dicta Opis, *ibid.*

Diana unde semper virgo manserit, XIX, 171, 2. Erat gentibus pudicitiæ ac viarum præses, V, 204, 1. Dianæ Multimammeæ templum Ephesi celeberrimum, XVIII, 583, 1; XXI, 42, 1. Dianæ Solvizoniæ templum erat Athenis, XVIII, 677, 2.

DIARIA. Diaria sua exacte conscripsere Judæi, IV, 258, 1. Item Persæ, 379, 1, 2.

DICTAMEN. Dictamen sapientiæ quod sit, IX, 51, 1. Ipsum a Deo manat, *ibid.* Dictamen conscientiæ (*Vide* CONSCIENTIA).

DICTAMNUS. Dictamnus herba describitur, medetur ea cervis sagitta ictis, V, 198, 2. Est pœnitentiæ symbolum, *ibid.* Item virginitatis et B. Virginis: unde dicatur virginale, 199, 1.

DICTATOR, DICTATURA. Dictator Romæ quando crearetur, IV, 451, 2. Dictatores Romæ fuere extraordinarii magistratus, XXI, 317, 2. Dictatura non erat annua, IV, 451, 2. Dictatura perpetua Romam perdidit, VI, 474, 1.

DICTERIA. Dicteria mordacia sæpe morbis animi medentur, VI, 90, 2. Exacuunt cordis malitiam, iram et indignationem, 282, 1. Dicteriis hominum frangi pusilli est animi, fortis autem ea sustinere, IV, 544, 2. Dicteriis dicaces non sunt impetendi, IX, 264, 2.

DIDO. Dido unde derivetur, XI, 350, 2; XII, 697, 2. Didonis erga Sichæum conjugem amor, I, 94, 2.

DIDRACHMA. Didrachma Hebræum cujus erat valoris, cujus tetrachmum Atticum, I, 713, 2. Didrachma argenti sunt duo regales, IV, 515, 1. Didrachma auri sunt duo aurei, *ibid.* Didrachma erat medius siclus; ipsum solverunt Judæi templo in populi censu, XV, 395, 1; 478, 2 et seqq.

DIDYMUS. Didymus præfuit scholæ Alexandrinæ, XIV, 192, 1. Didymus Alexandrinus in Epistolas Canonicas commentarium scripsit, XX, 5, 2. S. Hieronymi præceptor fuit cæcus, IV, 275, 1. Didymum cæcum quomodo S. Antonius sit consolatus, XI, 490, 1. Didymus quare in sua cæcitate sit beatus, XII, 85, 2. Didymi in sua cæcitate patientia, I, 277, 2.

DIES. 1° *Variæ verbi* diei *acceptiones in Scripturis.* Dies apud Hebræos sæpe significat annum, XIII, 569, 1. Capitur dies pro *judicio* phrasi Tarsensi, XVIII, 30, 1; 278, 1. Dies pro *calamitate* sumitur, *Job*, 396, 1. Item pro *clade* insigni et calamitosa quæ tali die contigit, XIV, 242, 1. Dies antonomastice vocatur dies excidii urbis Hierosolymitanæ sub Tito, XIX, 460, 2. Dies antonomastice iudicium extremum, *Job*, 229, 1.

2° *Variæ verbi* diei *cum adjunctione significationes.* Dies Domini dicitur dies ultionis quæ aliquas gentes perdet, XI, 129, 1; XIV, 242, 1. Dies mortis et judicii est etiam dies Domini, XII, 720, 1 XIV, 12, 2 (*Vide* JUDICIUM). Dies visitationis quæ dicatur, XX, 296, 1, 2. Quis dies redemptionis vocetur, XVIII, 647, 1. Dies revelationis est dies judicii, XX, 252, 1. Dies correptionis quæ dicatur, XI, 463, 2; 464, 1. Dies nubis est dies vindictæ, *Job*, 229, 1. Quem diem Christi et quomodo viderit Abraham, XVI, 454, 2 et seq.

Dies hominis quis et quomodo is non desideretur, XII, 146, 1; XVIII, 30, 1; 278, 1. Dies hominis est quo homo prosperatur et potens est, et honoratur et deliciatur, XII, 146, 2. Quam dies is vanus sit, *ibid.* Dies vanitatis est dies hujus vitæ, VII, 262, 2. Dies animæ sunt virtutes, *Job*, 350, 1. Dies numeri Hebræi idem est quod pauci et facile numerabiles, X, 263, 2 et seqq. Dies sæculi quomodo dicantur innumerabiles, IX, 54, 1. Dies Baalim tropologice qui dicantur, XIII, 310, 2. Dies juventutis synagogæ qui vocentur, 320, 2.

Dies quatuor peccatoris quinam sint, XVI, 488, 1. Dies delictorum quintuplices sunt, IX, 516, 1 et seq. Dies peccati detestanda, *Job*, 77, 1, 2; 79, 1. Dies pœnæ datur pro anno culpæ præteritæ, XII, 536, 2.

3° *Varia diei et umbræ symbola*, VII, 598, 1. Diei et noctis ænigma, X, 395, 1. Dies prosperitatis, nox tribulationis tempus aliquando significat, *Psalm.* I, 78, 2. Dies vitæ, nox mortis tempus etiam significat, *Psalm.* I, 121, 2. Dies splendorem, opes et felicitatem significat, XI, 755, 1. Item metonymice denotat victoriam et cladem eo die peractam, XI, 231, 1. Diei assimilatur fides et Evangelium, XX, 434, 2. Item beatitudo cœlestis, 435, 1. Dies

est præsens tempus Evangelii quo sol Christus suæ gratiæ radios toto orbe diffudit, XVIII, 224, 2. Dies homo quomodo tropologice fiat, XIII, 237, 2. Diei parvi et magni qui dicantur, XIV, 403, 2. Diei parvi dicuntur dies humiliationis et angustiæ, XIII, 300, 2. Dies fabricæ templi cur vocentur parvi, XIV, 403, 2. Dies magnos quos Romani vocarent, XIII, 303, 2. Dies læti quinam Hebræis fuerint, quos proinde festos habuerint, 301, 2. Dies boni dicuntur felices tum hujus, tum futuræ vitæ, XX, 327, 2. Dies alcyonis vocantur dies sereni et placidi, XVI, 57, 1. Dies maledicta dicitur mala et misera admodum, XII, 162, 1, 2. Dies 390 decubitus Ezechielis in latere sinistro, 532, 2. Portendunt totidem dies obsidionis Jerusalem, 536, 2. Dies excidii Hierosolymitanæ est typus diei mortis et judicii, XIII, 492, 2.

4° *Dies vitæ hominis quales.* Vitæ dies mali sunt, et tristes, et ærumnosi, XVIII, 657, 2; 675, 2. Dies hujus sæculi dies peregrinationis et doloris, *Psalm.* II, 71, 1. Dies sustinentiæ sunt proprie nostri, *Job*, 77, 2. Dies nostri dies mercenarii similes, 182, 2. Dies vitæ cursori similes, 238, 2; 320, 2. Dies quisque suam homini affert molestiam et curam, XV, 203, 2. Dies una an sit melior altera, IX, 168, 1 et seq.; 170, 1.

5° *Qualiter unumquemque diem sanctificare, et eo uti debeamus.* Diei primitiæ Deo et orationi dandæ, XV, 673, 2. Dies cum oratione inchoandus et finiendus, XVII, 152, 1. Dies antiqui recogitandi, *Job*, 460, 2. Quem diem quis quotannis recolere et celebrare debeat, XIII, 302, 2. Dies nativitatis a mundanis celebratur, *Job*, 78, 2. Dies tempus est ambulandi et negotiandi, V, 169, 2. Diem omnem judicat Deus, XVIII, 229, 2.

6° *Dominica dies præ aliis sanctificanda.* Dies unus præ alio festus et sanctior est, XVIII, 229, 2. Dies dominicus fuit primus diei mundi, I, 50, 2. Die 25 martii mundus creatus est et recreatus, X, 220, 2. Diem septimum, jam inde ab initio Deus sanctificavit, XIX, 386, 1. Dominica dies dignior sabbato, XVI, 112, 2. Et ei fuit substituta, et quando, est, 636, 1. In ea Christus fuit natus, 57, 2. Dominica dies cur dicatur prima sabbati, XV, 645, 1. Cur dicta Dominica, *ibid.* Dominicum diem recusare celebrans videtur negare Christi resurrectionem, XII, 148, 1, 2. Dominici diei præstantia, XVIII, 416, 1. Dominicæ diei cultus quam sit antiquus, XXI, 27, 1. In ea oramus stantes, XV, 183, 2. Dominica die cur fiat sacerdotum ordinatio, XVII, 276, 2. Olim dominica Quinquagesimæ jejunium sacrum inchoabatur, XIX, 326, 2. Dominica in albis unde dicatur, XVIII, 288, 1. Judaica dierum observatio egena sunt elementa, 552, 2; 553, 1.

7° *Dies mortis et judicii.* Dies mortis ob quid debeat præferri diei nativitatis, VII, 239, 2. Dies mortis sanctorum est felix, *Job*, 77, 2. Dies quælibet cogitanda ut extrema, X, 183, 2; 283, 1, 2. Diem mortis cur nos latere Deus voluerit, XII, 795, 2. Cur diem judicii incertum nobis esse voluerit Deus, XV, 519, 1. Dies mortis aut judicii dies malus est, XVIII, 675, 2. Dies judicii cur vocetur nox, XVI, 236, 2. Dies Domini quomodo in igne revelabitur, XVIII, 270, 2. Dies in inferno nulla est, sed nox perpetua, XXI, 358, 1. Dies continuus erit post judicium peractum, XIV, 533, 2. Dies mundi finiendi a secreto Dei dependet, et proinde incertus est, sed moraliter sciri potest, XXI, 355, 1. Diem consummationis sæculi quatenus sciat et non sciat Christus, XV, 518, 1 et seq. Inter diem judicii et signa prævia intercedet aliquod quieti temporis spatium, 519, 1. Dies æternitatis erit piis lucida et clara, impiis frigida et tenebrosa, XIV, 533, 2 (*Vide* JUDICIUM).

8° *Dies pro spatio horarum 12 sumptus.* Dies unde in duodecim horas divisus, XX, 550, 1. Quomodo diem computarent Romani, XV, 312, 2. Quomodo aliæ nationes, *ibid.* Eum Hebræi in quatuor partes dividebant, 716, 1. Diei apud Hebræos partes et horæ erant quatuor, XX, 549, 2. Dies triplex apud Judæos erat, XV, 543, 1. Dies transeundo et fluendo quomodo permanere dicantur, *Psalm.* II, 322, 1. Dies Palæstinus longissimus est 14 horarum, X, 469, 2. Dies Josue quo sol stetit, quot horarum fuerit, *ibid.* Dies Josuanus 28 horarum, III, 63, 2. Longior Ezechiano, 64, 1. Dies decimus quartus criticus in morbis, XV, 61, 1. Quot diebus lugendi sunt mortui, X, 280, 1. Dies septem luctui præfiniti erant, IX, 583, 2.

9° *Dies historici magis celebres in Scriptura memorati.* Dies sortium sive Phurim Persis, fuere Judæis diei Phurim, IV, 387, 2. Mystice dies Phurim fuere dies passionis Christi, eritque dies judicii, *ibid.* Quo die celebratæ sunt nuptiæ in Cana, XVI, 326, 1. Dies octava scenopegiæ erat festa, dicebaturque dies cœtus, vel collectæ, 426, 1. Dies prima Azymorum quando inciperet, XV, 549, 1; XVI, 521, 1. Quo die Christus in cœlum ascenderit, XVII, 63, 2 et seq. Dies certa dandi Spiritum sanctum cur a Christo non indicata, 54, 2. Dies vitæ Christi, VII, 503, 1. Dies actorum Christi initio vocationis Apostolorum digeruntur, XVI, 321, 1, 2; 326, 1. Dierum ultimorum vitæ Christi acta recensentur, XV, 464, 2; 467, 1; 549, 1; XVI, 503, 1. Dies festus sacrorum apud Persas, VII, 185, 2.

Dies mille trecenti triginta quinque post mortem Antichristi quinam intelligantur, et quomodo computandi sunt, XIII, 175. 2. Dies quot superfuturi sint cæso Antichristo, XXI, 342, 2. Diebus decem quomodo duratura sit tribulatio, 49, 1, 2. In diebus 1260 quibus Elias et Henoch prædicabunt, explicandis, ut Antichristum Pontificem Romanum faciant, quomodo se torqueant Lutherani et Calvinistæ, 224, 2 et seqq. Hi dies idem sunt cum 42 mensibus, et tribus annis cum dimidio præcise, *ibid.*

DIFFICULTATES. Difficile sæpe impossibile dicitur, XVIII, 312, 2. Difficultas rei habendæ ejus adauget desiderium, V, 266, 1, 2. Difficultates oriri solent in conversione hominum, XIX, 277, 2. In iis gaudere nos oportet, 278, 1. Difficultates in via virtutis magis hominem deterrent, quam quæ in vitiorum via occurrunt, X, 561, 2. Difficultates in via virtutis occurrentes generose sunt perfringendæ, eæ spinis comparantur, V, 463, 2; 464, 1, 2; XIV, 88, 1. Difficultates rei sæpe minuuntur in ejus susceptione, XX, 277, 1. Difficultates graves superantes vincunt quasi leones, X, 485, 1. Difficile nihil est Deo, IX, 312, 2.

DIFFIDENTIA. 1° *Diffidentia a Deo.* Diffidentia aliquando sumitur pro *incredulitate*, XVIII, 88, 2: *In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia.* Diffidentia oritur ex defectu fidei, quam illa Deo contumeliosa sit, XIV, 298, 1: *Væ provocatrix et redempta civitas,.... In Domino non est confisa, et ad Deum suum non appropinquavit.* Diffidentes Deo sunt duplices corde, IX, 103, 2: *Væ duplici corde et labiis scelestis.* Diffidentia in oratione displicet Deo, XX, 40, 2 et seqq.: *Postulet autem in fide nihil hæsitans; qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur.* Diffidentiæ hominum de Deo tres sunt effectus, XII, 139, 2: *Maledictus homo qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum.... Erit enim quasi myricæ in deserto, et non videbit, cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto.* Diffidentiæ duo jacula elidit Paulus, XVIII, 148, 2: *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, Quis est qui condemnet?*

Diffidentia de victoria animum remissum reddit, VI, 225, 1. *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.*

Diffidentia sui quam sit utilis, II, 434, 1.

DIGITUS. Digitus annularis quis, XIV, 348 2. Digitus auricularis quis, et cur in eo annulus gestatur, XXI, 100, 1. Digitum extendere quid sit, XI, 680, 2. Digitum elevandi mos unde profluxerit, IV, 482, 1. Digito medio summus ostenditur contemptus, V, 164, 2. Digito medio ostendi grave probrum erat apud veteres, XI, 680, 2.

Digiti decem refricant decem præcepta decalogi, V, 185, 2. Digitus significat Spiritum sanctum, I, 482, 2. Digitus Dei quis in miraculis Moysi, I, 503, 2.

DIGNA VIRGO. Digna virgo Aquileiensis ab Hunnis ad stuprum rapta, in flumen se, tuendæ virginitatis ergo, præcipitem dedit, XIII, 183, 2.

DIGNA VIRGO. Digna virgo Hispana fuit a S. Agatha ad virginitatem et martyrium invitata, 171, 2.

DIGNATIO. Dignatio mira Dei et Angelorum erga genus humanum, IV, 282, 2. Et nominatim S. Raphaelis, 290, 1. Dignatio Christi summa est erga genus humanum, XIII, 507, 1, 2.

DIGNITAS. Dignitatem quisque sibi optat potius quam fratri, IV, 516, 1. Dignitas non est danda stulto, quia ea ab ipso sordidatur, VI, 303, 1; 304, 1; 306, 1, 2; 307, 2. Dignitas in indigno est ornamentum in luto, V. 334, 1. Dignitates auro divenditæ mala afferunt plurima, VI, 377, 2. Dignitates hujus sæculi aureus quidam vapor sunt, XIII, 426, 2 (*Vide* Honor, Officium.)

DII GENTIUM (*Vide* Dei unitas).

DILECTIO (*Vide* Amor).

DILIGENS, DILIGENTIA. Diligentia opus est ad beneficia Dei percipienda, XVI, 373, 1 et seqq.: *Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate.* Diligens nulli parcit labori, VII, 269, 2: *Qui timet Deum, nihil negligit.* Diligentiæ mater est timor, *ibid.* Diligentia commendatur ministris Ecclesiæ, XVIII, 330, 2.

Diligentium fundi accurate coluntur, V, 464, 1. Diligentia parat divitias, 162, 1. Diligentes sua strenuitate parant sibi opes et dominium, V, 275, 2: *Egestatem operata est manus remissa; manus autem fortium divitias parat;* 369, 1: *Manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est, tributis serviet,* 373, 1: *Non inveniet fraudulentus lucrum; et substantia hominis erit auri pretium,* VI, 99, 2: *Cogitationes robusti semper in abundantia, omnis autem piger semper in egestate est.* Diligentia in operando conservat valetudinem et pellit timorem, X, 131, 2: *In omnibus operibus tuis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi.* Diligentiam homo discat a formica, V, 155, 2; *Vade ad formicam, o piger, et considera vias ejus, et disce sapientiam,* 158, 1, 2.

DILUVIUM. 1° Diluvii duplex fuit causa, I, 143, 1; X, 445, 1. Diluvium Deus ex summa ira in peccatores immisit, X, 313, 2; *Job,* 289, 1. Diluvium fuit Dei patientia, XX, 339, 1, 2.

2° Quo anno mundi contigerit, X, 444, 1. Id cœpit in maio, et quare, I, 141, 2.

3° Diluvii aquæ unde ortum habuerint, et quanta earum vis ad id fuerit opus, I, 143, 1 et seq.; 144, 1. Quæ cataractæ cœli in eo fuerint apertæ, I, 142, 2. An in eo omnes omnino montes fuerint obruti aquis, I, 145, 1. Ejus quantus fuerit horror, 2. Ventus ejus aquas siccavit, 147, 1. Quamdiu duraverit, 150, 1.

4° In diluvio an aliqui pœnituerint, I, 134, 2. Diluvio mersi non fuerunt omnes damnati, XX, 337, 2; 338, 2.

5° Diluvii et arcæ totius historiæ allegoria, I, 149, 2. Diluvium est figura baptismi, XX, 340, 1. Diluvium Ogygis et Deucalionis in Græcia, I, 157, 1. Diluvium Noë transformarunt Gentiles in diluvium Ogygis, IV, 427, 2. Diluvium Deucalionis finxerunt poetæ e diluvio Noe, XIV, 32, 2. Diluvium triplex, iniquitatum unum, alterum adversitatum hujus vitæ, tertium calamitatis gehennæ, XIV, 164, 2.

DIMIDIUM. Dimidium plus toto est, cur et quando, VI, 352, 1; X, 334, 2. Dimidium in dubiis melius est toto, XIV, 218, 2.

DISCERE. Discere prius est quam facere, XIX, 166, 2. Discenda minora ante magna, IX, 183, 2 : *Si est tibi intellectus, responde proximo ; sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato.* Discendum semper et a quolibet, V, 26, 1 : *Audiens sapiens, sapientior erit, et intelligens gubernacula possidebit.* Discere volentium exempla, XVII, 348, 1. Discere Christum est discere omnes virtutes, XVIII, 638, 2 : *Vos autem non ita didicistis Christum.*

DISCIPLINA. 1° *Disciplinæ definitio et natura.* Disciplina varia significat, X, 166, 2 : *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, et sic deprecatus exaudietur, et conservabit disciplinam, et tunc respondebit.* Disciplina proprie est vitiorum passionumque castigatio, V, 20, 1 : *Parabolæ Salomonis.... ad sciendam sapientiam et disciplinam.* Disciplina pro *castigatio*, XI, 630, 2 : *Disciplina pacis nostræ super eum.* Disciplina paterna, castigatio, *Psalm.* I, 99, 1, 2 : *Et disciplina tua correxit me in finem, et disciplina tua ipsa me docebit.* Disciplina virtutem prudentiæ aliquando significat, *Psalm.* II, 319, 2 : *Bonitatem et disciplinam, et scientiam doce me.* Disciplina in Scriptura significat rerum agendarum prudentiam, XIII, 10, 2 : *Pueros.... eruditos omni sapientia, cautos scientia, et doctos disciplina.* Disciplina sapientiæ quænam dicatur, IX, 61, 2 : *Disciplina sapientiæ cui revelata est, et manifestata.* Disciplina, sapientia, scientia quomodo differant, 346, 2 : *Sapientia et disciplina et scientia legis apud Deum.* Disciplinæ Dei erga nos, et parentum carnalium, duplex antithesis, XIX, 501, 1 : *Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos, hic autem ad id, quod utile est in recipiendo sanctificationem ejus.* Disciplina per inaurem denotatur, VI, 268, 1 : *Inauris aurea, et margaritum fulgens, qui arguit sapientem, et aurem obedientem*

Disciplina sapientiæ christianæ sæpe in humilitate sita est, XIX, 26, 2. Vocatur exercitatio, 501, 2 : *Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ.*

2° *Quotuplex Dei disciplina.* Disciplina Dei multiplex, V, 83, 1, 2 : *Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias; nec deficias, cum ab eo corriperis.* Quæ sit disciplina ducens ad perfectionem, XIX, 499, 2 : *In disciplina perseverate.*

3° *Disciplinæ bona et commoda.* Disciplinæ laus, VIII, 340, 2 : *Sapientiam enim et disciplinam qui abjicit, infelix est.* Disciplina magnum Dei donum est, XIX, 498, 2 : *Obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur : Fili mi, noli negligere disciplinam Domini.* Disciplina est gemma cœlestis præstantissima, V, 531, 2 : *Gemma gratissima, expectatio præstolantis ; quocumque se vertit, prudenter intelligit.* Disciplinæ bona, 399, 1 : *Qui parcit virgæ, odit filium suum; qui autem diligit illum, instanter erudit.* Ea quantum boni homini afferat, V, 477, 1 : *Qui abjicit disciplinam, despicit animam suam ; qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.* Disciplina in præsenti est gravis, sed postea dulcescit; ejus fructus, XIX, 501, 1, 2 : *Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mæroris, postea autem fructum pacatissimum..... reddet justitiæ.* Disciplinam ligneam renuens, habebit ferream in judicio, XII, 208, 1 : *Catenas ligneas contrivisti, et facies pro eis catenas ferreas.*

4° *Quibus specialiter competat disciplina.* Incipientibus competit, V, 19, 2 : *Ad sciendam sapientiam et disciplinam,.....ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia et intellectus.* Detur pueris, non senibus, VI, 143, 2 : *Proverbium est : Adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Utilis est discipulo et correpto, 267, 1. Disciplinæ attentio adhibenda, 191, 2 : *Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, et auris tua ad verba scientiæ.* Ea in omni congregatione servanda, 522, 1. Disciplinæ bonæ in urbe vel collegio tria indicia, *ibid.*

Disciplinæ monasticæ observantia in monasterio quantopere alios ad imitationem alliciat, XIV, 448, 2 : *In diebus illis..... apprehendent fimbriam viri Judæi, dicentes : Ibimus vobiscum ; audivimus enim quoniam Deus vobiscum est.* Disciplinæ monasticæ abjectio quomodo a Deo puniatur, XIII, 624, 2 : *Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus ; multi morientur, in omni loco projicietur silentium.*

DISCIPULI. 1° Discipuli regendi sunt disciplina, ut asini, X, 184, 2 : *Cibaria, et virga, et onus asino; panis, et disciplina, et opus servo.* Discipuli superant in vitiis magistros suos, XV, 492, 1 : *Circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum ; et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.* Discipuli boni magistrorum mortuorum sunt velut imagines, X, 89, 1 : *Mortuus est pater ejus, et quasi non est mortuus; similem enim reliquit sibi post se.*

2° Discipulorum munia quæ, IX, 470, 1 : *Audi me, fili, et disce disciplinam sensus, et in verbis meis attende in corde tuo.* Discipulorum est audire, docentis loqui, XX, 73, 1 : *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Eorum docilitas, obedientia, profectus, magnam doctori affert voluptatem et utilitatem, IX, 678, 1 *Beatus is.... qui enarrat justitiam auri audienti.* Suum magistrum affligens sibi probrum et infelicitatem accersit, VI, 39, 1 : *Qui affligit patrem et fugat matrem, ignominiosus est et infelix.* Discipulus patienter magistrum audiat, V, 12, 1 : *Doctrina viri per patientiam noscitur ; et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Discipulus qui magis verborum diligit ornatum quam scientiam, nihil reportat fructus, VI, 9, 2 : *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit.* Discipuli stant, magistri sedent, XVII, 387, 1 : *Ego sum vir Judæus... nutritus... secus*

pedes Gamalielis eruditus juxta veritatem paternæ legis. Discipulorum est stare vel assidere in scamno, XV, 137, 1: *Et cum sedisset* (Jesus), *accesserunt ad eum discipuli ejus.* Olim discipuli magistros osculabantur, VI, 241, 2: *Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.*

DISCIPULI CHRISTI. Qui discipuli Christi cum eo nuptiis interfuerint, XVI, 328, 1, 2. Et hi in eum credere post visum primum miraculum perrexerunt, 322, 1.

Discipulorum septuaginta duorum nomina non sunt nota, XVI, 144, 2. Figuræ eorum, *ibid.* Eorum officium, *ibid.* Qua in re Apostolis servirent, XVIII, 630, 1. Iis correspondent sacerdotes, *ibid.* Cur tot sint electi, 145, 1. Cur bini missi, *ibid.* Discipuli septuaginta duo, subinde Apostoli vocantur, XV, 254, 1. Hi de panibus vel omissis, vel corporalibus inter se agentes a Domino corripiuntur, 363, 2. Quare non potuerunt dæmonem ejicere e lunatico, 392, 1 et seqq.

Discipulus patrem sepelire volens qui fuerit, XV, 232, 1. Et an pater hic vivus fuerit, an mortuus, *ibid.*

Ex discipulis Christi multi eum deserunt propter sermonem de carne ejus sumenda, et qui hi fuerint, XVI, 412, 2. An ex iis fuerit S. Marcus, 413, 1.

Discipuli duo missi ad asinam adducendam qui fuerint, XV, 457, 1. Discipulorum Christi fuga significata in eo quod in festo expiationis solus pontifex esset in tabernaculo, II, 107, 1. Qui discipuli de Christi resurrectione dubitarint, et quando, XV, 656, 2.

Discipulorum duorum in Emmaüs euntium historia, XVI, 274, 1. An in ea Lucas differat a Marco, 274, 2, Quinam hi duo fuerint, *ibid.* Et quare in Emmaüs ierint, *ibid.* Emmaüs etymon iis adaptatur, 275, 1. Cur Christum non agnoverint, 2. Cur iis alia effigie appareat, 276, 1. Cur tecte loquantur, *ibid.*, 277, 1. Eorum vana spes et diffidentia, *ibid.*

Discipulorum Joannis Christum audientium, in eo audiendo ardor, XVI, 320, 1. Quare litem moverint cum discipulis Christi super baptismo, 348, 1, 2 et seqq. A Joanne docentur Christum se esse majorem et digniorem, et se nonnisi ejus esse indicem, XVI, 348, 2 et seqq. Discipuli Joannis ad Christum transiere, XV, 340, 1. Eorum jejunium, XVI, 243, 2; 245, 2.

DISCORDIA, DISSENSIO. 1° Discordia affinitatem habet cum invidia et superbia, V, 545, 2: *Qui meditatur discordias, diligit rixas.*

2° Discordiæ pater est Lucifer, IX, 670, 1. Item cupiditas, *ibid.* Discordiam seminantes sunt filii diaboli, XV, 149, 2: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Sunt socii diaboli et Antichristi, V, 168, 2: *Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur,...... eum qui seminat inter fratres discordias.* Discordias seminant impii, 163, 2: *Pravo corde machinatur malum, et omni tempore jurgia seminat.* Dissentiens ab altero alium ab eo affectum habet, qui est causa litium, VI, 318, 2: *Cum defecerint ligna, exstinguetur ignis; et susurrone subtracto, jurgia conquiescent.* Quæ sint discordiæ faces, V, 511, 2: *Homo perversus suscitat lites, et verbosus separat principes.*

3° Discordia fraterna a Deo sæpe graviter punita, XIII, 544, 2. Dissensionibus offenduntur Angeli, XV, 404, 1 et seq. Dissidia inter sanctos homines et voluntatum dissensiones interdum oriuntur, XIII, 142, 2: *Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti et uno diebus.* Dissensio inter sanctos potest esse sine peccato, XVII, 304, 2: *Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab invicem* (Paulus et Barnabas). Discordia in cœtu bene structa destruit, X, 209, 2: *Unus ædificans, et unus destruens, quid prodest illis nisi labor?* Discordia est certa ruina reipublicæ, XI, 135, 2: *Et irruet populus, vir ad virum.* Discordia perdidit Romanam rempublicam, XV, 304, 1: *Omne regnum divisum contra se desolabitur: et omnis civitas, vel domus divisa contra se, non stabit.* Discordia et ambitio principum sacerdotum apud Judæos quanta postea fuerit, XII, 541, 2. Discordiæ castigatio, XVIII, 512, 1, 2: *Pacem habete, et Deus pacis erit vobiscum.*

DISCRETIO. *Quid sit.* 1° Discretio est species prudentiæ, V, 20, 2. Ea digitis denotatur, V, 185, 2: *Liga eam* (legem) *in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui.* Etiam sale denotatur, X, 317, 2: *Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis et ferrum, sal, lac, et panis similagineus, et mel, et botrus uvæ, et oleum, et vestimentum.*

2° *Quibus in rebus discretio sit adhibenda*, X, 239, 1: *Omnem escam manducabit venter, et est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum feræ, et cor sensatum verba mendacia.* Discretio in correctione fraterna imprimis necessaria est, XV, 407, 2: *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum.* Discretio est virtus principum, VI, 221, 1: *Cum dispositione initur bellum; et erit salus ubi multa consilia sunt.*

3° *Discretionis commoda et elogia*, VIII, 181, 2. Pacem inter homines conservat, XV, 702, 2: *Pacem habete inter vos.* Discretionis commendatio, XVIII, 201, 2: *Rationabile obsequium vestrum.* Discretio est auriga virtutum, II, 19, 1. Velut sepes est in audienda detractione, X, 60, 2: *Sepi aures tuas spinis, et linguam nequam noli audire.* Mire valet ad perfectionem virtutis, V, 217, 2: *Sapientia ædificabitur domus, et prudentia roborabitur.*

DISCRETIO SPIRITUUM. Discretio spirituum, quid sit, XVIII, 373, 2: *Alii* (datur) *discretio spirituum.* Magnum Dei donum est, XX, 587, 1: *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint.* Donum discretionis spirituum multi

sancti habuere, XVII, 289, 1 : *Qui* (Paulus) *intuitus eum, et videns quia fidem haberet, ut salvus fieret.* Discretio spirituum est confessariis et animarum rectoribus a Deo petenda, XVIII, 373, 2.

DISCUS. Discus quale athletarum instrumentum esset, XIV, 404, 1. Disci exercitatio quæ, IV, 414, 1. Discus solebat per palæstram circumferri, 514, 2. Discum ferreum jacere solebant luctatores, IX, 207, 2.

DISPENSATOR. Dispensatoris munia : ejus præcipua virtus fidelitas et prudentia, XVIII, 277, 1, 2 : *Sic nos existimet homo ut.... dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quæritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur.* Dispensatores tantum sumus donorum Dei, XVI, 215, 1 : *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum,* 217, 1. Dispensator cuique suum pro meritis distribuat, 179, 1 : *Quis putas, est fidelis dispensator et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.*

DISPUNCTIO. Dispunctio verborum, capitum et sententiarum sacræ Scripturæ multum valet ad ejus genuinum sensum capiendum, XIII, 252, 2.

DISPUTATIO. Disputationes scholares acuunt ingenium, VI, 346, 2 et seq. : *Ferrum ferro exacuitur, et homo exacuit faciem amici sui.* Cum quibus disputandum sit, et qua modestia, XIX, 286, 2 : *Noli contendere verbis, ad nihil enim utile est nisi ad subversionem audientium.* Disputationes quomodo instituendæ, *Job*, 178, 1 : *Respondete, obsecro, absque contentione, et loquentes id quod justum est judicate.* In disputatione quæ a catholicis servanda, XIX, 254, 2 : *Si quis aliter docet.... superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones,* etc. Disputare de fide non est laicorum rudium, XX, 656, 1 : *Deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei.* Disputare cum Deo quid, *Job*, 297, 2 : *Ad Omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio.*

DISSIMULATIO. Dissimulans multa, aptus est ad regendum, V, 55, 1, 2 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est : et pretiosi spiritus vir eruditus.* Dissimulat in lapsu alieno vir sapiens, VI, 14, 1 : *Doctrina viri per patientiam noscitur, et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Dissimulatio peccatorum noxia, *Job*, 98, 1 : *Nonne dissimulavi? nonne silui? nonne quievi? et venit super me indignatio.*

DISSOLUTI, DISSOLUTIO. Dissoluti corde sunt pusillanimes, IX, 106, 2 : *Væ dissolutis corde qui non credunt Deo, et ideo non protegentur ab eo.* Dissolute inter sanctos viventes, quam merito culpandi, XI, 377, 1, 2 : *In terra sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini.* Dissolutionem monasteriorum quomodo puniat Deus, XIII, 624, 2.

DISTRACTIO. Distractiones in oratione cavendæ, XV, 184, 1 : *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito;* 249, 1 : *Et cum ejecta esset turba, intravit et tenuit manum ejus, et surrexit puella.* Ob distractionem in oratione verba ejus non sunt iteranda, IX, 231, 2 : *Non iteres verbum in oratione tua.* Involuntaria distractio non est peccatum, *ibid.* (*Vide* ORATIO).

DIVINATIO, DIVINI. 1° Divinatio vox unde derivetur, V, 493, 1. Sic olim vocabatur judicium rei obscuræ, V, 494, 2. Divini vocantur conjectores, VI, 473, 2. Vocantur somniatores, XIV, 477, 2. Divinandi ratio apud Assyrios et Ægyptios, I, 375, 1. Divinandi ratio per baculum in sublime jactum in usu fuit apud veteres, XII, 656, 1, 2.

2° Divini somnia diversimode exponunt, unde eorum vanitas elucet, X, 195, 1. Eorum responsa obscura sunt, 195, 2. Per dæmonem sæpe vera prædicunt, 319, 1. Divinatio erronea a diabolo profecta res mendax est, 193, 2. Divinatoria sors quæ et quatenus illicita sit, XIV, 32, 2 et seq.

3° Divinatio et prænotio futurorum contingentium non fit naturaliter, sed propria est divinitatis, XII, 55, 2. Divinationis veritas est testimonium divinitatis et sanctitatis, X, 258, 1. Divinitatis testis est veritas divinationis, XI, 515, 2. Divinare prophetias adhuc futuras quatenus liceat per accommodationem, omen divinum et novam prophetiam, XIII, 252, 1, 2. Divinant subinde morituri, IV, 310, 1. Divinandi vis non est in anima moribundi vel maniaci, XIII, 247, 1, 2.

DIVINITAS. 1° Divinitas in Deo est ejus gloria objectiva eique intrinseca, X, 382, 2 : *Quis satiabitur videns gloriam ejus?* Divinitas una numero est, XIX, 23, 2 : *Qui cum in forma Dei esset.* Divinitas omnes dotes et perfectiones in se continet, XIII, 293, 1. Divinitatis puritas, amor, ardor, trinitas personarum, æternitas duplex, XIV, 254, 1 : *Incurvati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis ejus.* Deitas est velut sol, XXI, 236, 2 : *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole et luna sub pedibus ejus.* Divinitatis dulcedo non potest capi nisi a mentibus Beatorum, VI, 291, 2.

2° Divinitas effigiari et repræsentari nequit, XVII, 337, 1 : *Genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis et cogitationis hominis, divinum esse simile* Divinitatis quod sit hieroglyphicum et ænigma, XIV, 254, 1. Divinitatis symbolum est ignis, IV, 502, 2. Divinitas lucerna notatur, VI, 70, 2 et seq. Ejus symbolum est amiantes lapis, XX, 245, 1. Repræsentatur per jaspidem et sardium quorum colorem Deus in throno sedens habere credebatur, XXI, 95, 2.

3° Divinitatem ambit diabolus, XV, 126, 2 : *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Divinitatem ambientes punire solet Deus, IX, 174, 2 : *Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam*

cordis tui, et ne dixeris : Quomodo potui, aut quis me subjiciet propter facta mea? Ejus tamen omnes appetentes sunt, IX, 505, 1, 2 : *Vidit præsumptionem cordis eorum, quoniam mala est.* Divinitatem ambientes phthiriasi consumpti, XVII, 271, 2 : *Confestim autem percussit eum angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo.* In divinitatem injurii sunt hæretici, XX, 451, 1 et seqq.

4° Divinitas possedit humanitatem Christi per unionem hypostaticam, V, 224, 1 : *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Humanitas ei subordinata est, 228, 2 : *Ab æterno ordinata sum.* Divinitas arboris trunco assimilatur cui humanitas inserta est, XX, 80, 1 : *In mansuetudine suscipite insitum Verbum, quod potest salvare animas vestras.* Tota et plena in Christo inhabitavit, idque corporaliter, XIX, 86, 2 : *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Divinitas Christi ostenditur, astruitur et probatur, XV, 220, 1 : *Ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens : Domine, si vis, potes me mundare.* Divinitas Filii et Spiritus sancti probatur ex visione Isaiæ, XI, 166, 2; 167, 1; XVI, 479, 2 et seq. : *Ego et Pater unum sumus;* XX, 504, 1, 2 et seq. : *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris.... et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ;* 506, 2 ; 608, 2 et seqq. : *Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei?* 611, 1 : *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo : Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt;* 624, 2 et seq. : *Dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum et simus in vero Filio ejus; hic est verus Deus et vita æterna.* Qui hæretici eam negarint, XVI, 295, 1. Divinitas Patris et Filii una et eadem est, 544, 1, 2 : *Pater autem in me manens, ipse facit opera.* Divinitas Christi ejusque humanitas per α et ω mystice repræsentatur, XXI, 26, 1; 37, 2.

Divinitatem non potuit Christus mereri, utpote quam haberet antequam nasceretur, XXI, 133, 1. Eam quomodo Agnus accipere dicatur, 133, 2 : *Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem et divinitatem.* Divinitas erat causa efficiens verborum et operum Christi, XVI, 544, 2 et seqq. Christus divinitatem suam cognosci petit, 591, 1 : *Clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te;* 595 1 : *Nunc clarifica me, tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset apud te.* Ipse eam in transfiguratione Apostolis non ostendit, XV, 382, 2 : *Et tranfiguratus est ante eos, et resplenduit facies ejus sicut sol.* Divinitas in passione integra permansit, XVI, 622, 2 : *Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur : Os non comminuetis ex eo.* Divinitas eum in tormentis sustentabat, XV, 628, 2. Divinitas Christi e patientia ejus colligi potuit, VI, 13, 2. Divinitas Christi non est passa, XX, 345, 1 : *Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini.* Hæc in illius morte emicuit, XVI, 534, 1, 2 : *Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso : et continuo clarificabit eum.* Divinitas Christi semper, et etiam in morte, mansit tam corpori quam animæ ejus conjuncta, XIII, 364, 1, 2; XV, 641, 1.

Divinitas Christi in Eucharistia est causa resurrectionis nostræ, XVI, 407, 15 et seq. : *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.* Nobis assidue dat vitam gratiæ, 409, 2 : *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem ; et qui manducat me, et ipse vivet propter me.* Divinitas Christi carni unita summa est claritas, 601, 1 : *Et ego, claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis* (*Vide* Eucharistia, Incarnatio, Jesus Christus).

DIVINUS, DIVINA. Divini quomodo fieri possimus, XIII, 497, 1, 2. Deiformes quomodo evasuri sumus, XIV, 255, 2. Divinum est animarum conversioni studere, XX, 227, 2.

Divina concipimus ut humana solemus, V, 221, 2. Divina arcana abscondenda sunt, VI, 252, 2 et seq. : *Gloria Dei est celare verbum.* Non sunt nimis curiose scrutanda, 291, 1 : *Qui scrutator est majestatis, opprimetur a gloria.* Sed possunt ab hominibus inquiri, *ibid.*, 2.

DIVITIÆ, DIVES, OPES. 1° Divitiarum, opum definitio, natura, et earum in Scriptura variæ acceptiones. — Dives dictus quasi divus, VI, 151, 1. Divitias sumit Paulus pro copia per catachresin, XVIII, 57, 1 : *An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis?* Item pro immensa Dei misericordia, *ibid.* Divitiæ ita dictæ quia mentem dividunt, XV, 199, 1. Opes dicuntur ab ope quam afferunt, IX, 409, 1 : *Viro cupido et tenaci sine ratione est substantia, et homini livido ad quid aurum?* Opes ab Hebræis vocantur spolia, VI, 492, 2 : *Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit.* Opes vocantur in Scriptura propagines, XIV, 177, 2 : *Vastatores dissipaverunt eos, et propagines eorum corruperunt.* Opes cur vocentur mammon, id est tenebræ, XI, 550, 1 : *Dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum.* Cur vocentur impiæ, V, 271, 2 : *Nil proderunt thesauri impietatis; justitia vero liberabit a morte.* Quare vocentur mammona iniquitatis, X, 205, 1, 2 : *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt beneplacitæ subsannationes injustorum.* Cur dicantur injustæ et iniquæ, VI, 434, 2; IX, 172, 1 : *Noli attendere ad possessiones iniquas;* XVI, 317, 2 : *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Cur dicantur alienæ, 218, 2 et seqq. : *Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?* Divitiæ terræ quo sensu divitiæ et non divitiæ sint, VII, 209, 2 : *Avarus non implebitur pecunia.* Quæ bonæ, quæ malæ, IX, 403, 1, 2 : *Bona est substantia, cui non est peccatum in concupiscentia.* Non sunt malæ, sed earum cupiditas, *Job*, 30, 1. Sunt res indifferentes, X, 19, 1.

Divitiæ per sinistram sapientiæ repræsentantur, V, 88, 1 : *Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius divitiæ et gloria.* Cisternæ assimilantur, 140, 1, 2 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui.* Aquilis comparantur, VI,184,2 : *Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere, quia facient sibi pennas quasi aquilæ, et volabunt in cœlum.*

II. ORIGO, DISTRIBUTIO, FINIS DIVITIARUM. — 1° *Ditat solus Deus*, V, 301, 1 : *Benedictio Domini divites facit.* Divitiæ donum Dei sunt, hinc dat eas sæpe non sollicitis, negat sollicitis, IX, 344, 2 : *Est homo... egens recuperatione, plus deficiens virtute, et abundans paupertate. Et oculus Dei respexit illum in bono.* Sæpe proveniunt ab uxore bona, X, 242, 2 : *Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem.*

2° *Divitiæ a Deo dantur dignis*, V, 336, 2 : *Anima quæ benedicit, impinguabitur; et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Proprie sunt proborum et justorum, 220, 2 : *In viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam.* Justis proveniunt ex favore Dei, 301, 1. Ineptis cum cedunt, injuriam quodammodo sibi fieri putant, 429, 1, 2 : *Corona sapientium, divitiæ eorum.* Ditet quando suos Deus, IX, 357, 2. Divitiæ tamdiu oberrant donec ad justum tanquam ad legitimum dominum perveniant, VI, 102, 1 : *Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere judicium.* Opes avari justo Dei judicio in liberalem derivantur, 368, 2 : *Qui coacervat divitias usuris et fœnore, liberali in pauperes congregat eas.* A Deo datæ afferunt animi quietem, secus opes mundanæ, V, 301, 2. Sapientem instar coronæ decorant, 429, 1, 2 et seq.: *Coronæ sapientium, divitiæ eorum.* Et pium maxime, non impium, *ibid.*

3° *Divitiarum finis*, X, 116, 2. Dives a Deo impletur divitiis, ut probetur an iis non sit abusurus, 118, 1 : *Erit illi gloria æterna, qui potuit transgredi, et non est transgressus.* A Deo dantur ut rite expendantur, V, 429, 2.

4° *Divitiarum utilitas in quo sita sit*, V, 290, 1 : *Substantia divitis, urbs fortitudinis ejus.* Earum commoda, VI, 144, 2. Earum necessitas, V, 429,1,2. Dives putat se per opes invictum tutum et securum esse, 290, 2; 569, 1. Divitiæ sunt diviti quasi munimentum et vallum, V, 290, 1. Sunt fortitudo divitum, 451, 1. Addunt diviti animos et robur, 380, 2 : *Redemptio animæ viri, divitiæ suæ.* Tacite hominem a quolibet malo liberant, 380, 2. Parant diviti amicos multos, VI, 6, 1 : *Divitiæ addunt amicos plurimos.* Dives semper in gaudiis erit, V, 458, 1 : *Omnes dies pauperis mali; secura mens quasi juge convivium.*

III. DIVITIARUM ACQUISITIO. — 1° *Quid vitandum in divitiarum acquisitione.* Primo. *Divitiis in hac vita non est inhiandum*, XIX, 256, 2 : *Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium quod nec auferre quid possumus.* Nimiæ non sunt optandæ, VI, 432, 2 : *Mendicitatem et divitias ne dederis mihi.* Eæ quæ vires superant, non sunt expetendæ, 184, 2. Superant hæ omnes avari studium et conatum, 185, 1. Divitiæ non sunt multiplicandæ, IX, 342, 2 : *Si dives fueris, non eris immunis a delicto.* Alimenta necessaria, non opes nimiæ a Deo sunt petendæ, VI, 433, 1, 2. Ad quid habeantur et haberi desiderentur, XIX, 257, 2. Divitiis non caret, qui divitias non desiderat, *Psalm.* II, 69, 1. Divitias coacervare quando sit peccatum mortale, XVI, 114, 1 : *Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.* Divitiarum comparandarum nimium studium est jugis animæ cruciatus, et homines ad illicita compellit, VI, 182, 2 : *Noli laborare ut diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum.* Ditescendi nimium studium tabefacit carnem hominis, X, 110, 2 : *Vigilia honestatis* (græce πλούτου) *tabefaciet carnes, et cogitatus illius auferet somnum.* Hoc avertit mentem ejus a Deo, *ibid.*, 1. Eamque inquietat, *ibid.*, 2. Ditescendi cupiditas causa est iniquorum contractuum, 20, 1 : *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic et inter medium venditionis et emptionis angustiabitur peccatum, conteretur cum delinquente delictum.* Ditescendi medium paradoxum, 254, 2 : *Cum emptore* (tracta) *de venditione.* Opibus studentes sæpe justitiam et Dei legem violant, VI, 182, 2. Divitiarum cupiditas morbus insanabilis, XIX, 260, 2 : *Quam* (cupiditatem) *quidam appetentes inseruerunt se doloribus multis.* Quando sit peccatum mortale, IX, 342. Ditescendi nimium studium moderandum est, VI, 184, 2.

Secundo. *Divitiæ non sunt comparandæ mediis injustis.* Divitiæ injuste partæ non ditant, V,101,1,2: *Egestas a Domino in domo impii.* Inique partæ non perennant, sed diffluunt, IX, 566, 1 : *Qui ædificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hieme;* Job, 348, 2: *Non ditabitur, nec perseverabit substantia ejus, nec mittet in terra radicem suam;* 427, 1 : *Divitias quas devoravit evomet, et de ventre illius extrahet eas Deus.* Opes fraude partæ cito pereunt, V, 41, 2; 328, 2; *Impius facit opus instabile;* 369, 1, 2 : *Manus fortium dominabitur : quæ autem remissa est, tributis serviet;* 371, 1 : *Qui negligit damnum propter amicum, justus est, iter autem impiorum decipiet eas;* 372, 1, 2 : *Non inveniet fraudulentus lucrum;* 384, 1, 2: *Substantia festinata minuetur; quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.* Eæ cito avolant, 276, 2 : *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos; idem autem ipse sequitur aves volantes;* XII, 141, 2 : *Perdix fovit quæ non peperit, fecit divitias et non in judicio; in dimidio dierum suorum derelinquet eas.* Opes iniquorum affluunt cito, et refluunt, et pereunt cum strepitu, X, 331, 1; 332 : *Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, et radices immundæ super cacumen petræ sonant.* Male partæ non sunt diuturnæ, XIII,

394, 2; 395, 1 : *Ventum seminabunt, et turbinem metent; culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam; quod et si fecerit, alieni comedent eam.* Eas pater ad filium non transmittet, V, 341, 2 : *Qui conturbat domum suam, possidebit ventos;* 451, 2 : *Domus justi plurima fortitudo, et in fructibus impii conturbatio.* Opes impiorum disturbantur et pereunt, 451, 2. Quin et ipsi eas inutiliter consumunt, *ibid.* Cur divitiæ male partæ affligant et inquietant, 271, 2. Cur cito partæ, cito diffluant, 384, 1, 2.

2° *Quibus mediis comparandæ divitiæ.* Sunt parandæ per artes et industriam, VI, 183, 1; 184, 2. Proficiscuntur ab industria, 495, 1 : *Quæsivit lanam et linum, et operata est consilio manuum suarum.* Sunt homini comparandæ ante fabricam domus, 243, 2 : *Præpara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum, et postea ædifices domum tuam.* Ditescere volens etiam minima lucra captet, V, 275, 2 : *Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium divitias parat.* Labore partæ proprio sunt chariores hæreditate relictis, 372, 1. Labore partæ præstantiores sunt nobilitate, 354, 2. Opes moderatus sibi quisque laborando paret, VI, 144, 2. Justis artibus parandæ sunt, 182, 2. Opes modicæ justæ præstant magnis injustis, V, 492, 1 : *Melius est parum cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate.* Dives debet esse animus, non arca, *Psalm.* II, 264, 2 : *Gloria et divitiæ in domo ejus, et justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Ditescendi optima ratio est justitia, liberalitas et eleemosynæ studium, VI, 182, 1. Opes justorum stabiles sunt et firmæ, V, 347, 2: *Non roborabitur homo ex impietate, et radix justorum non commovebitur.* Eæ civitatem exaltant, 320, 1 : *Benedictione justorum exaltabitur civitas.* Eæ a Domino benedicuntur, 370, 1.

IV. Divitiarum possessio. — 1° *Divitiarum possessio dare non potest felicitatem, sed e contrario miserum facit.* Primo, *quia sunt vanæ*, VII, 103, 1 : *Coacervavi mihi argentum et aurum, et substantias regum ac provinciarum.... vidi in omnibus vanitatem;* 211, 1 : *Ubi multæ sunt opes, multi et qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernat divitias oculis suis?* 215, 1: *Est et alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole : divitiæ conservatæ in malum domini sui.* Sunt et vocantur vanitas, VI, 100, 2 : *Qui congregat thesauros lingua mendacii vanus et excors est.* Earum descriptio et vanitas, VII, 68, 1, 2 et seq. Quid sint secundum Gregorium Nazianzenum, *ibid.* Sunt bonum infimum, VI, 132, 2 : *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ.* Carent successu et felicitate, 72, 2 : *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.* Vanæ sunt et indignæ quibus homo cor apponat, XIV, 182, 2 : *Diripite argentum, diripite aurum : Et non est finis divitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.* Earum vanitas et pernicies, XVI, 170, 2. Sine sapientia sunt vanæ et noxiæ, V, 540, 2 : *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit?*

Secundo, *quia divitiæ possidentem non satiant*, V, 460, 2 : *Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles;* VI, 183, 1; 215, 1, 2 : *Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis.* Non explent mentem, IX, 343, 1. Fugiunt sequentem, *ibid.* Non extinguunt habendi sitim, 379, 1; *Job*, 622, 2.

Tertio, *quia faciunt hominem miserum et a nullo malo eum liberant;* X, 113, 2: *Multi dati sunt in auri casus, et facta est in specie illius perditio illorum.* Non prosunt, sed obsunt possidenti, V, 272, 1; VI, 371, 2: *Sapiens sibi videtur vir dives; pauper autem prudens scrutabitur eum.* Opes quas afferunt turbationes, lites, angores, V, 461, 1. Divitibus sunt tormentum, VII, 215, 1. Divitiæ curas pariunt, *Job*, 432, 2. Non habentur sine amaritudine, 361, 2. In quo divites paupere infeliciores sunt, IX, 555, 2 : *Est qui vetatur peccare præ inopia, et in requie sua stimulabitur.* Dives æger miserior paupere bene sano, X, 96, 2 : *Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quam dives imbecillis et flagellatus malitia.* Huic divitiæ sunt inutiles, 100, 1 : *Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulcro.* Non prosunt ægris divitibus, 100, 1. Dolores sunt et spinæ, XV, 325, 1; XIX, 260, 1. Cur vocantur a Christo spinæ, VII, 219, 2. Cur hominem affligant et inquietant, V, 272, 1. Senectutem accelerant, *Job*, 443, 1 : *Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt confortatique* (græce *senuerunt*) *divitiis?* Divites cur non diu vivant, XVI, 170, 1 : *Dicam animæ meæ : Habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.*

Quarto, *quia sunt fallaces, umbraticæ, instabiles et fugaces*, V, 541, 1; *Psalm.* I, 205, 1 : *Divites eguerunt et esurierunt; Job*, 347, 2. Fluxæ sunt, et non in nostra potestate, 451, 2 : *Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit a me.* Avolant cito et collabuntur, VI, 184, 2 et seqq.; 216, 2. Oculorum avari aciem eludunt, 185, 1. Idque ad modum aquilæ avolantis, *ibid.* Peregrinantur ab alio ad alium, 102, 1 : *Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere judicium.* Eæ transeunt a patre in filios et nepotes, V, 451, 2. Earum incertitudo, XIX, 265, 2 : *Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum.* Divitiæ fluunt dum affluunt, *Psalm.* I, 397, 2: *Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere.* Flori fœni comparantur, XX, 46, 2 : *Glorietur... dives... in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit.* Variis casibus subjacent, VI, 356, 1. Sunt fragiles fundamentum fiduciæ, *Job*, 622, 2 : *Si putavi aurum robur meum, et obrizo*

dixi : Fiducia mea. Qui in iis confidit, inani nititur fundamento, V, 340, 1 : *Qui confidit in divitiis, corruet; justi autem quasi virens folium germinabunt.*

2° *Divitiarum possessio periculis abundat.* Primo. *Divitiarum mala et damna*, VI, 436, 1, 2 : *Divitias ne dederis mihi... ne forte satiatus, illiciar ad negandum, et dicam : Quis est Dominus ?* X, 114, 1 : *Qui aurum diligit, non justificabitur;* XVII, 134, 1, 2 ; XIX, 260, 2 : *Quam* (cupiditatem) *quidam appetentes, inseruerunt se doloribus multis.* Divitiæ sunt causa multorum malorum, XIV, 138, 1, 2 : *Numquid justificabo stateram impiam, et saccelli pondera dolosa. In quibus divites ejus repleti sunt iniquitate...* Quare malæ sunt, X, 116, 2 : *Beatus dives... qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris; quis est hic, et laudabimus eum ?* Divitiarum pernicies, XI, 156, 1, 2 et seq.; *In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum : Nisi domus multæ desertæ fuerint, grandes et pulchræ, absque habitatore.* Divitiæ multis sunt exitio, X, 113, 1, 2. Divitiæ multis periculis sunt expositæ, *Psalm.* I, 205, 1.

Secundo. *Divitiæ multorum peccatorum sunt causæ*, X, 113, 1 ; 116, 1. Divitiæ vitiorum fomes sunt, XIII, 338, 1 : *Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi*, XX, 107, 1. Sunt arma iniquitatis, *Job*, 346, 1 : *Cucurrit adversus eum* (Deum) *erecto collo, et pingui cervice armatus est.* Earum affluentia est illecebra peccandi, XVI, 170, 1. Sunt vitiorum ministræ, VI, 372, 1 ; 435, 1. Dives cadit in omnia vitia, *ibid.* Divitiæ sunt laqueus et retia diaboli, XIX, 258, 2 : *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli.* Dominis sunt compedes, laquei et pedicæ mortis, VI, 100, 2 et seq.: *Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis.* Et ab iis sæpe deorsum trahuntur, 101, 2. Ditescendi nimium studium est jugis animæ cruciatus, et homines ad illicita compellit, 182, 2. Dives in auro non peccans rarissimus est. X, 115, 1.

Tertio. *Divitiæ sapientiæ studium et virtutis amorem imminuunt*, VI, 183, 1. Dives opibus sæpe est inops virtutibus, V, 380, 1 : *Est quasi dives, cum nihil habeat : et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.* Dives opibus non est semper dives in gratia, VI, 134, 1, 2. Divites sunt steriles virtutum, *Job*, 351, 2 : *Ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.* Qui valde divites sunt, non sunt viri boni, XIX, 259, 1. Divitum Christianorum non est quod se pauperibus præferant, quia majora habent virtutum impedimenta quam pauperes, XIV, 506, 2 : *Salvabit Dominus tabernaculum Juda, ut non magnifice glorietur domus David.* Opes diviti non tam commodo sunt, quam oneri et impedimento ad virtutem, XV, 432, 1 : *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cœlorum.* Quam difficulter amare Deum queant, XX, 107, 1. Mentem opes obtundunt, *Job*, 347, 1. Divitum cæcitas in amandis opibus, V, 571, 2 : *Substantia divitis, urbs roboris ejus, et quasi murus validus circumdans eum.* Sunt eæ causæ inquietudinis conscientiæ, VI, 65, 2 : *Suavis est hominis panis mendacii, et postea implebitur os ejus calculo.* Sunt probatio et tentatio, X, 118, 1. Sunt occasio peccandi et benefaciendi, *ibid.* Quando prosunt et obsunt saluti, *Job*, 29, 2 : *Nonne tu vallasti eum, ac domum ejus, universamque substantiam per circuitum ?* Nocent stultis et insipientibus, IX, 550, 1, 2 : *Est datum quod non est utile: et est datum, cujus retributio duplex.*

Quarto. *Divitiis agnata est superbia*, V, 587, 1, 2: *Cum obsecrationibus loquitur pauper, et dives effabitur rigide.* Inflant divitem, XX, 108, 2 : *Nonne divites per potentiam opprimunt vos.* Pariunt superbiam, 45, 1. Ob eas tumide et imperiose loquitur dives et dure respondet, *ibid.* Divitiæ non perdunt hominem sed superbia, *Psalm.* II, 1. Earum vermis est superbia, XIX, 265, 2. Divites putant sibi opes suas sufficere, IX, 174, 1 : *Ne dixeris : Quomodo potui, aut quis me subjiciet propter facta mea ?* Earum fastus et rapina intolerabilis, *ibid.* Omne robur suum ponunt in domibus et opibus, XIV, 284, 1 : *Erit fortitudo eorum in direptionem, et domus eorum in desertum.* Divitiarum abundantia parit mentis crassitudinem et arrogantiam, *Job*, 347, 1 : *Operuit faciem ejus crassitudo; et de lateribus ejus arvina dependet.* Divites dominari volunt pauperibus ob opes, VI, 144, 2: *Dives pauperibus imperat.* Sunt plerumque duri et immites, XVI, 221, 2 ; 223, 2.

Quinto. *Divitiis cognatæ sunt fraus, usura, injustitia, pravitas*, VI, 21, 2 : *Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua.* Dives, dolosus, plerumque injustus, impius, pravus *ibid.* Divitias coacervare studens, vix erit immunis a peccato, 382, 1, 2 : *Qui... festinat ditari, non erit innocens.* Opes sunt iræ et litis fomites, X, 53, 1 : *Secundum enim ligna sylvæ, sic ignis exardescit; et secundum virtutem hominis sic iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam.* Divitibus non convenit cum pauperibus, IX, 399, 2 ; 400, 1 : *Quæ pars diviti ad pauperem ?* Quæ inter eos sit differentia, *ibid.* et seq. Ab invicem dissident, VI, 134, 2. Divitum nonnullorum immisericordia, XII, 744, 1 : *Nonne satis vobis erat pascua bona depasci ? insuper et reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris : et cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis.* Plerumque opprimunt pauperes, IX, 385, 1 : *Quid communicabit cacabus ad ollam ? quando enim se colliserint, confringetur ;* 386, 2 : *Dives injuste egit, et fremet ; pauper autem læsus tacebit ;* 399, 2 ; 400, 1 : *Venatio leonis, onager in eremo : sic et pascua divitum sunt pauperes.* Multa eis promit-

tunt, ut eorum opera utantur, IX, 387, 2: *Si necessarius illi fueris, supplantabit te, et subridens spem dabit, narrans tibi bona, et dicet: Quid opus est tibi?* Labores pauperum devorant, 387, 2: *Et confundet te in cibis tuis, donec te exinaniat bis et ter.* Divites qui pauperes opprimunt, vocantur sepulcra pauperum, XII, 55, 2: *Pharetra ejus quasi sepulcrum patens.* Divites iniqui cur dicantur leones, *Psalm.* I, 205, 1. Divites suggillantur qui in pauperes sunt duri, XX, 579, 1: *Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

Sexto. *Divitiæ sunt causa oblivionis Dei, et damnationis æternæ*, XI, 155, 2; 156, 1: *Væ qui conjungitis domum ad domum... usque ad terminum loci! Numquid habitabitis vos soli in medio terræ?* 669, 1: *Vitam manus tuæ invenisti, propterea non rogasti.* Divites terrena præponunt cœlestibus, VI, 336, 2: *Anima saturata calcabit favum.* Cur divitiæ ducant ad atheismum, 435, 1: *Divitias... ne dederis mihi; ne forte satiatus illiciar ad negandum et dicam: Quis est Dominus?* Cur Deum neget dives, *ibid.* Opes suas amant divites et colunt quasi idolum, *ibid.*; et XI, 157, 1. Divitiæ sunt idolum, rapina, robur, spes, requies, XIII, 450, 2: *Et dixit Ephraim: Verumtamen dives effectus sum, inveni idolum mihi.*

Tertio. *Diviti felici et vegeto mors ejusque memoria gravis est*, X, 345, 1; 346, 1: *O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis; viro quieto, et cujus viæ directæ sunt in omnibus, et adhuc valenti accipere cibum.* Talis duplici moritur morte, 345, 1. Dives impius licet æger, melius habet hic vivens, quam post mortem, 99, 2: *Melior est mors quam vita amara.* Divitiæ non prosunt in die judicii, V, 316, 1, 2: *Non proderunt divitiæ in die ultionis; justitia autem liberabit a morte.* Non liberant hominem a Dei ira, morte, gehenna, XII, 554, 2: *Argentum eorum foras projicietur, et aurum eorum in sterquilinium erit.* Qui in iis confidunt et consolationem suam quærunt, in futuro plangent, XVI, 114, 1: *Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.* Divites ægre cœlum ingrediuntur, IX, 389, 1; XX, 107, 1. Divites hic et in futuro cruciabuntur, XX, 196, 1: *Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseriis quæ advenient vobis.* Quare plorare et ululare debeant, 196, 2 et seqq.: *Divitiæ vestræ putrefactæ sunt; et vestimenta vestra a tineis comesta sunt.*

3° *Quomodo se gerere debeant divites in divitiarum possessione.* Septem præcepta divitibus dat Paulus, XIX, 266, 1, 2.

Primo. *Quis vere dives dicendus sit? qui nihil appetit, modicis suis contentus*, V, 514, 2; XXI, 48, 1. Modicæ divitiæ prosunt, nimiæ obsunt, VI, 275, 1: *Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.* Modicæ faciunt modestos et humiles, immodicæ audaces et superbos, V, 461, 1: *Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles.* Hæ sunt damnosæ, illæ diuturnæ, *ibid.* Quæ sunt minus noxiæ, *Job*, 11, 1: *Et fuit possessio ejus septem millia ovium, et tria millia camelorum, quingenta quoque juga boum, et quingentæ asinæ.*

Secundo. *In opibus non est diviti gloriandum*, XII, 85, 2: *Non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitiis suis.* Ne suis divitiis divites insolescant, IX, 354, 2: *Ne dicas: Quid est mihi opus? et quæ erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas: Sufficiens mihi sum, et quid ex hoc pessimabor?* Opes dant honores, VII, 223, 1: *Vir cui Deus dedit divitias, et substantiam, et honorem, et nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat.* Ab omnibus divites coluntur et suspiciuntur, IX, 402, 1: *Dives locutus est, et omnes tacuerunt, et verbum ejus usque ad nubem perducent.* A plerisque timetur dives et amatur, VI, 7, 2: *Multi colunt personam potentis et amici sunt dona tribuentis.* Divitiæ quas in animo cogitationes producant, XX, 104, 1: *Facti estis judices cogitationum iniquarum.* Homines appretiantur pro divitiarum ratione, V, 380, 2. Divitiis omnia conceduntur, 99, 2. Divites solent eligi in magistratus, VI, 144, 2: *Dives pauperibus imperat.* Merito in eum cooptantur, 365, 2. Divites cur ab omnibus juvantur, IX, 399, 2; 400, 1; 400, 2; 401, 1. Divitias solas magnifaciunt mundani, 325, 2: *Pauper glorietur per disciplinam et timorem suum, et est homo qui honorificatur propter substantiam suam.* Eas magnifacientes contra naturam operantur, X, 116, 2. Divitum splendor in quo situs, XX, 47, 1, 2: *Sicut flos fœni transibit. Exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fœnum, et flos ejus decidit, et decor vultus ejus deperiit: ita et dives in itineribus suis marcescet.* Divites non timentes Deum, vero honore carent, IX, 325, 2: *Qui autem gloriatur in substantia paupertatem vereatur.*

Tertio. *Divitiæ contemnendæ sunt.* Eas contemnere res maxima est, X, 116, 1, 2: *Beatus is..... qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia sua.* Per se non sunt honorandæ, XX, 103, 1. Divitiæ quare sint contemnendæ, 104, 1 et seqq. Opes sunt vilissimæ, IX, 304, 2. Dicuntur lutum ob vilitatem, XIV, 229, 1: *Væ ei qui multiplicat non sua! usquequo et aggravat contra se densum lutum?* Job, 428, 2. Item quia inique collectæ mentem conspurcunt, XIV, 428, 2. Nubem exhalant sordidarum affectionum, *Job*, 468, 1. Opes apud Lacedæmonios viles erant, et in nullo pretio, XII, 588, 2. Earum contemptum suadet brevitas vitæ qua iis utimur, earum vilitas et mors, XIX, 256, 2: *Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium, quod nec auferre quid possumus.* Divitiæ veræ sitæ sunt in earum contemptu, X, 117, 1. Tres rationes cur sint recusandæ, VI, 435, 1. Sunt spernendæ ne invidiam et nomen

avari afflent, VI, 132, 1. Eæ ne aspiciendæ quidem, IX, 173, 1 : *Noli attendere ad possessiones iniquas.* Cogitatio ab illis est avocanda, VI, 183, 1.

Quarto. *Divitiis cor non apponant divites, neque in iis confidant*, XVI, 238, 2. Illis cor non apponere magnum et rarum Dei donum est, X, 115, 1 : *Beatus dives, ... qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniis suis.* Dives in aurum non sperans, beatus est, *ibid.* Perfectus est si non peccet, 118, 2 : *Qui probatus est in illo* (auro) *et perfectus est, erit illi gloria æterna.* Divitiarum affectus exuendus est, 345, 2. Divitias temporales qui diligunt, semper egent, *Psalm.* I, 205, 1 : *Divites eguerunt et esurierunt.* Dives non ponat spem suam in opum copia, vel artis suæ excellentia, X, 359, 2 : *Erubescite..... de discubitu in panibus, et ab obfuscatione dati et accepti.* Divitiis fidere stultum est, *Job*, 44, 2 : *Nudus egressus sum de utero matris meæ, et nudus revertar illuc.* Divitiis aut potentiæ fidere, vanum et stultum est, *Psalm.* I, 321, 2 : *Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur, et relinquent alienis divitias suas, et sepulcra eorum domus illorum in æternum.* Qui divites dici possunt pauperes spiritu, XVI, 113, 2. Divitias relinquere longe majus est quam affectum ab iis vellere, XV, 428, 1, 2 : *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes et da pauperibus.* Eas partim relinquere, partim retinere non oportet, *ibid.* Cur opes relinquendæ, 196, 1. Divitum et pauperum voluntariorum mors et vita quam sit differens, XXI, 43, 2 : *Scio tribulationem tuam et paupertatem tuam, sed dives es.*

Quinto. *Veras divitias appetant et exquirant.* Opes veræ quæ sint, X, 98, 1 : *Non est census super censum corporis, et non est oblectamentum super cordis gaudium*, Quæ divitiæ spirituales et veræ sint, VI, 218, 1 : *In doctrina replebuntur cellaria, universa substantia pretiosa et pulcherrima*, 133, 2. Opes cœlestes sunt veræ, stabiles et æternæ, XV, 196, 1, 2 : *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur.* Opes veræ sitæ sunt non in copia auri, sed fidei et virtutum, V, 380, 1, 2 : *Est quasi dives, cum nihil habeat; et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.* Divitiæ veræ sunt virtutes, 101, 1; 105, 1 : *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide?* Opes spirituales gratiæ et virtutum semper dat sapientia, 216, 2 : *Mecum sunt divitiæ et gloria, opes superbæ et justitia.* Divitiæ cœlestes vere justæ sunt et homini propriæ, XVI, 216, 2. Quis dives Deo, vel in Deum dicatur, VI, 145, 1; XVI, 70, 2 : *Sic est qui sibi thesaurizat, et non est in Deum dives*; XX, 315, 2 : *Qui absconditus est cordis homo,..... qui est in conspectu Dei locuples.* Quis vere dives dicendus sit, X, 568, 1 : *Assumite disciplinam in multo numero argenti, et copiosum aurum possidete in ea.* Divites dum Deum non timent, inopes fiunt, *Psalm.* I, 205, 1.

V. Divitiarum usus. — 1° *Divitiarum bonus usus faciendus.* Opum nostrarum nonnisi dispensatores sumus a Deo constituti, quarum dispensationis exactam is à nobis rationem poscet, XVI, 216, 1, 2; 217, 1, 2, 218, 2 : *Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est, et qui in modico iniquus est, et in majori iniquus est.* Divitiæ bonæ sunt bene utenti, malæ sunt abutenti, X, 495, 2 : *Collegisti quasi aurichalcum aurum, et ut plumbum complesti argentum.* Opibus uti nesciens pauper est; qui uti novit, dives, V, 526, 1. Earum bonus usus est donum gratiæ Dei, VII, 220, 2 : *Omni homini, cui dedit Deus divitias, atque substantiam, potestatemque ei tribuit ut comedat ex eis, et fruatur parte sua, et lætetur de labore suo; hoc est donum Dei.* Divitiis bene utendi gratia, *Psalm.* II, 263, 2 : *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Opes a sapientia regi debent, V, 540, 2 : *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit?* Iis uti et parcere posse suo tempore, magna est prudentia, 379, 2.

2° *Qualis usus faciendus.* Primo. *Tum Deo, tum Domino in usum cedant*, IX, 415, 2; 416, 1; *Fili, si habes, benefac tecum* (tibi), *et Deo dignas oblationes offer.* Opes suas prudenter expendant divites ad peccatorum suorum expiationem, XVI, 216, 2. Opes suas templis et personis Deo dicatis offerre, Deo quam sit gratum, XIV, 436, 2 : *Et coronæ erunt Helem, et Tobiæ, et Idaiæ..... memoriale in templo Domini.* Divitiis fruendum in vita, nam post mortem in usum aliis cedent, IX, 421, 1 : *Nonne aliis relinques dolores et labores tuos in divisione sortis?* Opes reconditas servare quid sit, VII, 215, 1 : *Est et alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole : divitiæ conservatæ in malum domini sui.* Opes absconsæ mortem animæ afferunt, X, 72, 2 : *Perde pecuniam propter fratrem et amicum tuum, et non abscondas illam sub lapide in perditionem.* Opes ab hominibus recte in ipsorum usus et eleemosynas expenduntur, V, 451, 2 : *Domus justi plurima fortitudo, et in fructibus impii conturbatio.* In res vanas expensæ, minuentur, 384, 1. Si in convivia opes impendat dives, ad paupertatem redigetur, VI, 113, 2 : *Qui diligit epulas, in egestate erit; qui amat vinum et pinguia, non ditabitur.* Divitiæ nostræ quo sensu tropologice dentur in manus dæmonum, et impiis terræ, XII, 556, 1 : *Dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, et impiis terræ in prædam, et contaminabunt illud.*

Secundo. *Ex opibus primum solvenda sunt debita* IX, 422, 1 : *Da et accipe, et justifica animam tuam.* Pauperibus debita solvere differentes peccant contra justitiam et charitatem, 147, 1 : *Declina pauperi sine tristitia animam tuam, et redde debitum tuum.*

Tertio. *Divitiæ sunt dandæ pauperibus per eleemosynam*, XX, 197, 2. Divites sua communicent,

XVIII, 266, 1, 2: *Divitibus hujus sæculi præcipe... bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare.* Divitis bonitas in eleemosyna sita est, VI, 371, 2. Ejus est ex divitiis eleemosynas facere, X, 119, 2; 120, 1. Non possunt divites esse justi, nisi in pauperes benefici sint, IX, 402, 1. Divitum superflua debentur pauperibus debito charitatis, 142, 1: *Fili, eleemosynam pauperis non defraudes.* Opes dum in pauperes effunduntur, retinentur, V, 144, 2: *Sit vena tua benedicta.* Divitiæ confluunt ad eleemosynarios sicut lac ad ubera, XI, 682, 1: *Eris quasi hortus irrigans, et sicut fons aquarum cujus non deficient aquæ.* Divites pauperibus succurrentes dici possunt mensa solis, XXI, 37, 1: *Et facies ejus sicut sol lucet in virtute sua.* Opes avarorum fallaces sunt et mendaces, misericordium vero fideles et constantes, XI, 682, 1, 2. Divitum bonis cur alieni fruantur: *Regionem vestram coram vobis alieni devorant.* Plus a paupere accipiunt quam ei dant, XVI, 218, 1 (*Vide* ELEEMOSYNA).

Quarto. *Ament pauperes, et illis modeste imperent divites,* XI, 136, 1; VI, 145, 1. Dives et pauper uterque a Deo conditus, VI, 134, 1, 2: *Dives et pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est Dominus.* Dives et pauper sibi invicem necessarii sunt, IX, 39, 2. Invicem egent alter alterius ope, VI, 133, 2. Dives paupere eget ad sustentationem vitæ, XI, 135, 1, 2. Divites non oportet præferri pauperi, XX, 97, 1: *Fratres, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi.* Id faciens, posset peccare aliquando mortaliter, 103, 1: *Pauperi autem dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum.* Qui opes pauperibus negant, sæpe eas extraneis congerunt et asservant, V, 396, 2: *Multi cibi in novalibus patrum, et aliis congregantur absque judicio.* Dives si pauperes opprimat, ad egestatem redigetur, VI, 167, 2: *Non facias violentiam pauperi, quia pauper est, quia* (Dominus)... *configet eos qui confixerunt animam ejus* (*Vide* AVARUS, AURUM, PAUPER, PECUNIA).

DIVORTIUM. 1° Divortium matrimonii, non tantum thori, facere cum infideli conjuge, certo casu licet, XVIII, 306, 2; 307, 2: *Quod si infidelis discedit, discedat; non enim servituti subjectus est frater aut soror in hujusmodi.* Divortium fidelis ab infideli non debet quæri per desiderium mutandi statum, 309, 2: *Unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet.*

2° Divortium ab uxore Christianis licet, quoad thorum, VI, 18, 1: *Tecta jugiter perstillantia, litigiosa mulier.* Divortium thori solius fornicationis causa licet, IX, 692, 1, 2: *Si non ambulaverit* (mulier) *ad manum tuam..... a carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur;* XV, 167, 1, 2: *Omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari; et qui dimissam duxerit, adulterat.* Quanquam etiam ob alias causas, tamen fornicatio est matrimonio propria, *ibid.* Concubitus omnis illicitus causa est justa divortii, *ibid.*, 2.

3° Divortium thori, etiam licitum, non solvit matrimonium, XVIII, 305, 1, 2: *Iis qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam.* Divortium quoad vinculum est contra naturam et contra Dei institutionem, XV, 419, 2: *Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.*

DOCIBILIS, DOCILIS. Docibiles Dei quid sit, et qui sint, XVI, 399, 2: *Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei.* Docilitas est pars prudentiæ, XX, 342, 2. Qui est docilis, omnibus placet, V, 390, 2: *Doctrina bona dabit gratiam, in itinere contemptorum vorago.* Docilis docetur cum videt alios castigari, VI, 106, 2: *Mulctato pestilente, sapientior erit parvulus.*

DOCTORATUS. Doctoratus est gradus in Ecclesia, XX, 135, 1: *Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis.* Doctoratus gradum, velut testimonium scientiæ, non vetat Dominus, XV, 489, 2: *Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester.* Doctores cum creantur, pilo et torque ornantur, X, 264, 2. Illis dum creantur, porrigitur liber in ea facultate quam profiteri volunt, XII, 517, 2: *Ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber: et expandit illum coram me.* Doctorum insignia quatuor, IX, 215, 2: *Torques illius* (sapientiæ erit) *in stolam gloriæ. Decor enim vitæ est in illa, et vincula ejus alligatura salutaris. Stolam gloriæ indues eam, et coronam gratutationis superpones tibi.* Doctores cur coronantur, V, 35, 1: *Addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo.*

DOCTOR. I. DOCTORIS MUNUS QUAM SIT EXCELLENS ET NECESSARIUS. — *Doceo* vox unde formetur, XVI, 519. 1. Si alios quis doceat, signum est magnæ perfectionis, VI, 193, 2 et seq. Doctores sunt janitores sapientiæ, V, 242, 1: *Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei;* IX, 429, 2: *Beatus vir qui.... respicit per fenestras illius* (sapientiæ), *et in januis illius audiens.* Sunt velut ancillæ Dei, et cur, V, 254, 2: *Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem et ad mœnia civitatis.* Doctores sunt tigna Ecclesiæ, VII, 543, 2: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* Doctor dum cor audientis ad bona opera distendit, palmum se habere in labiis ostendit, XII, 801, 1: *Et labia eorum palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitum.* Doctores divina oracula nuntiantes sunt nobis ceu Mercurii, VI, 307, 2. Doctores sunt quasi sigillum Dei, XIV, 352, 2.

Veritas sine doctore non discitur, V, 109, 1, 2: *Principium sapientiæ, posside sapientiam; et in omni possessione tua acquire prudentiam.* Doctor

mutus docens homines sapere, est cadaver, VII, 242, 2.

II. Doctoris veri et falsi differentia.— Doctor sapientiæ a Deo mitti debet, IX, 443, 2 : *Non est speciosa laus in ore peccatoris, quoniam a Deo profecta est sapientia.* Doctores falsi amore lucri quidvis docent, et quibuslibet se accommodent, X, 167, 2 : *Equus emissarius, sic et amicus subsannator, sub omni suprasedente hinnit.* Doctores perversi loquuntur lingua dæmonum, XX, 149. 2 : *Lingua..... inflammata a gehenna.* Doctores falsi aleatoribus similes sunt, XVIII, 634, 1, 2 : *Jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum.* Doctores mali quales, *Job*, 292, 2 : *Commutans labium veracium, et doctrinam senum auferens.* Superborum doctorum ingenium et fraus ut se corrigi petunt, cum bene se dixisse sciant, *Job*, 666, 2 : *Si erravi, tu doce me : si iniquitatem locutus sum, ultra non addam.* Doctor bonus non potest nisi bona opera proferre, non vero prava, XV, 212, 1 : *Omnis arbor bona fructus bonos facit; mala autem arbor malos fructus facit.* Doctor bonus vel malus designatur per arborem bonam vel malam, *ibid.* Doctores Judæorum cur dicerentur argentum, XI, 115, 2 : *Argentum tuum versum est in scoriam.*

III. Quæ sint doctoris officia. — Sex doctori sunt necessaria, I, 650, 1, 2. Doctoris Evangelici quæ sit imago, XVIII, 457, 2 : *In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros.* In docendo quis ordo servandus, IV, 221, 1, 2 : *Esdras enim præparavit cor suum, ut investigaret legem Domini, et faceret, et doceret in Israel præceptum et judicium.*

1° *Doctor prius faciat, quod alios docturus est* XIV, 318, 1 ; XV, 217, 2 et seq. : *Erat enim docens sicut potestatem habens, et non sicut scribæ eorum et Pharisæi*, XVII, 46, 1, 2. Doctor aliorum, verborum suorum sit ipse exemplum, XV, 136, 1 : *Videns autem Jesus turbas, ascendit in montem.* Doctoris munus quale, *Job*, 643, 1 : *Si potes, responde mihi, et adversus faciem meam consiste*, XVII, 461, 2 : *Cœpit Jesus facere et docere.* Non faciens quæ docet, pudefit, V, 510, 1 : *Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum.* Doctor bona docens et nihil faciens, similis est cupresso, XIII, 473, 2. Doctor sit primus in opere, IX, 170, 1 : *Noli citatus esse in lingua tua; et inutilis et remissus in operibus tuis.* Doctores exemplo docere debent, *Job*, 413, 2. Debent esse forma et speculum suis discipulis, XIX, 330, 2 : *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum.* Docens alios, docet seipsum, V, 505, 2 : *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens*, X, 262, 1, 2 : *Est sapiens animæ suæ sapiens : et fructus sensus illius laudabilis.* Si bona habeat verba, nulla facta, nullam a Deo referet mercedem VI, 9, 2 : *Qui tantum verba sectatur, nihil habet.* Doctor debet esse expeditus ab omnibus terrenis affectibus, I, 455, 1. Doctor bene docens, sed male vivens, sepultura asini sepelitur, XII, 175, 2. Doctor impurus et verbosus significatur per seminifluum, II, 97, 1, 2. E priscis Ecclesiæ doctoribus quam multi religiosi, VII, 521, 2.

2° *Doceat nemo alium nisi qui plene didicerit*, V, 506, 2 : *Fons vitæ eruditio possidentis : doctrina stultorum fatuitas.* Doceri ab imperito periculosum, *Job*, 399, 1 : *Nempe, etsi ignoravi, mecum erit ignorantia mea*; 673, 2; IX, 132, 2; 183, 2 : *Si est tibi intellectus, responde proximo; sin autem, sit manus tua super os tuum; ne capiaris in verbo indisciplinato, et confundaris*; 339, 2 : *Priusquam audias, ne respondeas verbum*; X, 166, 2 : *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum.* Doctor sit concha, non canalis, V, 564, 1 : *Aqua profunda verba ex ore viri; et torrens redundans fons sapientiæ*; IX, 439, 2 : *Adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus*, XIX, 330, 1. Item ut fons fluens et affluens, IX, 652, 2 : *Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini.*

Doctores sunt stellæ, XV, 76, 2; XXI, 413, 1 : *Ego sum.... stella splendida et matutina.* Doctores sancti sunt sicut Lucifer et stella Veneris, X, 179, 1. Item velut hyades, *ibid.*; XIII, 582, 1. Doctores christiani in quo lucem imitentur, XVIII, 612, 2 : *Mihi.... data est gratia hæc... illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo.* Per stellas repræsentantur sex virtutibus ceu radiis fulgentes, X, 537, 2 : *Quasi stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis lucet, et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.* Doctores tropologice sunt lucernæ, II, 161, 1.

Doctores sunt linguæ Ecclesiæ, XVIII, 376, 2 : *Quosdam posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores.* Cur dicantur prophetæ, XII, 15, 2 : *Et Prophetam in gentibus dedi te*; XV, 211, 2 : *Attendite a falsis Prophetis*; XVIII, 386, 2 et seq. : *Æmulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis.* Vocari possunt spiritus, XX, 586, 1 : *Nolite omni spiritui credere.*

Doctores quatuor Ecclesiæ Latinæ designantur in quatuor facies Cherubinorum, XII, 508, 2. An per quatuor animalia Joannis repræsentari possunt, XXI, 107, 1.

3° *Doctor consulat Dominum per orationem*, X, 167, 1 : *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, et sic deprecatus exaudietur, et conservabit disciplinam, et tum respondebit.* Docet frustra, nisi intus doceat Spiritus sanctus, XX, 595, 1 : *Non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus.*

4° *Doctor sit erga discipulos benevolus*, IX, 652, 1, 2. Doceat cum amore, V, 507, 2 : *Cor sapientis erudiet os ejus, et labiis ejus addet gratiam.* Cur sint rotæ, XII, 503, 1.

5° *Doctor sapientiæ nullis minis vel blanditiis a veritate docenda avocari debet*, V, 47, 2 : *Convertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, et ostendam vobis verba mea.* Doctores christiani sunt nubes tonantes, XII, 92, 2: *Ad vocem suam.... elevat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluviam facit.* Doctores Ecclesiæ repræsentantur per septem columnas domus sapientiæ, V, 247, 1: *Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem.* Item per duas columnas templi, III, 588, 1. Sunt columnæ argenteæ ferculi Christi, VIII, 15, 2.

6° *Fidelitas insuper requiritur a doctore.* Docens non esse mandata servanda, etiamsi ea ipse observat, castigabitur, XV, 158, 1: *Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum.* Ad Deum omnia sua referat, VI, 167, 1 : *Ecce descripsi eam tibi tripliciter, ut ostenderem tibi firmitatem et eloquia veritatis, respondere ex his illis qui miserunt te.*

7° *Humilitas et patientia.* Doctoribus necessaria humilitas, ne sua doctrina insolescant, XVIII, 631, 1: *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii.* Item comitas, XIX, 121, 1 : *Facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat filios suos.* Doctor superbus aquilis assimilatur, XIV, 8, 1 : *Si exaltatus fueris ut aquila, etsi inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Doctor arrogans convertitur in arcum pravum, XIII, 387, 2 : *Facti sunt quasi arcus dolosus.*

Doctor sit patiens, VI, 12, 1 : *Doctrina viri per patientiam noscitur.* Quomodo agere debeat cum iis qui contradicunt, XIX, 296, 2 : *Servum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.* Cur doctor apud suos soleat vilipendi, XV, 338, 1 : *Non est propheta* (doctor, prædicator) *sine honore, nisi in patria sua, et in domo sua.* Ejus patientia capiuntur homines, XVIII, 457, 2 : *Exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia* (*Vide* CONCIONATOR, PRÆDICATOR, sub unico titulo CONCIONATOR).

8° *Bonam in docendo servet methodum*, X, 166, 2 et seq. Docendi modus Dei qualis, *Job*, 646, 2 : *Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines..... tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina.* Doctores tantum in proximum effundunt, quantum a Domino receperunt, V, 143, 2 ; *Deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide.* Doctor imitetur seminantem, 452, 2 : *Labia sapientiam disseminabunt scientiam.* Hominum corda explorat et probat, V, 524, 1. Doctores sunt mystice agricolæ, X, 289, 2 : *Qui tenet aratrum..... cor suum dabit ad versandos sulcos.* Per modica præcepta doceat sapientiam, non simul omnia effundat, V, 564, 1.

IV. QUÆ SIT DOCTORUM RETRIBUTIO ET MERCES. — 1° *Doctor et sibi et aliis prodest*, VI, 6, 1, 2 : *Videte quoniam non soli mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem*; X, 179, 2 : *Respicite quoniam non soli mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus disciplinam.* Doctores sancti multos pariunt amicos, VI, 6, 2 : *Divitiæ addunt amicos plurimos.* Doctori salutis quadruplex osculum debetur, 243, 1 : *Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.* Quomo doctores accipiant a Deo honorem ejus, IX, 298, 1 : *In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum.*

2° *Doctorum in cœlo ingens gloria*, XX, 385, 2 : *Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.* Fulgebunt quasi stellæ, XVIII, 409, 1 : *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum*; XIII, 169, 2 : *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Doctores an præ aliis justis fulgebunt, *ibid.* Ii intelliguntur per doctos, 170, 1. Scilicet practici, non speculativi, *ibid.*, 2. Doctores optimi, quique ut stellæ lucere dicuntur, sunt qui alios excitant ad constantiam et martyrium, 171, 1. Hinc erit eorum gloria major, tum accidentalis, tum essentialis, *ibid.* Eorum aureola qualis futura, XX, 440, 2 : *Adimplebit illum spiritu sapientiæ, et stola gloriæ vestiet illum*, XIII, 171, 2.

V. DOCTOR JUSTITIÆ QUI A JOELE PROMITTITUR. — An Ezechias, an Josias : utrumque negatur, sed ostenditur fore Messiam, XIII, 503, 2. Quanquam alludat ad prophetas Judæorum post captivitatem Babylonicam futuros, 504, 1.

DOCTRINA. I. DOCTRINA DIVINA GENERALITER SUMPTA. — 1° *Quid sit.* Doctrina, scientia, sensus, quomodo differant, IX, 164, 2 : *In lingua enim sapientia dignoscitur ; et sensus, et scientia et doctrina in verbo sensati.* Doctrina et prudentia qui differant, V, 20, 1, 2 : *Parabolæ Salomonis...... ad intelligenda verba prudentiæ, et suscipiendam eruditionem doctrinæ.* De doctrina quid senserit Aristoteles, 24, 2 : *Ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia et intellectus.* Doctrina cur Hebræis vocetur ros vel pluvia, XIII, 469, 1, 2 : *Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium*; 503, 2 : *Filii Sion, exultate et lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem* (hebraice, *pluviam*) *justitiæ*; X, 566, 2 : *Quid adhuc retardatis ? et quid dicetis in his* (id est *de his*) : *Animæ vestræ sitiunt vehementer ?* XIV, 477, 1 : *Petite a Domino pluviam in tempore serotino, et Dominus faciet nives, et pluviam imbris dabit eis.* Doctrina moralis est velut fons, V, 141, 2 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui.* Est velut mensa, 252, 2 et seq. : *Sapientia........... immolavit victimas*

suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam.

2° *Doctrinæ excellentia.* Doctrina est vere magna, V, 205, 2 : *Audite quoniam de rebus magnis locutura sum ; et aperientur labia mea, ut recta prædicent.* Ejus pulchritudo in quo sita sit, VI, 162, 1, 2 : *Pulchra erit tibi* (doctrina mea), *cum servaveris eam in ventre tuo, et redundabit in labiis tuis.* Doctrina vera et divina potior est omnibus argutiis philosophicis, X, 257, 2 : *Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.* Sapientem ornat tanquam aureus annulus, IX, 572, 2 : *Ornamentum aureum prudenti doctrina, et quasi brachiale in brachio dextro.* Doctrina sana est cana et prisca, XIX, 268, 2 : *Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates.* Doctrina sana et cana est velut mater grandæva, VI, 198, 1 : *Audi patrem tuum qui genuit te, et ne contemnas, cum senuerit mater tua.* Sæpe latet in deformi corpore, IX, 332, 2 : *Brevis in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius.* Doctrinæ sacræ neglectus mala affert reipublicæ, VI, 405, 2 : *Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus.*

3° *Doctrina acquirenda est ei cui alios docere incumbit, et quomodo.* Doctrina et veritas sacerdoti cuilibet necessaria est, XVI, 310, 1. Doctrina acquisita prodit inscitiam, IX, 502, 2 : *Cum consummaverit homo, tunc incipiet ; et cum quieverit, operabitur* (melius cum Romanis *aporiabitur*, ἀπορηθήσεται, id est perplexus erit, dubius, anceps).

Doctrina vera redolet humilitatem, *Job*, 643, 1. Non est temere ostentanda, 623, 2 : *Si lætatus sum super multis divitiis, et quia plurima reperit manus mea.* Eam plus æquo jactans, sæpe ignominiam sibi accersit, V, 541, 2 : *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam ; et qui evitat discere, incidet in mala.*

4° *Doctrina consentiat cum opere*, XIV, 318, 1. Est vita probanda, VI, 147, 2. Doctrina ornatur a sancta vita, X, 151, 1, 2 : *Gemmula carbunculi in ornamento auri, et comparatio musicorum in convivio vini.* Charitate et virtutibus mixta prodest animæ ; sine illis inflat, V, 541, 1 ; 231, 1. Doctrina bonis operibus destituta damnabilis est, XVIII, 64, 1 : *Qui ergo alium doces, teipsum non doces ; qui prædicas non furandum, furaris.*

5° *Doctrina prædicanda est, et quomodo.* Doctrina non debet abscondi, sed in apertum produci, IX, 1, 2 : *Sapientia absconsa, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utroque ?* Doctrina sine eloquentia parum aliis prodest, V, 506, 1 : *Qui sapiens est corde appellabitur prudens, et qui dulcis eloquii, majora percipiet.* Doctrina non est temere effundenda, *Job*, 523, 1 : *Qui ligat* (Deus) *aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum.* Doctrina spiritualis per modum nubis tenuis instillanda, *ibid.* Captui auditorum accommodanda, 581, 2 : *Qui me audiebant, expectabant sententiam meam, et intenti tacebant ad consilium meum. Super illos stillabat eloquium meum.* Doctrinam legis divinæ vendere pecunia, simonia est, XIV, 93, 1 : *Principes ejus in muneribus judicabant, et sacerdotes ejus in mercede docebant, et prophetæ ejus in pecunia divinabant.* Quando pro doctrina licitum sit pretium accipere, VI, 198, 2 : *Veritatem eme, et noli vendere sapientiam, et doctrinam, et intelligentiam.*

6° *Doctrina ab auditoribus accipienda, et quomodo.* Doctrina ingreditur in aures et mentem auditorum, VI, 191, 2 et seq. : *Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, et auris tua ad verba scientiæ.* Doctrina pueris molesta est, IX, 209, 2 : *Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est ejus, et non est multis manifesta.* Item stultis, 571, 2 : *Compedes in pedibus, stulto doctrina, et quasi vincula manuum super manum dextram.* Doctrina prudentium est facilis, V, 408, 1 : *Quærit derisor sapientiam, et non invenit ; doctrina prudentium facilis.* Ejus fructus dulcis, labor difficilis, VI, 62, 2 : *Malum est, malum est, dicit omnis emptor : et cum recesserit, tum gloriabitur.* Doctrina ruminanda est post auditionem, 162, 2 : *Pulchra erit tibi* (doctrina mea) *cum servaveris eam in ventre tuo, et redundabit in labiis tuis.* Doctrina sancta et sapiens docentem et discipulum Deo et hominibus reddit acceptum, V, 390, 1 : *Doctrina bona dabit gratiam.*

II. Doctrina christiana. 1° *Doctrina Christi qualis*, XV, 217, 2 ; XVI, 440, 1. Doctrina Christi et scribarum quomodo differat, XV, *ibid.* Ejus doctrinæ octo characteres, *ibid.* Cur doctrinæ evangelicæ summam Matthæus initio prædicationis Christi proposuerit, 137, 1. Doctrinæ Christi paradoxa, XIII, 251, 2. Doctrina Christi portentosa XIV, 388, 1. Est certa et infallibilis, XIX, 338, 2 : *Fidelis sermo est, et de his volo te confirmare.* Doctrina Apostolorum est fundamentum Ecclesiæ, XVIII, 607, 1 : *Sed estis cives sanctorum et domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum.* Triplici ratione Mosaicæ præfertur, XIX, 350, 1 : *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio.* Doctrinam suam Christus multis confirmavit, tum hominibus in dativo, tum argumentis in ablativo, XIII, 129, 1, 2 : *Confirmabit autem pactum multis hebdomada una.* Documenta quædam Christus dedit pro solis Apostolis, quædam pro omnibus fidelibus, XVI, 178, 2 : *Ait autem ei Petrus : Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an et ad omnes ?* Doctrina christiana est bonum depositum, XIX, 279, 2 : *Bonum depositum custodi, per Spiritum sanctum qui habitat in nobis.*

2° *Doctrinæ Christi fructus et commoda.* Est sola salutifera, XIX, 303, 2 : *Et quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem.* Argento designatur, V, 297, 2 : *Argentum electum lingua justi.* Ea in omnibus non parem fructum parit, XV, 319, 1 et seq. Doctrina evan-

gelica moribus est exprimenda, XVIII, 113, 2 : *Gratias autem Deo, quod..... obedistis... ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.* Doctrina Christi omnibus est sequenda, XVI, 436, 2 : *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, et habebit lumen vitæ.* Doctrina christiana quam afferat libertatem, XVI, 445, 1 et seqq. : *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.* Deducit ad beatam immortalitatem, *ibid.*, 2. Simplex doctrina de Christo dicitur lac, XVIII, 267, 1, 2 : *Tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam.* Doctrina evangelica lacti similis est, XX, 277, 2 : *Sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite.* Doctrina legis divinæ et christianæ lacte designatur, V, 36, 1. Doctrina evangelica mentem impinguat, est pluvia cœlestis, XI, 154, 2. *Nubibus mandabo ne pluant.* Pluviæ comparatur, V, 139, 1, 2. Et cisternæ, 140, 1. Doctrina Christi et Apostolorum an sit fons patens domui David quem describit Zacharias, XIV, 516, 1, 2.

Doctrina est lux Ecclesiæ, I, 651, 1, 2. Candelabro Dei denotatur, XIX, 432, 2 ; 436, 1. Se etiam velut lux ad remotissimas gentes extendit, IX, 665, 1 : *Quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, et enarrabo illam usque ad longinquum.* Hæc vocatur aurora, *ibid.* Paulatim se diffudit, *ibid.* Doctrina evangelica semper in una lingua floruit, XIV, 303, 2 : *Tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini.* Doctrina præconum Evangelii in Ecclesia est necessaria, XIX, 428, 2 (*Vide* Sapientia).

III. Doctrina falsa. Doctrina fallacium et mendacium semper suspecta est, V, 390, 2 : *Doctrina bona dabit gratiam ; in itinere contemptorum vorago.* Doctrina falsa est vere loquela comparata morti, IX, 602, 1 : *Est et alia loquela contraria morti, non inveniatur in hæreditate Jacob.* Doctrina erronea est mystice adultera, V, 587, 1. Doctrinæ sapientium et stultorum discrimen, 506, 2 : *Fons vitæ eruditio possidentis ; doctrina stultorum fatuitas* (*Vide* Error).

Doctrina hæreticorum et Gentilium falsa est et amara, XII, 853, 1. Doctrina fellita hominum animas interimentes sunt hæretici, XIV, 232, 2 : *Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, et inebrians ut aspiciat nuditatem ejus.* Doctrina incerta, curiosa, pomposa vani doctoris est velut fœnum, stipula, XVIII, 270, 1 : *Si quis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit.* Doctrina nova examinanda est an concordet cum antiqua Ecclesiæ fide, 618, 1 : *Licet nos, aut angelus de cælo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit* (*Vide* Hæresis).

DOCTUS. Doctus ab indocto qui differat, V, 105, 2. Docti sunt plerumque modesti et taciturni, V, 556, 2 : *Stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur ; et si compresserit labia sua, intelligens.* Docti multi fuere difformes corpore, IX, 332, 2. Docti sed immundæ vitæ, comparantur sui annulum aureum habenti in naribus, V, 333, 2. Qui festinate satagunt evadere docti, nihil vel parum proficiunt, 385, 1, 2 : *Substantia festinata minuetur; quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.* Docti sint comes et humiles, X, 454, 1 : *In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum.*

Docti viri sermo quam sit efficax, V, 508, 1, 2 : *Favus mellis composita verba ; dulcedo animæ sanitas ossium.* Quia eum mira arte condit et instruit, *ibid.* Docti in dubiis sunt consulendi, X, 197, 2 : *Sine mendacio consummabitur verbum legis, et sapientia in ore fidelis complanabitur.* Ab iis capienda sunt consilia, 253, 2. Docti fulgebunt ut splendor firmamenti, XIII, 169, 1. Quales ii docti sint, *ibid.*, 2.

DOGMATA. Dogmata sapientiæ divinæ cur vocentur mysteria, IX, 209, 1 : *Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est ejus, et non est multis manifesta.* Dogmata Christi fuere parœmia et parabolæ, et cur, V, 18, 2. Dogmata sublimia Evangelii, XX, 7, 2. Dogmata sapientiæ quæ sunt in Ecclesia, sunt antiqua, VII, 407, 1 : *Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno.*

DOLOR. 1° Dolores Hebræi cur vocent funes, XVII, 97, 2 : *Quem* (Christum) *Deus suscitavit, solutis doloribus inferni.* Dolores vocantur ab Apostolo infirmitates, XIX, 390, 2 : *Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris.* Dolor quodvis accusat et detestatur quod ad rem de qua dolet quoquo modo attinet, XII, 163, 1. Dolor vehemens stuporem sensibus et menti indurit, XI, 611, 2. Dolor vehemens loquelam adimit, XIII, 585, 1 : *Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.* Acerbitatem doloris solet Scriptura exprimere per obscurationem solis, lunæ et stellarum, XII, 729, 2 : *Et operiam, cum extinctus fueris, cælum, et nigrescere faciam stellas ejus.* Dolor animi creat dolorem corporis, IV, 277, 1 : *Tunc Tobias ingemuit, et cœpit orare cum lacrymis.* Doloris varia signa externa, 397, 1. Doloris signa externa cum virtute consistunt, *Job*, 41, 2 ; 96, 1. Dolor sapientum quis sit, VII, 248, 1 : *Calumnia conturbat sapientem, et perdet robur cordis illius.*

2° Doloris origo est inexpectatio, XII, 165, 1. Dolor nascitur ex iniquitate, V, 365, 2 : *Dolus* (hebraice potest verti dolor) *in corde cogitantium mala ; qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.* Doloris comes est voluptas, et voluptatis dolor, IX, 491, 1. Dolores avaritiam sequi soliti, XIX, 260, 1 : *Quam* (cupiditatem) *quidam appetentes... inseruerunt se doloribus multis.*

3° Dolorem animæ suæ premit sapiens, V, 413, 1:

Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus. Nullus dolor justum contristat, V, 366, 1 : *Non contristabit justum quidquid ei acciderit.* Dolor levatur compassione, IX, 255, 1 : *Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula.* Dolores vitæ hujus quid modicum sunt, XVIII, 444, 1, 2 : *Id enim quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ* (*Vide* Afflictio).

DOLOSUS, DOLUS. 1° Dolus quid sit, unde dicatur, XX, 274, 2: *Deponentes igitur omnem malitiam et omnem dolum.* Dolus ex natura sua est indifferens, et ex fine quem refertur, malitiam accipit aut bonitatem, IV, 338, 2. Dolus malus in jure prohibitus, *Job*, 170, 2. Dolosus per Proteam designatur, VI, 103, 1 : *Perversa via viri aliena est; qui autem mundus est, rectum opus ejus.* Ejus via quam aliena sit, *ibid.* Induit formas variorum animalium, *ibid.* Dolosi sunt bicordes, ut perdices, XII, 584, 1. Dolosi in sua lingua confidunt, *Psalm.* I, 64, 1 : *Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt.* Dolosus multos conatur decipere, X, 240, 1 : *Cor pravum dabit tristitias, et homo peritus resistet illi.* Ore blando tegit internam cordis malitiam, VI, 320, 2 et seq. : *Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.* Quam blanditiæ ejus sint noxiæ, 323, 2 et seq. : *Lingua fallax non amat veritatem ; et os lubricum operatur ruinas.* Dolosorum nequitia, IX, 363, 2 et seq. : *Sicut perdix inducitur in caveam, et ut caprea in laqueum, sic et cor superborum, et sicut prospector videns casum proximi sui.* Dolosi sunt plerumque otiosi, V, 369, 1. Dolus Deo displicet, 470, 2 : *Abominatio Domini cogitationes malæ.*

2° Dolosus suo dolo capi meretur, X, 40, 1 : *Qui foveam fodit, incidet in eam. Et qui statuit lapidem proximo, offendet in eo. Et qui laqueum alii ponit, peribit in illo.* Incidit in fraudes et dolos, Deo permittente, quos justo struxit, VI, 103, 1; 370, 2 et seq. *Qui decipit justos in via mala, in interitu suo corruet.* Dolum luet tandem hic vel in futuro, X, 40, 2. In viis et actionibus suis non prosperabitur, VI, 381, 2 : *Qui ambulat simpliciter, salvus erit; qui perversis graditur viis, concidet simul.* Dolosorum et mendacium merces justi, *Psalm.* I, 267, 2 : *Si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur; cor ejus congregavit iniquitatem sibi* (*Vide* Fraudulentus).

DOMESTICI (significat generaliter ejusdem habitatores domus). Domesticorum vinculum, est amor et concordia, IX, 668, 2 et seq. Domestici imprimis docendi et curandi, XIX, 239, 1 : *Si quis autem suorum, maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior.* Domesticis non est usquequaque fidendum, X, 162, 2 : *Et a filiis tuis cave, et a domesticis tuis attende.* Domestici sunt maxime inimici hominis, XI, 144, 1, 2. Domestici Pontificum quales esse debeant, XIV, 387, 2 (*Vide* Famulus, Servus).

DOMINARI, DOMINATUS. Dominatus lucerna denotatur, VI. 61, 1. Dominandi libido multis extitit causa belli, IV, 317, 1 : *Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui.* Dominatus impotens et arrogans domum et rempublicam perturbat, VI, 456, 2 et seq. : *Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere : per servum cum regnaverit*, etc. Dominari meretur qui bene servivit, V, 572, 2, 1 : *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis : et antequam glorificetur, humiliatur.* Dominans sibi rex est, X, 430, 1, 2.

DOMINICUS (S.). 1° *S. Dominici ortus et pueritia.* Ejus eximia sanctitas matri declarata prægnanti per visum catulum facem ore gestantem, I, 266, 2; 465, 2; II, 333, 2; X, 503, 1. Inde factus est totus igneus, X, 504, 1. Fuit facula sui ordinis, 14, 2. Ejus adhuc pueri in ore sederunt apes, V, 508, 1. Visus est adhuc puer in fronte gestare stellam, XIII, 172, 2; XVIII, 409, 1. Fuit theodidactus, XIX, 429, 2.

2° *Ejus virtutes. Primo.* Deum assidue in mente habebat, XI, 565, 2, Jugiter aut cum Deo, aut de Deo loquebatur, XX, 361, 1. Quidquid a Deo petiit impetravit, 40, 1. Ejus raptus et exstases, XVIII, 534, 1.

Secundo. Quam insignis fuerit virginitatis custos, II, 343, 2. Fuit velut angelus terrestris suo ævo, XIII, 229, 2. Quomodo cuidam donum castitatis obtinuerit, 114, 1.

Tertio. Singulis noctibus ter se ferrea catena usque ad sanguinem cædebat, IX, 366, 2. Martyrii fuit cupidissimus, XV, 275, 2.

Quarto. Ipse et S. Franciscus de humilitate inter se contendebant, XV, 108, 2.

Quinto. Ejus singularis in proximum charitas, II, 122, 1. Adhuc juvenis suos in communi fame Hispaniæ distraxit libros, XII, 632, 1. Salutis illorum quam esset avidus, 420, 2. Ipse prædicabat libro charitatis, VIII, 21, 1. Miti tolerantia censebat hæreticos convertendos, XI, 633, 2. A beata Virgine contra Albigenses pugnaturus fuit instructus, V, 209, 1. Auctor est Rosarii beatæ Virginis, IX, 640, 1.

Sexto. Ejus studium in Scripturam, I, 18, 1. Evangelium S. Matthæi semper circumferebat, XV, 9, 2. S. Pauli Epistolas memoria tenebat, hic ei apparuit suum illi offerens librum ad concionandum, XVIII, 10, 1.

3° *Ejus miracula et mors.* Ex uno quindecim millia dæmonum pepulit, XVI, 134, 2. Miraculose ejus fratribus providet Deus de cibo, 390, 2. Cum in Missa Christi corpus purissimis manibus in altum elevaret, cunctis qui aderant spectantibus, visus est cubiti unius altitudine a terra sublevatus, VIII, 144, 1. Visio scalæ circa mortem S. Dominici, quæ indicabat successum et progressum ejus ordinis, I, 288, 2.

dum, *ibid.* Item uterum B. Virginis, *ibid*, 2. Et animam sanctam, *ibid.* Domus et vineæ spirituales Ecclesiæ quæ sint, XI, 755, 1. Ecclesia domus magna est, XIX, 218, 1; 293, 2; 459, 1. Domus orationis est Ecclesia, XI, 662, 1.

3° *Variæ domus de qua specialiter in Scriptura agitur.* Domus primæ Patriarcharum erant tabernacula pellicea, XII. 48, 1. Domus saltus Libani, non in Libano, III, 584, 2. Domus eburnea qualis ab Achab extructa, XIII, 565, 2. Domus regia Herodis magnificentior fuit templo ab eodem ædificato, XIV, 342, 1. Domus Zachariæ in Emmaus describitur, XVI, 28, 2. Domus vocatur stabulum in quo natus est Christus, XV, 80, 1. Domus S. Petri erat Bethsaidæ vel Capharnai, 228, 1. Domui Zachæi quomodo facta salus, Christo eam ingrediente, 249, 2. Domus in qua Christus agnum paschalem edit, videtur fuisse Joannis Marci, 551, 2. Domus B. Virginis ab angelis Lauretam translata, 467, 2. Domus S. Pauli Romæ in Ecclesiam mutata est, XVII, 444, 2. Domus Philemonis Colossis in templum mutata, XIX, 341, 1.

4° *Variæ legis Mosaicæ præscriptiones circa domos.* Domus quomodo leprosæ aut pestilentes fiant, II, 87, 1. Domus lepræ in lege Moysi qualis olim fuerit, II, 87, 2 et seq. Domus urbium apud Judæos divenditæ in anno jubilæi non redibant ad priorem dominum, sicut alia immobilia bona, II, 172, 2. Quare Deus hanc legem sanciverit, *ibid.* Excipiebantur ab hac lege domus Levitarum, quæ in jubilæo redibant ad priorem dominum, *ibid.* Tropologice quid hæc lex significet, *ibid.*

Domus in quibus immane aliquid scelus est patratum solent destrui usque ad fundamenta, XIV, 416, 1.

5° *Domus tum materialis tum civilis, sive familiæ bene instituendæ, necessitas et ratio.* Sapiens domus constitutio qualis esse debeat, V, 245, 1: *Sapientia ædificavit sibi domum.* Domum altam ædificantes sibi ruinam accersunt, 541, 1: *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.* Domorum æqualis altitudo urbis servit elegantiæ et vicinorum commoditati et paci, 545, 1: *Qui meditatur discordias, diligit rixas: et qui exaltat ostium suum, quærit ruinam.* Domus nimis alta præ aliis eminens causa est litis, 545, 1, 2. In iis ædificandis spectanda aura et aer. VI, 216, 1: *Sapientia ædificabitur domus, et prudentia roborabitur.* Domus propriæ commoda varia, X, 81, 2: *Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulæ splendidæ peregre sine domicilio.* Domus vicini et proximi crebro non est frequentanda, VI, 276, 2: *Subtrahe pedem de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.*

Domus est quasi magnus homo civilis, XIV, 261, 1: *Denudasti fundamentum ejus usque ad collum.* Domus quoque symbolice est familia et respublica, XIV, *ibid.*. Domus prudentia, arte, virtute ædificatur, VI, 216, 1, 2. Item præparatur, instauratur, *ibid.* Item absolvitur et roboratur, 216, 1, 2. Ejus optimum regimen quid sit, *ibid.* In domo justi omnia sunt ordinata et quieta, I, 220, 1. Qui rite domum suam moderatur, bene reget Ecclesiam, XIX, 214, 2: *Oportet Episcopum esse...... suæ domui bene præpositum.*

Domus turbatur per impotentem dominatum, VI, 457, 2. Domus impiorum cito deletur, V, 404, 1: *Domus impiorum delebitur; tabernacula vero justorum germinabunt.* Domus impiorum tinea consumitur, *Job*, 213, 1: *Innitetur super domum suam, et non stabit; fulciet eam, et non consurget;* 393, 2: *Habitent in tabernaculo illius socii ejus qui non est: aspergatur in tabernaculo ejus sulphur*, 539, 1: *Ædificavit sicut tinea domum suam, et sicut custos fecit umbraculum.*

6° *Domus spiritualis quæ et quomodo ædificanda.* Domus spiritualis quæ dicatur, XX, 282, 2: *Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis.* Domus spiritualis quænam sit et ejus partes, V, 402, 1; XIII, 646, 2; XV, 215, 2: Domus spiritualis quomodo ædificanda et perficienda, I, 653, 1: *Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est;* Psalm. II, 360, 1: *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.* Domus spiritualis fundamenta, parietes et tectum quæ sint, XIV, 325, 1: *Ascendite in montem, portate ligna, et ædificate domum, et acceptabilis mihi erit, et glorificabor, dicit Dominus.* Domus spiritualis e virtutibus construitur, et quæ ejus partes, XV, 215, 2: *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificavit domum suam supra petram*, Job, 197, 1. Domus animæ spiritualis quibus extrui et ornari debeat, VII, 93, 1: *Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, et plantavi vineas.* Domum spiritualem ædificando, non magis fidere debemus quam orationi, *Psalm.* II, 361, 1: *Vanum est vobis ante lucem surgere; surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.*

7° *Domus cœlestis cogitanda et extruenda.* Domus duas habet homo, terrestrem et cœlestem, XVIII, 450, 1: *Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.* Domus ædificandæ in cœlo duraturæ, non in terra, mox casuræ, XIV, 50, 1. Domum qui relinquere intelligantur, XV, 435, 1, 2: *Omnis qui reliquerit domum,... propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.* Domus cœlestes sunt vitreæ et pellucidæ, XXI, 380, 2: *Ipsa vero civitas aurum mundum, simile vitro mundo.* Domus cœlestes ex auro mundo sunt, et quinam beati per has intelliguntur, 401, 2: *Et platea civitatis aurum mundum, tanquam vitrum pellucidum.*

DONATISTÆ. Donatistæ volebant baptismum ab hæreticis collatum esse invalidum, XIX, 294, 1.

Proinde censebant ab hæreticis baptizatos, esse rebaptizandos, X, 193, 2; 211, 2. E qua Scriptura suæ sectæ in Africa natæ patrocinium quærerent, XIV, 248, 2. Putabant a sacerdote pendere gratiam sacramenti, XIX, 199, 1. Altaria catholicorum lignea dejicere non sunt ausi, etsi alioquin in illorum sacra injurii, XIX, 519, 1, 2. Donatistæ schismatici instar Jeroboam, III, 621, 1. Donato hæresiarchæ adaptatur casus et superbia regis Tyrii, XII, 703, 2.

DONUM. I. Qui donorum usus apud antiquos. — Dona olim coronabantur, XII, 673, 1, 2. Donis olim sponsi apud Hebræos, Græcos et Romanos uxores sibi coemebant, XIII, 327, 2. Quæ hinc vocabantur dona sponsalia vel jugalia, *ibid.* Donaria deorum et templorum data olim meretricibus, XIV, 69, 1. Donativum erat donum ab imperatoribus militi datum, XVIII, 114, 2.

II. Dona Dei hominibus facta. — 1° *Quæ sint dona Dei generaliter sumpta.* Omne donum, tam naturale quam supernaturale, a Deo et Christo est, XVIII, 280, 1 : *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?* XIX, 322, 1 : *Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia et pax a Deo Patre et Christo Jesu Salvatore nostro.* Dona Dei optima et perfecta sunt, XX, 63, 2 et seq.: *Omne datum optimum, et omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum.* Donum perfectum quid sit, et intelligatur, 64, 1, 2. Dona Dei omnigena vocantur hominis substantia, XVI, 206, 1 : *Dixit adolescentior ex illis patri : Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit.* Dona Dei sunt immutabilia et perennia, IX, 348, 1 : *Datio Dei permanet justis, et profectus illius successus habebit in æternum.*

2° *Dona Dei sunt varia, gratiæ, naturæ, fortunæ,* XV, 529, 2 : *Uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum.* Nemo tamen est qui nullum habeat, *ibid.* Dona Dei sunt duplicia et quomodo unusquisque proprium donum habeat ex Deo, XVIII, 303, 1, 2 : *Unusquisque proprium donum habet ex Deo.* Id partim habet a Deo, partim a se, 302. 2.

3° *Quomodo Deus dona sua, tum naturalia, tum supernaturalia, distribuere soleat.* Dona Dei divisa sunt per singulos, V, 13, 2. Dona sua Deus inæqualiter dispertit secundum propriam virtutem, robur et vires, XV, 529, 2 : *Uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum; unicuique secundum propriam virtutem.* Cum alicui donum aliquod permanens dare decernit, prius dat ei capacitatem, aut meritum, *ibid.* Dona gratiæ gratis datæ subinde distribuit ob arcana sua judicia, *ibid.* Dona fidelium varia sunt, XVIII, 206, 1 : *Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis differentes.* Singulis non confert sua dona secundum meriti sui modum, *ibid.* Ea dat Deus prout et cui vult, IX, 346, 1. Ea non dantur torpentibus, sedulis, sed vigilantibus, XI, 615, 1 : *Consurge, consurge, induere fortitudine tua, Sion,* XVI, 373, 1 : *Et qui prior descendisset in piscinam aquæ, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate.* Dona Dei qua ratione in se agnoscant sancti, XIII, 20, 1, 2 : *Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me plus quam in cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est.*

4° *Quæ sint præsertim dona supernaturalia, et quomodo in fideles effundantur.* Dona spiritualia tempore Messiæ ubertim danda prædixerunt Prophetæ, XVI, 426, 2 et seqq.: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Dona quæ Christus in cœlum ascendens hominibus dedit, sunt dona Spiritus sancti, XVIII, 627, 1 : *Propter quod dicit : Ascendens in altum.... dedit dona hominibus.* Dona Spiritus sancti septem, XI, 257, 1 : *Et requiescet super eum spiritus Domini; spiritus sapientiæ et intellectus ; spiritus consilii et fortitudinis ; spiritus scientiæ et pietatis ; et replebit eum spiritus timoris Domini.* Non distinguuntur a virtutibus, *ibid.* Ea per columnas domus sapientiæ denotantur, V, 247, 1 : *Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem.* Ea appropriantur septem beatitudinibus, XV, 152, 1. In columba repræsentantur, XV, 112, 1, 2 et seqq. Dona Spiritus sancti an intelligantur per septem spiritus in conspectu throni stantes, XXI, 18, 2 : *Gratia vobis et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est; et a septem spiritibus qui in conspectu throni ejus sunt.*

Donorum spiritus sancti copia et ubertas in Apostolos et fideles effunditur, XIII, 506, 1, 2 : *Et erit post hoc : Effundam spiritum meum super omnem carnem.* Ea ipse indifferenter in omnes effundit, XIII, 507, 2. Quamdiu et quando hæc ejus dona visibilia collata fuerint in baptismo, XVIII, 594, 1 : *In quo* (Christo).... *et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto...* Dona novem in anima operatur Christi baptismus et gratia, XI, 752, 2 : Primo. *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris...* Secundo. *Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri.* Tertio. *Et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum.* Quarto. *Et spiritum meum ponam in medio vestri.* Quinto. *Et faciam ut in præceptis meis ambuletis, et judicia mea custodiatis et operemini.* Sexto. *Et habitabilis in terra quam dedi patribus vestris.* Septimo. *Et eritis mihi in populum.* Octavo. *Et ego ero vobis in Deum.* Nono. *Et vocabo frumentum, et multiplicabo illud, et non imponam vobis famem,* etc. Donum Spiritus sancti accipere quid sit, XVII, 103, 1 : *Accipietis donum Spiritus sancti.* Donatio gratiæ ab æterno in Deo est absoluta, XIX, 276, 1 : *Quæ* (gratia) *data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia.* Dona Spiritus sancti roborant prælatos Ecclesiæ et fideles. V, 247, 1.

5° *Donis Dei quomodo utendum.* Donis a Deo acceptis quisque ad Dei voluntatem et honorem uti

debet, XVI, 217, 1. Quia eorum non domini, sed dispensatores sumus, XV, 215, 1; 217, 1. Iis abutentes gravi digni sunt castigatione, 531, 1 : *Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui*. At iis recte utens, meretur alia accipere, 533, 1 : *Omni habenti dabitur*. Dona Dei occultanda, IV, 5, 1, 2. In donis Dei acceptis communicandis simus liberales, XVII, 116, 1 : *Argentum et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do.*

III. Dona Deo ab hominibus oblata. — Donum ut Deo gratum sit, octo conditiones requiruntur, X, 222, 1 : *In omni dato hilarem fac vultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas*, etc. *Prima*, ut offeratur in justitia, ab homine justo et sancto; *secunda*, ut offeratur animo bono; *tertia*, ut donum sit integrum; *quarta*, ut offeratur animo hilari; *quinta*, ut sit præcellens et eximium; *sexta*, ut sit largum et liberale; *septima*, ut munus non sit pravum; *octava*, ut munus non sit iniquum, sed juste partum, *ibid*. Donum quia Deo oblatum, sanctificatur extrinsece, XV, 492, 1, 2 : *Stulti et cæci, quid enim majus est, aurum an templum, quod sanctificat aurum?* Dona et sacrificia quomodo differant, XIV, 393, 1 : *Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis*. Dona iniquorum Deus reprobat, X, 206, 2 : *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum; nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis*, 210, 2. Unus orans, unus maledicens, cujus vocem exaudiet Deus? Ex iis nihil lucrantur, *ibid*.

IV. Dona quæ ab hominibus inter se sunt facta. — Donum modicum cum hilaritate præstat magno cum tristitia dato, V, 462, 1, 2 : *Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio*. Dona conciliant gratiam et accessum judicis vel principis, V, 530, 1, 2; 575, 1 : *Donum hominis dilatat viam ejus, et ante principes spatium ei facit*. Quo sensu dilatant viam dantium, *ibid*. Provocant item amorem, *ibid*. (*Vide* Munera).

DORCAS. Dorcadis dictæ Tabithæ quinque dotes, XVII, 225, 1, 2 et seq. Ad vitam revocatur, *ibid*. Certa fuit de salute, *ibid*.

DORMIRE. 1° Dormire necessitatis est, diligere dormitationem, pigritiæ, VI, 60, 2. Dormire quid impediat, VII, 213, 2. Dormientes non sentiunt nec percipiunt tempus quo dormiunt, XII, 538, 2. Dormientium plures annos exempla referuntur, *ibid*. Dormientes multi interempti, XI, 331, 2.

2° Dormire Dei quid sit, *Psalm*. I, 39, 1. Dormisse et excitatus a somno quomodo dicatur Deus populo suo, XIV, 379, 1. Dormit Christus negligentibus, VII, 570, 2.

3° Dormire pro mori usurpatur subinde, XVIII, 321, 2; 369, 1. Dormitare et dormire quomodo dicantur homines, *Psalm*. II, 340, 2. Dormientium primitiæ, quomodo sit Christus, XVIII, 402, 2. Dormientes dicuntur qui voluptatibus indulgent, XIX, 138, 1. Dormitantia pastorum quam noceat gregi, XXI, 67, 1; 68, 1. Dormiens est imago peccatoris, IX, 582, 2. Dormire in lectuli plaga quid sit, XIII, 563, 2. Dormire solum mystice quid sit, VII, 180, 2. Dormire in sepulcris genus divinationis apud ethnicos, XI, 745, 2 (*Vide* Somnus).

DOROTHEA (S.). S. Dorothea quomodo Theophilum advocatum converterit, ad martyrium abiens illi promisit rosas tempore brumæ ex horto sponsi sui, et revera tempore hiberno e cœlo rosas Theophilo misit, I, 85, 2; 671, 2; XI, 762, 2; XIII, 172, 1; XVII, 268, 1; XXI, 402, 2. Quomodo ad cœlestes delicias in tormentis anhelaret, XXI, 408, 2. Accepta mortis sententia gavisa est, 335, 2.

DOROTHEUS (S.). S. Dorotheus quale dederit præceptum suo discipulo Dositheo, XII, 453, 2. Dorotheus qui vitas et mortem Prophetarum scripsit non fuit episcopus ille Tyrius et martyr sub Juliano, XIII, 232, 1. Dorotheus Tyri episcopus grandævus martyr obiit, XIV, 1, 1.

DOS, DOTES. 1° Dotes viduarum et pupillorum etiam apud ethnicos deponi solitæ, IV, 510, 1.

2° Dotem quisque a Deo accepit in quo alios præcedat, XIX, 20, 1. Dos sapientiæ et sapientis quæ, VII, 282, 2. Dotes prophetæ, robur, judicium et efficacia, XIV, 92, 1. Dotes sacerdotum recensentur, XII, 838, 1, 2.

3° Dotes octo Beatorum, XII, 455, 1, 2 et seqq. Dotes Beatorum ex visione Dei manantes anagogice vocari possunt fontes, XIV, 535, 2. Dotes corporis gloriosi quatuor, XVIII, 410, 2. Eorum numerus duplici e causa deducitur, *ibid*. (*Vide* Beati, Resurrectio).

Dotes gloriosæ repressæ sunt a Christo dum in erra viveret, XV, 383, 1. Quæ repressio fuit continuum miraculum, *ibid*. (*Vide* Jesus Christus).

DOXOLOGIA. Doxologia SS. Trinitatis quando in usu in Ecclesia esse cœperit, XVIII, 199, 1. Doxologia SS. Trinitatis fugati dæmones, XI, 174, 1. Doxologia S. Francisci de Deo, X, 422, 2.

DRACHMA. Drachma auri vel argenti cujus ponderis, quanti pretii esset, I, 713, 1, 2; IV, 290, 2; XV, 529, 1, 2. Drachma argenti est julius sive regalis Hispanicus, IV, 315, 1; IX, 46, 1; XVI, 205, 1; 251, 2. Drachma auri est unus aureus, XV, 315, 1. Ejusdem est pretii cum coronato Gallico, IX, 46, 1. Drachmæ mille argenti ad quantam summam excrescant, IV, 554, 1, 2. Drachmæ perditæ parabola explicatur et applicatur, XVI, 205, 2.

DRACO, DRACONES. 1° Draco est serpens grandior et sævior, XXI, 240, 2. Dracones dicti sunt a *videndo*, IV, 391, 2. Sunt natura monstrosa, forti, et pervigili, XIII, 191, 1, 2. Angusta habent ora, XIII, 192, 2. Aliquorum draconum immanitas et magnitudo, XIII, 191, 1, 2. Dracones ignivomi

inveniuntur, XXI, 240, 2. Draconis cum elephante pugna et planctus, XIV, 70, 1. Dracones Arabici volant, XI, 295, 2. Draconis grati exemplum, 106, 2. Alia mira de draconibus referuntur, XIII, 191, 1, 2.

2° Draco magnus, id est crocodilus, cur vocetur Pharao rex Ægypti, XII, 714, 1. Dracones imago hominum carnalium, XI, 536, 1. Sæpe draco pro numine adoratur a Gentilibus, XIII, 191, 2. Etiam hæretici nonnulli in draconis specie dæmonem coluerunt, 192, 1. Cur draco ad pedes S. Sylvestri pingatur, *ibid.* Draconibus a priscis assignata custodia ædium, adytorum, oraculorum, thesaurorum, heroum infantiæ; sunt quoque symbolum prudentiæ, sapientiæ et vaticinii, *ibid.* Dracones sunt insignia et stemmata militum et ducum, IV, 391, 1, 2. Eorum dotes et symbola, *ibid.* Dracones etiamnum vocantur milites fortissimi, 392, 1. Draconarii olim vocabantur, qui nunc vocantur vexilliferi, *ibid.*

3° Draconis forma an sit futurus Antichristi character, XXI, 260, 2. Draco rufus habens capita septem et cornua decem in cœlo apparens est diabolus, 240, 1. Hoc nomine intelligitur Lucifer, *ibid.*, 2. Cur rufus dicatur, *ibid.* Ejus septem capita quæ, 241, 2. Ejus cauda repræsentat Antichristum, 242, 2. Ejus prælium cum Michaele Archangelo, 345, 2 et seqq. Dicitur draco magnus, 246, 2. Cur steterit super arenam maris, inter mare et terram, 252, 1 (*Vide* DÆMON, DIABOLUS).

DROMEDARII, DROMADES. Dromedarii et dromades pulli camelorum unde dicantur, sæpe sitim quatriduo ferunt, XI, 703, 1. Dromades sunt cameli velocissimi, XIV, 75, 2.

DRUSIANA. Drusiana an fuerit illa electa ad quam S. Joannes secundam Epistolam scribit, XX, 632, 2.

DRUSILLA. Drusilla, filiæ Agrippæ regis senioris, cujus fuerit neptis, trium regum fuit sponsa, XVII, 407, 1, 2. Facta est deinde Gentilis, *ibid.*

DUALITAS. Dualitas est numerus accommodatus divisioni, X, 177, 2. Dualitas opposita reperitur in rerum creatarum generibus, 381, 2. Dualitas est mater omnis discordiæ et belli, XVI, 156, 2 et seq., *Job*, 13, 1.

DUELLUM. 1° Duello non sunt injuriæ vindicandæ, X, 48, 2: *Ipse* (homo) *cum caro sit, reservat iram, et propitiationem petit a Deo. Quis exorabit pro peccatis illius?* Duella cur non sint ineunda, XIII, 102, 1, 2. Duellum aliquando licitum, III, 374, 1: *Eligite ex vobis virum, et descendat ad singulare certamen.* Duella quatenus licita et illicita sint, X, 486, 2: *Invocavit Dominum omnipotentem, et dedit in dextera ejus tollere hominem fortem in bello.*

2° Duellum Christi et diaboli, XIV, 385, 2. Duellum Christi cum Paulo, XVII, 214, 1.

DULCEDO, DULCOR. 1° Dulcedo nauseabunda est, VI, 275, 2: *Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.* Dulcia sunt noxia stomacho, XXI, 196, 1. Aliæ ejus proprietates, VI, 276, 1. Dulcor et suavitas distinguuntur, IX, 286, 2: *Vinum novum amicus novus; veterascet, et cum suavitate bibes illud.* Dulcor etiam in verbis locum habet, 380, 1: *In labiis suis indulcat inimicus, et in corde suo insidiatur, ut subvertat te in foveam.* Dulcia sunt gravia quam terrea, VI, 276, 1. Iis citius satiamur, *ibid.* Dulcedo impii desinit in vermes, *Job*, 506, 1: *Obliviscatur ejus misericordia, dulcedo illius vermes.*

2° Quanta dulcedo sit sapientiæ, X, 336, 1: *Tibiæ et psalterium suavem faciunt melodiam, et super utraque lingua suavis.* Dulcedo christianismi et sanctæ vitæ, XX, 280, 1: *Sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam suavis est Dominus.* Dulcedo est amica naturæ et velut mel, X, 336, 1. Dulce quomodo fiat verbum Dei concionatori, XII, 521, 1, 2: *Venter tuus comedet, et viscera tua complebuntur volumine isto... Et comedi illud, et factum est in ore meo sicut mel dulce.*

DULIA. Dulia non impedit, sed includit latriam, XVIII, 44, 2: *Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo.*

DUNSTANUS (S.). S. Dunstanus Cantuariensis episcopus, malis clericis bonos substituit, XI, 344, 1. Edwinum Angliæ regem precibus ab inferno liberavit, XIV, 509, 1.

DUODENARIUS NUMERUS. Duodenarius numerus universitatem et perfectionem significat, maxime si sit quadratus, XXI, 167, 2; 271, 1; 379, 2. Item omnia, 102, 1. Duodenarii numeri perfectio et symbolum, XV, 255, 1. Symbolum est perfectæ reipublicæ et universitatis, XII, 858, 1. Alia ejus mysteria referuntur, 859, 2. Is numerus sacer est in Scriptura, *ibid.*

DUPLEX, DUPLICITAS. 1° *Duplex* in quo differat a *simplex*, XVIII, 208, 1 et seqq. *Duplex* sæpe capitur pro *multiplex*, *magnus*, *validus*, *multus*, *gravis*, X, 515, 1; XI, 489, 2; 720, 1, 2; XII, 148, 1; XIV, 462, 1. Duplex tribulatio quæ dicatur, XIV, 166, 1. Duplicia bona quæ suis reddidit Christus, 462, 1. Quomodo omnia duplicia creata sunt, X, 381, 2.

2° Duplicitas triplex notatur, cordis, oris, manuum, IX, 104, 1: *Væ duplici corde, et labiis scelestis et manibus malefacientibus.* Duplices corde qui dicantur, IX, 103, 1, 2; XX, 183, 2: *Emundate manus, peccatores: et purificate corda, duplices animo.* Duplicitas in oratione quæ sit, 43, 2 et seqq.: *Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.* Quæ ejus origo et radix, *ibid.* Duplices et pseudoprophetæ vocari possunt scorpiones, XII, 516, 2: *Ne timeas eos, neque sermones eorum metuas; quoniam increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas.* Duplices exosi, *Job*, 263, 1: *Dixisti enim: Purus*

est sermo meus, et mundus sum in conspectu tuo; 417, 2: *Quare ergo nunc dicitis: Persequamur eum, et radicem verbi inveniamus contra eum?* Duplicitas execrabilis, *Job*, 170, 1: *Involutæ sunt semitæ gressuum eorum; ambulabunt in vacuum, et peribunt.*

DURATIO. Duratio est triplex, tempus, ævum, æternitas, XIV, 118, 2. Duratio operum Dei unde proveniat, VII, 145, 2. Duratio terræ quæ sit, 30, 2.

DURITIES, DURUS. 1° Dura pati fortius est quam fortia agere, V, 516, 1: *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Dura decent cœli aulicos, I, 285, 1: *Cumque venisset ad quemdam locum, et vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, et supponens capiti suo, dormivit in eodem loco.*

2° Durities cordis describitur, IX, 133, 1: *Cor durum male habebit in novissimo.* Hæc est aperta ad damnationem via, 133, 2. Duricordes quinam sint, et duri hi sunt increpandi, XII, 515, 2; 516, 1: *Filii dura facie et indomabili corde sunt ad quos ego mitto te;* XX, 174, 2. Duri dure tractandi, V, 278, 2; XII, 208, 1: *Catenas ligneas contrivisti, et facies pro eis catenas ferreas.* Durities mentis per petrosam terram denotatur, XV, 320, 1. Ea vix bonas admittit admonitiones, 324, 2. Durities Judæorum, XV, 635, 1.

DUX. 1° *Dux in omni republica, exercitu, congregatione necessarius est*, XXI, 207, 1: *Et habebant super se regem angelum abyssi.* Dux unus præstans quantum possit, I, 728, 2: *Feceruntque filii Levi juxta sermonem Moysi, cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum.* Ejus consilio regitur exercitus, VI, 219, 2: *Cum dispositione initur bellum; et erit salus ubi multa consilia sunt.*

2° *Dux belli peritus qualis esse debeat*, VI, 67, 2: *Cogitationes consiliis roborantur, et gubernaculis tractanda sunt bella.* Qui eligendi sint in duces, X, 144, 1. Ducum dotes præcipuæ tres, IV, 391, 2.

Primo. *Dux belli prudens sit potiusquam fortis*, XVIII, 428, 1; 672, 1: *Inducite vos armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo.* Non sit festinus, VI, 4, 1; 2: *Ubi non est scientia animæ, non est bonum, et qui festinus est pedibus offendet.* In acie instruenda, solem a tergo et ventum habere curet, et in hostium oculis utrumque collocare, III, 63, 2. Iracundia vacet, XVIII, 648, 1. Duces belli præstantes, paucos, sed veteranos milites seligunt ad res magnas, IV, 426, 1. Duces bello victi, aurum et argentum spargunt ut hostem ipsos insequentem morentur, 431, 2.

Secundo. *Ducis vigilantia quantum prosit*, IV, 239, 2: *Ego autem, et fratres mei, et pueri mei, et custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra.* Explorat hostium animos an sint meticulosi, 438, 1: *Si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum, quia potens poterit adversum nos. Si vero timuerit transire, et posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos, et poterimus adversus illum.* Pace inita, summe laborare debeant ut milites contineant, IV, 551, 1.

Tertio. *Ducis audacia hostes percellit*, IV, 438, 1. Ducum insignium stratagema ut ex improviso in hostes irruant, 537, 1. Ducum constantia et audacia quantum in bellis rebusque arduis valeat, declaratur exemplis, 474, 2: *Et reversus est Jonathas ad eos in prælium, et convertit eos in fugam, et pugnaverunt.* Duces nunquam decet cessare aut prodesse sibi, aut nocere hostibus, III, 206, 2. Milites suos ad ardorem accendunt, et eorum mentem explorant, IV, 547, 2: *Convaluerunt animis: non solum homines, sed et bestias ferocissimas, et muros ferreos parati penetrare.* Pulchrum pro patria fortiter pugnando occumbere, 456, 1, 2: *Moriamur in virtute nostra propter fratres nostros, et non inferamus crimen gloriæ nostræ.* Talium aliquot exempla, *ibid.* Impossibile est ut ita semper pugnent et vincant et nunquam vincantur, 457, 1. Duci generoso turpe est fugere, 455, 2: *Absit istam rem facere, ut fugiamus ab eis.*

Quarto. *Cum fortitudine bellica Dei timorem, cultum et pietatem conjungant*, IV, 432, 2: *Dixit autem Judas et fratres ejus: Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta.* Dux belli uni Deo nitatur, III, 10, 1: *Sicut obedivimus in cunctis Moysi, ita obediemus et tibi; tantum sit Dominus Deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse.* In Deo potissimum spem collocet, VI, 130, 1: *Equus paratur ad diem belli; Dominus autem salutem tribuit.* Ducum inobedientia punita, IV, 438, 1: *Audivit Josephus Zachariæ filius, et Azarias princeps virtutis, res bene gestas, et prælia quæ facta sunt, et dixit: Faciamus et ipsi nomen, et eamus pugnare adversus gentes quæ in circuitu nostro sunt.* Duces athei sua arma fecere numina, 564, 1.

Quinto. *Dux præeat exemplo*, III, 381, 1: *Et egrediebatur* (David), *et intrabat in conspectu populi.* Quis sit verus exercitus dux juxta Albertum Austriæ ducem, scilicet, qui præit exercitui, IV, 438, 2. Præeat in periculis, III, 24, 1. Duce fugiente, fugiet totus populus, IV, 243, 2: *Et dixi: Num quisquam similis mei fugit?*

Sexto. *Dux victoria utatur*, III, 65, 1: *Ite, et ponite pedes super colla regum istorum.* Milites a præda cohibeant, et in acie armatos contineant, IV, 431, 2: *Dixitque Judas: Non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos est.* Duces multi subditos expilant ut se ditent, 242, 1. Obtenta victoria, duces belli spolia in egenos distribuant, exemplo Judæ Machabæi, 538, 1, 2: *Misericordem Dominum postulabant, ut in finem servis suis reconciliaretur, æquam portionem debilibus, pupillis et viduis, sed et senioribus facientes.*

E

EBBA (S.). S. Ebba abbatissa se cum omnibus suis naso et labro superiore truncavit, ut castitatem tueretur, IV, 337, 2; VI, 528, 2.

EBENUM. Ebeni pretium; ubi id nascatur, ejus natura, descriptio, XII, 699, 1.

EBION, EBIONITÆ. Ebion hebraice significat inopem, XVIII, 4, 1, 2. Ebion hæreticus recte sic dictus, id est pauper, juxta S. Ignatium, quia pauperrime et tenuiter de Christo sentiebat, VI, 33, 2.

Legem et legalia miscere volebat cum Evangelio, XXI, 59, 1. Nullos post Moysen admittebat prophetas, XI, 43, 1. Negabat Christum ab æterno fuisse Deum, XVI, 295, 2; XX, 501, 2: 506, 2. Impie docebat B. Virginem filium ex Josepho concepisse, nec illum fuisse ante virginem, XII, 830, 2; XVIII, 40, 1; XXI, 10, 1. Jugulatur a S. Joanne per exordium Evangelii: *In principio*, etc. Quid de Ebione dixerit Joannes, XVI, 652, 2. Ebion hæresiarcha adversarius fuit S. Pauli, XVII, 98, 1. Paulum legis suæ hostem, apostatam et Græcum per contumeliam vocabat, XVIII, 4, 1, 2; 482, 1. Quando hæreses sparserit, XVII, 21, 2.

Ebionitæ depravarunt Evangelium S. Matthæi, XV, 11, 2. Ab animatis et carne abstinebant, nuptias damnabant, XIX, 225, 1. Aquam meram in calice offerebant, XX, 609, 2 et seqq.

EBRIETAS, EBRIOSI, EBRIUS. I. EBRIETATIS DEFINITIO ET NATURA. — 1° *Ebrietas quid sit*, variæ definitiones e Patribus excerptæ, I, 234, 1. Est intemperantia potus, præsertim cum tanta est, ut homini usum rationis adimat, XVI, 259, 1: *Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate*; VI, 44, 1; 485, 1: X, 139, 1. Ebrietas est dæmon voluntarius, VI, 211, 1; 39, 1; XI, 158, 2. Ebrietas opus diaboli est, X, 136, 2: *Vinum in jucunditatem creatum est, et non ad ebrietatem ab initio*. Ebrietas sæpe capitur pro liberaliore potu, mentem exhilarante, XVI, 331, 2. *Omnis homo primum bonum vinum ponit, et cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est*. Sæpe capitur etiam pro sanitate et affluentia, et rerum abundantia, V, 336, 2: *Anima quæ benedicit, impinguabitur; et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur*; XIII, 471, 2: Ebrietas animi quæ sit, XIX, 138, 1: *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt*.

2° *Ebriosorum characteres et eorum ingluvies*, VI, 44, 1, 2. Eorum assidua potatio, 205, 2 et seq.: *Cui sine causa vulnera? Nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis?* Paludibus similes sunt. *ibid.* Post somnum iterum vina quærunt, 213, 2. *Quando evigilabo, et rursus vina reperiam?* Ebriorum mores, XII, 302, 2: *Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est; et allidet manum Moab in vomitu suo, et erit in derisum etiam ipse*. Eorum oculi rubent, livent, ardent, caligant, VI, 205, 1, 2; 209, 1, 2. Ebriis omnia videntur moveri, et apparent duplicia, XIV, 502, 2. *Ecce ego ponam Jerusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu*. Cespitant, nec recte incedunt, VI, 204, 1. De sapore non recte judicant, XVI, 331, 2. Ebriosorum vomitus et sordes, V, 358, 1: *Qui suavis est in vini demorationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam*, VI, 211, 1.

II. EBRIETAS QUALE PECCATUM. — Quando ebrietas sit peccatum mortale, XVI, 259, 1. Ebrietas una perfecta peccatum mortale est, XVIII, 293, 2: *Nolite errare: neque fornicarii... neque ebriosi... regnum Dei possidebunt*. An sit semper culpa mortalis, XVIII, 567, 2: *Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia... ebrietas, comessationes, et his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur*. Quando ab ea excusetur, 293, 2. Quare ebrius in corpus suum peccat, 296, 2. Ebriosi sunt filii Belial, III, 260, 2. Ebrietas Loth fuit peccatum veniale, I, 233, 2.

III. QUOS MAXIME DEDECEAT EBRIETAS.—Ebrietas dedecet reges et doctores, VI, 483, 1, 2: *Noli regibus, o Samuel, noli regibus dare vinum*. Ebrietas in muliere maxime probrosa est, X. 7, 1: *Mulier ebriosa, ira magna; et contumelia, et turpitudo illius non tegetur*. Dedecet diaconos, XIX, 216, 2: *Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos*.

IV. EBRIETATIS EFFECTUS. — 1° *Qui sint effectus in generali*, I, 234, 1, 2; 373, 1, 2: VI, 44, 1; 205, 1, 2; 206, 1, 2; 208, 1; 209, 1, 2; 484, 2; X, 139, 1. Ebrietatis mala et dedecora, III, 478, 1: *Vocavit eum David ut comederet coram se et biberet, et inebriavit eum*; V, 358, 1; 212, 1; 213, 1, 2; X, 7, 1; 128, 1; 139, 2: *Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, et faciens vulnera*; XVIII, 293, 2; 659, 1; XX, 259, 1: *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam quæ offertur vobis gratiam*. Ebrietatis damna octo, XIII, 68, 2 et seq.: *Præcepit ergo jam temulentus ut afferrentur vasa aurea et argentea quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo quod fuit in Jerusalem, ut biberent in eis rex et optimates ejus, uxores et concubinæ illius*. Scilicet: 1° ebrietas rationis usum extinguit; 2° pravas animi cupiditates excitat; 3° omnia sensuum organa facit amarissimas et fœdissimas voluptatis cloacas; 4° luxuriæ dat locum; 5° sensum mentis magis ac magis obtundit;

6° pejores animalibus ebrios reddit; 7° ebrios opprobrium humani generis, per indecoros et fœdos mores facit; 8° puteus est, in quem ebrius se suaque omnia demergit, XIII, 68, 2 et seq. Ebrietas est mater malitiæ virtutisque inimica, fortem virum ignavum reddit, etc., IV, 344, 1, 2: *Bibitque vinum* (Holophernes) *multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.*

Primo. *Quinam speciatim effectus et quot incommoda ebrietatis.* Primo. *Homini rationem adimit*, VI, 43, 2: *Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas; quicumque his delectatur, non erit sapiens.* Ebrietas facit hominem ridiculum, *ibid.* Ebrii omnia et omnes rident, *ibid.* Ebrietas voluntaria insania est, XIII, 343, 2: *Vinum et ebrietas auferunt cor.* Ebrii sunt typus stulti, VI, 308, 1, 2: *Quomodo si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum.* Eorum protervia et insania, 461. Sepeliunt se et rationem, 204, 2. Sunt vivum cadaver, et dæmone pejores, *ibid.* Similes sunt dæmoniacis, 209, 2; 213, 1. Ebrietas obruit sapientiam, XI, 394, 1: *Verum hi quoque præ vino nescierunt.* Servi sunt ebrii, ebrietatis et vini, VI, 208, 1, 2; XIX, 329, 2: *Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes.* Iis videntur omnia recta, tametsi prava, VI, 207, 1: *Ne intuearis vinum, quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus; ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.* Sunt similes navarcho dormienti, et in mari fluctibus jactato, 210, 2; 212, 1: *Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator, amisso clavo.* Eorum mores inconditi similes sunt insanis, 208, 2. Corpus nudat ebrius, multa dicit agitque insulsa, V, 358, 1. Ebrietas inducit stuporem, XI, 664, 2: *Venite, sumamus vinum, et impleamur ebrietate: et erit sicut hodie, sic et cras, et multo amplius.* Ebrii sunt insensibiles ad plagas, VI, 213, 1. *Et dices: Verberaverunt me et non dolui; traxerunt me, et ego non sensi.* Rerum omnium obliviscuntur, VI, 484, 2: *Et ne forte bibant, et obliviscantur judiciorum, et mutent causam filiorum pauperis.* Ebrietas est lagena, mentis inops, vino gravis et saburrata, XII, 408, 1: *Filii Sion reputati sunt in vasa testea.*

Secundo. *Luxuriæ dat locum ebrietas.* Eam sequitur libido, XVIII, 293, 1; 659, 1: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Ebriosi nunquam casti sunt, 658, 2. Si aliquando non sunt luxuriosi, ratio est quod vino sopiunt hebetantque orexin ad venerem, XIII, 28, 1. Ebrietas est mater luxuriæ, tumultus et omnium vitiorum, VI, 43, 2: *Luxuriosa res vinum.*

Tertio. *Pejores animalibus ebrios reddit*, VI, 209, 2: *In novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, et cor tuum loquetur perversa.* Sunt quasi, imo plusquam porci, IV, 363, 1. Sunt lividi, luridi, morosi, et varias bestiarum species induunt, VI, 204, 1.

4° *Ebrietas hebetat discretionem*, XIV, 288, 2. Linguam moderari nesciunt ebrii, VI, 204, 1. Eorum temeritas, 484, 2. Nudant secreta, V, 322, 1; 358, 1; VI, 207, 1; 208, 1; 209, 2; 483, 2 et seq.: *Nullum secretum est ubi regnat ebrietas.*

Quarto. *Ebrietas facit iracundos et furiosos*, VI 483, 2. Destruit amicitiam charitatis, XIV, 288, 1. Ebrii sunt tumultuosi, VI, 44, 1. Verberant sine causa et verberantur, 204, 2: *Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis?* Ebrius plerumque rixas excitat, X, 138, 2: *Vinum multum potatum, irritationem et iram, et ruinas multas facit. Amaritudo animæ multum vinum potatum*; 139, 2: *Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, et faciens vulnera.* Ebriorum irascibilitas, 139, 2; 140, 1: *In convivio vini non arguas proximum.* Ebrius comparatur aquæ cui ferrum intingitur, 134, 2: *Ignis probat ferrum durum, sic vinum corda superborum arguet, in ebrietate potatum.* Comparantur ebriosi basilicis, VI, 208, 2: *In novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.* Excandescentia est temulentiæ species, 44, 2.

Quinto. *Ebrii consumunt opes et vitam decurtant.* Consumunt opes, XIV, 288, 1. Uxorem et filios ad inopiam redigit ebrius, V, 358, 1. Ebriosus destruit fortitudinem corporalem, et vitam decurtat, XIV, 288, 1; X, 135, 2: *Quæ est vita ei qui minuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors.* Ebrietas dat occasionem hosti invadendi et capiendi arces et urbes, V, 358, 1.

Sexto. *Ebrii quam sint probrosi et infames*, VI, 44, 2; 213, 2. Omnibus horrori sunt, VI, 208, 2. Sunt humani generis opprobrium et puteus inferni, XIII, 68, 2. Ebrius sæpe ob nuditatem suam se omnium ludibrio exponit, XIV, 232, 1, 2: *Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, et inebrians ut aspiciat nuditatem ejus!*

Septimo. *Ebrii pravos procreant filios*, IV, 300, 2. A generatione abstineant ebrii, *ibid.*

V. Ebriorum punitionis exempla, II, 250, 2: *Vocatusque est ille locus, Sepulcra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum qui desideraverat.* Item eorum qui in ebrietate pœnitenda admiserunt, I, 234, 2.

VI. Ebrietatis remedia externa. — Ei resistunt unguenta, VI, 338, 2: *Unguento et variis odoribus delectatur cor.* Verberibus e cerebro pellitur, VI, 213, 1. De ebrietate tria apophthegmata. *Primus* calix, inquit Anacharsis, bibitur sanitatis; *secundus* voluptatis; *tertius* ebrietatis, injustitiæ et insaniæ, I, 373, 2 (*Vide* Bibere).

VII. De ebrietate spirituali. Ebrietas spiritualis alia est a corporali, XVII, 92, 1: *Alii autem irridentes dicebant: Quia musto pleni sunt isti.*

Utriusque analogiæ et effectus, *ibid.* Ebrietas spiritualis quæ sit et quam optanda, XIV, 323, 2 : *Comedistis, et non estis satiati ; bibistis, et non estis inebriati.* Ebrietas mentis quartus contemplantium gradus, VII, 491, 1 : *Introduxit me rex in cellaria sua; exultabimus et lætabimur in te, memores uberum tuorum super vinum.* Ebrietas contemplantium, VIII, 95, 2 : *Comedite, amici, et bibite, et inebriamini, charissimi.* Ebrietas spiritualis ab Eucharistia, quænam, *ibid.*

EBUR. Ebur cur antonomastice dicatur os, XII, 413, 1, 2. Olim minio tingebatur, 414, 1. Vetustate rubescit, *ibid.*

ECBATANA. Ecbatana nomen indeclinabile urbis Medorum, IV, 289, 1. A quo et quando ædificata, 413, 1. Quando vastata, 311, 1.

ECCLESIA. Omnia quæ ad Ecclesiam tum militantem, tum triumphantem pertinent, in septem partes vel capita distribuimus.

CAPUT PRIMUM.

QUID SIT ECCLESIA, QUOMODO HÆC VOX SUMATUR IN SCRIPTURIS; ECCLESIÆ VARIÆ FIGURÆ ET ALLEGORIÆ.

I. *Quid sit Ecclesia*, XVIII, 249, 1. Unde dicatur, et ejus etymon, XIII, 512, 1. Ejus nomen quod sit, XI, 724, 1 : *Et videbunt gentes nomen tuum, et vocabitur tibi nomen novum.* Ejus nomen vere est Dominus, XII, 863, 1, 2 : *Et nomen civitatis ex illa die Dominus ibidem.* Cur vocatur regnum cœlorum, XII, 502, 2; 503, 1; XV, 328, 1, 2. XVII, 285, 1; Eam Apostolus exprimit per *cœlestia*, XIX, 447, 1, 2 : *Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari, ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quam istis.* An sit orbis terræ futurus, 366, 2 : *Non enim angelis subjecit Deus orbem terræ futurum.* Est cœlum terrenum, XI, 122, 2: *Et dicent : Venite et ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Jacob.*

II. Ecclesiæ *vox significat congregationem*, V, 139, 2 : *Pene fui in omni malo, in medio Ecclesiæ et synagogæ.* Congregatio et cœtus quilibet hominum etiam Ecclesia est, IX, 570, 1 : *Os prudentis quæritur in Ecclesia.* Pro sapientum cœtu et concilio sumitur, X, 295, 1 : *Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, et in Ecclesiam non transilient.* Melius cœtum fidelium significat quam concio, IX, 439, 1 : *In medio Ecclesiæ aperiet os ejus.* Per Ecclesiam quid significatur, dum dicitur Ammonitas non posse intrare Ecclesiam, IV, 260, 1. Ecclesia quævis (ut ædificium) vocatur abusive martyrium, XXI, 147, 2; 148, 1.

III. *Quibus rebus in Scriptura significetur Ecclesia* (hic non dantur figuræ et comparationes quæ melius ad varias Ecclesiæ notas referuntur). Ecclesia significatur mystice in descriptione terræ et civitatis Jerusalem, XII, 855, 2; 858, 1, 2; XIV, 592, 2. Per Sion et Jerusalem intelligitur, XIII, 512, 1 : *Quia in monte Sion et Jerusalem erit salvatio;* XV, 459, 1 : *Dicite filiæ Sion : Ecce rex tuus venit;* XVIII, 22, 2. Ecclesia tam militans in terris quam triumphans in cœlis vocatur Jerusalem, XX, 79, 1 : *Et scribam super eum nomen Dei mei, et nomen civitatis Dei mei, novæ Jerusalem;* Psalm. II, 183, 1 : *Et annuntient in Sion nomen Domini, et laudem ejus in Jerusalem.* Cur dicatur similis Jerusalem et Thersæ urbibus, VIII, 145, 2: *Pulchra es, amica mea, suavis, et decora sicut Jerusalem.* Est velut Jerusalem, X, 236, 1 : *Miserere civitati sanctificationis tuæ Jerusalem, civitati requiei tuæ.* Cur sit turris gregis et Ophel, sive Jerusalem et Sion, cur vocetur filia et Sion, XIV, 98, 2; 99, 1; 100, 1: *Et tu, turris gregis, nebulosa filiæ Sion, usque ad te veniet;* 307, 1 : *Lauda, filia Sion; jubila, Israel; lætare et exulta in omni corde, filia Jerusalem.* Ecclesia est velut Sion, id est speculatio, IX, 236, 2; XI, 709, 1: *Et vocabunt te civitatem Domini, Sion, sancti Israel.* Sioni comparatur, XI, 495, 2: *Super montem excelsum ascende, tu qui evangelizas Sion.* Vocatur Sion ob varias rationes, XVIII, 558, 2: *Illa autem quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra;* XIX, 506, 2: *Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem.* Cur vocetur Jacob, Israel, XI, 697, 2 : *Et* (cum) *venerit Sion redemptor, et eis qui redeunt ab iniquitate in Jacob.* Est vera Sion et Israel, XII, 760, 1 : *Faciam eas in gentem unam, in montibus Israel;* XIV, 555, 2 : *Magnificetur Dominus super terminum Israel.* Per Israelem designatur, X, 548, 1. Cur dicatur mons Sion, latera aquilonis, civitas Domini virtutum, *Psalm.* I, 313, 1 : *Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, civitas regis magni;* Psalm, II, 167, 2 : *Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate in monte sancto ejus.* Vocatur rus Judæorum ob tres causas, XII, 182, 1, 2 : *Ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas ejecero eos illuc: et convertam eas ad rura sua.* Ecclesia est mystice domus David, XIV, 517, 1 : *In die illa, erit fons patens domui David.* Cur eam vocet Psaltes filiam David, *Psalm.* I, 297, 2; 298, 1: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam.* Templo et judaica synagoga designatur, V, 245, 1. Tabernaculo fœderis et Sancto sanctorum denotatur, XVIII, 462, 1, 2 : *Vos estis templum Dei vivi;* XIX, 423, 2 : *Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis; sanctorum minister et tabernaculi veri quod fixit Dominus, et non homo;* 432, 1. Ipsa est amplius et perfectius tabernaculum per quod Christus transivit, 440, 1 : *Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum.... introivit semel in sancta.* Eam repræsentat arca fœderis, maxime triumphantem, XXI, 232, 2: *Et visa est arca testamenti ejus in templo ejus.* Denotatur

per candelabrum templi Judaici, XIX, 432, 1, 2; XXI, 28, 1.

Ecclesiæ catholicæ typus fuit Esther, IV, 376, 2. Repræsentatur per hortum in quo habitum fuit convivium Assueri, 364, 1. Ecclesiæ imago Suzanna est, XIII 183, 1. Symbolice cum beata Virgine comparatur, XI, 192, 1. Repræsentatur per mulierem amictam sole, maxime Ecclesia quæ erit in fine sæculi, XXI, 234, 2. Allegorice Alexandria populorum est, XIV, 192, 2.

Ecclesia vocatur hortus plantationum, IX, 664, 1 : *Dixi : Rigabo hortum meum plantationum, et inebriabo prati mei fructum.* Est hortus conclusus et fons signatus, VIII, 73, 2. Dicitur flos campi et lilium convallium variis de causis, VII, 547, 1. Palmæ assimilatur propter multas analogias, IX, 636, 1, 2. Est terra desiderabilis, XIV, 600, 2 : *Eritis enim vos terra desiderabilis.* Ecclesia cur columba sit, *Psalm.* I, 29 *in titul.* Januæ assimilatur, IX, 429, 1 : *Beatus.... qui respicit per fenestras illius et in januis illius audiens.* Cur chrysoprato gemmæ assimiletur, XXI, 394, 2. Est quasi domus pœnitentiæ, XIV, 72, 1 : *In domo pulveris pulvere vos conspergite.*

Ecclesiæ typus est firmamentum, X, 386, 2 : *Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus est.* Item luna, 30, 1, 2; 395, 2 : *A luna signum diei festi.* Soli, lunæ, iridi comparatur, *Psalm.* II, 100, 2 : *Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in cœlo fidelis.* Fulget ut sol et luna, XX, 436, 1. Arcturo sideri assimilatur, XIII, 582, 1. Auroræ comparatur, *Job*, 84, 1 : *Expectet lucem, et non videat, nec ortum surgentis auroræ.* Fuit diluculum et aurora, XII, 390, 1, 2 : *Novi diluculo, multa est fides tua.* Est scabellum Dei, XI, 759, 1 : *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum.*

CAPUT SECUNDUM.

ECCLESIÆ INSTITUTIO ET NECESSITAS.

I. *Ecclesia ante Christum.* Ecclesia vetus et nova, Judæorum et Christianorum, eadem est, XIV, 307, 1. Ejus instaurationem et reformationem petit Psaltes, in *Psalm.* CI, XIX, 362, 1 : *Tu in principio, Domine, terram fundasti.* An in solis Elia, Eliseo et paucis sacerdotibus Eliæ tempore constiterit, XVIII, 186, 2 : *Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt : et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam.* Ecclesia vera cur olim in tribu Juda fuerit, XII, 40, 1.

II. *Ecclesiæ formatio a Christo.* 1° *Quomodo formata de carne et ossibus Christi*, XVIII, 663, 2 et seq. : *Membra sumus corporis ejus, de carne ejus, et de ossibus ejus.* Est formata ex latere Christi dormientis in cruce, XII, 852, 1. Sub arbore malo est suscitata, VIII, 213, 1 : *Sub arbore malo suscitavi te.* Quomodo desursum esse dicatur, XVIII, 558, 1 : *Illa autem quæ sursum est, Jerusalem mater nostra.* Cur dicatur de cœlo descendere, XXI, 79, 1. Orta tantum post Christi recessum, sicut luna post solis occasum, XIV, 259, 2. Ecclesiam veterem reædificavit Nehemias, novam ædificavit Christus, IV, 230, 2.

2° *Ecclesia est a Christo prudenter ædificata et roborata*, VI, 217, 1 : *Sapientia ædificabitur domus.* Fundamenta et fabrica ejus, XI, 644, 1 : *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris.* Ejus lapis fundamentalis est Christus, XVI, 75, 2 : *Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in Israel*, XVIII. 269, 2 : *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.* Fundata est super petram, XIII, 646, 2 : *Et plantabo eas super humum.* Ecclesiæ fundamenta quæ, *Psalm.* II, 75, 1 : *Fundamenta ejus in montibus sanctis.* Ecclesiæ ædificatio ex quibus lapidibus, *Psalm.* I, 451, 1 : *Deus salvam faciet Sion, et ædificabuntur civitates Juda.* Ejus fabrica describitur juxta descriptionem templi Salomonis, XII, 792, 1. Symbolice delineatur in templo quod Ezechieli demonstratum est, 779, 1, 2. Quam augusta de ea apud Ezechielem dicantur, 779, 1. Ejus fabrica sæpe in Scripturis comparatur fabricæ domus, XV, 471, 2. *Nunquam legistis in Scripturis: Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Ejus locales et spirituales dimensiones, XVIII, 619, 1. Ejus quadratura tropologice exponitur, XXI, 376, 2 : *Et civitas in quadro posita est, longitudo ejus tanta est quanta et latitudo.* Ejus structores et perfectores qui, XIV, 402, 1. Ecclesia cur dicatur fundari, non fundata, *Psalm.* I, 313, 1 : *Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion.*

3° *Ecclesia est a Christo in monte Sion cœpta erigi*, V, 246, 2; XIV, 343, 1 : Ecclesia Christiana cœpit, in Jerusalem in Sion, de qua vaticinatus est Tobias, IV, 308, 1 : *Jerusalem civitas Dei.... luce splendida fulgebis, et omnes fines terræ adorabunt te.* Ejus hieroglyphicum et exordium, XIII, 260, 1. Ejus infantia fuit ab ortu Christi usque ad Pentecosten ; inde vero incipit ejus adolescentia, VII, 604, 2. Ecclesia Dei duobus capitibus mirabilis apparet : *primo*, quod ex incredibili varietate gentium convenit in unius fidei et sacramentorum unitatem; *secundo*, quod super Petrum ita fundata fuit, ut portæ inferi adversus eam prævalere non possint, *Psalm.* I, 313, 1 : *Magnus Dominus et laudabilis nimis, in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.* Ecclesia primitiva dicta fœdus populorum, XI, 585, 2 : *Dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, et possideres hæreditates dissipatas.* Ecclesia Græca prima pene in orbe effloruit deditque primos præstantissimos doctores, XIV, 463, 2 : *Et suscitabo filios tuos, Sion, super filios tuos, Græcia.*

4° *Quomodo prælata sit synagogæ, et propinquior facta soli justitiæ*, XIV, 528, 1 : *Stabunt*

pedes ejus in die illa super montem Olivarum, qui est contra Jerusalem ad orientem. Potior est synagoga Judæorum, VI; 104, 2 et seq. Ejus major gloria est quam synagogæ, XIV, 343, 2 : *Magna erit gloria domus istius novissimæ plusquam primæ.* Ecclesia vetus Judæorum per multas rupturas cecidit, XIII, 643, 1 : *In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit.* Ecclesia condita, templum fuit velut dirutum, et fundamenta evulsa, imo mons cui insidebat abscissus, XII, 779, 1, 2. Conflata est ex Judæis et Gentibus, XVI, 475, 2 : *Alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere.... et fiet unum ovile, et unus pastor.* Vestis est cujus pars detrita est synagoga, pars integrior Ecclesia nova Christi, XVIII, 518, 1. Ecclesia ex gentibus colligenda significatur per aream Areuna Jebusæi, III, 538, 1. Ecclesia cur dicatur vas lineum omnigena animalia continens, XVII, 234, 1. Ecclesia gentium palmes est Christo viti insertus et non insectus, VIII, 4, 2.

III. *Ecclesiæ necessitas.* Extra eam non est salus, XII, 853, 1 : *In littoribus autem, et in palustribus non sanabuntur.* Arcæ Noe comparatur, XIX, 191, 1 : *Quam* (conscientiam) *quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt.* Ecclesiæ et arcæ Noe analogiæ, XX, 340, 1 : *Cum fabricaretur arca in qua pauci, id est octo animæ salvæ factæ sunt per aquam.* Qui ab ea discedit a Christo disjunctus est, XVIII, 249, 2; XX, 233, 2: *Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi.*

CAPUT TERTIUM.

QUÆ SINT NOTÆ ECCLESIÆ A CHRISTO FUNDATÆ.

I. Visibilitas. — Ecclesia est visibilis, XX, 283, 1 : *Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis.* Ecclesia dicitur mons, IX, 121, 2 : *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini, in vertice montium.* Est in vertice montium, et ad eum fluent omnes gentes, *ibid.* Est domus Domini super montem ædificata, XIV, 96, 1 : *Et erit: In novissimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium; et fluent ad eum populi,* XII, 783, 1 : *Et dimisit me super montem excelsum nimis super quem erat quasi ædificium civitatis.*

N. B. Aliunde visibilis est Ecclesia Christi in membris suis; in eorumdem membrorum conventibus, in actibus religionis quos adimplent, et in sua hierarchia.

II. Unitas. — 1° *Unitas fidei.* Est eadem ubique, XVIII, 249, 1. In ea sola ortus est sol veritatis, gratiæ et justitiæ, XI, 701, 1, 2 : *Ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.* Ad eam unitatem servandam obligati sunt Christiani, XVIII, 251, 1 : *Obsecro vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata : sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia* ; XVIII, 631, 1 : *Ipse dedit quosdam apostolos...... donec occurramus omnes in unitatem fidei.* Ecclesia est una et sola, XIII, 312, 2, Non est schismate scindenda, XVI, 644, 2 : *Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum.* Quam ei noceant schismata, XX, 681, 2; 682, 1 : *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.*

2° *Unitas communionis.* Ecclesia est ovile Dei, XVI, 468. 1 : *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.* Habet in se varia pascua, 471, 1. 2. In ea omnes sunt concordes, etsi natura, gente et moribus dispares, XI, 756, 1, 2 : *Lupus et agnus pascentur simul, leo et bos comedent paleas.* In ea lupi habitant cum agnis, IX, 398, 1, 2. Ab Ecclesia Romana pendent omnes Ecclesiæ particulares, XI, 496, 1 : *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion.... Dic civitatibus Juda : Ecce Deus vester.* Ecclesia est velut fasciculus Dei una Domini religione constructus, XIII, 639, 2 : *Qui ædificat in cælo ascensionem suam, et fasciculum suum super terram fundavit.*

3° *Unitas capitis.* Ecclesiæ caput est unum, et ipsa una, X, 460, 2 : *Non est indutus illa* (corona) *alienigena aliquis, sed tantum filii ipsius solis et nepotes ejus per omne tempus.*

III. Sanctitas. — Quomodo dicatur sancta et sine ruga, XVIII, 663, 1 : *Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in Verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujus modi, sed ut sit sancta et immaculata.* Cur Deo complaceat, XI, 726, 1 : *Vocaberis voluntas mea in ea.* Quomodo sit Deo fidelis, 118, 2 : *Post hæc vocaberis civitas justi, urbs fidelis.* Per Christum incarnatum facta est habitaculum justitiæ, mons sanctus, XII, 231, 2 : *Benedicat tibi Dominus, pulchritudo justitiæ, mons sanctus.* Eam implet Christus, implet sanctitate et justitia, XI, 438, 2 : *Et erit fides in temporibus suis, divitiæ salutis, sapientia et scientia : timor Domini ipse est thesaurus ejus.* Cur sit sancta, a sancto Spiritu regitur, XXI, 394. 2 : Cur dicatur civitas sancta, XI, 615, 1 : *Consurge.... induere vestimentis gloriæ tuæ, Jerusalem, civitas sancti.* Cur dicatur terra sanctorum, XI, 377, 2 : *In terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Domini.* Peccatis offenditur, IX, 636, 1. Ex ea quando et quomodo impietas expelli dicatur in Babylonem, XIV, 423, 1. Dicitur pax justitiæ et honor pietatis, XII, 453, 1, 2 : *Nominabitur enim tibi nomen tuum a Deo in sempiternum : Pax justitiæ et honor pietatis.* Ejus anima est fides et charitas, XIX, 293, 2 et seq. Ejus vita est martyrum mors, XVIII, 442, 1 : *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.* Sancta semper mansit, XI, 109, 1; 147, 2 : *Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion.... sanctus voca-*

bitur. Ipsa non est Babylon, ut volunt hæretici, XXI, 307, 2; 312, 1, 2.

IV. Catholicitas. — Ejus præcipua nota est quod sit catholica, XX, 1, 2.

1° *Ecclesia quomodo sit propagata*, XI, 591, 1: *Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi ut habitem.* Quomodo se paulatim diffuderit, VI, 501, 2. Brevi tempore propagata est, *Psalm.* II, 254, 2: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: Dominare in medio inimicorum tuorum.* Significatur allegorice per aquas torrentis sensim crescentis Ezechieli visas, XII, 850, 1. 2. Cur compararetur grano sinapis, XV, 328, 1, 2.

2° *Ecclesia per omnes orbis partes diffusa est*, IX, 647, 2; 648, 1: *Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris et gratiæ*, XI, 641, 1: *Ad dexteram et ad lævam penetrabis.* Ejus semen possidet gentes et terras desertas, 641, 1: *Et semen tuum gentes hæreditabit, et civitates desertas inhabitabit.* Quam late se diffundat, XVI, 556, 2. Comparatur areolæ hortorum, IX, 664, 1. Ecclesia quare et quomodo magna, *Psalm.* I, 217, 2: *Confitebor tibi in ecclesia magna.* Quanta sit ejus amplitudo et capacitas, XIV, 373, 2: *Absque muro habitabitur Jerusalem, præ multitudine hominum et jumentorum in medio ejus.* Ecclesiæ et regni Christi propagatio, *Psalm.* I, 467, 1: *Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.* Quomodo dilatanda, XI, 713, 1, 2: *Minimus erit in mille, et parvulus in gentem fortissimam.* Ecclesia Christi quaquaversum propaganda, XII, 234, 2; 235, 1. Per omnes gentes fundanda Ecclesia, aliquanto tempore apud eas stare debet antequam veniat mundi finis, sed quamdiu, incertum est, XV, 505, 1.

3° *Ecclesiæ fœcunditas.* Ecclesia ex gentibus diu sterilis, *Psalm.* II, 268, 2: *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem* Initio exigua et sterilis respectu synagogæ, et deserta a Deo, fide, gratia; at postea his omnibus magis fœcundata est quam synagoga, XI, 640, 1, 2. Cur mater fœcunda dicatur, XVIII, 558, 2. Ejus partus fœcundus, XI, 760, 2: *Numquid parturiet terra in die una, aut parietur gens simul?* Quam multos pepererit Deo, XVIII, 558, 2: *Lætare, sterilis, quæ non paris, erumpe et clama.* Est virgo virtutibus, mater prolibus, 559, 1. Quomodo pariat Deo filios masculos, XXI, 243, 2: *Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut, cum peperisset, filium ejus devoraret.* Ad eam venere ex omnibus gentibus, XI, 533, 2; 534, 1: *Noli timere, quia ego tecum sum: ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Dicam Aquiloni: Da; et Austro: Noli prohibere; affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terræ.* Ad eam quomodo omnes gentes confluxuræ sint, 122, 1: *Erit..... præparatus mons Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes.* Quod significat tria: 1° flumina populorum fluere contra naturam, sursum in altissimum montem ascendendo; 2° eorum affluentiam et rapidum cursum; 3° eorum cursum spontaneum, XI, 122, 1. Ad eam terrenas gentes venire quam sit miraculosum, *ibid.*; XIV, 96, 1, 2. Ecclesia comparatur oleæ et olivæ, XII, 98, 2: *Olivam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocavit nomen tuum.* Vocatur oliva propter varias analogias, XIII, 471, 1: *Ibunt rami ejus, et erit quasi oliva gloria ejus, et odor ejus ut Libani*; XVIII, 193, 1: *Tu autem cum oleaster esses, socius radicis et pinguedinis olivæ factus es.* Christo facta est in cornu filio olei, id est oleatum, olei ferax, oleo abundans et plenum, XI, 152, 2.

Ecclesia vineæ comparatur, XI, 152, 2; XII, 304, 1; 601, 2; XV, 470, 1; XVII, 272, 2. Ejus fecundus proventus, XI, 455, 1, 2. Producit bonos fructus, etiamsi malos habeat pastores et doctores, XV, 471, 1: *Vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.*

V. Apostolicitas (*Vide* verbo Apostoli, et infra Constitutio Ecclesiæ).

CAPUT QUARTUM.

QUÆ SINT ECCLESIÆ DOTES.

I. Perpetuitas. *Ecclesia erit perpetua*, X, 264, 1: *Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt*; XI, 641, 1: *Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, et clavos tuos consolida.* Ejus continuatio et duratio, XVIII, 187, 1. Ecclesia Romana perpetuo futura est, XI, 405, 1. Ecclesia catholica stabit usque ad finem mundi, XXI, 348, 1. In æternum durabit, et semper habebit suos cives, XII, 751, 2: *Adducam super vos homines, populum meum Israel, et hæreditate possidebunt te: et eris eis in hæreditatem, et non addes ultra ut absque eis sis.* Durabit in æternum, donec in beatum statum mutetur, XIV, 537, 2; 538, 1: *Habitabunt in ea, et anathema non erit amplius; sed sedebit Jerusalem secura.* Est solida, æterna et cœlestis, XIX, 357, 2. Ejus pax et longævitas, XIV, 444, 1: *Adhuc habitabunt senes et anus in plateis Jerusalem; et viri baculus in manu ejus præ multitudine dierum.*

II. Indefectibilitas, id est, identitas perpetuæ permanentiæ in sua natura. 1° *Ecclesia an possit deficere?* In æternum tota non deficiet, XI, 663, 1. Non potest omnino deficere, nec deficiet, XVIII, 186, 2. Ecclesia gentium susceptam fidem nunquam deseret, XIV, 527, 2: *Et stabunt pedes ejus in die illa super montem Olivarum.* Sub Antichristo non deficiet, XIX, 163, 2. In æternum durabit ejus decor, XI, 615, 2: *Non adjiciet ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus.* Ejus constantia in fide, doctrina, moribus, persecutionibus, martyriis, XXI, 237, 2. *Mulier amicta sole, et*

luna sub pedibus ejus. Lucerna ejus non extinguitur, VI, 503, 2; 504, 1: *Non extinguetur in nocte lucerna ejus,* ibid.

III. AUCTORITAS IN DOCENDO, SEU MAGISTERII. — Ecclesia repletur doctrina prædicationis evangelicæ, XI, 264, 1, 2: *Repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes.* Successu temporis crevit ad perfectionem agnitionis mysteriorum fidei, XVI, 288, 1; 578, 2: *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Didicit multa per traditiones, XIX, 279, 2: *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et in dilectione in Christo Jesu.* Superat omnes Judæorum et philosophorum scholas, VI, 524, 2: *Multæ filiæ congregaverunt divitias; tu supergressa es universas.* Item transcendit omnes doctrinas, leges, instructiones, religiones Judæorum et philosophorum, XIV, 96, 1, 2: *Et erit: In novissimo dierum, erit mons domus Domini præparatus in vertice montium.* Ejus sapientia et firmitas significatur per duas columnas, III, 588, 1. Ejus septem columnæ quæ, V, 246, 2 et seqq. Quam sit clemens in docendo, VI, 520, 2: *Os ejus aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua ejus.*

Ecclesia custos et doctrix est sacræ Scripturæ, XVIII, 207, 2. Ejus est definire quæ sint genuinæ Scripturæ, quis sit liber canonicus, quis apocryphus, item quis sit genuinus Scripturæ sensus, XV, 48, 1, 2; XVI, 11, 1, 2. Ecclesiæ communis oratio a tota Ecclesia approbata, examinari non debet, XVIII, 391, 1. Est judex controversiarum fidei, XI, 647, 2: *Omnem linguam resistentem tibi in judicio, judicabis.* Ad eam in dubiis est confugiendum, XVIII, 5, 2. Ab ea in dubiis fidei petenda est stabilis resolutio, XIX, 219, 1, 2. Ab Ecclesia Romana veritas fidei et apostolicæ traditionis petenda, XVIII, 5, 2; 6, 1; 44, 2: *Fides vestra annuntiatur in universo mundo.*

IV. INFALLIBILITAS. 1° *Ecclesia est columna et firmamentum veritatis, cur,* XIV, 443, 1: *Habitabo in medio Jerusalem; et vocabitur Jerusalem civitas veritatis et mons Domini exercituum, mons sanctificatus,* XIX, 218, 1, 2: *Ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est columna et firmamentum veritatis.* Non potest errare in fide, *ibid.* et seq. Omnis simul errare non potest XI, 663, 1. Ei semper de oraculo veræ fidei Christus prospicit, XVI, 263, 1: *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.*

2° *Cui debeat hanc prærogativam.* In Ecclesia christiana habitat et requiescit SS. Trinitas, IX, 627, 1. *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo,* XV, 269, 1. A Spiritu sancto assistitur. *Non enim vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Petro ut vicario Christi velut fundamento innixa et solidata, in fide errare non potest, 369, 1, 2: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Ipsa est peculium Christi, qui in ea semper habitat, IX, 631, 1: *Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine Sanctorum detentio mea;* XV, 658, 2: *Et ecce vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Ejus umbella Christus est, XI, 149, 2: *Creabit Dominus super omnem locum montis Sion, et ubi invocatus est, nubem per diem, et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte; super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, et in securitatem.* Est tabernaculum Davidis, id est Christi et Christianorum, XIII, 642, 2; 643, 1. Exinde quod Deus et Christus cum Ecclesia inhabitent, dicitur civitas Dei, XV, 658, 1. Est regnum Dei, 285, 2: *Qui autem minor est in regno cælorum, major est illo;* XVII, 49, 2. Est mystice templum Dei, XIV, 587, 1: *Et statim veniet ad templum suum dominator;* XVIII, 461, 2: *Vos enim estis templum Dei vivi.* Cur dicatur sanctuarium Dei, XII, 760, 2: *Et erit tabernaculum meum in eis: et ero eis Deus, et ipsi erunt mihi populus.* Est thronus gloriæ Dei, 143, 2: *Solium gloriæ altitudinis a principio, locus sanctificationis nostræ;* XIII, 92, 2: *Thronus ejus flammæ ignis;* XXI, 94, 1: *Et ecce sedes posita erat in cælo, et supra sedem sedens.*

CAPUT QUINTUM.

ECCLESIÆ CONSTITUTIO.

I. *De anima Ecclesiæ, ubi de Ecclesiæ pulchritudine.* Omnes et soli justi pertinent ad Ecclesiæ animam; variis quidem hominibus per peccata mortuis, sed per gratiam reviviscentibus conflatur, et in Christo coalescit, XII, 759, 2: *Sume tibi lignum unum, et scribe super illud: Judæ et filiorum Israel sociorum ejus; et tolle lignum alterum, et scribe super illud: Joseph ligno Ephraim et cunctæ domui Israel, sociorumque ejus. Et adjunge illa unum ad alterum, tibi in lignum unum, et erunt in unionem in manu tua.* Consurgit e fidelibus cruce et mortificatione expolitis, XIV, 353, 1, 2. Ejus pulchritudo, VIII, 2, 1, 2: *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, et thuris, et universi pulveris pigmentarii.* Ista pulchritudo duplex, interna et externa, VII, 535, 1: *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es.* Exterius deformis, introrsum pulchra est, XIV, 503, 1. Ejus splendor, XI, 644, 1. Ante Christum pauper, fuit ab illo splendida et dives facta, XI, 643, 2. Odori aromatorum fumo cur comparata, VIII, 4, 1. Cur dicitur terra desiderabilis, et caprea amabilis, XIV, 600, 2; 601, 1. Ecclesia stellis coronatur in capite, XIII, 172, 2. Cur stellifera Joanni apparuit, XVIII, 409, 1: Est corona gloriæ Dei, XI, 724, 1, 2: *Et eris corona gloriæ in manu Domini.* Quatuor bona ejus spiritualia sunt, præcepta, exercitia, virtutes et charismata, XIII, 490, 2. Est plenitudo, nam Dei donis

impletur, XIX, 78, 1 : *In ipso* (Christo) *complacuit* (Patri) *plenitudinem inhabitare*. Ejus vestimenta quænam, VIII, 71, 1 : *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*; Psalm., I, 297, 2 : *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Ejus tunica quænam, VIII, 104, 2 : *Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa?* Cur ei detur calceus ianthinus, XIX, 55, 1. Eam ornant varii religiosi ordines, XVIII, 252, 1.

II. *Ecclesiæ intima unio cum Christo*. Ecclesiæ anima et vita Christus est, XVIII, 632, 2; 633, 1 : *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*. Ejus societas est cum Christo et Deo, XX, 521, 1 : *Societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus Jesu Christo*. Est corpus Christi, XV, 512, 1 : *Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquilæ*; XVIII, 374, 2 : *In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus*. Christus caput est Ecclesiæ, et Ecclesia est complementum Christi tanquam sui capitis; XVIII, 352, 2 : *Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est : caput autem mulieris vir; caput vero Christi Deus*; 597, 1 : *Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam*; 598, 1, 2 : *Quæ est corpus ipsius, et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur*. In eam Christus summam potestatem habet, XXI, 71, 1, 2 : *Qui habet clavem David; qui aperit, et nemo claudit; claudit, et nemo aperit*. Ecclesia Christi est, non Pontificis, XX, 379, 1 : *Pascite qui in vobis est gregem Dei*. Est novus mundus et regnum Christi, XI, 753, 1 : *Ecce ego creo cælos novos et terram novam*, XV, 398, 2; 600, 2; 601, 1. *Jesus autem stetit ante præsidem, et interrogavit eum præses, dicens : Tu es rex Judæorum ? Dicit illi Jesus : Tu dicis*, XVI, 20, 2; 21, 1 : *Et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni illius non erit finis*. Materialiter et reipsa est regnum Christi, XIII, 644, 1. Ejus regnum adiit Christus in cruce, dum de morte et inferno, peccato et mundo triumphavit, XV, 462, 2 et seqq.

Ecclesia est sponsa Christi, *Psalm*. I, 297, 2 : *Astitit regina a dextris tuis*. Cur dicatur sponsa et sponsus, et qua ratione, XI, 721, 2 : *Induit me vestimentis salutis, et indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis*. Ejus cum Deo matrimonium, 642, 1 : *Ut mulierem derelictam et mærentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentia abjectam, dixit Deus tuus*. Eam sibi Christus copulavit ut conjugem, XIII, 286, 2. Christus ejus sponsus est, XVIII, 667, 1 : *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia*. Ejus epithalamium canit Psaltes *Psalm*. XLIV, XIX, 360, 2. Est Agni sponsa in hac vita, in futuro erit uxor, XXI, 334, 1 : *Et uxor ejus præparavit se; et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti et candido; byssinum enim justificationes sunt sanctorum*. Eam quam ardenter Christus amet, XIV, 336, 2. Amor Christi erga eam adulterio Davidis comparatur, XVIII, 101, 2; 102 1. Christo sponso suo reddit bonum, VI, 494, 1 : *Reddet ei bonum, et non malum, omnibus diebus vitæ suæ*. Sub umbra Christi quomodo quiescit, VII, 554, 1 : *Sub umbra illius quem desideraveram sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo*. Est Christi palmetum amœnissimum, IX, 636, 1.

III. *De Ecclesiæ corpore*. 1° *Quibus coalescat corpus seu pars exterior Ecclesiæ*. A fidelibus inter se consociatis constituitur, XVI, 353, 1, 2. Est velut magna familia et domus, XIX, 214, 2 : *Oportet Episcopum esse.... suæ domui bene præpositum*. Ad corpus Ecclesiæ seu ad visibilem Ecclesiam spectant omnes Christi fideles, tam justi quam peccatores, tam boni quam mali, XV, 334, 2 : *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti*. In ea tam sunt polluti et peccatores, quam justi et sancti, XI, 457, 1, 2. Item, tam electi quam reprobi secus ac Calvinus docet, XIX, 293, 2 : *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia*. Sunt in Ecclesia etiam hæretici et schismatici, in eo sensu quod ejus jurisdictioni subsunt, licet ejus boni sint privati, XVIII, 290, 2. Ecclesia similis est areæ in qua plures sunt paleæ quam tritici grana, XV, 106, 1 : *Cujus ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili*.

Ecclesiæ membra mystica quæ sint, XVIII, 376, 1, 2. *Vos autem estis corpus Christi et membra de membro*; 636, 2 : *Ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate*. Ei conveniunt sex proprietates corporis et membrorum, 376, 1, 2 : *Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro*.

IV. *In quas classes qui Ecclesiam conficiunt, distribuantur*. 1° *Corpus Ecclesiæ suo ordine est compactum*, XVIII, 630, 2 : *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores, ad consummationem sanctorum*. Ejus fortitudo, pulchritudo, consistit in ordine hierarchico, VIII, 146, 1 : *Pulchra es, amica mea, suavis, et decora sicut Jerusalem : terribilis ut castrorum acies ordinata*. Ecclesiæ hierarchiæ præsunt angeli extremi ordinis, XVIII, 355, 2 : *Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos*. Nemo in Ecclesia ministrat, qui ad tale ministerium non habet titulum, 207, 1. *Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina*. Nomine Ecclesiæ cui peccantes obstinati denuntiari jubentur, intelliguntur ejus pastores et

rectores, XV, 409, 2 : *Quod si non audierit eos* (testes) *dic Ecclesiæ*. Ejus rectores qui affligit, Christum affligit, V, 583, 1 : *Non est bonum damnum inferre justo, nec percutere principem qui recte judicat.*

2° *Ecclesiæ caput visibile.* Ecclesia super Petrum est fundata et ædificata. XV, 366, 1 : *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Duodecim privilegia uni S. Petro respectu totius Ecclesiæ a Christo concessa : *primum*, quod a Christo creatus sit petra et fundamentum Ecclesiæ ; *secundum*, quod Petrus fuerit caput, superior, rector et judex omnium Apostolorum ; *tertium*, quod fuerit hierarcha, quodque ab eo omnis ordo hierarchicus descendat; *quartum*, quod Christus S. Petro ejusque successoribus promiserit et dederit assistentiam Spiritus sancti ad regendam Ecclesiam et docendam veram fidem ; *quintum*, quod Petrus et Pontifex quilibet Christi personam et auctoritatem repræsentet ; *sextum*, quod S. Petrus ejusque successores Romani Pontifices toti Ecclesiæ præsint quasi monarchæ ; *septimum*, quod jus et imperium Petri non tantum sublimius, sed et amplius sit quam quorumvis regum et imperatorum ; *octavum*, S. Petri jus et imperium non tantum in terram, sed et ad inferos et superos pertinet ; *nonum*, S. Petri potestas propagatur in posteros, et cæteris patriarchis deficientibus, inconcussa perdurat et durabit usque ad finem mundi ; *decimum*, S. Petri potestas et dignitas superat potestatem Abrahæ, Mosis, Aaronis, Melchisedech, omniumque veterum pontificum, patriarcharum et prophetarum ; *undecimum*, S. Petrus per discipulos a se missos fundavit per totum orbem Ecclesias; *duodecimum*, non ita cœlum splendescit, quando radios suos sol demittit, sicut Romanorum urbs duas illas lampades (Petrum et Paulum) ubique terrarum effundens, XX, 232, 2 et seq. Ejus regimini necessaria est subordinatio episcoporum, sacerdotum, et fidelium omnium sub uno Pontifice, XV, 255, 2: *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt : Primus, Simon, qui dicitur Petrus*, etc. Ecclesiæ regimen est monarchicum, XVI, 646, 1: *Dicit et* (Petro) : *Pasce agnos meos.* Est regnum sacerdotale, et regale sacerdotium, XX, 285, 2 : *Vos autem genus electum, regale sacerdotium*, XXI, 132, 1, 2 : *Fecisti nos Deo nostro regnum, et sacerdotes, et regnabimus super terram.* Ecclesiæ caput osculantur reges in Pontifice qui est Ecclesiæ caput, XI, 591, 2; 591, 1, 2 : *Vultu in terram demisso adorabunt te* (reges) *et pulverem pedum tuorum lingent.* Ecclesia Romana caput est omnium Ecclesiarum, XX, 232, 2.

3° *Ecclesiastica potestas est immediate a Deo*, XVIII, 220, 1 : *Non est enim potestas nisi a Deo.* Ecclesia duplicem habet potestatem, unam spiritualem et alteram temporalem, XV, 577, 2. Hæc duplex potestas figuratur per duos gladios, *ibid.* In ea duplex est regnum, unum quantum ad spiritualia, alterum quantum ad temporalia, XII, 819, 1. Non evertit regna mundi, XVIII, 219, 1 : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Ecclesia non judicat paganos et cur, 290, 2 : *Quid mihi de iis qui foris sunt judicare?*

Non omnia ad ejus regimen spectantia Christus constituit, sed multa reliquit successoribus, XIX, 323, 1 : *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi.* Ecclesiæ olim regebantur, non jurisdictione distincta, sed communi presbyterorum consilio, labore et spiritu, 3, 2 : *Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus.* In Ecclesia est potestas peccata retinendi et absolvendi ; hoc significatur per sardineum et jaspideum colorem Dei sedentis in throno, XXI, 95, 2 : *Et qui sedebat, similis erat aspectu lapidis jaspidis et sardinis.* Ecclesiastica immunitas a jurisdictione civili, quando introducta, XVII. 412, 1, 2 : *Dixit autem Paulus : Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet judicari.* Ecclesiasticis superioribus est obediendum, XIX, 522, 1 : *Obedite præpositis vestris, et subjacete eis.*

4° *Ecclesiæ varii ritus et usus ab ea statuti vel observati.* Quos ritus priscæ Ecclesiæ adhuc observet et retineat, XVIII, 395, 2. Octo ritibus Ecclesiæ antiquæ successerunt octo ritus modernæ, *ibid.* Cur preces et responsoria iteret, IX, 231, 1: *Non iteres verbum in oratione tua.* Semper laudat SS. Trinitatem, 445, 1 : *Sapientiæ enim Dei astabit laus, et in ore fideli abundabit, et Dominator dabit eam illi.* Semper orat pro summo Pontifice, XVII, 261, 2 : *Et Petrus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.* Multos ritus ex *Zacharia* et *Apocalypsi* et similia symbola rerum sacrarum mutuata est in officiis ecclesiasticis, XIV, 391, 2. Utitur quarto libro *Esdræ* in introitu Missæ, et in officio *de Martyre*, IV, 263, 1. Cur præ sanctis Veteris Testamenti celebret festum septem fratrum Machabæorum, 529, 2. Quomodo peccatoribus defunctis adhibeat suffragia, 554, 1 : *Rogaverunt ut id quod factum erat delictum oblivioni traderetur.* Omni ratione satagit adjuvare animas fidelium defunctorum, *ibid.* Vetat carnes causa sanctitatis, XIX, 226, 2 : *Omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Quando et quare præcepit Eucharistiam jejunis sumi, XVII, 358, 1, 2 : *Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* Cur vetuit matrimonium Christiani cum hæretica, et irritavit Christiani cum pagana, 322, 1 : *Quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino.*

Ecclesia quot choros spirituum agnoscat, VII, 271, 1 : *Sapientia confortavit sapientem super decem principes civitatis.* An nulla agnoscat et colat

nomina angelorum præter tria, IV, 363, 1; XXI, 21, 1. Ecclesia Abyssina etiamnum servat ritus apostolicos, XVIII, 20.

Ecclesia toleravit initio in Judæis conversis aliquos errores, XVIII, 230, 3: *Nam alius judicat diem inter diem, alius autem judicat omnem diem, unusquisque ergo in suo sensu abundet.* Olim episcopos et presbyteros in hæresim lapsos recipiebat quidem ad pœnitentiam, sed privabat officio sacerdotali, et sæpe redigebat ad communionem laicam; sed postea invalescente lapsorum numero, multos in pristinum sacerdotii gradum restituit, XII, 833, 2. Cur Origenem damnarit, XIII, 235, 1.

CAPUT SEXTUM.

ECCLESIÆ MILITANTIS STATUS, CONDITIO, PROBATIONES, VICTORIÆ, CUM REGIBUS ET HOMINIBUS RELATIONES.

1° *Ecclesia habitat hic in tabernaculum quasi hospes*, XI, 641, 1: *Dilata locum tabernaculi tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende.* Significatur per dispositionem castrorum Hebraicorum in deserto, II, 199, 2: *Singuli per turmas, signa atque vexilla et domos cognationum suarum castrametabuntur.* Duas habet vitas, unam qua laborat in terra, altera qua remuneratur in cœlo, XII, 801, 2: *Et extra portam interiorem, gazophylacia cantorum in atrio interiori.* Quando dicatur laborare siti, 120, 2: *Majores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua: confusi sunt et afflicti.* Sine bello esse nequit, cum sit militans, XIV, 122, 1. Per navem significatur, XII, 701, 2. Navis est in mediis tentationum fluctibus, XV, 234, 1: *Et ecce motus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus.* Navis est Petri, XVI, 109, 1: *Ascendens autem in unam navim quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum.* Continuo luctatur cum Lucifero ejusque asseclis, XXI, 235, 1. Ecclesiæ luctus qualis, *Job*, 357, 2: *Nunc autem oppressit me dolor meus, et in nihilum redacti sunt omnes artus mei.*

2° *Ecclesia persecutionibus semper obvia fuit.* Ecclesia vix nata in Abel persecutionem patitur, *Psalm.* II, 368, 1: *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Israel.* Ecclesiæ varia cum diversis certamina, XXI, 146, 1. Ecclesia lilium inter spinas infidelitatis, hæresis, et malorum Christianorum, VII, 550, 1: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Semper in medio persecutorum est Ecclesia, *Psalm.* II, 254, 2: *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Ejus primæ persecutiones a Romanis imperatoribus excitatæ, XXI, 141, 2; 142, 1. Ejus persecutores an sint Gog et Magog, XII, 765, 2. Ecclesiæ primitivæ persecutio quamdiu durarit, XXI, 185, 1. Ecclesiæ Hierosolymitanæ quanta dispersio fuerit, XVIII, 190, 1: *Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, et omnes dispersi sunt per regiones Judææ.*

3° *Persecutionum Ecclesiæ causa.* Ecclesiæ pugna adversus hostes, Deo præcipue auctore, *Psalm.* I, 388, 2. Eam Deus ob fidelium peccata graviter sinit affligi, XII, 653, 1. Persecutionibus agitatur sæpe ob peccata fidelium, XIII, 112, 2: *Tibi, Domine, justitia, nobis autem confusio faciei, sicut est hodie.* Ob scelera impiorum turbatur et punitur, 318, 2. Ejus afflictæ lamentationes, XII, 349, 1, 2.

4° *Ecclesia semper in persecutionibus auxilium a Deo, victoriam et augmentum, accepit.* Quantam ejus curam habeat Deus, XVI, 499, 2. Eam, quam sublimiter, et potenter et magnifice Christus pascat ac tueatur, XIV, 120, 2: *Et stabit, et pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui.* In ea confidit Deus et Christus, et facit eam fortem et stabilem, VI, 492, 1: *Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit.* Ejus murus et antemurale quæ sint, XI, 373, 2: *Urbs fortitudinis nostræ Sion salvator, ponetur in ea murus et antemurale.* Eam quam validis vallis Deus communiat, XIV, 456, 2: *Et circumdabo domum meam ex his qui militant mihi euntes et revertentes.* Pro hujus salute et tutela nihil reformidandum, IV, 220, 2. Quæ sit ejus fortitudo, XIV, 463, 2: *Extendam mihi Judam quasi arcum, implevi Ephraim; et suscitabo filios tuos, Sion, super filios tuos, Græcia: et ponam te quasi gladium fortium.* Licet exagitata persecutionibus, semper tamen loco suo firma mansit, 505, 2. Ejus solemnitas, firmitas, charismata, munimen, XI, 442, 2: *In excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus.* In persecutionibus sperat liberationem, VI, 503, 2; 504, 1. Ecclesia primitiva in persecutionibus divinis consolationibus abundabat, XVIII, 139, 2: *Sed et nos ipsi primitias spiritus habentes, et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes.* Est semper invicta, XV, 369, 2 et seq.: *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Ecclesiæ contra inimicos victoria mystice designata, *Psalm.* I, 388, 1: *Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?* Ejus restauratores quovis sæculo semper Deus excitavit, XIV, 326, 2; 327, 1. Eam ut cœpit Deus, ita et promovebit, XXI, 25, 2. Ejus custodes sunt Angeli, XI, 726, 2: *Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes. In die illa ponam duces Juda sicut caminum ignis in lignis, ... et devorabunt ad dexteram et ad sinistram omnes populos in circuitu: et habitabitur Jerusalem rursus in loco suo in Jerusalem.* Exscindere eam tyranni voluere, sed non potuerunt, XIV, 102, 2: *Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur; et aspiciet in Sion oculus noster. Ipsi autem non cognoverunt cogitationes Domini, et non intellexerunt consilium ejus, quia congregavit eos sicut fœnum areæ.* Est allegorice lapis oneris quem cuncti tollere et abjicere volentes

male periere, 504, 2: *Ponam Jerusalem lapidem oneris cunctis populis.* Eam persequentes a vermibus sunt consumpti, II, 322, 1. Eam quomodo et quando Deus sit consolatus, XIII, 316, 2. Adversis et persecutionibus promovetur, XV, 347, 2. Crevit persecutionibus, XVII, 159, 2: *In diebus autem illis, crescente numero discipulorum.* Hæreses convellit, in adversis magis effulget, XXI, 394, 2; 395, 1. E persecutionibus gloriosior exurgit, 38, 1: *Fui mortuus, et ecce sum vivens.* Ejus jura quomodo Deus quotidie propaget, XIV, 347, 2.

Ecclesiæ felicitas quando futura, XXI, 346, 2; 357, 2; 358, 1. Ei magna pax promittitur, XI, 707, 1: *Aperientur portæ tuæ jugiter: die ac nocte non claudentur.* Ejus pax sita in assidua cum hostibus suis lucta et victoria, 237, 1: *Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis.* Ei pacem quomodo Christus attulerit, XIV, 122, 1. Ejus magnus dies quis sit et fuerit, XIII, 302, 1. Ejus felicitas in quo sita sit, XIV, 307, 2: *Avertit* (Dominus) *inimicos tuos, rex Israel Dominus in medio tui.* Ejus septem status an solum in *Apocalypsi* describantur, XXI, 7, 1. Ultimum ejus bellum cum Antichristo, 146, 1. In fine mundi pariet suos filios magnis doloribus, 239, 1: *Et in utero habens clamabat parturiens, et cruciabatur ut pariat.* In fine mundi aletur in solitudine a pastoribus verbo Dei, toto tempore Antichristi, 249, 2: *Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum, ubi alitur per tempus, et tempora, et dimidium temporis.* Ejus gloria et imperium æternum ad Christi gloriam spectat, 24, 1: *Fecit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri suo; ipsi gloria, et imperium in sæcula sæculorum.*

4° *Ei conferre plurimum reges et principes debent et possunt*, XI, 710, 1: *Suges lac gentium et mamilla regum lactaberis.* Ecclesiæ gloria summa fuit, quod Roma et imperatores Romani ei caput subdiderunt, 708, 1, 2: *Et venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, et adorabunt vestigia pedum tuorum.* Ejus opes ei a principibus collatæ, 710, 1, 2. Quomodo ornamenta regum sibi appropriet, 643, 2; 644, 1: *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos.* Ecclesia licite possidet opes et prædia, XVII, 115, 2. Ecclesia pauper coruscabat miraculis, jam opibus tuetur auctoritatem, *ibid.*

6° *Quid sit Ecclesia pro fidelibus.* Ecclesia est velut mater nostra, V, 32, 1: *Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ.* Est nidus fidelium, X, 245, 1: *Quis credit ei qui non habet nidum, et deflectens ubicumque obscuraverit, quasi succinctus latro exsiliens de civitate in civitatem.* Est cerva charissima, V, 149, 1: *Cerva charissima, et gratissimus hinnulus. Ubera ejus inebrient te in omni tempore, in amore ejus delectare jugiter.* Per apem denotatur, 160, 2: Per pulchram mulierem designatur, X, 241, 2: *Species mulieris exhilarat faciem viri sui.* Est instar mulieris sedulæ, V, 349, 1: *Mulier diligens corona est viro suo.* In muliere forti allegorice describitur, VI, 488, 2; 490, 1: *Mulierem fortem quis inveniet? procul et de ultimis finibus pretium ejus.* Ejus pretium, 490, 2. Quomodo operetur lanam et linum, 497, 1. Lana est pietas, linum carnis maceratio, *ibid.* Est velut navis mercatoria, de longe portans annonam, 498, 2. Quomodo de nocte surgere dicatur, 500, 2: Qua duplici veste vestiatur, 508, 2; 509, 1. Ejus vestis byssus et purpura, id est castitas et pura charitas, 511, 1. Quomodo vestiatur fortitudine et decore, 517, 1. Velut mensa est, 176, 1. Habet semper instructum convivium, XV, 474, 2 et seqq. Cur dicatur esse vidua, V, 469. 1, 2: *Domum superborum demolietur Dominus, et firmos faciet terminos viduæ.* Allegorice domus justi est, 451, 2. *Domus justi plurima fortitudo.* Est domus disciplinæ, X, 566, 2: *Appropiate ad me, indocti, et congregate vos in domum disciplinæ.* Est regnum fidelium in quo rex Christus, pater Abraham, XVIII, 84, 2. Est in incipientibus ut aurora, in proficientibus ut luna, in perfectis ut sol, V, 118, 1: *Justorum autem semita, quasi lux splendens: procedit et crescit usque ad perfectam diem.* De cœlo descendit et eo ducit, XVII, 236, 1: *Hoc factum est per ter, et statim receptum est vas in cœlum.* Laudabitur in cœlis a Christo et a sanctis, VI, 523, 1: *Surrexerunt filii ejus, et beatissimam prædicaverunt; vir ejus, et laudavit eam.*

CAPUT SEPTIMUM.

ECCLESIA TRIUMPHANS.

Ecclesiæ triumphantis descriptio, XI, 443, 1, 2: *Respice Sion civitatem solemnitatis nostræ.* Ecclesiæ triumphantis stemmata quatuor anagogice notantur in quadriformibus cherubinis, XII, 508, 2: Ecclesiæ militantis et triumphantis typus, XIX, 406, 2; 407, 1: *Quam* (spem) *sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, et incedentem usque ad interiora velaminis.* Ecclesia militans pendet a triumphante, V, 93, 2. Cur Ecclesia triumphans dicatur Sion, XIX, 506, 2: *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem.* Ecclesiam triumphantem nulli adversarii affligere, nulli omnimodo polluere potuerunt, XIII, 525, 1: *Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion.* Ecclesia triumphans et cœlestis describitur in typo civitatis quam vidit Joannes descendentem de cœlo, XXI, 363, 2. Sua insignia sumit a militante, 364, 1. Ejus dotes ex ordine recensentur, *ibid.* et seqq. Ipsa cur dicatur sancta et nova, 365, 2: *Et vidi cœlum novum, et terram novam.* Ejus elogium, 366, 1. Quomodo de cœlo descendere dicatur, 367, 1: *Vidi sanctam Jerusalem novam descendentem de cœlo a Deo.* Quomodo descendere simul et stare dicatur, *ibid.* Est sponsa ornata viro suo, 368, 1: *Paratam, sicut sponsam*

ornatam viro suo. Est civitas fortium, victorum et triumphantium, XXI, 368, 2. Vocatur tabernaculum ob quatuor causas, 369, 1: *Et audivi vocem magnam de throno dicentem : Ecce tabernaculum Dei cum hominibus*. Cur dicatur sponsa Agni, 372, 1 : *Veni, et ostendam tibi sponsam uxorem Agni*. Ejus portæ duodecim quod denotent, 373, 2 : *Habebat murum magnum et altum, habentem portas duodecim, et nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel*. Quanta fuerit portarum ab invicem distantia, 374, 1. Ejus portæ quomodo dispositæ, *ibid*. 2. Ejus fundamenta duodecim habebant inscripta nomina duodecim Apostolorum, *ibid*. Aureo calamo eam metitur Angelus, 375, 2. Quadrangula est, 376, 1. Ejus longitudo et latitudo, 377, 1 : *Longitudo ejus tanta est quanta et latitudo*. Ejus ambitus, *ibid*. Ejus latitudo, longitudo et altitudo quomodo æqualia sunt, 378, 2 et seqq. Ejus murus quam sit altus, 379, 2 : *Et mensus est murum ejus centum quadraginta quatuor cubitorum mensura hominis, quæ est Angeli*. Ejus domus quales sint, 380, 2. Est ex auro structa, quomodo, *ibid*.: *Ipsa vero civitas aurum mundum, simile vitro mundo*. Quomodo sit aurum, *ibid*. Ejus fundamenta erant ex gemma, et gemmis ornata, 381, 2; 382, 1 : *Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata*. Ejus portæ cælatæ ex margaritis, 398, 1 : *Duodecim portæ duodecim margaritæ sunt, per singulas*. Ejus plateæ et domus ex auro pellucido sunt, 401, 1 : *Et platea civitatis aurum mundum, tanquam vitrum pellucidum*. Ejus claritas est a Deo et Agno, *ibid*., 2 : *Et civitas non eget sole neque luna; nam claritas Dei illuminavit eam*. Ejus frequentia, nobilitas, opulentia, 402, 2: *Et reges terræ afferent gloriam suam et honorem in illam*. Quomodo ejus portæ non claudantur die ac nocte, *ibid*. : *Et portæ ejus non claudentur per diem, nox enim non erit illic*. Nihil inquinatum illuc ingreditur, 403, 1 : *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum*. Ejus fluvius, quis, 405, 1 : *Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni* (*Vide* COELUM).

ECCLESIASTES. Ecclesiastes qui sit, et unde sic dicatur liber Salomonis, V, 1, 1; VII, 2, 1; IX, 27, 1. Cur hebraice feminine vocetur *coheleth*, XIV, 327, 2. Hic liber an scriptus a Salomone post lapsum in idololatriam, et ab eo pœnitente, V, 248, 2; VII, 2, 1. An carmine scriptus, V, 252, 2; VII, 4, 2. Hujus libri argumentum, VII, 2, 2 et seq. Mystice Ecclesiastes est Christus, 11, 2. Ecclesiastes liber protocanonicus, 1, 1. Ejus interpretes quinam, 6, 2. Ejus scopus et finis, 5, 1.

ECCLESIASTICI LIBER. Ecclesiasticus liber an sit canonicus, IX, 15, 1. Id negant hæretici, et unde, *ibid*. Probatur hunc librum esse canonicum, *ibid*., 2. Citatur a variis Patribus Græcis et Latinis, 16, 1, 2. Olim extitit hebraice, et habitus est canonicus a Rabbinis, X, 572, 1. Ejus auctor non est Salomon, sed Jesus, filius Sirach, IX, 17, 2. Cur Salomoni sit ascriptus, V, 10, 1; IX, 18, 1. Annectitur ut plurimum libris Salomonis, *ibid*. et 2. Numeratur inter libros propheticos, 19, 1. Quando sit scriptus, 19, 1, 2. Et quidem hebraice, vel potius syriace, 21, 2. Hebraice non extat, 39, 1. Ejus latinus interpres quis fuerit, 42, 1. Cur Græcus textus ita sit varius, 23, 2. Ejus varii interpretes et commentatores, *ibid*., et 24, 1. Sæpe utitur apologis, 25, 1. Quare dicatur Ecclesiasticus, 27, 1. Cur vocetur πανάρετος. In quo præstet Proverbiis Salomonis, *ibid*. Tres ejus libri partes, *ibid*., 2. Cujuslibet virtutis officium particulariter recenset, et omnes partes moralis doctrinæ, 29, 1. Multi præsules eum assidue legunt, *ibid*. Methodus hujus libri, *ibid*., et 2. Tractat ethicam tam naturalem quam supernaturalem, *ibid*. Sententiarum ejus ordo sæpe in Græcis alius est quam in Vulgata, *ibid*., 2. In præceptis moralibus tradendis ethicos omnes superat, 32, 2. Ejus stylus, 37, 2. In eo sæpe reticetur verbum *est* aut *sunt*; item scopus et finis sententiæ, 39, 1. Ejus sententiæ non significant quid semper, sed quid plerumque contingat. *ibid*., 2. Non servat in iis ordinem aut connexionem, *ibid*. Sæpe ab una re transit ad aliam et vicinam, *ibid*. Omnigena præcepta complectitur, *ibid*. Ejus libri scopus est agere de sapientia tum in genere, tum in specie, 206, 1. Ecclesiasticus non texit elogia omnia virorum illustrium, XIV, 548, 2.

ECCLESIASTICUS, ECCLESIASTICI. Ecclesiasticorum duo munia doctrina et ministratio, XVIII, 206, 2. Quibus in rebus eis gloriandum, et quid in die judicii Christus ab eis exiget, 497, 1. Ecclesiastici sæcularia non tractent, XVI, 168, 2. Fugiant mulieres, XIX, 235, 1, 2. Ecclesiastici non debent esse caupones et mercatores, X, 17, 2. In pauperes liberales cur esse debeant, XX, 579, 1, 2. Caveant avaritiam et simoniam, XV, 259, 1. Eorum avaritia carpitur, XI, 155, 2. Ecclesiasticorum pensionariorum avaritia reprehenditur, XII, 740, 1, 2. Ecclesiastici se suosque ditantes suggillantur, V, 472, 1. Domum suam conturbant et Ecclesiam scandalizant, *ibid*., 2. Ecclesiasticus si opes quas beneficio percepit, relinquat cognatis laicis, eosque inde locupletet, peccatum mortale esse censent plerique, XIII, 634, 1. Invectiva in eos qui beneficia beneficiis accumulant, *ibid*. Eorum cupiditate fovetur valde avaritia laicorum, *ibid*. Ecclesiastici affectus erga cognatos moderari debent, XII, 835, 1, 2. Ecclesiastici principes quomodo fundant sanguinem animarum, XII, 664, 1 (*Vide* EPISCOPUS, PASTOR, SACERDOS).

ECDICIA. Ecdiciam S. Augustinus reprehendit quod inscio marito laicam vestem deposuisset ut habitum monachæ assumeret, IV, 397, 2; XIX, 236, 1.

ECDICIUS. Ecdicius senator Burgundiæ in fame multa millia pauperum aluit, XII, 632, 2.

ECHINUS. Echinus in globum convolutus, typus est innocentiæ, V, 284, 2. Intra spinas suas latitans hostem non timet, VI, 138, 1. Echinus terrestris ex invidia suum corium corrumpit, IX, 413, 1.

ECHO. Echo quid, ejus causa, VIII, 617, 2. Echo septem vocum ubi, XXI, 215, 2.

ECLIPSIS. Eclipsis solis facta in passione Christi, allegorice indicata per Amos, XIII, 629, 1. Eclipsis solis facta moriente Christo, visa est a S. Dionysio Areopagita, XV, 77, 2. Quæ in ea sint miracula, 627, 1 et seqq. Fuit ea per totam terram, *ibid.*, 2. Eclipsis nulla fit in plenilunio, 627, 1.

ECNEPHIAS. Ecnephias ventus quis sit, et unde dictus, XIV, 211, 1; XVII, 427, 1, 2. Quam in Italia sit procellosus, XIV, 211, 1. Ejus præsagium, XVII, 427, 1, 2.

EDEN. Eden regio, in qua situs erat paradisus terrestris, fuit in Mesopotamia et locis vicinis, XIII, 542, 1. Eden regio Syriæ amœnissima erat juxta Damascum, XII, 700, 1, 2.

EDGARUS. Edgarus Angliæ rex quam esset pacificus, I, 274, 1. Ob parvitatem corporis contemptus, hostem veniam petere coegit, VI, 461, 1.

EDMUNDUS (S.) ANGLIÆ REX. Edmundi Angliæ regis et martyris in tormentis tolerantia, XI, 634, 1. Ejus corpus quomodo post mortem integrum repertum et locutum, 762, 2.

EDMUNDUS (S.) CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPUS. S. Edmundus quomodo a matre puer ad virtutem efformatus, XII, 394, 1. Cum Christo puero puer familiariter conversabatur, 448,1. Quantum horruerit peccatum, XIX, 498, 1. Maluit mori quam Deum offendere, I, 352, 2. Illectus a femina ad concubitum, illam virgis cecidit, V, 194, 2. Sacræ Scripturæ studio quantopere deditus, I, 18, 2.

EDMUNDUS (S.) CAMPIANUS. S. Edmundus gaudebat audita mortis sententia, XX, 17, 2. Ad crucem damnatus cecinit præ gaudio, V, 441, 2; XVII, 157, 1. In loco supplicii proclamavit: *Spectaculum facti sumus*, etc. Ejus in opprobriis constantia, 26, 2; 403, 2. Edmundus Campianus societatis Jesu martyr fuit portentum, XI, 221, 1.

EDMUNDUS AUGERIUS. Edmundus Augerius Societatis Jesu celebris concionator evasit, lectione Pauli et Isaiæ, XI, 54, 1.

EDUARDUS III (S.) ANGLIÆ REX (dictus Confessor). De S. Eduardo memorabile exemplum, cum conjuge sua Editha virginitatem perpetuam coluit et servavit, VIII, 142, 2 et seq ; XV, 64, 1; XVIII, 301, 2. S. Eduardus pecuniam ex populi exactione redactam abominatus est quasi diabolicam, XII, 174, 1. Nemini petenti eleemosynam in nomine S. Joannis, eam negabat; qui et ei mortem per alios prædixit, XVI, 642, 2. Quemdam pedibus claudum sanitati restituit, XVII, 116, 2. A S. Joanne in cœlum est evocatus, XXI, 276, 1.

EDWINUS ANGLIÆ REX. Edwinus rex precibus S. Dunstani ab inferno liberatus, XIV, 509,1.

EDUCATIO. 1° *Educationis bonæ necessitas et fructus.* Educatio in utramque partem quam sit tenax, XII, 392, 2: *Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua.* Educatio filiorum maximi momenti, *Job*, 445, 2; 446, 1: *Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, et infantes eorum exultant lusibus.* A prima pueritia inchoanda est educatio prolium, III, 262, 2. Educatio prolium et indoles a matre maxime pendet, XIII, 285, 1: *Vade, sume tibi uxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum.* Educatio bona quam sit præstans bonum, I, 441, 1: *Accipe, ait, puerum istum, et nutri mihi; ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, et nutrivit puerum; adultumque tradidit filiæ Pharaonis.* Educatio bona maximus est thesaurus, XVIII, 670, 2 : *Patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, et correptione Domini.* Est quasi plena generatio, et completa filiorum formatio, XIX, 206, 2: *Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, et dilectione, et sanctificatione, cum sobrietate.* Educationis severioris utilitas, III, 277, 2; VI, 27, 1: *Erudi filium tuum, ne desperes; ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam.* Hæc facit strenuos, et robustos, et sanctos, VI, 192, 2; 193, 1: *Noli subtrahere a puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur; tu virga percuties eum, et animam ejus de inferno liberabis;* 489, 1. Educatio dura fortes facit et longævos, XII, 393, 1, 2. Educatio bona filiorum est bonæ reipublicæ seminarium, X, 86, 1, 2: *Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, et non palpet proximorum ostia.* Educatio mollis cavenda, et nimia severitas, VI, 27, 2.

2° *Educationis prævæ mala*, VI, 143, 1. *Proverbium est : Adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Educationis liberorum neglectus quam sit noxius, *Job*, 18, 2; 19, 1: *Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos, consurgensque diluculo, offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim : Ne forte peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in cordibus suis.* Mala educatio viros effeminat, *Job*, 423, 2 : *Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ ejus, et cum eo in pulvere dormient.* Educatio delicata multa parit mala, VI, 409, 1 : *Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem.* Educatio mollis vires mentis et corporis enervat, IX, 243, 2 : *Filii tibi sunt ? erudi illos et curva illos a pueritia illorum ;* V, 271, 1 : *Filius sapiens lætificat patrem; filius vero stultus mæstitia est matris suæ.* Educatio mollis facit contumaces, IV, 552, 1; X, 92, 2: *Equus indomitus evadet durus, et filius remissus evadet præceps.* Educatio servilis facit serviles, VI, 28, 1 (*Vide* ADOLESCENS, FILIUS, INSTITUTIO, MATER, PATER, PUER).

EFFEMINATUS. Effeminati quinam et quales es-

sent, XIII, 345, 2 : *Ipsi cum meretricibus conversabantur, et cum effeminatis sacrificabant.* Cur ita dicerentur, *ibid.* Erant Priapo consecrati, *ibid.* Effeminati, id est scorta mascula in Judæa sub Roboam, III, 630, 2 : *Sed et effeminati fuerunt in terra.* Effeminatus vir magnum est probrum, IX, 689, 2 : *Mulier, si habeat primatum, contraria est viro suo.* Effeminatus vir turpe est monstrum, XX, 311, 2 : *Mulieres subditæ sint viris suis.* Effeminato Salomone, Idumæam suam recuperat Adad rex, III, 614, 1, 2.

EFFICAX (gratia). Efficax gratia summum Dei donum est, X, 173, 2 : *In multitudine disciplinæ Dominus separavit eos et immutavit vias eorum, ex ipsis benedixit, et exaltavit; et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit.* Ejus elogia, *ibid.* (*Vide* GRATIA).

EFFUNDERE, EFFUSIO. Effundere cor suum coram Deo quinque significat, XII, 379, 2 : *Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini.* Effundi turpitudo quomodo dicatur, 616, 1, 2 : *Effusum est os tuum, et revelata est ignominia tua in fornicationibus tuis.* Effusione sanguinis omnis in proximum injuria denotatur, XI, 661, 1 : *Civitas effundens sanguinem in medio sui.*

Effusio sanguinis Christi est pretium pro peccatis totius mundi, XX, 526, 2 : *Et sanguis Jesu Christi filii ejus emundat nos ab omni peccato.* Effusio donorum Spiritus sancti vocatur in Scriptura baptismus, XIII, 506, 1 : *Et erit post hæc : effundam Spiritum meum super omnem carnem.* Quanta ejus donorum copia sit, *ibid.* Effusio Spiritus sancti quam necessaria mundo fuerit, *ibid.* (*Vide* JESUS CHRISTUS, SPIRITUS SANCTUS).

EGESTAS. Egestas cur proprie a prophetis vocetur maledictio, XIV, 440, 2 : *Mittam in vos egestatem.* Egestas accedit Deo maledicente, V, 301, 2 : *Benedictio Domini divites facit, nec sociabitur eis afflictio.* Egestatem corporalem et spiritualem pariunt epulæ, VI, 114, 2 : *Qui diligit epulas, in egestate erit; qui amat vinum et pinguia, non ditabitur.* Animo patienti egestas quietem, imo copiam parit, XVIII, 440, 2 : *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, sed non destituimur* (*Vide* PAUPER, PAUPERTAS).

EGLON. Eglon roboratur a Deo ad bellum Israeli inferendum, III, 126, 1, 2.

EGREDI, EGRESSUS. Inter *egredi sermonem* et *egredi hominem*, quæ sit differentia, XIV, 117, 2. Egressus solis est ejusdem ortus, X, 387, 1 et seq. Egressus civitatis Jerusalem qui vocentur. XII, 862, 2. Quomodo cœlo Deus dicatur egredi ad aliquid operandum, XIV, 65, 2. Egressus Christi triplex est, æternus, temporalis, et partim temporalis, partim æternus, 116, 1. Egressio triplex Abrahæ exponitur, I, 183, 1.

ELATIO. Elatio animi nostri ex bono opere solet a Deo deprimi, VI, 95, 2 : *Omnis via viri recta sibi videtur : appendit autem corda Dominus* (*Vide* PRÆSUMPTIO, SUPERBIA).

ELEAZAR filius Aaronis. Eleazar pontifex dignior Josue, III, 75, 2; 76, 1. De eo nihil eximium narrat Scriptura, X, 464, 1.

ELEAZAR frater Judæ Machabæi. Eleazar Abaron an vere fuerit frater Judæ Machabæi, IV, 443, 1. Cur sit vocatus filius Saura, *ibid.*, 2. Quo fine pugnavit cum elephante, *ibid.* Directe intendebat mortem regis, indirecte suam, *ibid.* Sub elephante quem prostraverat, occumbit, *ibid.*, 444, 1. Ejus elogium, 443, 2.

ELEAZARUS senex. Eleazarus et septem fratres Machabæi, quod carnem porcinam edere noluerunt, excruciati, IV, 415, 2. Magister erat horum septem fratrum, 522, 2. Ejus etymon, *ibid.* Simulare noluit in suilla carne edenda, XVIII, 179, 1. Ab Antiocho Epiphane in tympano extensus est, XIX, 487, 2. Sic distentus in tympano typus fuit Christi in cruce distenti, IV, 523, 1. Ejus constantia pro observanda lege Dei, *ibid.* Fortitudo in tolerandis tormentis, *ibid.*, 2. Peccasset mortaliter, si porcinam carnem comedisset, *ibid.* Senex præclarum juventuti exemplum dedit observantiæ legum paternarum, VI, 88, 2. Ejus elogia, IV, 524, 1, 2 Quomodo fuerit primitiæ martyrum Veteris Testamenti, *ibid.*

ELEAZARUS filius Oniæ. Misit septuaginta interpretes ad Ptolemæum Philadelphum, IX, 19, 2.

ELEAZARUS filius Simonis. Dux fuit zelotarum, templum insedit in urbis odsidione, XV, 509, 1 et seq.

ELECTA. Electa cui S. Joannes scribit an sit aliqua Ecclesia particularis, XX, 631, 1. Verius est fuisse matronam aliquam, 632, 1. An proprium nomen ejus fuerit Electa, *ibid.* An habuerit sororem, sibi cognominem, 638, 1, 2. Ejus filiæ fuere virgines, 633, 1.

ELECTIO, ELECTUS. 1° *Quotuplex electio Dei.* Electio duplex est : una ad fidem et gratiam, altera ad gloriam; rursus alia absoluta et efficax, alia inabsoluta et conditionata, rursus electio dividitur in inchoatam, et completam, XVIII, 24, 1; XX, 420, 1 : *Magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis.* Omnes veri Christiani sunt electi complete ad gratiam, inchoate vero ad gloriam, XVIII, 24, 1. Electi sunt duplices, ad gratiam omnes, ad gloriam soli salvandi, XV, 508, 1 : *Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro; sed propter electos breviabuntur dies illi.* Electio Dei est plane contraria electioni mundi, 293, 1 : *Confiteor tibi, Pater.... quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* Electis quibus S. Petrus scribat, XX, 237, 2 : *Petrus Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti*, etc. Electi cur dicantur diaconi et episcopi, 632, 2. Electionis vas quomodo fuerit Paulus, XVII, 216, 1 : *Vas electionis est mihi iste ut portet nomen meum coram gentibus.*

2° *Quomodo fiat electio Dei.* An electio prædesti-

natorum facta fuerit ante vel post prævisum peccatum originale, IX, 247, 1, 2. An electio ad gloriam sit ex prævisis cujusque meritis, XX, 421, 2. Electio efficax hominum ad gloriam, an facta sit a libera et mera Dei voluntate ante opera prævisa, XVII, 284, 1 et seq.: *Et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Electi, non sunt ante prævisa merita ad gloriam prædestinati, XIII, 435, 1. Electio efficax cujusque electi ad gloriam non est a Deo facta ante prævisa ejus merita ex mero Dei beneplacito, X, 172, 1. An electi efficaciter ad gloriam dici possint vasa misericordiæ, XVIII, 172, 1: *Quod si Deus volens ostendere, et notam facere potentiam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparavit in gloriam.* Electi quomodo sint a Deo prædestinati et benedicti, 173, 1; 174, 1; 175, 1; 176, 2. Electio Christi facta est ex solo Dei beneplacito, hominum vero ex meritis Christi, 587, 1: *Sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem.* Electio unius præ alio esse nequit, nisi sit distinctio in ipsis electis, 161, 1: *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali; ut secundum electionem propositum Dei maneret.* Electio Isaaci et Jacobi non fuit ex meritis prævisis, nec Ismael et Esau repulsa ex demeritis, 169, 1, 2: *Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat.* Cur Deus hos eligat, hos reprobet, X, 175, 1: *Quasi lutum figuli in manu ipsius plasmare illud et disponere; omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus; sic homo in manu illius qui se fecit, et reddet illi secundum judicium suum,* 176, 1. Electio gratiæ opponitur electioni ex operibus legis vel naturæ, 188, 1: *Reliquiæ, secundum electionem gratiæ, salvæ factæ sunt.* Circa electionis divinæ negotium tria notanda, 250, 2. Electio Dei prima non pendet ab hominis dispositione, 588, 1: *Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti.* Electio ad gloriam quomodo sit in nostra potestate, XIX, 293, 1: *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognovit Dominus qui sunt ejus.* Electio certa facienda cuilibet per bona opera, XV, 476, 2: *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi,* XX, 420, 1, 2 et seq. Electa oportet ut sint opera nostra, non qualia qualia, IX, 426, 2: *Et omne opus electum justificabitur: et qui operatur illud, honorabitur in illo.* Electi sunt signati in Dei præscientia, 291, 2. Electi etiam inter gentes inventi, *Job*, 4, 2: *Vir erat in terra Hus, et erat vir ille simplex, et rectus ac timens Deum, et recedens a malo.*

3° *Electos suos quanti faciat Deus*, XI, 476, 2. Quam Deo sunt chari, XIV, 603, 2; 604, 1: *Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium.* Sunt peculium Christi, *ibid.* Sunt sors sanctorum et regnum Christi, *ibid.* Electi ovibus comparantur, XV, 534, 2: *Et statuet oves quidem a dextris suis, hædos autem a sinistris.* Electi Dei sunt oves, *Psalm.* I, 129, 1: *Dominus regit me, et nihil mihi deerit; in loco pascuæ, ibi me collocavit.* Eorum cœtus vinculo charitatis in terra, et vinculo prædestinationis in mente Dei colligatus, est velut fasciculus, XIII, 639, 2: *Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, et fasciculum suum super terram fundavit.* Sunt filii Dei, XVIII, 42, 1. Vocantur benedicti Dei, XV, 535, 1: *Venite, benedicti Patris mei.* Electi reliquiæ sunt Christi, *Psalm.* I, 115, 2. *Quoniam pones eos dorsum, in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.* Electorum salus est Christi merces, *Psalm.* II, 361, 2: *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, filii merces, fructus ventris.* Electis Deus multa bona præstat, *Psalm.* I, 129, 1. Electi possunt peccare, sed resurgunt, XV, 509, 2: *Dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.* Fieri non potest ut electi damnentur in sensu composito, non diviso, *ibid.* et seq.

4° *Quæ sint electorum labores, probationes et merces.* Hic marcescunt, ut in æternum floreant, *Job*, 593, 1: *Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, et possident me dies afflictionis.* Carent hic deliciis, ut habeant eas in cœlo, XVI, 225, 2: *Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.* Post patientiam adversitatum, dabitur piis corona gloriæ, et beatitudo æterna, XV, 514, 2: *Tunc parebit signum Filii hominis in cœlo.* Eorum spes inconfusibilis, XVIII, 96, 1, 2: *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.* Considerant ea in quibus ab aliis superentur, XIX, 21, 1: *In humilitate superiores sibi invicem arbitrantes.* Electorum propria qualitas et nota, *Psalm.* II, 406, 2: *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ.* Electi quomodo in fine mundi per angelos signo crucis signandi, XXI, 165, 1, 2: *Nolite nocere terræ et mari.... quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* An in eorum frontibus vere appanitura sit crux in die judicii, XV, 514, 2: *Tunc parebit signum Filii hominis.* Tunc illi gaudebunt, plangentibus impiis, 515, 1: *Tunc plangent omnes tribus terræ.* In die judicii prospicient in tartarum, XIV, 531, 1. Excipient magna lætitia et demissione sententiam Christi-judicis, XV, 535, 2. Non flectentur tunc misericordia erga reprobos, sed iis exprobrabunt negligentiam, 527, 2: *Responderunt prudentes* (virgines): *Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ita potius ad vendentes, et emite vobis* (*Vide* PRÆDESTINATIO).

5° *Electio humana.* Electionis in re dubia tres regulæ, X, 257, 1. *Prima.* Quid vir prudens in hoc casu judicaret faciendum? *Secunda.* Si amicus meus meo loco et casu constitutus a me consilium posceret, quodnam ei darem? *Tertia.* Quid in hora

mortis, quid in die judicii, hac in re me fecisse optabo? *ibid.* Electionem matrimonii vel cælibatus cujusque arbitrio plerumque relinquit Deus, XVIII, 302, 2. Electores regem eligant iræ potentem, non iracundum, VI, 15, 2. Electores S. Romani imperii in inauguratione imperatoris quæ imperii insignia gestarent, XIII, 631, 2.

ELECTRUM. Electrum quid sit, XII, 478, 2. An sit ambra, *ibid.* Est aurichalcum, 479, 1, 2. Est ergo æs, *ibid.* Electri pretiositas, XVIII, 17, 1. Electrum ignitum repræsentat majestatem Dei, cur? XII, 512, 1. Repræsentat humanitatem Christi deitati unitam, *ibid.*, 1, 2. Item sanctos viros, *ibid.*

ELEEMOSYNA. I. QUID SIT ELEEMOSYNA ET QUOMODO VOCETUR IN SCRIPTURIS. — Eleemosyna sæpe nomine justitiæ in Scripturis dicitur, V, 21, 1; 316, 2: *Non proderunt divitiæ in die ultionis, justitia autem liberabit a morte;* 329, 1; IX, 422, 1. *Da et accipe, et justifica animam tuam;* 485, 2: *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso;* XIII, 599, 2. In Scripturis eleemosynarius peculiariter dicitur justus, V, 280, 2: *Benedictio super caput justi.* Cur elemosyna vocetur nomine justitiæ, VI, 111, 1: *Gaudium justi est facere judicium;* XVII, 240, 1: *Qui timet eum, et operatur justitiam, acceptus est illi;* XVIII, 477, 2: *Justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Quare eleemosyna vocetur hebraice pietas, X, 119, 2. Variæ ejus species, IX, 143, 1. Eleemosyna spiritualis quæ sit, 373, 1. Melior, potior, et dignior est corporali, VI, 149, 2; X, 75, 1.

II. ELEEMOSYNÆ PRÆCEPTUM. — Propter eleemosynæ præceptum servatum vel neglectum, multi salvandi vel damnandi, XV, 535, 2 et seq.: *Venite.... possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi; esurivi enim, et dedistis mihi manducare,* etc. Istud præceptum sæpe et multis modis in Evangelio intimatum, XVI, 92, 2: *Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui habet escas, similiter faciat;* 163, 2: *Verumtamen quod superest, date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.* (*Vide infra* varia motiva, et textus sacræ Scripturæ qui eamdem necessitatem variis modis declarant.)

Eleemosyna est subinde consilii, subinde præcepti, XV, 174, 1, 2: *Qui petit a te, da ei; et volenti mutuari a te, ne avertaris.* Ejus lex obligat in gravi necessitate, XX, 578, 1, 2: *Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Sine ea quidam salvari nequeunt, XIII, 62, 1: *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum.* Ab ea nemo se, tametsi pauper, excusari potest, XI, 678, 2: *Frange esurienti panem tuum, et carnem tuam ne despexeris.* Hanc etiam pauperes erogare possunt, et quomodo, XVII, 227, 2. Exemplum Christi incitans nos ad eleemosynam, XVIII, 470, 2: *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives.* Eleemosynarius obedit Evangelio et consiliis Christi, 480, 2: *Per probationem ministerii hujus glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ, in evangelium Christi.* Eam crebro suis inculcet concionator, XIII, 62, 2.

III. MOTIVA AD ELEEMOSYNAM FACIENDAM. — 1° *Motiva generalia.* Ad eam invitatio et motiva, X, 215, 2. Ejus laus et exemplum, et fructus, I, 648, 2. Ejus vis et laus, V, 576, 1; IX, 140, 2; 149, 2. Ejus commendatio, IX, 464, 2. Stimuli ad eleemosynam dandam, 146, 1. Eleemosyna quæ bona pariat, *Psalm.* II, 265, 2. Eleemosynæ sex fructus, IV, 284, 2. Ejus insignes fructus viginti et unus, II, 492, 2 et seqq.

2° *Natura nobis misericordiam erga pauperes ingeneravit.* Nihil magis proprium homini quam humanitas, II, 493, 1.

3° *Deo nos eleemosyna quodammodo assimilat.* Eleemosyna est Deo familiarissima, VI, 150, 2. Habitu reginæ in somnis apparuit S. Joanni Eleemosynario, IV, 285, 1; V, 150, 2. Est regia virtus, II, 493, 1. Facit hominem similem Deo, *ibid.* Facit nos homines divinos, V, 426, 1. Dantes facit quasi deos, IX, 148, 2; 149, 1: *Esto pupillis misericors ut pater, et eris tu velut filius Altissimi obediens.* Eleemosyna quanti sit apud Deum momenti et meriti, 149, 2; 486, 1: *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso, et gratiam hominis quasi pupillam conservabit.*

4° *Eleemosyna honorat Deum.* Eleemosynarius honori Dei consulit, V, 81, 1: *Honora Deum de tua substantia.* Est instar sacrificii, II, 493, 1; V, 337, 1: *Anima quæ benedicit impinguabitur; et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Est genus sacrificii, *Job*, 621, 1. *Si despexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, et absque operimento pauperem; si non benedixerunt mihi latera ejus.* Eleemosyna sacrificium est, XX, 93, 1: *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est: Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum.* Eleemosynæ vocantur initia sanctorum et sacrificium, IX, 254, 1: *Datum brachiorum tuorum, et sacrificium sanctificationis offeres Domino, et initia sanctorum.* Triplex sacrificium in se includit, X, 216, 1, 2: *Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate, et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia.* Est sacrificium odoratum Deo et sanctis, XVIII, 240, 2: *Proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis.* Est victima laudis quadrupliciter, X, 215, 1, 2: *Retribuet gratiam qui offert similaginem, et qui facit misericordiam, offert sacrificium.* Deo est gratior et homini utilior quam sacrificium, V, 489, 1: *Initium viæ bonæ facere justitiam; accepta est autem apud Deum magis quam immolare victimas;* XIII, 369, 2 et seq.: *Misericordiam volui, et non sacrificium;*

XIX, 521, 1, 2 : *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo.... Beneficentiæ autem et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus.* Eleemosynarius est sacerdos mysticus, V, 337, 1.

5° *Debitum eleemosyna solvit proximo*, IV, 305, 2: *Bona est oratio cum jejunio et eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere.* Debetur pauperi, IX, 142, 1 : *Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes ;* 147, 1 : *Declina pauperi sine tristitia aurem tuam.* Ex eleemosyna vita pauperis pendet, 143, 1, 2: *Oculos tuos ne transvertas e paupere.* Eleemosynam dans dat eam Deo de suo, XIV, 339, 1 : *Meum est argentum, et meum est aurum, dicit Dominus exercituum.*

6° *Quidquid pauperibus datur, Deo et Christo offertur.* Eleemosynam pauperi datam sibi reputat Christus, II, 494, 1. Eleemosynas famulorum suorum ratas habet Christus, XVII, 225, 2 et seq : *Circumsteterunt illum* (Petrum) *omnes viduæ flentes, et ostendentes ei tunicas et vestes quas faciebat illis Dorcas.* Cur eleemosyna vocetur actus justitiæ, XVIII, 477, 1.

7° *Eleemosyna viam homini ad Deum sternit*, V, 575, 2 : *Donum hominis dilatat viam ejus.* Eleemosynarium Deus facile admittit, 280, 2. Deum sibi conciliat, VI, 150, 1. Variæ eleemosynæ victoriæ, *ibid.* Vincit avaritiam, et peccata, aurum, opes, dæmones, Deum, *ibid.* Exorat Deum pro dante, X, 274, 1, 2 et seq. : *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo.* Dantis causam agit apud Deum, IX, 121, 2: *Eleemosyna in die tribulationis commemorabitur tui.* Pugnat apud Deum pro eleemosynario, II, 494, 2. Est præparatio quædam ad orationem, IX, 514, 2 : *Ante orationem præpara animam tuam, et noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Affert opem orationi, II, 494, 1. Ejus vis et potentia, X, 74, 2. Ipsa velut pennata et levis, *ibid.* Est instar columbæ redeuntis ad arcam Noë, II, 493, 1.

8° *Eleemosyna peccata delet et expiat.* Facit ut Deus eleemosynariis misereatur, VI, 24, 1, 2: *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis, et vicissitudinem suam reddet ei.* Impetrat eleemosynario gratiam et peccatorum pœnitentiam, IX, 485, 1, 2. Provocat Dei misericordiam, V, 425, 2 : *Qui.... miseretur pauperis, beatus erit.* Liberat a morte et purgat peccata, IV, 284, 2; 285, 1 : *Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat.* Liberat a peccato, II, 493, 2. Tollit peccatum, *Job*, 150, 2: *Visitans speciem tuam, non peccabis.* Est quasi secundus baptismus, IV, 285, 1. Assimilatur aquis baptismi, IX, 139, 1: *Ignem ardentem extinguit aqua; et eleemosyna resistit peccato;* XIII, 62, 1. Quid corrigat et expiet, VII, 269, 1 : *Bonum est te sustentare justum, sed et ab illo ne subtrahas manum tuam.* Peccata expiat, V, 473, 1 : *Per misericordiam et fidem purgantur peccata;* IX, 138, 1, 2. Quomodo hominem mundet, XX, 113, 1, 2. Omnia mundat et quo sensu, XVI, 164, 2: *Verumtamen quod superest, date eleemosynam; et ecce omnia munda sunt vobis.* Eleemosyna est animæ redemptio, V, 382, 1: *Redemptio animæ viri divitiæ suæ.* Redimit peccata tripliciter: *primo*, peccatorem disponit ad gratiam, et ad peccati remissionem; *secundo*, remissa culpa, meretur ex condigno remissionem pœnæ reliquæ; *tertio*, etiamsi non mereatur semper culpæ et pœnæ æternæ, tamen temporalis pœnæ remissionem fere meretur, XIII, 62, 2: *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum.* Eleemosyna satisfaciendum pro peccatis contra Calvinum, 61, 1. Est magnus fructus pœnitentiæ, et ad omnem virtutem iter sternit, XVI, 92, 2 : *Interrogabant eum turbæ: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis : Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui habet escas, similiter faciat.*

Dantem pauperi a lapsu in periculum et peccata eleemosyna præservat, IX, 140, 1: *Deus prospector est ejus qui reddit gratiam; meminit ejus in posterum, et in tempore casus hic inveniet firmamentum.* Diligenter et curiose conservat gratiam, 485, 1: *Eleemosyna...... gratiam hominis quasi pupillam conservabit.* Est maximus recessus ab injustitia, X, 216, 1 : *Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate; et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia.* Est funis quo ligatur dæmon, IV, 299, 1. Avaritiam et rapinam sanat, XVI, 164, 2. Expedit ab amore divitiarum, V, 317, 2 : *Justitia justorum liberabit eos, et in insidiis suis capientur iniqui.*

9° *Eleemosyna est signum prædestinationis.* Est propria virtus sanctorum, II, 494, 2. Item confirmatur exemplis, *ibid.* Est quasi torques aurea filiorum Dei, 495, 1. Cur vocetur signaculum Dei, IX, 484, 2 et seq. : *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso.* Hinc semper ejus recordatur, *ibid.* Eleemosyna quanti sit meriti apud Deum, IV, 289, 1. Ejus gratia confertur gratiæ miraculorum, IX, 486, 1. Eleemosynarius charitatem tum Dei, tum proximi habet, X, 67, 1 : *Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo, et qui prævalet manu, mandata servat.* Domus Christiani est eleemosynæ officina, II, 162, 1. Eleemosyna auget merita, 493, 2. Quot fructus in misericorde proferat, V, 340, 1, 2 : *Qui confidit in divitiis, corruet, justi autem quasi virens folium germinabunt.*

10° *Eleemosyna homini in morte subvenit*, IX, 484, 2. Eleemosynarius non moritur impœnitens, V, 426, 1 : *Qui credit in Domino, misericordiam diligit.* Vix male perit qui eleemosynis est deditus, II, 495, 1. Dat magnum solatium morituris, 493, 2. Eleemosynarius est nunc beatus in spe, re futurus in cœlo, V, 425, 1, 2 : *Qui.... miseretur pauperis, beatus erit.* Eleemosyna in morte est quasi stella matutina, XI, 679, 1: *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur,* 682, 1, 2.

11° *Eleemosyna a morte æterna liberat, et cœ-*

lum aperit. Adstat pro nobis tribunali Christi, II, 493, 1. A morte æterna liberat, IV, 284, 2: *Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat, et non patietur animam ire in tenebris;* V, 316, 2: *Non proderunt divitiæ in die ultionis; justitia autem liberabit a morte.* Claudit et quasi oppilat os gehennæ, IV, 285, 1. Eleemosynarius evadet omnia supplicia, V, 330, 2: *Manus in manu non erit innocens malus, semen autem justorum salvabitur.* Juvat dantem in altero sæculo, et aperiendo cœlum, XVI, 217, 1, 2: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Recte ad regnum cœlorum perducit, V, 317, 1: *Justitia simplicis diriget viam ejus, et in impietate sua corruet impius;* 451, 2: *Domus justi plurima fortitudo; et in fructibus impii plurima conturbatio.* Cœlum pandit, XI, 680, 1. *Frange esurienti panem tuum, et carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem justitia tua, et gloria Domini colliget te.* Ædificat æterna tabernacula, II, 493, 2. Emit cœlum vili pretio, V, 291, 2: *Substantia divitis, urbs fortitudinis ejus.* Eleemosynarius dat panem et accipit paradisum, X, 74, 2. Eleemosyna est immortalis, XVIII, 477, 2: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Est velut paradisus producens fructus immortales et optimos, X, 333, 1, 2: *Gratia sicut paradisus in benedictionibus, et misericordia in æternum permanet.* Æternum danti nomen parit, 524, 1: *In omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria, et ut musica in convivio vini.*

12° *Eleemosyna est depositum apud Deum, quod Deus reddit cum usura.* Eleemosynarius quæ in pauperes confert, in sinum Dei custodienda deponit, IV, 284, 2: *Quomodo potueris, ita esto misericors... Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis.* Collocat opes in tuto loco, II, 493, 2. Facit opes sanctas, 494, 1. Eleemosynam dantes nihil amittunt, V, 144, 2: *Sit vena tua benedicta.* Sed ditantur, 82, 1: *Honora Dominum de tua substantia, et implebuntur horrea tua saturitate, et vino torcularia tua redundabunt;* 275, 1: *Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium divitias parat;* 335, 2: *Alii dividunt propria, et ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt;* 336, 2: *Anima quæ benedicit, impinguabitur: et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur;* VI, 149, 2: *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur; de panibus enim suis dedit pauperi;* X, 68, 1; XI, 681, 2; 682, 1: *Cum effuderis esurienti animam tuam, et animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies; et requiem tibi dabit Dominus semper, et implebit splendoribus animam tuam, et ossa tua liberabit; et eris quasi hortus irriguus, et sicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ;* XVI, 110, 2: *Date et dabitur vobis.* Eleemosyna ditat, avaritia depauperat, XX, 198, 1: *Agite nunc, divites, plorate, ululantes in miseriis vestris, quæ advenient vobis. Divitiæ vestræ putrefactæ sunt, et vestimenta vestra a tineis comesta sunt.* Eam dans plus, et quidem a pauperibus accipit quam dat, IX, 508, 2: *Nonne ecce verbum super datum bonum? sed utraque cum homine justificato;* XIX, 339, 1. Quo plura damus, eo Deus erga nos erit liberalior, II, 162, 1. Eleemosynarium assidue ditat Deus, ut habeat semper quod eroget, XVIII, 478, 1, 2: *Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstabit, et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum justitiæ vestræ.* Eleemosynario Deus opes multiplicat, II, 497, 2; VI, 25, 1; XIII, 626, 1, 2. Eleemosynarii non timeant inopiam, IX, 146, 2, Deo providente, eleemosynarius fame non emorietur, V, 274, 1.

Eleemosyna est ingens fœnus, XV, 147, et seq.: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Est fœnus fructuosissimum, VI, 24, 2 et seq.: *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis; et vicissitudinem suam reddet ei.* Dans Deo quæ ejus sunt, in persona pauperis, recipit pro eo fœnus et lucrum, 26, 1, 2; 368, 2: *Qui coacervat divitias usuris et fœnore, liberali in pauperes congregat eas.* Pro eleemosyna se Deus astringit ad usuram solvendam, 25, 2. Eleemosyna est ars omnium quæstuosissima, XVIII, 479, 1, 2. Est ingens fructus et census, VI, 33, 1: *Homo indigens misericors est; et melior est pauper quam vir mendax.* Cur dicatur fructus, XVIII, 241, 1: *Cum assignavero eis fructum suum.* Est quasi seminatio, V, 335, 2. Est semen magnæ messis, XX, 93, 2. Eam seminans, bis metet, XVIII, 479, 2. Ejus triplex fructus, *ibid.*, 1. Eleemosynarius est colonus Dei, 480, 1. Eleemosyna fructum stabilem producit, V, 328, 2: *Impius facit opus instabile, seminanti autem justitiam merces fidelis.* Eleemosyna est instar fontis, 336, 1. Est puteus aquarum viventium, VIII, 83, 2. Ejus quantus sit proventus et redhibitio, XIII, 421, 1, 2: *Seminate vobis in justitia, et metite in ore misericordiæ.* Est velut sacculus pecuniæ, IX, 485, 2. Eleemosyna opes stabilit, X, 119, 2: *Ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.*

13° *Eleemosyna est pignus certum omnium benedictionum temporalium.* Eleemosynariis semper Deus prospicit et benefacit, IX, 139, 2: *Deus prospector est ejus qui reddit gratiam.* A Deo omnia petita impetrant, 485, 1. Sunt in oculis et mente Dei, *ibid.* Eleemosynarii filio Christus a Patre datur curator, et de uxore divite prospicit, 139, 2. Remunerantur fecunditate et numero filiorum, 121, 1: *Eleemosyna enim patris non erit in oblivione; nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, et in justitia ædificabitur tibi.* Eleemosynarii licet iniqui, raro in hac vita castigantur, IV,

284, 2. Sæpe merentur vitam longam, V, 342, 2 : *Fructus justi lignum vitæ; et qui suscipit animas sapiens est.* Eleemosyna conciliat hominum amorem, X, 73, 1, 2. *Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, et proderit tibi magis quam aurum.* Eleemosynarius ab omnibus amatur et benedicitur, 68, 1 ; 132, 2 : *Splendidum in panibus benedicent labia multorum, et testimonium veritatis illius fidele.* Eleemosyna vincit eam accipientem, VI, 150, 1 : *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur.* Etiam apud hostes gratiam invenit, IX, 486, 1 ; X, 68, 1. Est lancea et scutum contra hostes, X, 75, 2 : (Eleemosyna) *super scutum potentis, et super lanceam, adversus inimicum tuum pugnabit.*

14° *Eleemosynæ prosunt animabus in purgatorio detentis*, IV, 286, 2 ; 287, 1 : *Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justi constitue;* X, 102 et seq. : *Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulcro.* Non prosunt damnatis, IX, 486, 2 : *Et postea resurget, et retribuet illis retributionem unicuique in caput ipsorum, et convertet in interiores partes terræ.*

IV. Ex QUIBUS FACIENDA SIT ELEEMOSYNA.— Non est facienda ex usura et rapina, X, 205, 1 : *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata;* 206, 2 : *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum.* Est danda eleemosyna non ex alieno, sed ex proprio, XVI, 164, 1. Est danda ex superfluo, 163, 2 : *Verumtamen quod superest, date eleemosynam.* Ex opibus a Deo acceptis facienda est, IX, 415, 2 : *Fili, si habes, benefac tecum, et Deo dignas oblationes offer.* Est facienda ex optimis bonis, II, 162, 1, 2.

V. ELEEMOSYNÆ CONDITIONES, scilicet, quibus, quando, quoties, et quomodo facienda sit, VI, 148, 1, 2 ; X, 119, 2 et seq. ; XVIII, 208, 1 : 1° *Quibus et qualibus specialiter danda sit*, XIX, 404, 1, 2 : *Non enim injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, et ministratis.* In omnes effundenda, X, 119,2 . Tam proximis quam alienis vir misericors benefacit, V, 327, 1, 2 : *Benefacit animæ suæ vir misericors; qui autem crudelis est, etiam propinquos abjicit.* Reprobis et infidelibus fieri potest, XV, 537, 1 : *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Quomodo et quando peccatori danda, IX, 370, 1, 2 et seqq. : *Da misericordi, et non suscipias peccatorem ;* 373, 2 : *Da bono, et non receperis peccatorem ; benefac humili, et non dederis impio. Nam duplicia mala invenies in omnibus bonis quæcumque feceris illi.* Magna danda pio, parva impio, 371, 2.

2° *Quando et quoties danda sit.* Est in vita melior quam in morte, IX, 419, 2 : *Ante mortem benefac amico tuo, et secundum vires tuas exporrigens da pauperi.* Cito danda est, 144, 1, 2 et seq. : *Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti.* Ejus perfectio et meritum consistit in promptitudine voluntatis, XVIII, 471, 2 : *Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.* Semper est danda, VII, 373, 1 : *Mane semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud; et si utrumque simul, melius erit.* Eleemosyna semper nos amiciri oportet, V, 74, 1 : *Misericordia et veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo, et describe in tabulis cordis tui.*

3° *In quo statu facienda sit.* Eleemosyna non juvat manentem in peccato, VI, 122, 2 : *Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.* Sola non servat, si reliqua præcepta violentur, 112, 1 : *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Non liberat e gehenna graviter peccare pergentem, IX, 454, 2 : *Nemini mandavit impie agere, et nemini dedit spatium peccandi.* Parum juvat in peccati statu data, disponit tamen ad pœnitentiam, 370, 1 : *Non est enim ei bene qui assiduus est in malis, et eleemosynas non danti : quoniam et Altissimus odio habet peccatores, et misertus est pœnitentibus.*

4° *Quo affectu, et qua intentione.* Danda est eleemosyna ex amore et honore Dei, X, 215, 2 : *Sacrificium salutare est attendere mandatis, et propitiationem litare sacrificii super injustitias, et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia.* Fine non bono facta, non placet Deo, VI, 50, 2 : *Multi homines misericordes vocantur; virum autem fidelem quis inveniet?* Danda est magno affectu commiserationis, XX, 578, 2 : *Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Eleemosynarius pauperes impense amet et foveat, X, 74, 1 : *Conclude eleemosynam in corde pauperis.* Eleemosyna debet pauperem reficere et consolari, *ibid.* Eleemosyna etiam parva Deo placet, si ex affectu detur, II, 79, 1 et seqq. Illa magna est, quæ magno datur affectu pietatis, XV, 709, 1 : *Amen dico vobis, vidua hæc pauper plus omnibus misit .... Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt; hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit, misit totum victum suum.*

5° *Quomodo facienda sit*, VII, 362, 1 : *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora invenies illum.* Eleemosyna secreta sit, XV, 182, 2 : *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* In occulto erogata extinguit iram Christi judicis, VI, 110, 1 : *Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam.* Est concludenda in sinu pauperis, et quomodo, X, 73, 2 : *Conclude eleemosynam tuam in corde pauperis.*

Detur animo hilari, IX, 507, 1 : *Fili, in bonis non des querelam, et in omni dato non des tristi-*

tiam verbi mali; X, 220, 1 : *In omni dato hilarem fac vultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas;* XVIII, 208, 2 : *Qui miseretur, in hilaritate.* Modica cum hilaritate, melior est magna cum tristitia, V, 522, 1 : *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio.* Si sit hilaris, supplet quæ cæteris actionibus desunt, VI, 149, 2.

Liberalis sit et larga. Eleemosyna magna validam requirit manum, X, 67, 2 et seq. : *Qui facit misericordiam, fœneratur proximo, et qui prævalet manu, mandata servat.* Liberalis eleemosyna vocatur benedictio, idque triplici de causa, XVIII, 475, 1, 2 : *Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos, et præparent benedictionem hanc paratam esse sic, quasi benedictionem, non tanquam avaritiam.* Heroicus actus est eam dare supra vires, imo dare omnia, 472, 1. Est in manu justi quasi fons vitæ, V, 287, 1 : *Vena vitæ, os justi, et os impiorum operit iniquitatem.*

V. Eleemosynæ quomodo distribuebantur in Ecclesia. — Eleemosynas fidelium diaconi curabant, XVII, 163, 1 : *Considerate viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto et sapientia, quos constituamus super hoc opus;* XVIII, 207, 2 : *Habentes autem donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes.... sive ministerium in ministrando.* Eleemosynæ quomodo olim fieri solebant in sepultura defunctorum, et qua ratione, IV, 286, 1, 2 : *Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justi constitue.* Quomodo nunc fiunt, *ibid.*, 2.

ELEMENTA. 1° *Elementorum natura et figuræ.* Elementis animam dedit Origenes, XVIII, 139, 1. Elementaria corpora non recte vocantur abyssi, V, 234, 1. An sint insaturabilia, VI, 446, 2. Eorum concordia conservat ipsum universum, IX, 669, 2. Singula habent angelum præsidem, XXI, 298, 2. Elementa nostra non habent primævam puritatem et simplicitatem in qua condita sunt, sed multis terrestribus rebus permixta sunt, XIV, 215, 1. Elementorum trium, puta ignis, aeris et aquæ, colligatio, quæ in terra quasi basi et centro fundata sunt, vocatur fasciculus, XIII, 638, 2. Elementa quatuor in quadriga cherubica repræsentantur, XII, 500, 2. Item per byssum retortum, hyacinthum, purpuram, coccum bis tinctum, 693, 2. An in quatuor Joannis animalibus denotentur, XXI, 107, 1. Elementorum dissidia repræsentantur per quatuor colores aurigarum in ludis circensibus, XIV, 429, 1; XXI, 139, 1. Elementa quatuor quadruplicem repræsentant concupiscentiam, XX, 545, 2. Post judicium purgata erunt, XIV, 534, 1. In fine mundi quæ et quomodo solvenda sint calore, XX, 487, 1. Non sunt dissolvenda, sed tantum extenuanda et liquanda, 489, 2.

2° *Elementorum usus in præsenti tempore.* Elementis quatuor pascuntur animalia, V, 458, 1, 2. Homo elementorum vitia trahit, VIII, 420, 2. Elementa saluti hominum et Dei gloriæ libenter inserviunt, III, 642, 1. Omnia elementa Deum prædicant, V, 202, 2. Elementa sunt quasi evangelia, *Job*, 283, 2; 559, 2. Ad quæ elementa redirent Galatæ, XVIII, 552, 1. Hæc erant principia sapientiæ legalis et mundanæ, 549, 2. Ea docuit lex vetus, *ibid.*

3° *Elementa sunt instrumenta justitiæ Dei.* Elementa omnia in perniciem Ægyptiorum conspirabant, VIII, 596, 2. Omnia elementa impios in hac vita, et damnatos in gehenna cruciant, X, 320, 2 et seq. Exigentibus peccatis, in hunc usum a Deo convertuntur, 321, 2. Omnes creaturæ, omniaque elementa in die judicii insurgent in impios, VIII, 391, 1. Quomodo tempore judicii et post, in impios sævitura sunt, XIX, 461, 1.

ELEPHAS. Elephanti natura describitur, I, 68, 1. Elephas qualis bellua, *Job*, 754, 2 et seq. Est princeps inter animalia, V, 221, 2. Biennio in matris utero gestatur, VIII, 174, 2 et seq. Ad naturam hominis accedit præ cæteris, *Job*, 754, 2. Est animal voracissimum, 762, 2. Quo cibo vescatur, 756, 2. Ejus bibacitas magna, 764, 1, 2. Illius cauda qualis, 758, 1, 2. Illius robur in quo situm sit, et ejus vis ex umbilico, 757, 1. Elephantes quibus locis delectantur, 763, 1. Quomodo capiantur, 765, 2. Sunt turrigeri, voraces et bibaces, 757, 1; 764, 1. Elephantus timet cornua arietum, VI, 471, 2. Illum terret porcus grunniens, XIII, 81, 2. Elephas lentus est ad iram, VI, 273, 1. Symbolum est moderationis linguæ, V, 297, 1. Elephantes ab hominibus cicurantur, IX, 477, 2. Elephantis mira castitas, VIII, 175, 1. Adulteris est infestus, *ibid.*, 2. Senectutem honorat, X, 153, 1. Cur dicatur *bos luca*, XVII, 42, 2. Diu vivit, et quare, VIII, 174, 2 et seq.

Elephantes Indici sunt maximi et robustissimi, longeque Libycos superant, IV, 442, 1, 2. Cur iis ostendatur sanguis, vel liquor rubeus instar sanguinis, *ibid.* Cur iis prisci usi sint in præliis, *ibid.* Sunt fœtidi, *ibid.* Præ cæteris animalibus sunt dociles, *ibid.* Cur detur eis vinum ad potandum, *ibid.* Elephantes Africani vix sex vel septem armatos portant, 443, 1.

ELESBAAN. Elesbaan, Æthiopum rex, angeli auxilio retulit victoriam de Homeritis, XIII, 145, 1, 2. Elesbaan et Abrahamus, Arabes reges, Justino et Justiniano imperatoribus, contra infideles magno auxilio fuerunt, XI, 704, 1.

ELIACHIM, ELIACIM. Eliachim et Joachim idem significant, scilicet Dei stator, IV, 323, 2.

ELIACIM PONTIFEX tempore Judith, etiam bellorum curam gessit, XIV, 432, 1.

ELIACIM quando Sobnæ in templi præpositura subrogatus, XI, 342, 2. Est typus Christi, 343, 1. Cur paxillo assimiletur, *ibid.*, 2. Non est ductus in Babylonem, 344, 1.

ELIAS. I. Eliæ vita. — Ejus nominis etymon, III, 639, 1; X, 502, 1; XX, 224, 1. Elias græce

sonat *solem*, III, 640, 1. An sit Phinees nepos Aaronis, XX, 224, 1, 2. Non videtur fuisse sacerdos, III, 641, 1. Ejus habitus, IV, 4, 1. Inter homines vivens, fuit vestitus veste pilosa seu cilicio, XI, 323, 2; XXI, 225, 2; 226, 1. Elias et Eliseus cur usi melotis, XIX, 489, 2. In montibus versati sunt, 490, 1, 2.

Elias missus fuit ad tollendum schisma Jeroboam, XIV, 615, 1. Missus est ad Achab ut impediret idololatriam, III, 639, 1. Factus est dominus aeris, 641, 2; 642, 1. Cur famem Israelitis et sterilitatem terræ induxit, X, 505, 1. Cœlum oratione clausit, *ibid.*, 2. Fugit Achabum, III, 642, 2. Pascitur a corvis pane et carnibus, III, 642, 2; XIX, 490, 1. Propter ejus gloriam ægrotat filius Sareptanæ, III, 645, 1. Cur incubuerit mortuo filio, variæ causæ, *ibid.*, 2. Primus mortuum ad vitam revocavit, 647, 2; X, 507, 1. Ejus libertas in arguendo Achab, III, 649, 1; 668, 1. Ædificavit altare in Carmelo, 650, 1. Prædicit Achabo pluviam, 651, 2. Tertio anno pluviam terræ reddidit, X, 505, 1. Ponit faciem inter genua ex humilitate et attentione, III, 651, 2. Honorat regem suum Achab, 653, 2. Quomodo Dei cultum miraculo stabilierit, X, 500, 2. Ultus est injurias Dei occidendo pseudoprophetas, *ibid.* Ipse idololatriam maxime sistit, 502, 1. Est angustiatus a Jezabele, XIX, 490, 1. Permittitur timere Jezabelem ad custodiam humilitatis, III, 655, 2. Ejus pusillanimitas, XVIII, 186, 1. Mortem fugiens a Jezabele infligendam, optat mortem a Deo ut finem miseriarum, et ne occisus a Jezabele, victa putetur religio, III, 655, 2; 656, 1; XII, 163, 1. Quid per sibilum auræ tenuis a Deo edoctus, X, 509, 2; 510, 1. Fuit a Deo ob nimium vindictæ zelum reprehensus, 507, 1. Quomodo Hazaleem et Jehu unxisse dicatur, *ibid.* Reges quatuor potentes ob idololatriam et scelera morte mulctavit, 507, 2. Ochoziæ mortem prænuntiavit, 480, 2. Morte eum punit ob consultum dæmonem, IV, 3, 2. Ignem e cœlo evocat in vindictam Deo et sibi allatæ, 4, 1, 2.

Elias vult occultare suum raptum, IV, 5, 1. Quis ejus duplex spiritus, 6, 1; X, 514, 1. Spiritum suum in Eliseo reliquit, X, 513, 1, 2. An sit ob nimium zelum raptus in cœlum, XX, 224, 2 et seq. Ob zelum cœlestem raptus est in cœlum, XIV, 615, 2. Ejus raptus quomodo contigerit, X, 510, 1, 2. Raptus est ab angelis in specie currus et equorum igneorum, cur, IV, 6, 2; X, 510, 1, 2 et seq.; XVIII, 320, 1. Ejus doctrina erat cœlestis, ejus raptus fuit quasi triumphus, *ibid.* Quomodo in cœlum vectus, IV, 7, 1. Quo anno et die raptus, 8, 2; X, 508, 1. In quem paradisum raptus sit, 440, 2 et seq. Ipse et Henoch in paradisum sunt translati, XIX, 473, 1,

Ejus vita jam qualis, IV, 7, 2. Incertum ubi sit, *ibid.*, 1. An mereatur nec ne, est problema, 7, 2 et seq. E paradiso scribit litteras ad Joram, et quas litteras, IV, 169, 1, 2; X, 508, 1. Elias raptus gessit curam gentis suæ, X, 508, 1. Cur ipse et Moyses apparuerint in transfiguratione Christi, XIV, 615, 2; XV, 385, 2 et seq. Idque in propria persona et gloriosa, XV, 386, 1. Quid cum eo sint locuti, *ibid.* Non est idem cum Joanne Baptista, sed Joannes est Elias mysticus, 391, 1. Similis in officio, zelo, prædicatione et sanctitate fuit ei Joannes Baptista, XIV, 586, 2; 616, 2. Christus creditus est esse Elias, XV, 364, 2. Ei se comparat Christus, XVI, 105, 2. Eum vocari a Christo moriente et dicente Eli, putarunt milites Romani, XV, 629, 1 et seq.

II. Eliæ virtutes et miracula.— 1° *Ejus elogia et virtutes*, III, 639, 1; 640, 1; XX, 224, 2 et seq. Fuit vita angelicus, XX, 224, 1. Fuit virgo, XIV, 615, 2. Illius castitas et paupertas, III, 652, 2. Ejus in oratione fiducia, XX, 224, 2. Orationis ejus vis, *ibid.* et 225, 1. In verbis et in operibus erat efficax, X, 502, 2. Ejus zelus inflammatus pro honore Dei, III, 657, 1; X, 510, 2; XIV, 615, 1; XX, 224, 1. Hic zelus fuit justitiæ potius quam clementiæ ad peccatores convertendos, X, 502, 2. Igni comparatur et faculæ, *ibid.* et seq. Ardebat charitate Dei, *ibid.* Quomodo igne nutritus dicatur, et vestiri videtur, III, 641, 1; X, 502, 1, 2. Præco fuit ardens, XI, 169, 1. Ignem gehennæ peccatoribus intentavit, X, 512, 1, 2. Fuit prophetarum dux et antesignanus titulis multis, XIV, 615, 2. Fuit Israelis custos, doctor, protector, *ibid.* Est auctor religiosorum, VIII, 35, 1. Ex eo ortus est ordo Carmelitarum, IV, 622, 1; XIX, 490, 1. Est cum Eliseo patronus Carmelitarum, IV, 652, 2.

Zelus ejus pro honore Dei fuit typus Christi zelantis pro domo Dei, XVI, 334, 1. In quo typus Christi fuerit, X, 506, 1. In quo fuerit typus gloriosæ ascensionis Christi in cœlum, XIV, 615, 2; 616, 1. Fuit typus Apostolorum in linguis igneis, X, 502, 1, 2; 506, 1. Ei Paulus confertur, XVIII, 11, 1. In quo fuerit typus sacerdotum, X, 506, 1. Exemplum est et typus beatæ resurrectionis, XIV, 616, 1. Elias et Enoch sunt indices resurrectionis mortuorum futuræ, 46, 2. Elias soli et phœnici assimilatur, 615, 2. An intelligatur per angelum habentem potestatem supra ignem et exeuntem de altari, XXI, 285, 1. An repræsentetur per angelum habentem signum Dei vivi, 163, 1.

2° *Ejus miracula varia*, X, 506, 2 et seq. Excitavit apud idololatras incendium, tum famis, tum ignis, 502, 1, 2. Ter ignem e cœlo dejecit, 505, 2. Fuit cœlipotens et ignipotens, *ibid.* Jejunio patravit miracula, 506, 2.

III. Eliæ reditus in fine mundi. Elias in fine mundi promittitur venturus, XIV, 613, 2 et seq. An hoc nomine Joannes Baptista sit intelligendus, 614, 1. Ostenditur verum Eliam esse venturum, *ibid.* et seq. Est futurus præcursor secundi adventus Messiæ, nec primi fuit, XIV, 614, 1; XV, 390, 2 et seq.; XVI, 316, 1. Eum Judæi magni faciunt et venturum avide expectant, XV, 288, 1. Elias adhuc vivit et veniet contra Antichristum, 386, 1. Cur ipse potius quam alius quis in fine mundi venturus

XVIII, 11, 1; XIX, 247, 1. Factus est hæres spiritus Eliæ, X, 513, 1. An eo majorem habuerit, 514, 1. Negatur, sed habuit eumdem, *ibid.* et seqq. Quare duplici spiritu opus habuerit, 515, 1. Prophetavit per annos sexaginta, mortuusque est anno ætatis suæ centesimo sexto, IV, 9, 1. Fuit Nazareus, 11,2. Cur ursos immiserit in pueros sibi illudentes, X, 90, 2. Nazareatum ei exprobrant pueri idololatræ in Bethel, IV, 12, 1, Ideo pueris maledixit, et illos affecit morte corporali, IV, 12, 1 et III, 659, 2. Fuit cælebs, III, 660, 2. Fuit octoginta annis Religiosus, IV, 56, 1.

Eliseus quomodo responderit Benadab regem ægrotantem fore sanandum et moriturum, IV, 341, 1. Pallium Eliæ ei relinquitur in solatium; aquæ Jordanis prima vice non divisæ ne superbiret, *ibid.* Luget Eliam, *ibid.* Ejus intrepida libertas et constantia, 15, 1; 516, 1. Nihil veritus principum iras, Dei veri cultum libere prædicavit, X, 515, 2. Recolligit se dum psaltes psallit, IV 15, 1. Erat necessariis contentus, et superflua spernebat, 20, 1. Gestabat baculum, *ibid.*, 2. Ejus paupertas, *ibid.*, 1. Osculo puerum mortuum suscitavit, VIII, 472, 2. Non communicat immundis, IV, 25, 1. Ab aula abstrahitur ut Deo vacet, *ibid.* Contemptor fuit terrenorum, *ibid.* Contemnit munera, 26, 1. Idque cum fructu, *ibid.* Relictis Israelitis, Naaman gentilem a lepra mundavit, XVI, 106, 1. Absens videt peccata Giezi, IV, 29, 1. Norat omnia arcana, eaque per spiritum propheticum revelabat, X, 516, 1. Syros percutit cæcitate, IV, 32, 1, 2. Excusatur a mendacio, 33, 1. Charitas ejus erga inimicos, *ibid.* Consilium dedit de Samaria obsessa non tradenda, 34, 2. Non acceptavit munera Benadab, 38, 1. Pater fuit Israelis, 55, 1. Significat se vita functum etiam auxiliaturum Israel, *ibid.* Orat et prædicit Joas victoriam contra Syros, *ibid.*, 2. Ejus corpus sepultum vitæ mortuum reddidit, X, 517, 1. Varia ejus miracula, *ibid.* Ejus sepulcrum horrent dæmones, IV, 56, 2. Ejus ossa mixta ossibus brutorum per Julianum, *ibid.* In fine sæculi contra Antichristum an sit venturus, XXI, 224, 1.

Eliseus est typus Christi, IV, 12, 2; 21, 2; 22, 2; 33, 1; 56, 2. In quo sit typus Christi, XIX, 25, 1. Fuit et S. Pauli typus, XVIII, 11, 1. Est exemplar religiosorum, III, 660, 2.

ELIU. Eliu quis et qualis, et cur Jobo indignetur, *Job*, 634, 2. Jactat suam sapientiam, 635, 1; 643, 2. Zelo indiscreto movetur, 635, 2. Thrasonice agit, 639, 1. Loquendi cupidissimus et scientia turgidus, *ibid.*

ELOCUTIO, ELOQUENTIA. Eloquentia sapientiæ necessaria est, V, 505, 2 et seq.: *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens, et qui dulcis eloquio, majora percipiet.* Auro pretiosior est, VI, 62, 2: *Est aurum et multitudo gemmarum; vas autem pretiosum labia scientiæ.* Elocutio etiam propositorum ad eloquendum, provenit a Dei gratia, V, 481, 1: *Hominis est præparare animam, et Domini gubernare linguam.* Eloquium mysticum quod dicatur, XI, 134, 1, 2: *Auferet Prophetam, ... et prudentem eloquii mystici.* Ei jungenda prudentia est, 471, 2. Ea pollent multi sapientes, V, 447, 1: *Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam.* Illa eos proprie decet, *ibid.* et seq. Eloquentia cuique Patri Græco propria, *ibid.*, 2. Eloquentia Latinorum, *ibid.* Eloquentia semper claruere Græci, XIII, 24, 1, 2. Ejus quanta sit vis, X, 336, 1, 2: *Tibiæ et psalterium suavem faciunt melodiam, et super utraque lingua suavis.* Ipsa varia est et multiplex, V, 447, 2. Eloquentiæ sapientium et stultorum discrimen, IX, 574, 2: *In ore fatuorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum.* Eloquentia illa bona est quæ spirat sapientiam, *ibid.* Eloquentiæ ventosæ apologus, VIII, 432, 2 et seq.: *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, et præsumere digna eorum quæ mihi dantur; quoniam ipse sapientiæ dux est, et sapientium emendator.* Eloquentia vana est velut thesaurus impietatis, V, 273, 1. Mundana eloquentia cur abstinuerit Paulus, XVIII, 264, 2: *Loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus;* 493, 1: *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia.* Vana illa est et hæreticorum propria, 253, 1: *Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi.*

ELOQUIA DEI. Eloquia Dei in Scriptura argento repræsentantur, V, 297, 2: *Argentum electum, lingua justi.* Eloquium Dei cur dicatur ignitum, *Psalm.* II, 339, 2: *Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud.* Eloquium Dei est scutum, *Psalm.* I, 98, 2: *Eloquia Domini igne examinata, protector est omnium sperantium in se.* Eloquia De quæ credita sint Judæis, XVIII, 67, 1: *Quid ergo amplius Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum, primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei.*

ELPIDIPHORUS. Elpidiphorus apostata a Muritta diacono suggillatur, XVIII, 108, 1.

ELUL. Elul mensis sextus Hebræorum, nostro partim augusto, partim septembri respondet, IV 244, 1; XIV, 317, 2,

ELXAI. Elxai hæresis quæ esset, XX, 614, 2; 626, 2. Elxai quas Christo dimensiones affinxerit, XVIII, 616, 2.

ELYMAIS. Elymais alio nomine dicta est Persepolis, IV, 441, 1.

ELYMAS. Elymas quid proprie sonet, IX, 209, 2. Elymas magus confutatur a Paulo, XVIII, 14, 1. An resipuerit, XVII, 279, 2.

ELYSII CAMPI. Elysii campi ubi siti, XII, 694, 1.

ELZEARIUS (S.). S. Elzearius, comes Ariani, quam probe familiam instituerit, I, 471, 1. Memoria dominicæ passionis iram domuit, V, 362, 1 Ad omnes injurias erat immotus, VI, 273, 1; VII,

Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis.

3° *Episcoporum dignitas*, XXI, 40, 1 : *Septem stellæ, angeli sunt septem Ecclesiarum.* Episcopatus non tantum est functio, sed etiam dignitas episcopalis, XVIII, 42, 2 : *Per quem* (Christum) *accepimus gratiam et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine ejus.* Episcopi jus habent suffragii in conciliis, XVII, 299, 1 : *Statuerunt ut ascenderent Paulus et Barnabas, ad apostolos et presbyteros in Jerusalem, super hac quæstione.* Novos canones condere possunt, XVIII, 397, 1, 2 : *Si quis videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata.* Horum solum est conferre confirmationis sacramentum, XVII, 197, 2. *Tunc imponebant* (apostoli) *manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum.* Habent angelum illustriorem pro custodia, XXI, 40, 1.

Olim erant judices in causis etiam civilibus, II, 459, 2; XVI, 168, 1; XVIII, 292, 1. Sed postea judicium causarum sæcularium ad sæculares judices rejecerunt, 292, 2.

II. Episcoporum vocatio, electio, consecratio. — Non bene appetitur Episcopatus, nisi quis a Deo ad eum vocetur, XIX, 208, 2 et seq.; 393, 2. Olim creabantur per designationem Dei, 190, 1 : *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam.* Sæpe a columba designati fuere, XV, 112, 2. Episcopi cur constituerentur quos populus elegisset, XVII, 66, 1. Olim e monachis et contemplativis eligebantur, XX, 640, 2. Episcopus ab aliis episcopis ordinatur, qui ordinando manus imponant, XIX, 233, 1 : *Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.* Cur gestent crucem in pectore ex auro vel argento, XII, 523, 1 ; XX, 376, 2 : *Seniores obsecro, consenior et testis Christi passionum ;* XXI, 164, 1. Cur annulum in digito gestent, XX, 100, 1. Desponsant sibi Ecclesias suas, XI, 721, 2 : *Induit me* (Dominus) *vestimentis salutis, et indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Eorum corona populus est, XIX, 57, 1, 2: *Fratres mei charissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea.*

III. Episcoporum officia. — 1° *Episcopatus quam sit grave onus*, V, 544, 1 : *Stultus homo plaudet manibus suis, cum spoponderit pro amico suo;* XVI, 180, 2: *Omnis cui multum datum est, multum quæretur ab eo, et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.* Est onus angelicis humeris formidandum, XIX, 208, 2. Est opus arduum, *ibid.* Olim erat ad martyrium gradus, *ibid.* Qui sancti eum fugerint, 209, 1, 2. Ammonius eremita aurem sibi præcidit, ne episcopus fieret, XI, 292, 2. Alia exempla, *ibid.* Episcopatus olim non honores et opes, sed onus includebat, ideo eum multi refugiebant, XX, 380, 2. Episcopatus nomen est operis, non dignitatis, XIX, 208, 1 : *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.*

2° *Eorum munia et partes quæ sint*, XII, 742, 1, 2. Eorum virtutes septem, X, 540, 1 : *Quasi oliva pullulans, et cupressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, et vestimentum in consummationem virtutis.* Eorum tria sunt munia, XXI, 60, 2. Eorum dotes, eos quomodo figurent quatuor animalia Joannis, 107, 2.

Quantus et qualis esse debeat episcopus, XIX, 210, 1 : *Oportet episcopum irreprehensibilem esse.* Episcopi debent esse perfecti antequam ad episcopatum assumantur, *ibid.* Sexdecim in episcopo dotes exigit Apostolus, decem affirmativas, decem negativas, XIX, 210, 1 et seq.

3° *Episcopi prima dos, scientia*, XIX, 214, 1 : *Oportet episcopum esse doctorem.* Episcopatu arcendi qui carent scientia sacræ Scripturæ, XIII, 337, 2 : *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.* Pro episcopo inepto respondens, omnium animarum ejus culpa pereuntium reus est, VI, 41, 1. Episcoporum inscitia mire afflixit Ecclesiam, V, 568, 2. Qualis debeat esse episcopi doctrina, XIX, 331, 1 : *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina*, etc. Esse debet licentiatus in theologia vel jure canonico, 214, 1. Episcopi consecrandi respondent se scire utrumque Testamentum, I, 17, 1. Quare episcopi vocentur prophetæ, XVII, 274, 1, 2 : *Erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ et doctores.* Sunt custodes doctrinæ per manus traditæ, XIX, 267, 1, 2 : *O Timothee, depositum custodi.* Advigilent ne novi Scripturæ sensus proferantur, XIII, 226, 2. Aversentur hæreticos, XIX, 300, 1.

4° *Ad prædicandum episcopus jure divino tenetur*, XIX, 306, 1 : *Testificor coram Deo et Jesu Christo.... prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.* Ejus potissimum munus est prædicare, 179, 2. Idque verbo et opere, resistere pseudoapostolis, et sanam doctrinam tueri, XVIII, 252, 2 et seq. : *Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi ;* 331, 1 : *Væ mihi est, si non evangelizavero ;* XIX, 189, 2 ; 270, 1 ; 285, 1 ; 308, 1 : *Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple.* Debent prædicare Evangelium, XII, 734, 1. Proponant suis Episcopi mensam doctrinæ et Eucharistiæ, X, 148, 1, 2 : *Curam illorum habe, et sic conside, et omni cura tua explicita recumbe.* Episcopi non aspernentur, sed doceant servos obedire heris, etiam infidelibus, XIX, 252, 1 et seq. Doceant suos catechismum, XVIII, 576, 1 : *Communicet is quis catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.*

5° *Quomodo sua sanctitate suis prælucere debeant*, XIV, 499, 2. Eorum quæ sit obligatio ad sanctitatem vitæ, XXI, 40, 2. Sua debent sanctitate populum suum protegere, XI, 343, 2. Esse debent instar solis et angeli, XIX, 210, 1. Dicuntur angeli, XXI, 39, 1, 2. Episcopus debet esse sine crimine infami, XIX, 323, 1 : *Si quis sine crimine est.* Debet esse exemplar bonorum operum, 330, 2 : *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum.* Animata lex sit populo. 232, 1 : *Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conversatione, in charitate.* Episcopi in Ecclesia debent esse quasi stellæ ob varias analogias, XXI, 33, 2 et seq.: *Et habebat in dextera sua stellas septem.* Quomodo in dextera Christi dicuntur esse, 34, 1, 2. Episcopus magis prosit quam præsit, XIX, 208, 2. Episcopi sint moribus compositi, 212, 2 : *Episcopum oportet esse.... ornatum.* Ardere debent charitate ut seraphim, XXI, 99, 2.

6° *Sint casti et pudici*, XIX, 208, 2 et seq. Ut monogami sint oportere ostenditur contra Novantes, 210, 122 et seq. : *Oportet episcopum esse..... unius uxoris virum.* Post ordinationem uxore abstinebant, XI, 211, 1. Olim fuere conjugati, sed postea sanctissimi et doctissimi quique fuere cœlibes, XIX, 211,2. Quare episcopus filios habere debeat fideles, et non luxuriosos, 323, 2 : *Unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.* Ab omnibus animi perturbationibus sit alienus, 324, 1: *Oportet episcopum esse.... continentem.*

7° *Episcopus sit comis et mansuetus*, XIX, 121, 1 : *Cum possemus vobis oneri esse ut Christi apostoli, sed facti sumus parvuli.* Non sit percussor, 214, 1. Quomodo Episcopus agere debeat cum iis qui se contradicunt, 296, 2 : *Servum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.* Episcopi cujusdam indiscreta acerbitas in sacerdote quodam irregulari excommunicando, quænam inde sint mala secuta, XII, 736, 1, 2.

8° *Episcopus non sit avarus*, XIX, 324, 1 : *Oportet episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non turpis lucri cupidum.* Olim episcopi erant pauperes, XXI, 48, 1 : *Scio paupertatem tuam, sed dives es.* In ejus domo, omnia debent esse simplicia, contemptumque vanitatis præ se ferentia, XII, 664, 1, 2 : *Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem.* Episcopi avari suggillantur, XX, 381, 1, 2 : *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum; neque turpis lucri gratia.* Sint hospitales, XVII, 310, 2; XIX, 213, 2 : *Oportet episcopum esse.... hospitalem.*

9° *Episcopi esse debent speculatores, et saluti animarum invigilare*, XII,735, 1, 2. *Speculatorem dedi te domui Israel*; XX, 309, 1, 2 : *Conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.* Eorum officium quod sit ex vi nominis, XX, 379, 1, 2; VI, 54, 2. Episcopi quam oculati esse debeant, XXI, 57, 1 : *Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, et pedes similes aurichalco.* Eos habere oportet pedes similes aurichalco, *ibid*, 2. Sunt oculi Ecclesiæ, VIII, 177, 1 : *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.* Sint vigiles et attenti, XIV, 499, 1, 2. Sint vigilantes, prudentes et fideles, XV, 521, 1 : *Quis putas est fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore?* Episcopo quare detur in Ecclesia locus altior, *Psalm.* II, 360, 2 : *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Episcoporum quanta debeat esse cura, XXI, 65, 1 : *Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas et mortuus es*; 67, 1 : *Esto vigilans, et confirma cætera quæ moritura erant.* Quomodo ordinandos examinare debeant, et quare, XIV, 593, 1 : *Et sedebit conflans et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum et quasi argentum.* Sunt fidejussores pro salute subditorum, V, 153, 2 : *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus.* Episcopus circumeat, visitet et instruat populum sibi commissum, IV, 324, 1, 2 : *Tum Eliachim sacerdos Domini magnus circuivit omnem Israel, allocutusque est eos.* Crebro visitent parochias suas, XVII, 223, 2 et seq. : *Factum est ut Petrus, dum pertransiret universos, deveniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ*; 304, 2 : *Dixit ad Barnabam Paulus : Revertentes visitemus fratres per universas civitates.* In parœciarum visitatione inquirere debent an hospitalitas rite exerceatur, XIX, 513, 1 : *Et hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim latuerunt quidam, angelis hospitio receptis.* Episcopi longe abesse ab episcopatu suo non debent, *Psalm.* II, 246, 2. Non curent temporalia subditorum, XVII, 160, 2 : *Considerate, fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto, et sapientia, quos constituamus super hoc opus.* Episcopi qui se immiscent sæcularibus, similes rhamno, III, 174, 2. Episcopus vigil et prudens, beatus a Domino dicitur, et ideo majore gloria donabitur, quam privati fideles, XV, 521, 2 et seq. : *Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, invenerit vigilantem ; amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.*

Eorum munus est orare pro se et suis, XIX, 193, 1 : *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes.*

Pauperum et vilium personarum curam suscipere debent, XIX, 332, 1. Pauperum, orphanorum et viduarum jura tueantur, IX, 148, 1, 2 : *In judicando esto pupillis misericors ut pater, et pro viro matri*

illorum; et eris tu velut filius Altissimi obediens. Eorum est facere judicium et justitiam in terra, XII, 183, 2. Olim viduas curabant, XIX, 236, 1 : *Viduas honora, quæ vere viduæ sunt.*

10° *Episcopus quasi pugil pro Christo decertet*, XIX, 283, 2 ; 284, 1 : *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Quæ sit episcoporum militia et agon, 190, 2 : *Hoc præceptum commendo tibi, ut milites in illis bonam militiam.* Sint duces ad bellum cum hæreticis, vitiis, tyrannis et dæmonibus ineundum, 274, 1 : *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis.* Sæviente persecutione apud suos maneant, 16, 2: *Hoc confidens scio quia manebo et permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum et gaudium fidei.* Eorum gloria est crux Christi, 275, 2 : *Noli erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus.* Episcopo necessaria est fortitudo, charitas, sobrietas, prudentia et continentia, 212, 1, 2; 274, 1. Debet libere arguere peccantes, XII, 735, 2 et seq. Episcopos sanctos audiant reges et principes, X, 482, 1. Episcopis subsint reges in rebus spiritualibus, XX, 297, 1, 2 : *Subjecti igitur estote omni creaturæ propter Deum : sive regi, quasi præcellenti; sive ducibus, tanquam ab eo missis.* Non debent se pati despici a nobilibus, XIX, 334, 2: *Hæc loquere, et exhortare, et argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.*

11° *Malorum episcoporum castigatio*, XV, 522, 2 : *Veniet Dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat, et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis.* Episcopi perversi quales, *Job*, 292, 2 et seq. Quando et quomodo subditis fiant rete, XIII, 552, 2 : *Audite hoc, sacerdotes, quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansum super Thabor.* Quot testibus episcopus accusari debeat, XIX, 247, 2 : *Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Episcopi cujusdam simoniaci punitio etiam in hac vita, XVII, 201, 1.

12° *Varii usus ab episcopis olim observati.* Quomodo Ecclesiæ initio benedicerent, X, 238, 2. Episcopo celebrante solemniter cur diaconi ex utroque latere flabella teneant ad muscas abigendas, I, 204, 1. Olim alium invisentes ad verbum divinum faciendum invitabantur, XVII, 280, 1 ; XX, 642, 1. Episcopi surgere tenentur in Evangelii recitatione, XV, 4, 2.

13° *Varia de quibusdam episcopis de quibus specialim agitur in Scriptura.* Episcopus Pergami et Thyatiræ in *Apocalypsi* redarguuntur quod permiserint idolothyta, XVIII, 324, 1. Episcopi septem Asiæ ad quos Joannes scribit, planetis assimilantur, XXI, 33, 2; 39, 1; 42, 1. Episcopus Ephesi ad quem S. Joannes scribit, an fuerit S. Timotheus, 42, 1. Episcopus Smyrnæ an S. Polycarpus, 47, 2. Episcopum Pergamenum verisimile est fuisse S. Carpum, 51, 1. Cur a Christo castigandus moneatur, 52, 2. Episcopi Thyatirensis imprudentia, 57, 1. Quis ille fuerit, *ibid.* Episcopus Sardensis cui scribit Joannes, an fuerit S. Melito, 64, 1. Cujus rei moneatur, *ibid.*, 2. Ejus quod fuerit peccatum, *ibid.* Ejus opera quomodo non plena, 68, 1. Episcopus Philadelphensis an fuerit S. Quadratus, 70, 2. Quid ad eum scribatur, *ibid.* Episcopus Laodicensis quis fuerit, 79, 2. Ejus peccatum, 81, 2. Episcopus quidam Arianus templum S. Pauli invadens ab eo obcæcatur, XVIII, 14, 2. Episcopus Ostiensis, quomodo Papam benedicat, XIX, 413, 2. Episcopus aliquis apostata videtur futurus Antichristi præcursor, XXI, 259, 1. Episcopi primi Siciliæ, XVII, 439, 1.

EPISTATÆ. Epistatæ Athenis habebant jus imperandi alternis diebus, IV, 451, 2.

EPISTOLA. I. Epistolæ Veteris Testamenti. — Epistola Mardochæi quando scripta, IV, 493, 1. Epistola Jeremiæ ad captivos in Babylonem abductos, XII, 459, 1, 2. An ea missa ad abductos, non ad abducendos, *ibid.* Epistola Hebræis vocatur liber, XIV, 158, 1. Epistolæ, historiæ et prophetiæ sacræ, quomodo differant, *Psalm.* I, 291, 1, 2. Epistola sive liber secundus Machabæorum a Judæis in Judæa ad alios in Ægypto degentes, quando et cur scripta, IV, 496, 1, 2. Quis ejus auctor, 497, 1, 2. An fuerunt una vel duæ, *ibid.* An habeat auctoritatem sacræ Scripturæ, 498, 1.

II. Epistolæ Novi Testamenti. 1° *Epistolæ Paulinæ.* Epistola est velut apostola, XX, 502, 2. Epistolæ B. Pauli quo ordine, loco, tempore scriptæ, XVIII, 20. Non extant eo ordine quo scriptæ fuere, XIII, 222, 1. Omnes hæretici consentiunt has epistolas esse Pauli, non alterius, XVIII, 4, 2. Quod Epistolarum Pauli sit signum, XIX, 172, 2 et seq. Earum argumenta et subjectum est dogmaticum et ethicum, XVIII, 3, 1. Continent medullam fidei et religionis Christianæ, *ibid.* Tria mysteria maxime inculcant : *primo*, Christi œconomiam et gratiam, Christumque solum esse redemptorem nostrum, a quo omnis gratia, justitia et salus æterna petenda et expectanda sit; *secundo*, judaismum et cæremonias Judaicas abrogatos esse per legem novam Christi; *tertio*, cavendas esse hæreses jam tum suppullantes quas sæpe hic constringit et refutat, XVIII, 19. Quibus epistolis Judæi et hæretici impugnentur, quibus fides et mores doceantur, *ibib.* Epistolarum Paulinarum difficultas, XX, 493, 2. Ad eas intelligendas, investigandus est scopus scribentis, XVIII, 2, 1. In epistolis, non est necesse, imo non potest sæpe unum caput alteri connecti, 228, 1. Pauli vincti Epistolæ sunt aliis ferventiores, 583, 2. Sunt velut hortus virtutum auctoris sui, 7, 1. Eas memoriter tenebat S. Dominicus.

1° *Epistola ad Romanos.* Epistolæ ad Romanos duæ partes, XVIII, 34, 1. Ejus distributio quintuplex, *ibid.* Quando scripta, et cur primo loco ponatur, 34, 2. Non latine, sed græce scripta, græcismis abundat, 35, 1. Ad litteram a tertio ex græco

in latinum translata, *ibid.* Hinc hiulca est et obscura, *ibid.*, 2. Scripta fuit anno Christi quinquagesimo octavo, 35, 2. Corinthi missa per Phœben, *ibid.* Cur in ea B. Petrum non salutet, *ibid.*

2° *Epistola prima ad Corinthios.* Hujus epistolæ argumentum, XVIII, 246, 2. Est scripta Ephesi, missa per Timotheum, 247, 1, 2.

3° *Epistola secunda ad Corinthios.* Hujus epistolæ argumentum et objectum, XVIII, 419, 1. Ubi scripta et per quem lata, *ibid.*, 2.

4° *Epistola ad Galatas.* Est quasi compendium epistolæ ad Romanos, XVIII, 514, 2. Ejus argumentum, *ibid.* Ubinam scripta, 515, 1, 2.

5° *Epistola ad Ephesios.* Hujus epistolæ argumentum, XVIII, 583, 1. Prior epistolæ pars dogmatica tractat de prædestinatione; posterior pars est ethica, *ibid.* Ubi et quando scripta, *ibid.*, 2. Qua occasione scripta, *ibid.*

6° *Epistola ad Philippenses.* Hujus epistolæ argumentum et scopus, XIX, 1, 1. Quando et ubi scripta, *ibid.*, 2.

7° *Epistola ad Colossenses.* Hujus epistolæ argumentum, XIX, 69, 1, 2. Est affinis epistolæ ad Ephesios, cur, *ibid.*, 2. Quando, ubi, et unde scripta et per quos missa, *ibid.*, 2.

8° *Epistola prima ad Thessalonicences.* Hujus epistolæ scribendæ occasio, ejus argumentum, XIX, 114, 1. Ubi et quando scripta, *ibid.*, 2. Est prima omnium epistolarum Pauli, si tempus scriptionis spectes, XVII, 341, 1; XIX, 114, 2.

9° *Epistola secunda ad Thessalonicenses.* Hujus epistolæ argumentum, XIX, 143, 1. Ubi et quando scripta, *ibid.*, 2.

10° *Epistola prima ad Timotheum.* Hujus epistolæ singulorum capitum argumenta, XIX, 174, 2. Ubi et quando scripta, 175, 2. Qui in eam scripserint, *ibid.*

11° *Epistola secunda ad Timotheum.* An scripta fuerit hæc epistola e secundis vinculis, XIX, 270, 1, 2; 309, 1. Respondetur affirmative, *ibid.*; et XVII, 364, 2 et seq.

12° *Epistola ad Titum.* Hujus epistolæ argumentum, XIX, 218, 1, 2. Ubi et quando scripta, *ibid.*, 2. Est compendium duarum epistolarum ad Timotheum missarum, *ibid.*, 1.

13° *Epistola ad Philemonem.* Hujus epistolæ argumentum et occasio, XIX, 341, 1. Quando scripta, XVII, 6, 1. Scripta fuit non dictante Spiritu sancto, secundum hæreticos, XVIII, 4, 2.

14° *Epistola ad Hebræos.* An hæc epistola sit canonica, dubitarunt nonnulli, XVIII, 4, 2. Eam esse canonicam probatur contra hæreticos veteres et novos, XIX, 347, 1. Ejus auctor D. Paulus, ascripta fuit olim S. Barnabæ, *ibid.* Cur nomen ei suum Apostolus initio non præfixerit, *ibid.*, 2. Qua lingua ab eo scripta, 348, 1. Scripta Hebraica lingua, non tamen pura, *ibid.* Cur in ea citentur Scripturæ juxta Septuaginta 348, 1. An Syriacus ejus textus, sit ipsum Pauli autographum, *ibid.* et seq. Textus Hebræus purus, hic spurius est, 349, 1. Hujus epistolæ quodnam sit argumentum, *ibid.*, 2. Romæ scripta fuit, et quando, *ibid.*

Epistola Pauli ad Laodicenses est apocrypha; est brevis, frigida, exilis, hinc suppositia colligitur, XIX, 112, 2 et seq. Quænam illa cujus ipse meminit, *ibid.*

Epistolæ Senecæ et S. Pauli an sint genuinæ, XII, 344, 1.

2° *Epistolæ catholicæ quæ sint et dicantur*, XX, 1, 1. Eædem dicuntur canonicæ, 2, 1. Sunt Scripturæ canonicæ. 2, 2. Earum inter se consensus, *ibid.* Quis earum sit ordo, 4, 1, 2. Scriptæ sunt græce, 5, 2.

1° *Epistola S. Jacobi.* Hæc epistola ab hæreticis rejicitur, et cur, XX, 4, 1. Ostenditur esse canonicam, *ibid.* et seq. Cur aliis epistolis in serie præponatur, *ibid.* Ejus argumentum, 4, 2 et seq. Est canon fidei et vitæ Christianæ, 5, 1. Quando scripta ab eo, *ibid.* Scripta est græce, 5, 2. Uter Jacobus eam scripserit, 6, 1. Epistolis, Dei, S. Trinitatis aut Christi nomen præfigebant Christiani, 12, 1, 2. An in ea erasum nomen Apostoli, 13, 1.

2° *Epistola prima S. Petri.* Hæc epistola canonica est, scripta Romæ et quando, XX, 230, 1. Qua lingua, *ibid.* Scripta primario ad fideles dispersos Judæos, *ibid.*, 2. Ejus argumentum, 231, 1.

3° *Epistola secunda S. Petri.* Hæc epistola stylo dissidet a prima, XX, 404, 2. Est Scriptura canonica, *ibid.* Extat etiam syriace, *ibid.*, 2. Ejus auctor S. Petrus, *ibid.* Quando ab eo scripta, et ubi, *ibid.* Ejus quod sit argumentum, 405, 1. Triplex est, *ibid.*, et 2.

4° *Epistola prima S. Joannis.* Canonica est, XX, 496, 1. Ejus auctor, 2. Ejus argumentum quod sit, 501, 2. Scripta est ad Parthos, 502, 1. Scripta est græce, *ibid.*

5° *Epistola secunda S. Joannis.* Hanc epistolam esse canonicam Scripturam S. Joannis probatur, XX, 629, 1, 2.

6° *Epistola tertia S. Joannis.* Hæc tertia epistola ejusdem est auctoris et auctoritatis ac secunda, XX, 629, 1, 2.

7° *Epistola S. Judæ.* Canonica est, XX, 649, 2. Cur de ea aliqui dubitent, *ibid.* Fuit græce scripta, *ibid.* Ejus laus et elogium, *ibid.* Ejus argumentum, 650, 1. Ejus qui fuerint interpretes, 2. Valde similis est epistolæ secundæ S. Petri, *ibid.* Cur ultimo loco in ordine biblico posita, *ibid.*

EPITHALAMIUM. Epithalamium Christi cum Ecclesia est *Psalmus* XLIV, XX, 360, 1.

EPITAPHIUM. Epitaphiorum sunt causæ, XIII, 239, 1, 2. Epitaphium orbis universi, et commune omnium prophetarum quod sit, *ibid.* Epitaphium quoddam patheticum regis cujusdam Francorum, XII, 690, 2. Epitaphium coci, 675, 2.

EPULARI, EPULUM. 1° *Epularum antiquus et religiosus usus.* Epulo solemni festa celebrabantur, XVIII, 289, 1. Victimæ pacifice et sacrificii

ejus erat complementum, II, 45, 2; XVIII, 323, 2; 324, 1; 347, 2; 365, 2. Ideo in templis instruebatur, XVIII, 326, 2. Epulæ ad sepulcra gentium apponebantur, X, 100, 2. Epulandi mos ad sepulcra et memorias martyrum, IV, 286, 2. Item in sepultura defunctorum quorum dubia erat salus et gloria, *ibid.*, 2. Sublatus per SS. Ambrosium et Augustinum, *ibid.* Epulum funebre pauperibus et amicis instituendum est, X, 279, 2. Epulandi mos initio anni apud varias gentes unde profluxerit, XI, 748, 2. Epulum juge spirituale Christianorum, XVIII, 289, 2.

2° *Epularum damna*, IX, 523, 1, 2; XX, 202, 2; 203, 1. Epulæ quam diversa significent, XX, 202, 2. Scatent mendaciis, adulationibus, fraudibus, VI, 181, 2. Epulæ lautæ hominem ad libidinem pertrahunt, V, 191, 2. Pariunt inopiam, VI, 113, 2; 114, 1, 2. Maxime spiritualem, 114, 2. Epulæ conjunctæ sunt cum immisericordia, XX, 202, 2 et seq. Sæpe sunt ferales et cruentæ, V, 462, 1. Epulari, ex adjunctis sæpe est peccatum mortale, XVI, 223, 1.

EPULO. Epulonis vel mali divitis historia apud Evangelium vera est, ejus nomen quod sit, XVI, 220, 1. Fuit Judæus; an Christi vixerit tempore, ejus fastus et mollities in vestitu, *ibid.* Illius in epulis splendor et luxus, 2. Ejus immisericordia, 221, 1 et seq.; 226, 1. Sepultus est in inferno, 222, 2. Sortis ejus mutatio, 223, 1; 224, 1. Est damnatus, 223, 1. Quodnam ejus peccatum sit, *ibid.*, et 2. Vidit a tormentis Lazarum in sinu Abrahæ jucunde quiescentem, et cur, 223, 2. Cur invocet Abrahamum, *ibid.* et seq. Lazari opem exposcit, 224, 1; 227, 1. Ejus sitis in tormentis, 224, 1. Epulo in inferno non habuit linguam quam petiit refrigerari, IX, 236, 2 et seq. Quomodo ejus anima dicatur habere linguam, XVI, 224, 2. Quare ab Abrahamo dicatur filius, nec tamen exaudiatur ab eo, 225, 1. Quare ei maneat memoria et cognitio, *ibid.* Ejus cruciatus apud inferos, 226, 1 et seq. An ei ostensus locus Beatorum in cœlo, *ibid.* Judæos superbos designat, 227, 1. Quomodo Lazarum ad fratres mitti roget, *ibid.* Quomodo fratrum salutem optare possit, et quare, 2. Cur mortuum aliquem ad eos mitti roget, *ibid.*

EQUITATUS. Equitatus Pharaonis in *Cantico* quid significet, VII, 510, 1; 511, 1. Equitatus et equorum copia Judæis vetita, XIII, 468, 2. Excellunt equitatu Turcæ, Poloni, Persæ, XXI, 210, 2.

Equitatus angelicus, XII, 512, 1. Equitatus apostolicus, *ibid.* Equitatus animæ sanctæ, *ibid.*, 2; 513, 1.

EQUES. Eques interdum accipitur pro equo, XII, 698, 2. Equites in bello validissimi sunt, VI, 129, 1, 2. Equiti olim pro stipendio dabatur drachma IV, 426, 2. Equites Jerosolymitani quando et quare instituti, 434, 1, 2. Equites habuisse non leguntur Judæi, nisi tempore Joannis, Simonis filii, 492, 1. Equites dracones hodie qui, 392, 2. Eques an pedes Paulus Damascum ierit, XVII, 210, 1.

Equitis et equi speciem assumpsit angelus, IV, 510, 2. Equites discurrentes per aera cladem Judææ imminentem portendunt, 518, 1, 2. Eques apparens Judæ et Judæis an fuerit S. Michael, 547, 1. Cur apparuerit in veste candida, *ibid.* Equitum exercitus in fine mundi quam numerosus futurus, XXI, 210, 1, 2. Unde hi prodituri sint, *ibid.*, 2. Hic equitum exercitus viam pandet Antichristo, 211, 1.

EQUITIUS (S.). S. Equitius cœlitus donum prædicationis accepit, XX, 34, 2. Ab angelo consecratus fuit prædicator, *ibid.*; IX, 609, 1. Quomodo ab angelo sit castitatis dono donatus, XIII, 47, 1.

EQUUS. 1° *Equus est animal bellicosum, Job*, 742, 1; 743, 2. Equi omnibus animalibus bello utiliores, XXI, 138, 2. Eorum dotes, *ibid.*, et 139, 1. Albi sunt aliis celeriores, 337, 1. Equi in circulum coacti hostem impetunt, IX, 670, 2. Equi bellici veloces sunt pernicitate, et sanguine effuso gaudent, XIV, 210, 2. Equorum Chaldæorum generositas, *ibid.* Equis adornandis prisci nobiles et milites dediti erant, XIV, 179, 1; 543, 1.

2° *Equus est animal luxuriosum*, IV, 294, 2. Equi emissarii et trahentes qui sint, XII, 54, 1. Equi fortes et proni in feminas ex Arabia prodibant, *ibid.* Eorum in equas ardor, *ibid.* Equus impotenter in venerem ruit, 669, 1.

3° *Equus a natura indomitus educatione domari potest.* Equus indomitus fit intractabilis, X, 92, 1. Equi Persici feroces sunt, et quasi stimulos habent a natura, XIII, 330, 1; XXI, 211, 2. Hinnit vel ex amore, vel ex ira, 167, 2. Mire timet flagella, VI, 298, 1. Equus quidam ex timore concepto ferociam exuit, 139, 2. Equus stupefit calcans lupi vestigium, *ibid.* Equa carunculam in pulli fronte innatam, devorat, IX, 413, 1.

4° *Equorum usus apud Judæos.* Equorum usus an fuerit Judæis inhibitus, II, 460, 2. Equorum copia Judæis vetita, XIII, 468, 2. Equos Judæis cur Deus vetuit multiplicari, XI, 128, 1. Equos petere Judæi solebant ex Ægypto, XIII, 468, 2. Equorum porta urbis Jerosolymitanæ unde ita dicta, IV, 236, 2. Equi multi hostium a Machabæis in capite percussi et excæcati sunt, XIV, 505, 1.

5° *Equus multarum et diversarum rerum symbolum est*, XIV, 362, 1. Significat homines carnales cujus sessor est dæmon, I, 556, 1. Est symbolum libidinosi, XII, 669, 1. Symbolum etiam est fastus, II, 461, 1.

Equo comparatur humanitas Christi, cur, XIV, 258, 1. Equa anima et humanitas Christi adumbrata, VII, 512, 2. Ea repræsentatur Ecclesiæ velocitas, obedientia, amplitudo, fecunditas, 510, 2. Equis vehi cur fingantur angeli, XIV, 426, 1. Equi symbolice vocantur apostoli, 258, 1. Equus est hieroglyphicum apostoli, virique apostolici, 478 1. Equus mystice est mens contra vitia certans, item hominis anima et corpus, VI, 130, 2. Item passiones et virtutes, 131, 1, 2. Equa animæ justi

symbolum, VII, 512, 2. Est symbolum Christi militum, *Job*, 743, 1. Equus symbolum est belli, XXI, 138, 2. Item imperii et victoriæ, 139, 1. Equi albi denotant victoriam et triumphum, 336, 2; 339, 1.

Equo rufo cur insideat vir Zachariæ apparens, XIV, 362, 1. Equi rufi, albi et varii Zachariæ visi quas gentes repræsentent, 365, 1, 2. Quos angelos denotent, 366, 1. Equi albi monarchiam Græcorum repræsentant, 428, 1. Equi rufi an monarchiam Romanorum denotent, an potius Assyriorum et Chaldæorum, 427, 2. Quid egerint hi, incertum est, 428, 1. Nigri Persas repræsentant, *ibid.* Varii Romanos, non Ægyptios, *ibid.* Rufi denotant mystice apostolos et martyres, 427, 1. Nigri, prophetas et doctores, *ibid.* Albi, virgines, *ibid.* Varii, confessores, *ibid.* Quid hi quatuor aliud repræsentent, 428, 2.

Equi quatuor Joanni in *Apocalypsi* visi, libri signati sigillis apertis prodeuntes quid significent, XXI, 136, 1. An significent quatuor imperia, 137, 2. Equi quatuor designant quatuor universales Ecclesiæ persecutiones, XIV, 371, 1. Albus Judæos, et rufus Gentiles, *ibid.* Niger hæreticos, pallidus Turcas, *ibid.* Aliter equus albus sunt apostoli, XXI, 139, 2; 140, 1, 2. Rufus quid proprie significet, 141, 2 et seq. Ejus sessores qui, 142, 1. Niger quid proprie significet, 143, 1. Ejus sessor est diabolus, vel hæresiarcha, *ibid.* Pallidus quos significet, 144, 2 et seq. Repræsentat Mahometanos, 145, 1, 2.

ERASMUS. Erasmus Roterodamus de variis fidei articulis dubie loquens ova posuit quæ postea Lutherus et novi Ariani excluserunt, XVIII, 32, 2; XIX, 23, 1. Arianismi novi semina jecit, XV, 365, 2; XVII, 371, 1. Viam stravit Pelagianis et Zuinglianis, XVIII, 97, 1; 99, 2 Arianizat pene ubique, XX, 625, 2. Filium Dei perperam vocat sermonem, 514, 2. Omnia Scripturæ loca de Christi divinitate agentia aut enervat, aut detorquet, XIX, 220, 1. Ejus de Christi divinitate insulsa dubitatio in loco lucidissimo, 360, 1. Ejus expositio de propheta Deo Patre exploditur, XX, 433, 1. Ejus sententia de *Epistola ad Hebræos* rejicitur, XIX, 443, 2; 444, 2. Asserit scriptores sacros interdum memoria lapsos, XVIII, 4, 2. Apostolatus dignitatem carpit, 42, 1, 2. Ejus impudentia de virginibus sugillatur, 304, 2. Ejus indocta impostura de hæreticis de medio tollendis, XIX, 339, 2. Concilium Milevitanum sugillat, XVIII, 97, 2. Ejus in theologos sarcasmus, XIX, 339, 2. Attamen se velle discerpi pro Eucharistiæ veritate dixit, XVIII, 359, 2; 363, 1. Ejus efficax pro ea argumentum, 360, 2.

ERASTUS. Erastus quæstor quis fuerit: episcopus dein creatus, XVII, 357, 1; XVIII, 244, 1.

EREMITA. Eremitica vita ab Apostolo non damnatur, XIX, 93, 2; 225, 1. Eam male reprehendunt Novantes, 460, 1, 2. Eremitarum abstinentia, et in corpore edomando studium, XVIII, 337, 2; XIX, 225, 2. Eremitæ in deserto etiam alios docebant, proximoque proderant, IX, 559, 2. Die Dominica ad sacras synaxes et preces in ecclesiam convenie-bant, XIX, 460, 2. Eremitæ particulariter sunt Deo curæ, III, 643, 1. Eremitæ plurimi fuere longævi, IX, 79, 2. Eremiticæ vitæ bona, deliciæ et encomia, XIII, 313, 1, 2. Eremitæ veteres multi recensentur, dono lacrymarum insignes, XII, 402, 1, 2.

Eremitæ varii a dæmone decepti sunt, XVIII, 494, 1, 2. Eremitæ cujusdam pœnitentia, quod infernalia supplicia volveret animo, XI, 441, 2.

ERICIUS. Ericius quod sit animal, XIV, 294, 1. Est symbolum furis, *ibid.*

ERMELINDIS (S.). Ermelindis virginis castitas ab angelo protecta, XIII, 47, 1. S. Ermelindis ab angelis sepulta, XI, 266, 2.

EROSTRATUS. Erostratus cur templum Dianæ Ephesiæ incenderit, XVII, 359, 1. Erostrati nomen erat abominandum apud Græcos, X, 354. 1.

ERRARE, ERRATUM. Erramus sicut oves dum peccamus, XI, 631, 1. Errati excusatio prona, pœnitentia difficilis, II, 59, 1, 2. Errantes a via doctrinæ et justitiæ damnabuntur cum dæmonibus, VI, 112, 2. Errata subditorum moderate sunt castiganda, VI, 192, 1, 2 (*Vide* PECCATA).

ERRICUS. Errici regis Westgothorum ad filium Alaricum ultima verba, II, 511, 2.

ERROR. 1° *Quid sit error.* Error est filia præcipitationis, VI, 73, 1, 2. Erroris sedes est intellectus, VII, 339, 1: *Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis: positum stultum in dignitate sublimi.* Errorem in cognitione sequitur error in actione, XVIII, 54 2: *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt.* Error peccantium est practicus, id est erronea electio et operatio mali culpæ, V, 427, 2: *Errant qui operantur malum: misericordia et veritas præparant bona.* Habet tamen ordinarie comitem vel antecessorem errorem in intellectu, *ibid.* Error practicus in omni peccato continetur, IX, 347, 1, 2: *Error et tenebræ concreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.* Error capitur interdum pro idololatria, X, 557, 1: *Cum adhuc junior essem, priusquam oberrarem, quæsivi sapientiam palam in oratione mea.*

2° *Error duplex est, fidei et morum*, XX, 226, 2: *Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate.* Error in numeris qui aliquando in Scriptura occurrit non spectat ad fidem, vel ad bonos mores, IV, 171, 2. Error in fide vel moribus est spiritualis cæcitas, XV, 251, 1. Error in moribus est, quo quis licitum et honestum putat, quod illicitum et inhonestum est, V, 417, 1: *Est via quæ videtur homini justa: novissima autem ejus deducunt ad mortem.* Error hominum circa Deum ante Christum, XVIII, 49, 1, 2: *Revelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem et injus-*

titiam hominum eorum qui veritatem Dei in injustitia detinent. Error insignis hominum quo se non cognoscant, VII, 156. 1 : *Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et spiritus jumentorum descendat deorsum?* Errores aliquos in Judæis recens conversis toleravit Ecclesia primitiva, XVIII, 230, 2 : *Unusquisque ergo in sensu suo abundet.*

3º *Erroris effectus.* Error parvus initio nisi statim corrigatur, quid eveniat, VII, 329, 2 : *Melior est sapientia quam arma bellica; et qui in uno peccaverit, multa bona perdet.* Error quicumque in victis et potu nocet corpori et animæ, X, 128, 2. Error omnis diu non subsistit, XIX, 301, 1 : *Sed ultra non proficient, insipientia enim illorum manifesta erit omnibus.*

ERUCA. Eruca vermis est qui post pluviam nascitur ac per caules, olera arborumque folia repit, eaque exitiali morsu arrodit, XIII, 478, 1. Unde nomen *eruca* derivetur, *ibid.* An vermiculus sit, qui crescens fiat bruchus, ac deinde locusta, 484, 2.

ERUBESCERE. Erubescenda quæ sint, X, 357, 2. Quinam erubescant veritatem confiteri, IX, 160, 2 : *Pro anima tua ne confundaris dicere verum.* Erubescens Christum confiteri, vicissim ab eo non agnoscetur, XVI, 139, 1 : *Qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua.*

ERUDITIO. Eruditione doctrinæ quid proprie denotetur, V, 20, 2 : *Ad intelligenda verba prudentiæ, et suscipiendam eruditionem doctrinæ.* De ea variæ sententiæ, 24, 2 (*Vide* Doctrina, Scientia).

ESAU. Esau quomodo a *quercu* dicatur a Philone δρύινος, vel *quercinus*, I, 267, 1 ; XIII, 553, 2. Fuit typus improborum duodecim de causis, 2. Pulmento vendidit jus primogenituræ, I, 268, 1. An peccaverit vendendo hoc jus, *ibid.* 2. Ipse vendens fratri primogenita peccavit peccato simoniæ et gulæ, I, 268, 2 ; XIX, 503, 2. Item intemperantiæ, 504, 1. Item contemptu primogenitorum, I, 269, 2. Quæ fuerint illa primogenita quæ vendidit Jacobo, XIX, 394, 1. Quomodo vocetur profanus, 182, 1 ; 503, 2. An recte vocetur fornicator, 503, 2. Duxit uxores contra parentum voluntatem, I, 275, 2. Ideoque punitus, *ibid.* Cur adeo expetiit benedictionem patris, 281, 2. Impietas ejus et stultitia fuit sextuplex, 282, 2. Fuit quasi a familia Abraham exclusus, 284, 1, 2. Fuit exclusus a benedictionibus Abrahæ et Isaaco a Deo datis, IX, 449, 1. Illum præ Jacob secundum litteram odio habitum a Deo quomodo intelligatur, XIV, 552, 2 : 2 ; XVIII, 166, 1. Cur ejus Deus misereri noluerit, XVIII, 163, 1. Est odio habitum propter peccata, XIII, 458, 1. Ipse auctor reductionis præputii, an ideo a Deo odio habitus, XVIII, 309, 2. Hoc odium de posteris ejus intelligitur, 163, 1. Idque ob eorum peccata, 161, 1. Esaü non reprobatus a salute æterna, sed benedictione paterna, XIX, 504, 2. Verisimiliter salvatus est, et aliquot ejus posteri, XVIII, 163, 1. Esaüitæ et Idumæi multi salvati sunt, XIV, 553, 2. Esaü dum viveret, potentior et ditior fuit Jacobo fratre, XIII, 446, 2. Cessit Chananæam Jacobo, I, 333, 1. Esaü odium in Jacob ad posteros propagavit, V, 582, 1. De ducibus et regibus ex prosapia Esaü, I, 333, 2. Esaü cur dictus est Edom et Seir, XII, 748, 1 ; XIV, 5, 1 ; 554, 1.

ESCA. Esca quomodo non commendet Deo, XVIII, 326, 1. Ob eam non est frater scandalizandus, 294, 1 ; 326, 1. Escæ a Deo missæ sunt sapidiores, VIII, 589, 2.

Esca metaphorice solidam doctrinam denotat, XVIII, 267, 1, 2. Esca eucharistica (*Vide* Eucharistia). Esca et hamus quo capiuntur homines, est voluptas, VII, 325, 2.

ESDRAS. Esdras cujus filius fuerit, IV, 200, 2. An idem qui Malachias, XIV, 547, 2. Non fuit Malachias propheta, et quæ fuerit occasio hoc aliquibus suspicandi, IV, 201, 1. An fuerit propheta, *ibid.* Instinctu divino scripsit librum primum Esdræ et alia, *ibid.* 2. An sacram Scripturam restaurarit, *ibid.* Non reparavit Scripturam sacram in excidio urbis combustam, XII, 257, 1. Eam digessit et correxit, et quæ in singulis libris deerant, supplevit, IV, 202, 1. Simulque novis characteribus conscripsit, IV, 202, 1 ; IX, 298, 2. Inventor est litterarum hebraicarum, quibus etiamnum utimur, IV, 202, 2. Esdræ ipsius manuscriptus codex servatur Bononiæ apud Dominicanos, II, 523, 1. An Esdras auctor libri primi sit idem cum eo de quo libro II, cap. xii, 257, 1. Esdræ liber quartus cujus sit auctoritatis, XII, 10, 1, 2. Esdras auctor est cabalæ bonæ, non Judaicæ, XIX, 185, 1.

Esdræ ætas et anni, XIV, 548, 1. Ei quinam prophetæ coævi fuerint, et quinam sub eodem floruerint tam ex historicis quam ex philosophis, IV, 202, 2. Legis Mosaicæ erat peritissimus, et inter scribas eminebat, 220, 1, 2. Vitam pene egit in Babylone, fuitque pincerna Artaxerxis, XIV, 548, 1. Fueritne scriba Concilii collecti a Judæis, *ibid.* Cur non meminerit Malachiæ, *ibid.*, 2. Quando Jerusalem venerit, *ibid.* Idem cum Malachia populo suasit, 549, 1. Constitutus est visitator Judæorum, IV, 221, 2. Potestatem necis habuit in prævaricatores, *ibid.* Alienigenas uxores abstulit a Judæis e Babylone reversis, XIV, 383, 1. Admiratur immensam Dei clementiam in Judæos, IV, 225, 2. Ejus pro iisdem ad Deum oratio, *ibid.* Confitetur et deflet peccatum populi, ejusque personam et peccatum in se suscipit : in quo fuit typus Christi, 227, 1. Pro Israelis bono bis Babylonem adiit, bis in Jerusalem rediit, 230, 2. Interpretatur legem populo, 248, 1, 2. Prius templum vidit, et quamdiu vitam prorogarit, 202, 2 ; XIV, 330, 1.

ESQUILINUS MONS. Esquilinus collis quis esset Romæ, XXI, 316, 1. Esquilinum montem cur beata Virgo elegerit, V, 203, 2. Ejus elogium, *ibid* et seq.

[1] Verisimilior est etymologia quæ nomen *Essæi* deducit a radice aramaica, אסא, *asa, sanavit*, cujus verbum θεραπευτὴς, est litteralis versio.

est? Ex gratiarum actione vocatur Eucharistia, XIV, 564, 1, 2; XV, 555, 1; XVIII, 344, 2. Subinde vocatur a Patribus oratio et liturgia, XIV, 561, 1. Ex panis fractione vocatur fractio panis, XVIII, 346, 1. *Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* Ex oblatione dicitur oblatio, XIV, 562, 2; 563, 1: *In omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda.* Ex immolatione vocatur sacrificium, XV, 558, 1: *Hic est enim sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*; XVIII, 365, 1, 2: *Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.* Ex sumptione et ex communi omnium fidelium unione dicitur communio, XVII, 104, 1, 2: *Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, et communicatione fractionis panis*; XVIII, 344, 2; 346, 1.

2° *A materia ex qua Eucharistia conficitur:* Vocatur frumentum, XIV, 467, 1, 2: *Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines?* Vocatur panis, V, 257, 1, 2: *Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis.* Cur vocetur panis, XVI, 395, 2: *Ego sum panis vitæ.* Pascit Christianos ad instar cibi, 41, 2. In ea Christus ut cibus apponitur, IV, 364, 1. Eucharistia alimur velut pane, XI, 443, 1: *Panis ei datus est, aquæ ejus fideles.* Panis dicitur per hebraismum, XVIII, 346, 1; 361, 2.

3° *A re quæ in Eucharistia continetur.* Eucharistia dicitur corpus et sanguis Christi, caro et sanguis Filii hominis, (*Vide* infra, ubi de institutione et præsentia reali). Dicitur umbra Christi, VII, 554, 2: *Sub umbra illius quem desideraveram sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo.*

4° *A tempore institutionis.* Dicitur cœna, XVI, 197, 1: *Homo quidam fecit cœnam magnam*; XV, 554, 1: *Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit*, etc.; XVIII, 357, 2: *Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est dominicam cœnam manducare.*

5° *A loco institutionis.* Dicitur mensa, XVIII, 347, 1: *Non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum*; V, 250, 2: *Immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam.*

II. Variæ Eucharistiæ figuræ, prædictiones et promissiones. — 1° *Figuræ.* Quomodo Eucharistia vocetur antitypa, XX, 340, 2. Eucharistia denotatur et designatur allegorice in arbore vitæ, I, 87, 2; V, 91, 2: *Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, et qui tenuerit eam beatus.* Est velut lignum vitæ, XVI, 395, 2.

Expressus Eucharistiæ typus est manna, V, 257, 2; VIII, 323, 2; IX, 438, 2. Est velut manna, XIV, 565, 1. Cum manna confertur, XVIII, 339, 2. *Omnes eamdem escam spiritualem manducaverunt.* Ei adaptantur proprietates mannæ, I, 584, 2 et seq. Excellentior ipsa manna, XV, 192, 1; XVI, 394, 2: *Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* De Eucharistia allegoria ex rore manna tegente, I, 579, 1.

Eucharistia significatur per panes propositionis, I, 648, 2 et seq.; II, 162, 2; XVII, 106, 1. Significabatur per *mincha*, II, 15, 1.

Eucharistiæ sacrificium per sacrificia prisca denotatur, X, 542, 2: *Oblatio Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israel, et consummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis, porrexit manum suam in libatione, et libavit de sanguine uvæ. Effudit in fundamento altaris odorem divinum excelso principi.*

Eucharistia significatur per farinam quam Elias multiplicavit, III, 645, 1. Significatur etiam per panem Eliæ subcinericium, 656, 2. Ejus symbolum dedit Eliseus, IV, 22, 1: *Incubuit super puerum, posuitque os suum super os ejus.* Ejus typus fuit convivium ab Assuero institutum, 363, 2. In mensa sapientiæ adumbratur, V, 252, 1. Per mensam principis repræsentatur, VI, 177, 1, 2. Est velut balsamum, IX, 644, 2. Est ferculum Salomonis, VIII, 14, 1. Ceu ficus est, VI, 349, 1: *Qui servat ficum, comedet fructus ejus; et qui custos est domini sui, glorificabitur.* Est botrus Cypri, VII, 533, 2: *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Est favus mellis, VIII, 92, 2: *Comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.*

2° *Prædictiones.* Eucharistia a prophetis fuit prænuntiata. Varii textus prophetarum ad Eucharistiam spectantes passim infra reperiuntur.

3° *Promissiones.* Eucharistiam promisit Christus, XVI, 394-414.

III. Eucharistiæ institutio. — 1° Cur eam Deus instituerit, XIV, 565, 1. In ea instituenda mirabile fuit Dei consilium, XI, 235, 1. Est hæreditas Christi Ecclesiæ testamento relicta, 688, 2: *Cibabo te hæreditate Jacob patris tui.* Quatuor causæ instituendæ Eucharistiæ, XV, 599, 2 et seq.

2° *Quando sit instituta.* Eam Christus instituit paulo ante mortem velut summi amoris tesseram, XVI, 522, 1. 2: *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Quo die a Christo sit instituta, XV, 549, 1, 2: *Prima autem die Azymorum, accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere pascha?* Est instituta post cœnam agni et usualem, et cur, idque sub horam noctis secundam, 554, 1 2: *Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit ac fregit*, etc. Ejus institutio an præcesserit prædictionem pro ditionis Judæ, XVI, 529, 530, 531, 532.

4° *Quomodo sit instituta.* Eam Christus instituit in azymo, I, 535, 2. Eam in cœna primus Christus sumpsit, VIII, 93, 1. Eam cum cæteris sumpsit Judas, XV, 551, 2 et seqq. Quinque Christi in ea actiones, XVIII, 358, 2: *Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et*

gratias agens fregit et dixit; Accipite et manducate, hoc est corpus meum.

IV. Præsentia realis Christi in Eucharistia. — 1° *Præsentiæ realis veritas asseritur*, XVII, 120, 2; 121, 1. Ejus mysterium negat Calvinus, sed contra ipsum asseritur, XI, 194, 1,2; 201, 2. Eucharistia reipsa exhibet verum Christi corpus, quod negant hæretici, VIII, 324, 1; XVIII, 345, 1 et seq. In ea est vere Christi corpus secus ac sentiant hæretici, XV, 554, 2 et seq. Non est in ea Christus figurate, XVIII, 362, 1. In Eucharistia vera Christi caro manducatur, et sanguis bibitur, XVI, 402, 2: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum, et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Vere in ea esse corpus Christi demonstratur ratione theologica, physica, mathematica, XV, 555, 2 et seq.: *Accipite et manducate, hoc est corpus meum.* In ea non esse panem colligitur ex manna, siquidem manna ut typus corporis Christi, rei vere existentis, non autem chimericæ fuit symbolum, I, 584, 2. In ea edimus carnem beatæ Virginis, IX, 656, 2. Quomodo in ea sit panis verus et cœlestis, XVI, 395, 1: *Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Eucharistia est requies Christi, XI, 265, 2: *Et erit sepulcrum ejus gloriosum.*

2° *Transsubstantiatio panis et vini in corpus et sanguinem Christi.* Panis in Eucharistia non manet, sed transsubstantiatur, XVIII, 363, 1. In ea substantia panis et vini consumitur, IV, 4, 2. Christus est ibi instar angeli, XVIII, 361, 2.

3° *Modus præsentiæ realis.* Christi caro in pane, et sanguis in vino solum ponitur, reliqua utrobique per concomitantiam, XVIII, 365, 1. In Eucharistia Christus jugiter nobiscum est, XV, 658, 1, 2. Tamdiu in Eucharistia Christus jam sumptus in nobis est, quamdiu species supersunt, iis consumptis calore stomachi, adest per gratiam, XVI, 406, 2 et seqq.: *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo.* Corpus Christi in ea tangibiliter non editur nec discerpitur, 410, 2: *Multi ergo audientes ex discipulis ejus dixerunt: Durus est hic sermo, et quis potest eum audire?* In ea Christus ejusque corpus nihil patitur, sed tantum species, XVIII, 363, 1.

V. Eucharistiæ sumendæ præceptum, necessitas et modus. — 1° *Præceptum.* Ejus manducatio præceptum est, sed nonnisi adultos spectat, XVI, 403, 2. Sine ea, vita spiritualis diu retineri nequit, 405, 1. Ad Eucharistiam omnes invitantur, V, 257, 1: *Insipientibus locuta est; Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis.*

2° *Quomodo olim dabatur et nunc administratur.* Quomodo dabatur viris et mulieribus, VII, 317, 1. Diu data est fidelibus in manibus, jam datur in os, XV, 555, 1: XVIII, 359, 1; XIX, 201, 2. Ea olim cur a Christianis in domum deferebatur, et privatim sumebatur, XIV, 470, 1; 548, 1; XVII, 105, 1, 108, 1; XXI, 47, 1. Olim omnes fideles communicabant in Missa, XVIII, 347, 2. Olim dabatur vespere post exhortationem, XVII, 364, 2. Olim ejus sumptioni cœna præmittebatur, XVIII, 358, 1. Olim cur infantibus et a baptismo daretur, XIV, 474, 1, 2; XVI, 401, 1; 403, 2 et seq.; XVIII, 346, 2; XX, 278, 1. Lacti confertur, *ibid.* Olim ad amicos absentes mittebatur, XVIII, 347, 2. Eam aliquando angeli ministrarunt, XXI, 189, 1. Laicis danda sub una specie, XVI, 404, 1, 2. Cur tempore persecutionis sub specie vini perciperetur, XVIII, 370, 2. A jejunis est sumenda, XV, 554, 1; XVIII, 358, 1, 2.

VI. Eucharistiæ in communione sumptæ effectus. — 1° *Effectus in generali.* Eucharistiæ effectus admirabiles, ubi etiam decem miracula Eucharistiæ exponuntur, V, 254, 1, 2; VI, 178, 1, 2. Eucharistiæ operationes, XIV, 468, 1, 2 et seqq. Effectus ejus varii, XV, 561, 1; XVI, 394, 2; 405, 1, 2. Ejus fructus et effectus ex panis et vini effectibus sunt colligendi, XVI, 405, 1, 2. Ejus vis et effectus, XVII, 105, 1. Ejus mirabilia et arcana, XXI, 119, 1.

2° *In communione Christo unimur.* Carni Christi realiter et substantialiter unimur, XVI, 406, 2: *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.* In ea Christus se nobis dat totum, VI, 179, 1. In ea Christus nobis inseritur, XX, 80, 2: *Abjicientes omnem immunditiam, et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum.* Cur vocetur communio, XVII, 104, 2: *Erant perseverantes in communicatione fractionis panis.* Per eam fimus divinæ naturæ consortes, XX, 413, 1: *Per quem* (Christum) *maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ.* Cur Eucharistia vocetur commixtum, XI, 420, 1. In ea Christus non mutatur in nos, sed nos mutamur in illum et ei incorporamur, XVIII, 346, 2: *Unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus*; 664, 2: *Membra sumus corporis ejus, de carne ejus, et de ossibus ejus.*

3° *Eucharistia est symbolum societatis et unitatis*, XVI, 401, 2; 404, 1; 600, 1. *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint*, 601, 2: *Ego in eis, et tu in me, ut sint consummati in unum*, etc. Cur dicatur sacramentum unionis, XV, 163, 1. Est vinculum charitatis, unde vocatur synaxis, XVIII, 346, 2. Est vinculum amoris Christianorum, XXI, 131, 1.

4° *Eucharistia vitam dat animæ*, X, 136, 1. De cœlo descendit, et dat vitam mundo, XVI, 395, 1: *Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, et dat vitam mundo.* Est panis vitæ, VI, 498, 2. Panem cœlestem manducandum exhibet sub specie panis tritici, XIII, 471, 2: *Convertentur sedentes in umbra ejus, vivent tritico, et germinabunt quasi vinea; memoriale ejus sicut vinum Libani.* Est panis

transsubstantiatus et supersubstantialis et divinus, XIV, 468, 2. Se comedentes vivificat, XVI, 401, 1. Dat vitam Eucharistia eam rite suscipientibus, 409, 1, 2 : *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ipse vivet propter me.* Præstat omni cibo, 408, 1, 2. Renovantibus proposita est lignum vitæ, XXI, 46, 2 : *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Vinum validissimum est, XVI, 557, 1 : *Ego sum vitis vera.* Ea fideles spiritualiter inebriantur, XIII, 471, 2. Cur vocetur convivium, XVI, 197, 1 : *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Est convivium pinguium, XV, 474, 2 et seqq. Cur dicatur epulum pinguium et medullatorum, XI, 367, 2 : *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum vindemiæ defæcatæ.* Est convivium Christi in quo nobiscum convivatur, VI, 177, 1, 2; XIV, 468, 1, 2. Virtus illa vivificandi quam habet corpus Christi non tam manet a carne quam a spiritu Verbi, XVI, 411, 2 : *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam.*

Eucharistia etiam corpus nutrit et vegetat, XVI, 395, 2. Vires corporales adauget, XIV, 470, 1, 2. Multi ejus solius sumptione vitam duxerunt, *ibid.*, 471, 1. Sæpe morbos et morbi pericula depellit, XVI, 405, 2. Sumenti impetrat sanitatem, X, 275, 2. Est viaticum Christianorum, XX, 2.

5° *Eucharistia roborat animam et invictam reddit.* Reddit nos adversus diabolum terribiles, V, 255, 2; XII, 230, 1 : *Jugum oneris ejus, et virgam humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Madian.* Ejus vi fideles vim dæmonum elidunt, XIV, 470, 1. Ea tanquam fune ligatur dæmon ne nobis noceat, IV, 299, 1. Facit juvenes validos, XIV, 470, 1. Dat opem in præliis et conflictibus, *ibid.* Ea olim martyres se muniebant in certaminibus, *ibid.* Animat Christianos ad mortem pro Christo appetendam, ideo olim tempore persecutionis Christiani omnes quotidie communicabant, XV, 560, 1, 2. Est idea vitæ et passionis Christi, *ibid.*, 1. Est quasi nova Christi incarnatio, et viva repræsentatio mortis Christi, XIV, 468, 2. Ad Eucharistiam fugiendum in periculis, III, 346, 2.

6° *Eucharistia sedat et compescit omnes vitiosos animæ motus.* Minuit acerbos iracundiæ, invidiæ, luxuriæ, etc., motus, IV, 299, 1. Sedat famem vitiorum, item animæ ad eam anhelantis, et non raro famem corporis, V, 274, 1 : *Non affliget Dominus fame animam justi.* Reprimit libidinem, XIV, 471, 1, 2 : *Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines?* Æstum concupiscentiæ restinguit, XV, 228, 2 : *Vidit socrum ejus* (Petri) *jacentem et febricitantem, et tetigit manum ejus, et dimisit eam febris.* Medetur morbis animæ, X, 275, 2. Debite sumpta, adducit nauseam aliarum voluptatum, XVI, 396, 1 : *Qui venit ad me non esuriet, et qui credit in me, non sitiet unquam.*

7° *Ad omnes virtutes acquirendas juvat.* Eucharistia rite suscepta puritatem et castitatem valde adauget, IV, 364, 1. Germinat et efficit virgines, XIV, 472, 1, 2. Cur rori comparetur, XIII, 469, 2 : *Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium, et erumpet radix ejus ut Libani.* Cur dicatur ros lucis, XI, 381, 2 : *Expergiscimini, et laudate qui habitatis in pulvere; quia ros lucis, ros tuus.* Est summa claritas, XVI, 601, 1 : *Ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis.* Ejus effectus in oculis mentis aperiendis, 279, 1 : *Dum recumberet cum eis, accepit panem, et benedixit, ac fregit, et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, et cognoverunt eum.* Per eam fimus spirituales, sancti et divini, et in dies magis ac magis, 407, 1, 2 : *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.*

8° *Eucharistia est gratia gratiarum, et summum amoris Christi testimonium.* Est gratia gratiarum, et per eam omnis gratia cum suo auctore ad nos derivatur, XIX, 510 : *Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam serviamus placentes Deo*; XIV, 564, 2; 260, 1 : *Perfecte sperate in eam quæ vobis effertur, gratiam*; XX, 657, 1 : *Subintroierunt enim quidam..... Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam.* Est complementum bonorum, XIII, 332, 2 : *Pavebunt ad Dominum et ad bonum ejus.* Est omnium sacramentorum complementum, XVIII, 664, 2. In ea bonitas et pulchritudo Christi ostenditur, XIV, 467, 2; 468, 1 : *Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines?* Christi charitas in Eucharistia elucet, XVIII, 361, 2. In ea Christus charitatis igne succensus quasi immolatur et consumitur, XII, 244, 2. Est calculus ignitus, XI, 179, 2 : *Et volavit ad me unus de seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum, et dixit : Ecce tetigit hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur.* Cur ei faces præferantur et ante eam ardeant lampades, XIV, 408, 1. Eucharistia est forma amoris, XX, 597, 1, 2. Est funiculus amoris, XIII, 430, 1 : *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Passim et ubique cuilibet patet et obvia est, VI, 180, 1. In ea Christus ubera sua nobis sugenda præbet, VII, 475, 1 : *Meliora sunt ubera tua vino.* Delicias infert animæ, et est manna absconditum, XXI, 53, 2 : *Vincenti dabo manna absconditum.* Lætificat, et beatificat animam, I, 407 : *Aser pinguis panis ejus, et præbebit delicias regibus.*

9. *Eucharistia est pignus vitæ æternæ.* Dat nobis sanguinem Christi ut arrham pacti de æterna hæreditate nobiscum initi, XVIII, 367, 1 : *Hic calix novum testamentum est in meo sanguine, hoc facite in meam commemorationem.* Datur in ea pignus gloriæ cœlestis, XV, 561, 1. Facit ut a Deo eligamur ad vitam æternam, XIV, 470, 1. Est cibus permanens in vitam æternam, XVI, 392, 2 :

Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Durat in perpetuum, 400, 2: *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Dat nobis jus ad æternam hæreditatem in cœlis, XV, 558, 2. Ad vitam æternam conducit per gratiam quæ in ea datur, XVI, 405, 2: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* A morte liberat, 400, 2. Est alimentum immortalitatis, XV, 561, 1, 2: Est causa resurrectionis, XVI, 406, 1, 2: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem... ego resuscitabo eum in novissimo die.* Ejus virtute resurgemus, XIV, 472, 1. Per eam quoque corpori semen morale immortalitatis inseritur, XVI, 407, 1, 2.

VII. AD EUCHARISTIÆ MANDUCATIONEM PRÆREQUISITÆ DISPOSITIONES. — Quomodo sumenda docetur ex agno paschali, I, 544, 1, 2.

1° *Fides.* Quare Eucharistia dicatur mysterium fidei, XIX, 210, 2 et seq. : *Diaconos similiter pudicos.... habentes mysterium fidei in conscientia pura.* Est mysterium, VIII, 523, 2. Est miraculum miraculorum, XIV, 564, 1, 2. In ea Deus omnia vetera miracula renovat et superat, 468, 2. In ea fit quasi nova mundi creatio, *ibid.* Est compendium omnium mirabilium operum Dei, *ibid.* In ea latet Christus absconditus, VI, 179, 1 : In ea vere latet Deus, XI, 557, 2 : *Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel salvator.* In ea Christus stat post parietem, prospiciens per cancellos, VII, 575, 2. In ea creditur Christus, non videtur, XX, 252, 2 et seq. : *In quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitia.* In ea sensus nostri falluntur, I, 280, 1; VI, 177, 1, 2. Fides in ea maxime necessaria est, XVI, 392, 2 et seq.; XIX, 459, 1, 2 : *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala.* In ea summa requiritur attentio, discretio et fides, VI, 177, 1 : *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam.* In ejus sumptione qualiter præsentia Dei fingenda sit, X, 488, 2. Est ore tum corporali tum spirituali comedenda, V, 257, 1, 2. Quæ aliæ virtutes in ea exerceantur, fides, spes, religio, etc., XIV, 468, 2; 565, 1; XV, 560, 3.

2° *Status gratiæ.* Qua animi dispositione ad eam accedendum, XVIII, 368, 1, 2 : *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat.* Quam pure sit accipienda, III, 455, 1. Non est in odio Dei suscipienda, V, 462, 2. Ad eam suscipiendam quanta requiratur puritas vitæ, II, 140, 1; XI, 561, 2. Eam indigne sumentes, quantopere a Deo puniti multis docetur exemplis, II, 140, 1 et seq.; XV, 554, 2; 561, 2. Præmitti ei debet pœnitentia et mundities conscientiæ, XVI, 522, 2 : *Deinde mittit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo quo erat præcinctus.* Ei præmittenda confessio cum operibus pœnitentiæ, I, 531, 1. Quomodo sit panis arctus, XI, 419, 1 : *Et dabit vobis Dominus panem arctum et aquam brevem.*

Indigne communicantibus fit panis impietatis, V, 115, 1, 2 : *Comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis sumunt.* Eam inique sumentes, polluunt mensam Domini, XIV, 559, 1 : *Offertis super altare meum panem pollutum, et dicitis : In quo polluimus te? In eo quod dicitis : Mensa Domini despecta est.* Mors est malis et indignis, vita bonis, XVI, 409, 1; XVIII, 429, 2. *Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.* Vim infert corpori Christi qui illud indigne sumit, VIII, 368, 1 : *Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.* Quam pœnam incurrant indigne communicantes, 369, 1 : *Ideo inter vos multi infirmi, ... et dormiunt multi.*

3° *Reverentia.* Eucharistia quam reverenter colenda, III, 457, 1. Quam eam revereantur angeli, XIV, 564, 1, 2. Ei astant angeli, XV, 561, 1. In ea Christum adorant angeli, XX, 256, 2; 257, 1 : *In quem desiderant angeli prospicere.*

4° *Desiderium et amor.* Quo affectu sumenda sit Eucharistia, XVIII, 367, 2 : *Quotiescumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* Ejus fames et desiderium optima ad eam dispositio, XIV, 469, 1, 2. Quanta ad eam aviditate accedendum, *ibid.*

5° Quomodo post Eucharistiam sumptam se gerere debeat homo, XIV, 469, 2; 470, 1. Post eam sumptam non statim ad res externas declinandum est, IX, 420, 2 : *Non defrauderis a die bono, et particula boni dati non te prætereat.*

PARS SECUNDA. EUCHARISTIA QUATENUS SACRIFICIUM.

I. EUCHARISTIA EST VERUM PROPRIEQUE DICTUM SACRIFICIUM. 1° Eucharistia non tantum est sacramentum, sed et sacrificium, XIV, 561, 1 : *In omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda.* Est proprii nominis sacrificium, 1, 198, 1. Sacrificium verum et proprie dictum extat in Ecclesia Dei, *Psalm.* II, 256, 1, 2 : *Juravit Dominus et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Missæ sacrificium in Psalmis innuitur, I, 126, 1 : *Apud te laus mea in Ecclesia magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum.* Eucharistia est sacrificium, XV, 559, 1, 2. *Hic est sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum;* XVII, 275, 1 : *Ministrantibus autem illis Domino..... dixit Spiritus sanctus;* XVIII, 239, 1; XIX, 130, 1; 519, 1, 2; 520, 2. Sacrificium Missæ contra hæreticorum argumenta astruitur, 457, 1, 2 et seq. Non est abominatio, ut conatur evincere Lutherus, *ibid.* Quam temere Missas privatas hæretici calumnientur, XVIII, 358, 2 : *Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum.* Missa sacrificium est, et quidem secundum ordinem Melchisedech, XIV, 418, 2: *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Eucharistiæ sacrificium in specie panis et vini in-

stitutum a Christo, cur, XIII, 400, 2; 401, 1 : *Non libabunt Domino vinum, et non placebunt ei: sacrificia eorum quasi panis lugentium.*

2° *Missæ sacrificium est idem cum sacrificio crucis, re et repræsentatione*, XVIII, 22, 1; XIX, 421, 1 : *Non habet* (Jesus) *necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes* (Levitici) *prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi; hoc enim fecit semel, seipsum offerendo;* XXI, 190, 2. Missa est sacrificium juge, sed incruentum, XVI, 403, 1 : *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Missæ sacrificium est commemoratio sacrificii crucis, XVIII, 367, 1. Est applicatorium redemptionis, 22, 1; XIX, 421, 2. In eo renovatur oblatio Christi in cruce, XXI, 125, 1 et seqq.: *Et vidi... Agnum stantem tanquam occisum.* Cur iterari debeat, non vero sacrificium crucis, XIX, 452, 2.

3° *Ejus essentia.* Sacrificii Missæ essentia in consecratione consistit, XVIII, 367, 1. *Est* in consecrationis verbis significat instantaneam mutationem, eamque constantem, 364, 2 : *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Non videtur esse de essentia consecrationis, omitti tamen non potest sine peccato gravi, *ibid.* Eucharistiæ mysteria in dies repetita, uti dicuntur plura sacramenta, ita non una sed plures dicuntur hostiæ, XIX, 447, 1, 2 : *Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari, ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quam istis.*

II. Sacrificii Missæ excellentia et efficacia. — 1° *Quomodo complectatur in se tres species sacrificii Judæis præscripti*, XIV, 563, 1, 2. Eucharistia triplex est sacrificium, holocaustum, victima pacifica, et victima pro peccato, XV, 559, 2. Est simul *mincha* et victima, X, 275, 2 : *Da suavitatem et memoriam similaginis, et impingua oblationem.* Continet orationes, postulationes, obsecrationes et gratiarum actiones, XIX, 193, 2.

2° *Præstat omnibus sacrificiis veteris legis*, V, 522, 1. Ejus præstantia ex seipso, *ibid.* Est hoc præstantissimum Aaronico, XIV, 594, 2 : *Et erunt Domino offerentes sacrificia, in justitia. Et placebit Domino sacrificium Juda et Jerusalem, sicut dies sæculi, et sicut anni antiqui.* Imo est omnium præstantissimum, 468, 2. Sacrificia Judæorum valebant ex opere operantis; eucharisticum, ex opere operato, V, 453, 2; 490, 1; X, 206, 2; XIV, 557, 2; 560, 2. Sacrificium eucharisticum quam præclarum sit, XV, 559, 1. Quomodo sit sacrificium mundum, XIV, 563, 1. Est oblatio munda, quam ubique gentium Deo offerendam prædicit Propheta, 561, 1, 2. Tripliciter dicitur munda, 563, 1, 2.

3° *Sacrificium eucharisticum est summum sacrificium quo Deus summe honoratur*, XIV, 468, 2. Est ministerium soli Deo debitum et proprium, XVII, 275, 1. Cur dicatur liturgia, *ibid.* Per Eucharistiæ sacrificium summus Deo exhibetur cultus, XV, 559, 2. Eo summe honoratur Deus octo de causis, XIV, 564, 1, 2 et seqq. Cur vocetur incensum et thymiama, 562, 2. Missæ sacrificium mire nomen Dei celebrat, 561, 1, 2 et seqq. Est laus realis summi Dei, X, 423, 1. Est hostia laudis sive gratiarum actio, XIX, 520, 2 : *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo.* Sacrificium Missæ est Deo gratissimum, XXI, 128, 1.

4° *Missæ sacrificium est propitiatorium pro vivis et defunctis*, XIX, 12, 2. Pro omnibus offertur, exceptis excommunicatis, XX, 574, 2 : *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Non est expiatorium, sed applicatorium redemptionis, 457, 2. Illud pro vivis et defunctis offerri, et tali ritu et ornatu, traditio est, XVIII, 369, 2; XIX, 130, 1. In missa ut pro defunctis oretur, apostolorum est institutum, XVIII, 273, 2.

5° *Quid nobis impetret sacrificium Missæ*, XIX, 458, 1. Impetrat mediate remissionem culparum mortalium, XV, 559, 2 et seq.: *Hic est enim sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Eucharistiam sumentes participes fiunt sacrificii eucharistici, XVIII, 347, 2 : *Non potestis calicem Domini bibere et calicem dæmoniorum; non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum.* Per illud participat tam offerens quam assistens omnia merita Christi, XIV, 564, 2.

6° *Sacrificium Missæ offerre quantæ sit dignitatis*, II, 53, 1. Missæ ministrasse angelos probatur multis exemplis, 210, 2. Aliæ visiones ante eam vel in ea visæ, 53, 2; 210, 2. Id offerunt angeli Deo, XXI, 188, 2 et seq. : *Et alius angelus venit, et stetit ante altare* (thymiamatis), *habens thuribulum aureum.* Eucharistiam interdum miraculose angeli, vel ipse Christus erogavit, vel miraculo alio sancti eam acceperunt, II, 138, 2; 210, 2.

7° *Sacrificii Eucharistiæ duratio.* Dicitur juge sacrificium, XIII, 175, 1 : *Cum ablatum fuerit juge sacrificium.* Durabit usque ad tempora Antichristi qui illud abrogabit et auferet, XI, 727, 2 : *Juravit Dominus in dextera sua, et in brachio : Si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis;* XII, 244, 2 : *Et de sacerdotibus et Levitis non interibit vir qui incendat sacrificium, et cædat victimas omnibus diebus;* XVIII, 367, 2 : *Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat;* XIX, 160, 2. Illud Antichristus auferet publice tantum, nam privatim illud tollere non poterit, XI, 727, 2.

8° *Missam audire quotidie quam sit utile, quot et quales fructus ex ea reportentur*, II, 53, 2 et seqq. Hac de re exempla, *ibid.* Quidam adolescens falso accusatus adulterii cum Elisabeth regina commissi mirabiliter sospes evasit, per devotionem erga Missæ sacrificium, X, 43, 1. S. Anselmus cum ob senium facere sacrum non poterat, delatus in

oratorium, quotidie missam audiebat, I, 706, 2. E Missa non recedendum nisi post actas gratias, XV, 562, 2: *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti.*

III. SACRIFICII MISSÆ ANTIQUITAS ET RITUS. — Missæ sacrificium in usu fuit tempore S. Augustini, XIX, 193, 2. Item ab initio Ecclesiæ, 160, 1. Missæ olim celebrabantur in Dominica, XVII, 364, 2: *Una autem Sabbati cum convenissemus ad frangendum panem.* Quare mane hora prima, 94, 1. Missæ olim celebrabantur super sepulcra vel corpora martyrum, X, 429, 2. Missæ canon sola martyrum nomina continebat, *ibid.* Cur latine dicatur, XVIII, 399, 1. Quos ex ea fructus populus percipiat, licet eam non intelligat, *ibid.* Cur in Missa olim omnes præsentes communicare voluerit Anacletus Papa, XIV, 470, 1. Missa S. Jacobi quam antiqua sit, quantæque auctoritatis, XX, 8, 2.

EUCHERIUS EMISSENUS. Eucherius Emissenus an auctor homiliarum quæ ejus nomine circumferuntur? XIV, 44, 2.

EUCHERIUS (S.) LUGDUNENSIS EPISCOPUS. Quam insignis mundi et rerum mundanarum fuerit contemptor, XIV, 190 2. Ejus sancta familia et miracula, *ibid.*

EUCHERIUS (S.) AURELIANENSIS EPISCOPUS. Ejus mater ipsum in utero ferens quam cœlitus benedictionem acceperit, XII, 13, 1. Quare a Carolo Martello in exilium relegatus, II, 290, 2.

EUCHITÆ. Euchitæ volebant semper orare, nec unquam manibus laborare, XVI, 238, 1; 392, 1, 2. Eorum error de obligatione semper orandi, XVIII, 684, 2.

EUCLIDES. Euclidis Megarensis patientia, XX, 29, 1.

EUDOCIA. Eudocia in S. Stephanum bene affecta et pia fuit, XVII, 193, 1, 2. Vincula S. Petri exaltavit, 262, 1.

EUDOXIA. Eudoxiæ Augustæ tumulus quando agitari desierit, et qualiter, XII, 762, 2.

EUGENIA (S.). S. Eugenia virgo apparens matri dixit se cum patre, cœlesti gloria donatam, XII, 761, 2.

EUGENIUS. Eugenii tyranni adversus Theodosium imperatorem insurgentis exitus, X, 42, 1.

EUGUBINUS. Eugubinus docuit hominem mori naturæ necessitate, XVIII, 132, 2.

EULALIA (S.). S. Eulalia sponte ad mortem properavit, I, 407, 1. In tenera ætate agonem suum igne consummavit, XVI, 182, 2. Ejus anima, specie columbæ, in cœlum evolavit, XI, 706, 1.

EULOGIUS (S.). Eulogius presbyter et martyr Cordubensis; ejus patientia in injuriis; columba ejus corpori insedit, XV, 172, 2 et seq.

EUMENES. Eumeni regi Persarum optimæ regiones Antiochi per Romanos datæ. IV, 451, 1. Volebat a fratribus adiri ut rex, non ut frater, IX, 392, 1.

EUNICE. Eunice, mater Timothei, erat Judæa, XVII, 306, 1; XIX, 174, 1. Christiana fuit, licet e Judæis oriunda, 174, 1. Quid hæc vox latine sonet, 272, 2.

EUNOMIUS. Eunomius negabat Spiritum sanctum a Patre procedere, sed a solo Filio, XVI, 570, 2. Docebat Filium non esse Verbum, XX, 520, 1. Asserit solis naturæ viribus Deum a nobis videri posse, XVIII, 115, 1. Ejus hæresin inspiravit diabolus, XIX, 222, 2.

EUNUCHUS, EUNUCHI. Eunuchus in aulis regum quid sit, I, 343, 1. Eunuchus capitur sæpe pro *princeps*, XVII, 204, 1. Eunuchi olim regibus familiares erant, et principes gynæcei et aulæ, ac præsides provinciarum, XIII, 9, 1, 2. Erant aulæ præfecti, primi apud reges, imo eorum cubicularii et secretorum conscii, IV, 137, 1; 343, 1, 2; 367, 1. Eunuchi vocantur omnes aulici et palatini, cur, XII, 210, 1; XIII, 9, 1, 2. Eunuchi sunt imberbes, *ibid.* Eorum frigiditas, X, 101, 2. Eorum vilitas et vitia III, 306, 2. Commissas habebant virgines, sed his sæpe abutebantur, IX, 546, 1. Eunuchi sunt in Venerem proniores, XIX, 564, 1. Infames erant in lege veteri, XI, 657, 1. A populo Dei arcebantur apud Judæos, II, 482, 1; XIII, 9, 2. Non referebantur in censum aut familias, 657, 1. Iis comparatur populus gentilis, *ibid.*

Eunuchi triplices a Christo assignantur, XV, 423, 2. Eunuchi spirituales et voluntarii qui sint, idque propter regnum cœlorum promerendum; iis promittitur nomen gloriosius et diuturnius, quam possent habere a filiis suis, XI, 658, 1, 2; XIX, 311, 2.

Eunuchi duo in carcere cum Joseph, quorum unus suspensus, alter liberatus, sunt typi salvandorum et damnandorum, I, 357, 1, 2. Cur duo eunuchi voluerunt insurgere in regem Assuerum, IV, 370, 2; 371, 1. An eunuchus fuerit Daniel, et socii, XIII, 9, 2.

Eunuchus Candacis reginæ an esset gentilis, an proselytus, XVII, 203, 2. Ejus pietas, *ibid.* et 204, 1. Baptizatur a Philippo, 205, 2. Suos Æthiopes convertit, et martyr occubuit, XI, 313, 2; XVII, 206, 2.

EUPATOR (*Vide* ANTIOCHUS EUPATOR).

EUPHEMIA (S.). S. Euphemia virgo et martyr toto corde frixa fuit in sartagine, IV, 527, 1. Ex ejus corpore copiosus effluxit humor rubeus, XI, 762, 1.

EUPHRASIA (S.) MARTYR. S. Euphrasia Antiochena virgo quomodo mortem elegerit præ defloratione sui corporis, XIII, 183, 1. Quo strata-gemate martyr effecta, et castitatem servarit, I, 353, 2.

EUPHRASIA. Euphrasia illustris vidua Romana in solitudinem Thebæam concessit. XIX, 237, 2.

EUPHRATES. Euphrates fuit limes terræ sanctæ, statutus a Deo ad orientem, IV, 234, 1, XIV, 448, 1. Cis Euphratem usque ad Judæam omnes fere gentes erant æmulæ Judæorum, IV, 234, 1.

EXCOMMUNICATIO. Excommunicationis figura, III, 624, 2. Hæc gladio Petri denotatur, XV, 577, 2. Repræsentata est in repentina morte Ananiæ et Sapphiri, XVII, 147, 2. Excommunicandi potestas laicis non est danda, sed Ecclesiæ, XVIII, 286, 1. Excommunicationis et peccati analogiæ, XV, 411, 1.

Excommunicationis finis, XVIII, 287, 1. Est non ad perditionem, sed ad emendationem peccatoris, XIX, 191, 2. Peccanti infligitur, non ut pereat, sed ut emendetur, XV, 410, 2.

Excommunicati quare dicuntur tradi Satanæ, XVIII, 286, 2. Dicuntur possideri a dæmone, XIX, 191, 2. Hinc olim ab eo corporaliter vexabantur, XVIII, 287, 2. Dicuntur absolvi, non vero iis dicitur condonari, 437, 1, 2. In excommunicatione defunctus, non potest ab Ecclesia vel Pontifice absolvi, XV, 372, 1, 2.

Excommunicatio non est leviter infligenda, XI, 693, 2. Ea est sobrie exercenda, XVIII, 484, 2.

EXCUSATIO. Excusatio adumbrat peccatum, *Job*, 764, 1. Non valet apud Deum, *Job*, 463, 2: *Numquid Deo potest comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?* Deo exosa est, III, 336, 2: *Locutusque est ad eum* (Saülem) *Samuel: Quid fecisti? Respondit Saül: Quia vidi quod populus dilaberetur a me, et tu non veneras juxta placitos dies.... Necessitate compulsus, obtuli holocaustum.* Excusationes calvæ peccantium, VII, 202, 1: *Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam.* Excusationes mendaces conscientiæ Deus disperdit et revelat, XVIII, 63, 2: *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut defendentibus, in die cum judicabit Deus occulta hominum.* Excusationes frivolæ impotentiæ vel infirmitatis sunt symbolice panni laceri, VI, 197, 2. Excusatio frivola illius qui temere votum emisit, VII, 201, 2. Excusationum squamæ tollendæ sunt, XVII, 219, 2. Excusatio invitatorum ad prandium deducitur, XVI, 197, 2; 198, 1, 2.

EXECRATIO. Execrationem Hebræi per euphemismum tam horroris quam boni ominis causa, subticent, XIII, 627, 2.

EXEDRÆ. Exedræ, gazophylacia, et pastophorea, idem, III, 581, 1, 2. Exedræ vocantur cubicula atrii, unde, et exedra quid significet, XII, 781, 2. Exedræ erant cubicula ædificata in appendicibus templi in quibus quiescere poterant sacerdotes, et supellex templi recondebatur, 251, 2.

EXEMPLUM. 1° *Exempli vis et potentia.* Exempla quantum possint in utramque partem, XX, 208, 1: *Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris et patientiæ, prophetas qui locuti sunt in nomine Domini;* 645, 1: *Noli imitari malum, sed quod bonum est.* Exemplorum vis major quam verborum, III, 161, 2: *Quod facere videritis, hoc facile;* XV, 488, 2: *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate et facite: secundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, et non faciunt;* XX, 295, 1: *Conversationem inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum.* Exempla plus movent quam præcepta, IX, 27, 1. Exempla veterum fulciunt infirmos, XII, 265, 1, 2. Exempla fortium docent fortitudinem, XX, 207, 2 et seq. Exempla principum reipublicæ statum fundant, XIV, 403, 1. Exempla visa quam ad movendum potentia sunt, 448, 2: *In diebus illis.... apprehendent fimbriam viri Judæi, dicentes: Ibimus vobiscum, audivimus enim quoniam Deus vobiscum est.* Exempla quantum ad imitationem excitent, XXI, 40, 2. Exempli boni vis quanta sit, XIII, 52, 2. Exempla sancta mire prosunt ad virtutem ingenerandam, V, 398, 1: *Multi cibi in novalibus patrum: et aliis congregantur absque judicio.* Exempla majorum animant in rebus arduis, IV, 422, 2: *Mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis; et accipietis gloriam magnam, et nomen æternum.... Vos ergo filii, confortamini et viriliter agite in lege, quia in ipsa gloriosi eritis.* Exempla sancta velut mensæ sunt, V, 253, 1. Velut tauri altiles, *ibid.* Sunt velut mel, VI, 232, 1: *Comede, fili, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo: sic et doctrina sapientiæ animæ tuæ, quam cum inveneris, habebis in novissimis spem.*

2° *Exempla diversarum virtutum.* Varia biblica exempla cum Romanis et Græcis comparantur, I, 20, 1, 2 et seq. Exempla multorum Gentilium pro gloria dimicantium, IV, 456, 2 et seq. Exempla eorum qui mortem fortiter tulere, Gentilium et fidelium, 12, 680, 1, 2 et seq. Exempla militum ex desperatione pugnantium, IV, 477, 2. Exempla per quæ ostenditur quomodo Deus adsit per opem suis, XI, 202, 1. Exempla actuum heroicorum, VII, 181, 2. Exempla eorum qui clades et malam fortunam æquo animo tulere, XII, 680, 1, 2 et seq. Exempla de labore, 578, 2. Exempla eorum qui censuerunt melius esse cito mori, VII, 165, 2. Exempla de immortalitate animæ, 157, 2. Exempla fortitudinis martyrum, XIX, 406, 2. Exempla aliquot feminarum martyrum, filios ad martyrium incitantium, IV, 532, 1. Exempla eorum qui in juventute et paupertate floruerunt sapientia, VII, 184, 1. Exempla principum temperantium, V, 352, 2. Exempla sobrietatis, XIII, 3, 1, 2 et seq. Exempla conjugum in conjugio continentium, XVIII, 301, 2. Exemplum conformantis se voluntati divinæ, 204, 1. Exempla oblivionis injuriarum, 217, 1. Exempla pœnitentium, 467, 1, 2. Exempla eorum qui non depauperati, sed ditati sunt per eleemosynas, 478, 2 et seq. Exempla fugientium episcopatum, VIII, 106, 2 (*Vide* varias virtutes de quibus hic agitur).

3° *Exempla variæ punitionis.* Exemplo Saül in posteris puniti, discant patres non peccare, III, 521, 1, 2. Exempla punitionis indigne communicantium, XVIII, 369, 1. Exempla punitorum superstitum plus movet quam non vivorum, III, 114, 2.

4° *Exempla bona ob oculos ponenda, et attente consideranda.* Exempla et virtutes sanctorum velut lucernæ sunt, XIV, 283, 2; XVI, 175, 1 : *Sint lumbi vestri præcincti et lucernæ ardentes in manibus vestris.* Exempla patrum defunctorum sunt calcei spirituales, XVIII, 680, 2. Exempla bonorum ante oculos sibi statuat oportet qui bonus evadere cupit, XIV, 127, 2. Cur exemplo docendi alii, XVIII, 7, 1.

EXEQUIÆ. Exequiarum primorum Christianorum ritus, XVII, 1, 2 et seq. (*Vide* FUNUS, SEPULTURA).

EXERCITATIO, EXERCITIUM. 1° *Exercitium corporale* moderatum sanitati conducit, X, 97, 1, 2; 130, 2. Exercitium corporis ante cibum confert ad valetudinem, XIX, 230, 2. Exercitatio militibus necessaria est, IV, 551, 1, 2.

2° *Exercitia spiritualia virtutum.* Exercitio virtus omnis addiscitur, magis quam studio, XIX, 229, 1. Exercitia pietatis torpidi ob difficultatem abhorrescunt, VI, 156, 1. Non sunt facile mutanda, 337, 2. Crebra mutatio profectui valde contraria, VII, 606, 2. Exercitia pia hora certa destinata fieri, non sunt facile omittenda, X, 841, 2. Exercitia olim octo erant conventuum Ecclesiæ, XVIII, 395, 2. Exercitia a professione aliena suscipienda non sunt, IX, 366, 2.

EXERCITUS. Exercitus ab exercitatione nomen accepit, IV, 551, 1, 2; XIV, 20, 1. Exercitus est unus collective, sed multus distributive, XIV, 177, 2. Exercitus etiam significat multitudinem, 20, 1. Exercitus Dei sunt angeli, XVI, 65, 1. Exercitus robur in ordine consistit, VII, 559, 1. Exercitus cervorum duce leone est fortior exercitu leonum duce cervo, IV, 474, 2.

Exercitus Niniven et Assyrios invadentium vocatur diluvium, cur, XIV, 164, 1, 2. Exercitus barbarorum an repræsentetur per locustas in fine sæculi e puteo abyssi prodeuntes, XXI, 203, 1, 2. Exercitus Romanorum Jerusalem obsidentium, an esset abominatio desolationis, XIII, 132, 1. Exercitus Theodosii imperatoris ab angelo Raphaele Ravennam ductus Joannem tyrannum profligavit, IV, 388, 2. Exercitus in terram sanctam missi, olim a Pontifice benedici soliti, 474, 2. Exercitus Antichristi erunt Gog et Magog, XIX, 163, 1. Venient ad eum in Jerusalem, 164, 2 et seq.

EXHORTATIO. Exhortatio et consolatio species est prophetiæ, 207, 2. Exhortationes acres initio molestæ sunt, postea vero menti prosunt, VI, 282, 1, 2. Exhortationes aliquot matrum filios ad martyrium incitantium, IV, 522, 1.

EXODUS. Exodus unde dicatur, I, 424, 1. De ejus auctore, *ibid.* Quorum gesta et quot annorum pertractat, *ibid.* Quodnam sit ejus argumentum, 424, 2. Ejus finis quadruplex, *ibid.* Ejus chronologia, 424, 1.

EXORCISMUS, EXORCISTA. Exorcistas habebant Judæi ante Christum, XVII, 352, 2. Exorcistæ Judæi arte a Salomone tradita pellebant dæmones, XV, 304, 2. Exorcistæ cur energumenis colaphos impingant, ridiculaque simulacra e collo suspendant, IV, 292, 2. Exorcistæ Epheseni cur in nomine Jesu quem Paulus prædicabat, dæmonem ejicere tentarent, XVII, 353, 1. A dæmone corripiuntur, *ibid.*, et 354, 1. Exorcizantur sal, aqua, etc., quomodo, II, 407, 2.

EXPECTATIO. 1° Expectare aliquando pro *timere* capitur, XIV, 225, 1. Expectatio tam bonorum quam malorum mire animum discruciat, X, 326, 1, 2 : *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam... Cogitationes eorum, et timores cordis, adinventio expectationis, et dies finitionis.* Expectando nobis vita dilabitur, *ibid.* Expectatio inhiantium cupiditatibus in morte peribit, V, 318, 1 : *Mortuo impio, nulla erit ultra spes; et expectatio sollicitorum peribit.* Expectatio instantium plagarum ipsis plagis gravior est, XXI, 159, 1, 2. Expectatio creaturæ qualis, *Job.* Expectationis adimpletio quam sit grata, bona expectanti, V, 531, 1 : *Gemma gratissima, expectatio præstolantis.*

2° Expectare Dominum quomodo debeamus, XVI, 175, 2 et seq.: *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reverterit a nuptiis, ut, cum venerit, et pulsaverit, confestim aperiant ei.* Expectantibus Deum quæ datur merces, X, 237, 2 : *Da mercedem sustinentibus te, ut prophetæ tui fideles inveniantur.* Expectandum a Deo auxilium tentato, IX, 95, 1, 2 : *Sustine sustentationem Dei; conjungere Deo, et sustine, ut crescat in novissimo vita tua.* Expectatio gloriæ in creaturis qualis sit, XVIII, 138, 1, 2 : *Nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat.* Expectatio justorum læta est, quare, V, 308, 1 : *Expectatio justorum lætitia : spes autem impiorum peribit.* Odorationi comparatur, 2. Expectatio est substantia justorum, *Job*, 163, 1; 416, 1.

EXPERIENTIA. Experientia rerum magistra est, *Job*, 338, 2 : *Et senes et antiqui sunt in nobis multo vetustiores quam patres tui*, X, 198, 1, 2 : *Vir in multis expertus cogitabit multa, et qui nulla didicit, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit.* Experientia in senibus reperitur, V, 513, 2 : *Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperietur.* Experientia quam Deus fecit de fide et spe hominum, VII, 151, 2 et seq.: *Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, et ostenderet similes esse bestiis.* Experientia generat fidem humanam, non divinam, XVIII, 264, 2 : *Nos non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est.*

EXPIATIO. Expiatio olim ubi fiebat, II, 106, 2. Quæ fiebat in Sancto sanctorum, quid tropologice significet, 107, 1. Expiatione annua pontificis Judaici omnia populi peccata condonabantur; ejus ritus, XIX, 436, 2 et seq. (*Vide* FESTUM EXPIATIONIS).

F

odium multum movet, *ibid*. Facies in speculo videtur, non ejus imago, XX, 83, 2. Facies tristis dissipat criminationes, VI, 287, 1, 2. Aquiloni comparatur, *ibid*. Facies piorum serena est, impiorum nigra, XVII, 168, 1, 2. Facies decora, puritas fidei et operum, VII, 590, 1. Facies aliquando in hebræo ponitur, pro *ira*, *Psalm*. II, 145, 1. *Ad facies*, apud Hebræos, prioritatem temporis quando denotat, *Job*, 337, 2. Faciem abscondere et ostendere quid? *Job*, 311, 1. In faciem cadere est ritus adorantium, XII, 514, 1.

2° Facies Dei coram qua orare jubet *Ecclesiasticus* varia significat, IX, 489, 1. Facies, id est præsentia Dei, cur dicatur esse in templo et in Judæa, XIV, 30, 1. Faciem avertere quomodo dicatur Deus, *Psalm*. I, 287, 2. Faciei Dei absconsio significat et reipsa adducit omne malum, et illuminatio vel ostensio vultus omne bonum, XI, 642, 2. Facie ad faciem quomodo nobiscum judicetur Deus, XII, 649, 2. Facies Christi qualis, VII, 591, 1. Faciei Christi fulgor omnes rapiebat, XV, 243, 1. Hæc in transfiguratione assumpsit ingentem splendorem, quasi divinum, 382, 2. Duplici de causa fuit a Judæis velata et palmis cæsa, 588, 1, 2. Facies Christi judicis justis erit lumen, impiis supplicium, XIX, 145, 2. Facie ad faciem in cœlo videbimus tam humanam quam divinam Christi naturam, XVIII, 384, 1, 2.

3° Facies illius cui olim rex offensus erat, cur velaretur, IV, 382, 1. Item reorum ad mortem damnatorum, ac hodie capite mulctatorum, *ibid*., et XII, 400, 2. Id probatur exemplis, *ibid*.

4° Facies pueri an fuerit in curru Cherubico, XII, 577, 2 et seq. Facies quatuor cherubim significant quatuor stemmata Dei, 504, 1, 2. Item quatuor ejus primarias virtutes et dotes, *ibid*. Facies quatuor cherubim quatuor Christi designant formas, XIX, 354, 2; 355, 1. Facies leonis quomodo dicatur fuisse a dextris, et facies bovis a sinistris quatuor animalium, XII, 486, 1, 2. Facies eadem in omnibus et singulis quid significet, *ibid*. et 487, 1. Facies fulgurans Gabrielis apparentis Danieli significat gloriam angelorum et zelum contra impios et hostes fidei, item resurrectionem, XIII, 139, 1.

FACTA. Factum omne a nobis æternum est, X, 183, 1 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto*. Facta respondeant doctrinæ, XIV, 318, 1, 2. Respondeant dictis, VI, 302, 2 : *Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias ; sic indecens est in ore stultorum parabola*. Factum priusquam fiat examinandum, item cum jam factum est, X, 160, 2: *Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebit*. Facta præclara sunt occultanda, XV, 249, 1. Facta facilius a mendacio excusantur quam verba, XVIII, 530, 1. Facta aliorum non sunt curiose indaganda, nec eorum ducatus ambiendus, IX, 341, 1 : *Fili, ne in multis sint actus tui*. Facta Christi etiam parabolæ fuerunt, XV, 321, 1.

FACTIO. Factionis tollendæ unica ratio est, caput et ducem tollere, XIII, 600, 1. Factiones aurigarum circensium quadruplices erant, XXI, 138, 2. Factiones tres Hierosolymis fuere tempore obsidionis, XV, 509, 1. Factiones priscæ Alborum et Nigrorum, Guelforum et Gibellinorum diu totam Italiam turbarunt, X, 52, 1.

FACULTAS. 1° Facultas de divinis disserendi studio parta, non prophetia est, sed scientia, XVIII, 387, 1. Facultas exsequendi non erit in inferno, licet futura sint desideria mala, *Psalm*. I, 373, 2.

2° Facultates temporales sunt homini ut pellis, caro, ossa, XIV, 90, 2. Facultates sunt divitum robur et fortitudo, 103, 2. Facultates non sunt tradendæ filiis ante mortem, sed in morte, X, 181, 1, 2; 184, 1, 2 (*Vide* Divitiæ).

FACUNDIA. Facundiæ vanitas, VII, 137, 1.

FÆCES. Fæces a vino cur amoveantur, XIV, 283, 2. Fæces sunt otium et deliciæ, XII, 301, 2.

FALLACES, FALLACIA. Fallacia ea quæ comitatur creaturas, VII, 20, 1. Fallacia mundanæ voluptatis, 19, 2. Fallacia deliciarum, 103, 1. Fallacia mulieris sunt ejus blanditiæ, fictiones, artes et fraudes, V, 130, 1. Fallacia hæreticis est usitata, XVIII, 634, 1. Fallaces sæpe patent aliorum dolis et contumeliis, V, 525, 1 (*Vide* Fraudulenti).

FALSITAS, FALSUS. Falsitas una non tantum veritati, sed et alteri falsitati opponitur, V, 365, 1. Falsitas angulos quærit, XIX, 282, 2. Falsi fratres Christianos produnt, XV, 504, 1. Falsitas voluptatis terrenæ, VII, 10, 2.

FALX. Falx significabat apud Ægyptios, tempus omnia demetens, VII, 129, 1. Est symbolum punitionis, stragis, excidii, XIV, 413, 1. Falx acuta in manu Filii hominis quid sit, XXI, 284, 1. Falx quoque est cultellus vindemiatorum, *ibid*., 2. Falces in gladios vertuntur tempore belli, XI, 123, 2.

FAMA. 1° Fama sæpe major est veritate, IV, 450, 1 : *Et audivit Judas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, et acquiescunt ad omnia quæ postulantur ab eis*. Fama cur alata pingatur, XIX, 117, 2. Fama hominum parvi est facienda, XII, 146, 1, 2 : *Diem hominis non desideravi, tu scis*.

2° Fama bona idem est quod innocentia, *Job*, 532, 2 : *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea*. Famæ bonæ odor optimus, *Job*, 277, 1. Ejus claritas lucerna designatur, VI, 69, 2 : *Qui maledicit patri suo et matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris*. Post mortem crescit et perennat, VI, 132, 2.

3° Opibus præstat, VI, 132, 1, 2: *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ*. Præstantior est unguentis, VII, 238, 2. Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa. Fama virtutum et sanctorum exemplorum et operum recreat audientes, V, 475, 2 : *Lux oculorum lætificat animam, fama bona impinguat ossa*. Item eum qui ea habet, *ibid*. Famam cordati magnifaciunt, VI, 532, 2. Famæ maxima habenda est ratio, idque per filios, X,

351, 1 : *Filiorum peccatorum perit hæreditas, et cum semine illorum assiduitas opprobrii.* Fama parentum est fama filiorum, et vice versa, V, 528, 1 : *Corona senum, filii filiorum : et gloria filiorum, patres eorum.* Quibus maxime curanda est fama, X, 355, 1 : *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi et magni.* Quomodo quærenda, *Job*, 395, 2. Quomodo bonam famam rex et judex assequetur, X, 522, 2. Famam venanti duci mors parvi facienda, XIV, 178, 1. Fama mala et infamia fideli devitanda, V, 157, 2. Qui famam negligit, in proximi salutem crudelis est, ea ei debetur, XVIII, 214, 1 : *Providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus;* 474, 1 : *Providemus bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Quare ad famam prisci, tam fideles quam infideles ita anhelarint, X, 354, 1. Hoc oritur ex animæ immortalitate, *ibid.*, 2 et 439, 1, 2 : *Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generatione et generationem.*

3° Fama superborum peribit, *Job*, 303, 2 : *Memoria vestra comparabitur cineri, et redigentur in lutum cervices vestræ.* Fama impiorum cessat post mortem, X, 354, 1 : *Luctus hominum in corpore ipsorum; nomen autem impiorum delebitur.*

FAMES. 1° Fames sævior est ferro, IV, 323, 2. Fames durissimum telum, *Job*, 390, 2. Cruciat et enecat spiritum, VI, 121, 1, Fames suadet violare Sabbatum, XV, 300, 1. Fames est malesuada et scelerum auctrix et causa, *Job*, 390, 2; 391, 1, 2. Fames adducit pestem, XVII, 253, 2. Fames sequitur ex otio, VI, 23, 1. Fames apta pœna deliciarum et gulæ, XXI, 328, 1.

2° Quoad bonos effectus, fames homines cogit laborare, V, 509, 2. Parit saporem ciborum et dulcorem, VI, 334, 2. Labore paratur, XIX, 230, 2. Est magistra virtutis, *Job*, 145, 1.

3° Famem sæpius Israelitis ob idololatriam Deus immisit, XIII, 570, 2. Fames Judææ septem annorum quam Eliseus sub Joram rege prædixit, an a Joele significata sit, 481, 1, 2. An fames biennalis quam prædixit Amos, *ibid.* Utrumque negatur, *ibid.* Fames Jerusalem tempore obsidionis per Romanos, XI, 133, 2; 159, 2; 593, 1. Famem cur prædici a Christianis voluerit Deus sub Claudio, XVII, 253, 1. Cur ea orbi immissa, et quando ea facta, *ibid.*, 1, 2. Fames Romæ obsessæ a Wandalis sub imperatore Honorio, XII, 543, 1. Famem Anglicanam prævius ostendit cometes (juxta opinionem tunc temporis pervulgatam de cometarum influxu), 653, 2. Fames in Athenienses unde immissa, XIII, 87, 1. Famis patientissimi sunt ursi, *ibid.*

4° Fames spiritualis quæ dicatur, V, 274, 1. Unde nascitur, IX, 655, 1. Fames venerabilis Eucharistiæ, optima est ad eam suscipiendam dispositio, XIV, 469, 2.

FAMILIA. 1° Familia est magnus quidam civilis homo, XIV, 261, 1. Familiæ Hebræis sunt domus, XIX, 454, 1.

2° Familia quænam sit optima, VI, 217, 1. Quænam felicissima, II, 177, 2. Familia ædificatur et roboratur prudentia, item arte, industria et virtute, VI, 216, 1, 2; 217, 1 : *Sapientia ædificatur domus, et prudentia roborabitur.* Familiæ stabiliuntur per filios parentibus honorem deferentes, IX, 118, 2 : *Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Familiæ splendor, dignitas, nobilitas a parentibus ad filios transmittitur, VI, 19, 1 : *Domus et divitiæ dantur a parentibus; a Domino autem proprie uxor prudens.* In familia adhibendus est ordo, 218, 1 : *In doctrina replebuntur cellaria universa, substantia pretiosa et pulcherrima.* Familiæ suæ providere debet paterfamilias, 462, 1. Familiæ cura non excusat ab eleemosyna, 26, 1.

Insigne speculum familiæ est, in qua pater velut sol, mater ut luna, filii quasi stellæ, I, 340, 1 : *Ait* (Joseph) : *Vidi per somnium, quasi solem, et lunam, et stellas undecim adorare me.* In qualibet familia est imago SS. Trinitatis, maxime in familia Verbi incarnati, IX, 669, 2; XV, 64, 1. Familia S. Josephi erat cœlum terrenum, XV, 64, 1.

3° Familia impiorum cito delebitur, V, 416, 1 : *Domus impiorum delebitur, tabernacula vero justorum germinabunt.* Familiæ multæ potentes, sed impiæ sæpe justo Dei judicio, ad nihilum redigentur, XIV, 416, 1 : *Veniet* (maledictio) *ad domum furis, et ad domum jurantis in nomine meo mendaciter : et commorabitur in medio domus ejus, et consumet eam, et ligna ejus, et lapides ejus.* Familiæ etiam regiæ ob peccatum eversæ, III, 627, 2 : *Et propter hanc causam peccavit domus Jeroboam, et eversa est de superficie terræ.*

4° In familia Heber mansit cultus Dei et lingua Hebræa, quæ et vocatur labium electum, XIV, 303, 2. Familia David tempore Christi plebeia erat, XI, 255, 1. Per familiam David quæ in morte Christi planxerit, intelligi possunt proceres : per posteros Levi, sacerdotes et pontifices; per Semei familiam, doctores et scribæ, per familiam Nathan, prophetæ, XIV, 513, 2. Cur eæ plangere debuerint, 514, 1. Familia Esther cur myrtetis comparetur, 363, 1. Familiæ sub Cornelia plures Romæ censebantur, XVII, 229, 1, 2.

FAMILIARIS. Familiares impii regem depravant, VI, 257, 2 (*Vide* Amici).

FAMILIARITAS. 1° *Quæ familiaritas ambienda.* Familiaritas cum Deo parit donum prophetiæ, XVI, 566, 2 : *Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Quo quis Deo familiarior, eo magis se despicit, 25, 2 : *Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

2° *Quæ familiaritas vitanda.* Familiaritas infidelium cavenda, XVIII, 460, 1, 2 : *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* Familiaritas mulierum est velut ignis in sinu, V, 177, 1 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? Aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam.* Est ea cavenda, cur, *ibid.*, 2 et seq. Familiaritas cum principe est periculosa, IX, 288, 2 : *Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi; et non suspicaberis timorem mortis.* Familiaritas nimia parit contemptum apud principes, nec non et apud alios homines, IX, 603, 1 : *Memento patris et matris tuæ; in medio enim magnatorum consistis; ne forte obliviscatur te Deus in conspectu illorum, et assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, et maluisses non nasci, et diem nativitatis tuæ maledicas;* XV, 338, 2 : *Jesus autem dixit eis : Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, et in domo sua* (*Vide* CONSORTIUM).

FAMULI. Famuli otiosi locustis comparati, strenui vero florere faciunt familiam; famulorum ergo delectus habendus, *Job*, 12, 1, 2; 13, 1. Ad quid habendi famuli, 11, 2; 12, 1, 2. Famulis qualiter utendum, 619, 1 : *Si contempsi subire judicium cum servo meo et ancilla mea, cum disceptarent adversum me.... numquid non in utero fecit me, qui et illum operatus est, et formavit me in vulva unus?* Eis stipendia sunt persolvenda, 183, 2. Famuli obsequentes solent a dominis ad altiora promoveri, et multa dona accipere, VI, 348, 1, 2 : *Qui servat ficum, comedet fructus ejus, et qui custos est domini sui, glorificabitur.* Ad vilissima se dimittant, *ibid.* (*Vide* SERVUS).

FANUM. Fanum a *fando* dicitur, I, 636, 2; VII, 324, 1. In fanis ethnici ex sacrificio olim epulabantur, XVIII, 326, 2.

FAR. Far dicitur a *frangendo*, VI, 354, 1, 2. Far erat victima priscorum Gentilium, XIV, 563, 1.

FARAOTES. Faraotes Indorum rex agros coluit, V, 357, 1.

FARO (S.). S. Faro episcopus puerum cæcum confirmans illuminavit, XVII, 199, 1.

FASCIA. Fascia candida olim erat regum corona et diadema, XII, 658, 1, 2. Fasciæ quibus mamillæ stringuntur, symbolum sunt illibati pudoris, 35, 1. Fascia pectoralis sponsæ cujus rei eam moneat, XVIII, 677, 1. Fasciis stringuntur et confirmantur corpuscula infantium, XII, 606, 2. Fasciæ Christi mundæ fuerunt, in earum honorem dies festa instituta, XVI, 60, 1. Fasciæ sepulcrales quænam essent, 496, 2.

FASCICULUS. Fasciculus Dei quis dicatur, XIII, 638, 2. Mundus sublunaris et globus terræ septupliciter fasciculus vocatur, *ibid.* Mystice est Ecclesia, et anagogice electorum cœtus, 639, 2. Fasciculus viventium est numerus prædestinatorum, cur, *ibid.* Fasciculi varii impiorum an faciendi in judicio juxta varia scelera, XI, 362, 1. Fasciculus myrrhæ Christus in Eucharistia, VII, 527, 1. Christi passionem et mortificationem designat, 528, 1, 2. Fasciculus myrrheus contexitur ex illusionibus Christi, XV, 589, 2.

FASCINATIO, FASCINATOR. Fascinatio quid, VIII, 370, 1 : *Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona.*

Fascinator fascinum maxime gestat in oculis, VI, 148, 1; 206, 2. Quid et quomodo fiat fascinum, XVIII, 537, 1 : *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus?*

FASTUS. Fastus oculis se prodit elatis, V, 167, 1 : *Sex sunt quæ odit Dominus... oculos sublimes.* Fastus peccato sequenti deprimitur, 502, 2 : *Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus.* Fastus animi quo pacto retundendus, 503, 1, 2. Fastus hæreticorum, XXI, 201, 2 : *Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium, et super capita earum tanquam coronæ similes auro.*

FATUA. Fatua Fauni regis Latii uxor, (a marito virgis cæsa usque ad mortem, eo quod vinum bibisset, X, 7, 2 et seq.

FATUA. Fatua Dea unde dicta, VII, 155, 2.

FATUM. Fatum quid vere sit, XII, 500, 1. Fatum gentilium quid, II, 104, 1. Rejicitur, *ibid.* Fuit philosophis Deus, vel Dei providentia : huic omnia, tam bona quam mala tribuebant, VI, 5, 1, 2. Opponitur providentiæ, VII, 203, 2. Fato tribuebant omnia pharisæi, XIX, 43, 1. Fatum ex siderum cursu et dispositione constitui finxere veteres, XII, 285, 1. Fatum non noscitur ex astris, XV, 74, 1. Et præsertim ex stella quæ Magis apparuit, *ibid.* 2 et seq. Deum fato subjicere est eum spoliare sua divinitate, XVIII, 374, 1. Fatum Stoicorum quam violentum, XVII, 320, 1. Id refutatur. 55, 2. Fatum Calvini est violentius fato Stoicorum, hominem in desperationem adigit, XVIII, 167, 1. Refutatur, tollitur et rejicitur, XII, 637, 1; XVII, 94, 2; 95, 1; 96, 1, 2; XVIII, 167, 1. Fato Christus non fuit subjectus, XVI, 440, 1. Fata Dei viam inveniunt, XIX, 479, 1. Fati vi fortuna semper agitur, XI, 749, 2.

FATUUS. Fatui non loquuntur nisi stulta, V, 447, 1. Fatuos honorant Turcæ, IX, 275, 2. Fatuum vocare proximum quam grave sit peccatum, XV, 162, 1. Fatuus dicitur cibus insipidus, 154, 1 (*Vide* STULTUS).

FAUCES. Fauces sunt etiam stricti ingressus vallium aut collium, XIII, 72, 2. Fauces hiantes signum famis, *ibid.*

FAUNI. Fauni in sylvis habitantes sunt dæmones, XI, 282, 1. Horum specie aliquando apparent dæmones, 452, 1, 2. Fauni ficarii qui sint, XII, 322, 1. Unde illi dicantur, *ibid.*

FAUSTINA. Faustina, Marci Antonini philosophi imperatoris uxor, infamis fuit stupris, XIII, 283, 1.

FAUSTINUS et JOVITA (SS.). S. Faustinus et S. Jovita martyres, in carcere clausi ab angelo panem acceperunt, ex quo Eucharistiam conficerent, quam Secundo militi baptizato darent, XII, 211, 2.

FAUSTUS. Faustus Socinus negavit Christum hic in terra fuisse sacerdotem et redemptorem, XVIII, 258, 1; XIX, 424, 2. Quæ hinc absurda sequantur, *ibid.*

FAVILLA. Favilla in plagis Ægypti sparsa creavit ulcera, I, 508, 1. Fuit symbolum ardentium pustularum, *ibid.*

FAVOR. Favor præstat auro, VI, 132, 2. Favor humanus quam vanus, XII, 146, 2. Favor humanus parvi faciendus, *Job*, 441, 2.

FAVORINUS. Favorinus sapienter cessit imperium Adriano, cui erat infensissimus, IX, 262, 1.

FAVUS. Favus dictus est a *fovendo*: est apum domus et cellulæ, V, 231, 2. Arte insigni ab iis construitur, 508, 2. Favi sunt melliti, et sæpe toti cum melle eduntur, VI, 231, 2.

Favus mellis est sermo sanctorum, VIII, 70, 1, 2. Favi varia symbola, 93, 1, 2 et seq. Est symbolum Christi, XVI, 282, 1.

FAX. Fax vocatur in Scriptura etiam lampas, XV, 155, 2. Faces in nuptiis præferebantur sponsis, 524, 2 et seq. Faces imperatori præferri solitæ quomodo distinguerentur ab iis quæ imperatrici et patriarchæ præferebantur, XIV, 408, 2. Faces in portubus accendi solitæ, ut navigantibus præluceant, XIX, 37, 2. Cur in baptismo accendantur, 400, 1.

FEBRIS. Febris dicitur a *fervendo*, XV, 228, 1. Febris proprietates, *ibid.*, 2. Febres variæ, 229, 1. Febris omnia fortia edomat, XI, 472. 1.

Febris est typus ignis concupiscentiæ, XV, 228, 1. Febris amoris quam noxia, XIII, 341, 2. Febres nos ad inferni cogitationem admonent, *Job*, 326, 1.

FEL. 1° *Fellis natura et proprietates.* Fel est sedes iræ et furoris, IV, 419, 1; XVIII, 178, 1, 2. Fel valet ad dispellendam caliginem oculorum, IV, 274, 1. Et nominatim piscis callyonimi qui in eo abundat, 292, 1. An illud illuminavit oculos Tobiæ, 293, 2. Fel curavit Tobiam a cæcitate naturaliter, 303, 1, 2. Eximebatur olim fel, dum in connubiis Junoni pronubæ sacrificabatur, V, 146, 2; XVIII, 667, 2. Fel aspidum mortiferum, *Job*, 426, 1. Felle potatus fuit Christus ante crucifixionem, XV, 616, 1.

2° *Fel quid mystice et symbolice.* Fel mystice est amarities tribulationis, quæ oculos mentis melle voluptatis excæcatos aperit, IV, 494, 1. Fel est symbolum amaritudinis, *Job*, 361, 1. Fel amaritudinis Simonis Magi quod dicatur, XVII, 202, 1. Fel peccati quod sit, et quare Domino Judæi fel in cruce propinarint, *ibid.*

FELICITAS. 1° *Felicitas vera quænam*, Psalm. II, 447, 2: *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt; beatus populus cujus Dominus Deus ejus.* Felicitas vera in quo sita sit, VII, 3, 2. Illam ostenditur non nsistere in cibis, 228, 1: *Omnis labor hominis in ore ejus: sed anima ejus non implebitur.* Non est in opibus sita, X, 96, 1: *Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quam dives imbecillis et flagellatus malitia.* Felicitas vera sita solum in Deo, VII, 281, 1: *Solummodo hoc inveni, quod fecerit hominem rectum, et ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis ut sapiens est? et quis cognovit solutionem verbi?* Felicitas summa est ad Deum accedere, XIV, 298, 2: *Non audivit vocem, et non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquavit.* Felicitas summa hominis est, si Deus in eo regnet, 21, 1: *Ascendent salvatores judicare montem Esaü, et tunc erit Domino regnum.* Felicitatis omnis semen est religio et cultus Dei, 445, 2: *Ante dies illos merces hominum non erat, nec merces jumentorum erat; neque introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione.... Nunc autem non juxta dies priores ego faciam reliquiis populi hujus.... sed semen pacis erit.* Felicitas sequentium Deum ac Christum, et fidelium, XIII, 474, 1, 2: *Quis sapiens, et intelliget ista? quia rectæ viæ Domini, justi ambulabunt in eis.* Felicitas justorum solida est et perdurat, impiorum modica et brevis, V, 382, 2: *Lux justorum lætificat; lucerna autem impiorum extinguetur.* Felicitas justorum recreat omnes, V, 319, 2: *In bonis justorum exultabit civitas, et in perditione impiorum erit laudatio.* Felicitas in beato causa est misericordiæ, XIX, 182, 2. Felicitas vita æterna, XVIII, 116, 1: *Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei vita æterna in Christo*; XIX, 400, 2; 476, 2: *Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et conditor Deus.* Felicitas lucerna repræsentatur, VI, 71, 2. Felicitatis symbolum est byssus, XXI, 334, 2: *Datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti et candido. Byssinum enim justificationes sunt sanctorum.*

2° *Quid sit felicitas humana.* Quam sit inconstans, XX, 42, 2. Felicitas mundana cito pertransit, *Psalm.* II, 179, 1: *Defecerunt sicut fumus dies mei, et ossa mea sicut cremium aruerunt.* Felicitates sæculi somnia sunt dormientium, XVIII, 655, 1: *Propter quod dicit: Surge, qui dormis, et exurge a mortuis.* Felicitati sæculi non est fidendum, quia fugax, IX, 228, 2: *Non irrideas hominem in amaritudine animæ suæ; est enim qui humiliat et exaltat circumspector Deus.* Felicitas mundana syllabæ unius mutatione facile immutatur, XIV, 197, 1. Felicitas semper miscetur infelicitati in hac vita, V, 517, 2. Felicitas terrena deducit ad ruinam et interitum, 417, 1. Felicitas nimia multis est causa lapsus, X, 496, 2: *Dedisti maculam in gloria tua, et profanasti semen tuum.* Nimia felicitas est mali ominis, *Job*, 125, 2: *Ego vidi stultum firma radice, et maledixi pulchritudini ejus statim.* Est ruinæ proxima, 126, 2. Quid in regibus causare soleat, VII, 185, 1: *Melior est puer pauper*

et sapiens rege sene et stulto qui nescit prævidere in posterum. Felicitas aliquando custos virtutis, *Job*, 563, 2 : *Quis mihi tribuat ut sim juxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me?* Felicitas veteris legis erat in bonorum abundantia sita; evangelica in carentia temporalium, X, 184, 2. Felicitas terrena Judæis semper promittitur, Christianis cœlestis et spiritualis, 2, 1.

3° *Felicitas impiorum et iniquorum.* Felicitas impiorum et superborum est peccatum, VI, 97, 2: *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis: lucerna impiorum, peccatum.* Felicitas impiorum est lapis offensionis multorum, *Job*, 357, 2; 376, 2 : *Stupebunt justi super hoc, et innocens contra hypocritam suscitabitur.* Felicitas iniquorum est magna tentatio, *Psalm.* I, 232, 1 : *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitias.* Est futilis, *Job*, 476, 1 : *Nonne succisa est erectio eorum, et reliquias eorum devorabit ignis?* Est momentanea, 210, 1 : *Cum adhuc sit in flore* (carectum), *nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Sic viæ omnium qui obliviscuntur Deum, et spes hypocritæ peribit*; 538, 1: *Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio erunt, et nepotes ejus non saturabuntur pane.* Felicitas impiorum non diu durat, IX, 287, 1, 2. *Non zeles gloriam et opes peccatoris; non enim scis quæ futura sit illius subversio*, X, 331, 2: *Substantiæ injustorum sicut fluvius siccabuntur, et sicut tonitruum magnum in pluvia personabunt.* Eaque in tormenta transit, IX, 288, 1 (*Vide* Beatus, Prosperitas).

FELICITAS (S.). S. Felicitas martyr filios ad martyrium animavit, I, 407, 1; V, 149, 1; 508, 2; XII, 393, 2. Septem filiorum mater, similis matri septem fratrum Machabæorum, IV, 534, 1. Est a leopardis discerpta, quia idola gentium colere noluit, XII, 92, 1, 2; 465, 2. Ejusdem præconia, IV, 534, 1.

FELICULA (S.). Ejus in tormentis constantia, VII, 563, 2. Læta tormenta subiit, IX, 68, 1. In tormentis se Christi passi consideratione firmabat, XV, 620, 1.

FELIX PRÆFECTUS. Felix præfectus Judææ qua occasione factus fuerit, XVII, 400, 1; 404, 2. Ejus gesta in præfectura, 402, 1, 2. Ejus prænomen, 403, 1. Fuit adulter, 408, 1. Fuit injustus, *ibid.* Eum vi verborum percellit Paulus, XVIII, 9,2. Est Romam vinctus missus a Festo successore, XVII, 408, 2; 410, 2.

FELIX EPISCOPUS (S.). In martyrio S. Felicis episcopi Africani luna conversa est in sanguinem, XXI, 155, 2.

FEMINA (*Vide* Mulier).

FEMORALIA. Femoralia unde habeant nomen, I, 698, 1. Iis non utebantur Judæi laici, sed soli sacerdotes, III, 473, 1; XV, 623, 1. Iis non utebantur veteres sacerdotes Græci et Romani, XVII, 263, 2 et seq. Femoralia veteres sacerdotes gestabant, et cur, I, 697, 1, 2. Erant prima pontificis vestis, X, 458, 1. Quid ea tropologice significent, I, 698 1. Femoralia pontificis linea quid significarent, XIX, 195, 2.

FEMUR. Femur quid significet, I, 381, 1. Femur percutere, tropologice est voluptatem carnis extinguere, XII, 227, 1. Femorum symbola, VIII, 168, 2 et seq. Femur Christi quatuor res notat, XX, 340, 1.

FENESTRA. Fenestræ templi quales, III, 575, 2. Quales essent, et cur vocentur obliquæ, XII, 812,1. Erant hæ cancellis quibusdam transversis obductæ et quasi clausæ, *ibid.*, 2. Nullæ erant in Sancto sanctorum, et quare, III, 575, 2. Earum situs mystice exponitur, *ibid.* Mystice sunt doctores Ecclesiæ, III, 575, 2 et seq.; XII, 813, 1. Item Christi vulnera, *ibid.* Fenestræ obliquæ in cubiculis sunt mystice donum contemplationis in fidelibus, XII, 796, 1, 2.

Per fenestras in *Cantico* quid intelligatur, VII, 577, 1. Quæ fenestræ mysticæ sint, per quas Deus videri possit, IX, 429, 1, 2 et seq.

FERA. Feræ obediebant Adamo in statu innocentiæ, XX, 151, 1. Quomodo omnes rationem hominis agnoscant, I, 153, 1, 2. Hominem timent et ab eo domantur, IX, 477, 1, 2. Multæ non cicurantur, sed domantur, XX, 152, 1. Deo et sanctis serviunt, XIV, 38, 1. Multæ in homines benignæ fuere, 151, 1. Sanctis sunt pacificæ, *Job*, 148, 1. Catulos suos efformant ad omnes actiones naturæ suæ congruas, VI, 198, 1. Solent corpus captæ prædæ usque ad cor findere, ipsumque cor primo devorare, XIII, 456, 2. Quomodo venerint ad insulas, et ad novum orbem, I, 150, 1, 2 et seq. Quædam etiam habent peritiam natandi, *ibid.*, 2. Feræ tropologice significant dæmones, et homines ferinis moribus, II, 112, 2.

FERCULUM. Ferculum Salomonis quid, VIII, 13, 1, 2 et seq. Ferculum tria significat, 13, 1, 2. Ferculum est Romana Ecclesia, 14, 1. Ferculum est Eucharistia, *ibid.*, 1, 2. Ferculum deitatis est humanitas, 15,1. Ferculum Christi fuit crux, *ibid.*, 2. Ferculum Christi, *primo*, mens pia; *secundo*, cor exercitatum in virtute; *tertio*, mens zelosa, 16,1, 2. Quid sit symbolice ferculum Salomonis, 17, 1, 2.

FERDINANDUS II IMPERATOR. Ferdinandus II malleus hæreticorum fuit, V, 424, 2. Acre hæresi bellum indixit, VI, 361, 1. Ab hæreticis exagitatus eos mire exagitavit, 371, 1. Ejus responsum cuidam religionis libertatem poscenti, V, 443, 1. Qua arte Silesios ad fidem catholicam pellexerit, VI, 116, 1. Ejus felicitas, potentia, gloria, V, 443, 1. Ejus resignatio, III, 498, 1, 2.

FERDINANDUS I REX CASTELLÆ ET LEGIONIS (dictus Magnus). Ferdinandus moriens anno 1065 ad templum se deferri curavit, ibique Deo regnum ab eo acceptum reddidit, II, 332, 1.

FERDINANDUS IV. Ferdinandus IV (dictus l'*Ajourné*), quosdam inauditos necari jubens, ab iis ad tribunal Dei citatus mortem subiit, I, 155, 2.

FERDINANDUS, ARAGONUM REX ET NEAPOLIS. Ferdinandus æquanimiter suorum militum cladem tulit, XII, 680, 1.

FERDINANDUS A SALAZAR. Ferdinandus a Salazar in *Proverbia* scripsit, de ejus commentario judicium, V, 13, 1.

FERDINANDUS MAGALIANUS. Ferdinandus Magalianus orbem totum triennio circumnavigavit, X, 413, 2.

FERIA. Feriæ in Ecclesia unde dicantur, XIX, 298, 2. Ferias omnes dies quare vocet Ecclesia, II, 147, 1. Feria sexta Christus conceptus et mortuus est, XVI, 57,2. Feriæ quartæ jejunium unde cœperit, XV, 543, 1.

FERMENTUM. 1° Fermentum dicitur a *fervendo*, XV, 330, 1. Fermentum in sacrificiis Deus vetuit, et quare, II, 18, 1. Fermentatum nihil inferri poterat altari, poterant tamen panes fermentati afferri quasi donaria pro sacerdotibus, XIII, 569, 2.

2° Fermentum subinde pro malitia capitur, V, 283, 1. Mystice significat vitium et astutiam, II, 18, 1; XIII, 569, 2. Fermenti qualitates competunt corripi nolenti, V, 283, 1. Fermentum pharisæorum et Herodis erat eorum doctrina legi divinæ contraria, XV, 695, 1. Fermentum Pharisæorum occidebat animas, XI, 693, 1. Ab hoc cavere suos jubet Christus, non quatenus legem docebant, sed quatenus eam suis vanis traditionibus vitiabant, XV, 362, 2 et seq.

FERRANDUS FLANDER. Ferrandus Flander dum sibi de Gallis victoriam spondet, post oracula divinorum, vinctus Parisios adducitur, XI, 516, 1.

FERRUM, FERREUS. 1° Ferri usus et necessitas, est optimum et pessimum vitæ instrumentum, X, 316, 1. Ferrum et æs quomodo præparentur, *Job*, 546, 1. Ferrum chalybe durescit, VI, 347, 1. Ferrum ignitum aquæ intinctum indurescit, X, 134, 2. Ferrum lima exacuitur, VI, 347, 2. Ferreis plaustris triturabant Hebræi, XIII, 540, 1, 2. Tale plaustrum describitur, *ibid.* Ferro candenti olim proba criminis fiebat, XVIII, 272, 1.

2° Ferrum symbolum est duræ servitutis, X, 58, 1. Item constantiæ, 317, 2. Valoris est etiam symbolum, XIV, 369, 2. Ferro denotatur bellica vis Romanorum et eorum duritia in continuis laboribus, XIII, 28, 1 Ferrei sæculi descriptio, XIV, 142, 1.

FERREOLUS (S.). S. Ferreolus martyr post multos annos a morte inventus est integer illæsus, XII, 761, 1.

FERVERE, FERVENS, FERVIDUS, FERVOR. Fervens natura apta sublimi virtuti, XVIII, 521, 2; 522, 1 : *Persequebar Ecclesiam Dei, et expugnabam illam, et proficiebam in judaismo.... abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.* Fervor ad omne opus bonum consistit, 210, 1 : *Spiritu ferventes, Domino servientes.* Fervide exiliunt ad bona opera, III, 458, 1: *Et David saltabat totis viribus ante Dominum.* Fervidi serviunt Deo cum gaudio, V, 162, 2: *Si vero impiger fueris, veniet ut fons messis tua, et egestas longe fugiet a te.* Fervor mentis omnia superat et non deficit, XI, 501, 1, 2 : *Assument pennas ut aquilæ, current, et non laborabunt, ambulabunt, et non deficient.* Ferventis spiritu descriptio, XVIII, 210, 2. Fervidi spiritu per austrum notantur, XII, 798, 2. Fervor Deo servire incipientium velut viridis seges, X, 337, 2: *Gratiam et speciem desiderabit oculus tuus, et super hæc virides sationes.* Fervor necessarius ad docendos subditos legem Dei, III, 7, 2 et seq.: *Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias et facias quæ scripta sunt in eo.* Fervor S. Petri se in mare mittentis, XVI, 642, 2 et seq.

Ferventes sæpe fiunt tepidissimi, VI, 512, 2. Fervores novitiorum intempestivi cito consumuntur, V, 385, 2 et seq. Fervores nimii initio non probantur, VI, 401, 1 : *Totum spiritum profert stultus : sapiens differt et reservat in posterum.* Primus fervor Ecclesiæ refrixit, XVIII, 395, 2.

Fervor spiritus quomodo excitandus, XIX, 273, 1, 2 : *Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam Dei quæ est in te, per impositionem manuum mearum.* Ad fervorem acres stimuli, XXI, 86, 2 et seq. : *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum ut locuples fias...... et collyrio inunge oculos tuos ut videas.*

FESTA. I° Festa generaliter sumpta.— Festis diebus gaudet Deus et fides, cur, IV, 248, 2; 249, 1. Festorum dierum, et annorum, et non festorum distinctio unde ortum habeat, X, 168, 1, 2. Festa corroborant hominem, III, 596, 1. Festa bonis operibus impendenda, XVI, 419, 1. Festo die male faciens gravius peccat quam aliis diebus, XV, 677,1. In festis majoribus cur homines deteriores sint, XVIII, 260, 1.

II. Festa Judaica.— 1° *Quotuplicia erant.* Festa apud Judæos erant septem instituta a Deo, alia quatuor ab ipsis Judæis, II, 147, 2.

A Deo instituta sunt Sabbatum, Pascha, Pentecostes, festum Tubarum, festum Propitiationis sive expiationis, festum Tabernaculorum, festum Cœtus sive collectæ. Addi debet octavum, id est festum Neomeniæ.

A Judæis instituta sunt quatuor festa : festum Sortium, festum Encæniorum, festum recepti e cœlo Ignis sacri, festum ob cæsum Nicanorem, *ibid.*

Alia erant majora, alia minora, X, 170, 2. Inter festa a Deo instituta erant tria principalia festa Paschatis, Pentecostes et Tabernaculorum, I, 622, 1, 2. Tria hæc festa quid allegorice significent, *ibid.* Erant apud Judæos stata festa quatuor temporum anni, puta festum Veris, videlicet Pascha ; festum Æstatis, scilicet Pentecostes; festum Autumni, nimirum festum Expiationis ; festum Hiemis, videlicet Encænia, XVIII, 553, 1, Festa Judaica instituta in gratiarum actionem pro beneficiis olim per patres

acceptis, XIII, 302, 2; XXI, 175, 2. Festa Judaica sunt typus festorum Christianorum, XIV, 540, 2. Festorum Judaicorum mystica, allegorica et tropologica significatio, II, 158, 2 et seq. Festa Judaica vocantur elementa, XVIII, 549, 2 et seq. Festa Judaica quare et quomodo Deus oblivioni tradiderit, XII, 371, 2.

2° *Quomodo Judæi sua festa celebrabant.* Unumquodque festum habebat suas cæremonias, II, 147, 2 et seq. Fiebant in eo tria, *ibid.* Festa nonnulla Judaica incipiebant nona die, sed a luce, X, 168, 2. Et reliqua omnia incipiebant a vespere præcedente, II, 157, 1, 2; 170, 2; XVI, 521, 1. Festum duas habebat vesperas, XVII, 365, 1. Festa futura apud Judæos publica præconis voce publicantur, XIII, 520, 2.

Primum festum erat Sabbatum, II, 147, 2.

Secundum, Pascha, II, 148, 1, 2 (*Vide* PASCHA).

Tertium, Pentecostes, II, 150, 2. Quo die computarentur dies Pentecostes, *ibid.* (*Vide* PENTECOSTES).

Quartum festum, Tubarum, II, 156, 1. Erat id memoriale immolationis Isaac, *ibid.* Mystice significabat tempus gratiæ et apostolorum prædicationem, *ibid.*, 2, 157, 1.

Quintum festum erat Expiationis, II, 157, 1. Festum Expiationis quando et cur fuerit institutum, 101, 1. Quæ fuerit occasio et causa ejus, *ibid.* In eo summus sacerdos ibat in sanctuarium, et quid hoc significet, 101, 1, 2. Pontifex utebatur tunc vestibus minorum sacerdotum, eratque hoc festum figura nostræ Parasceves, 103, 1. Tunc super duos hircos mittebantur sortes, quorum unus immolabatur, alter in desertum ejiciebatur, *ibid.* Quid allegorice et tropologice utrumque significet, 103, 2. Quid anagogice, 109, 2. Quæ afflictio esset Judæis in hoc festo præscripta, 108, 2. Significabat expiationem Christi in cruce, Christianorum in Paschate, et electorum in die judicii, 109, 1. Judæorum fabula de sortibus unicuique in hoc festo a Deo attribui solitis, 103, 1, 2.

Sextum festum erat Tabernaculorum, II, 157, 2. Tabernaculorum festum apud Judæos quod esset, XVI, 417, 1. Hujus festi origo, *ibid.* Ejus descriptio et altera causa, *ibid.* Festum Tabernaculorum celebrabatur per septem dies, 540, 2; XVI, 425, 2. In hoc festo portabant Judæi citrum, palmas, myrtum et salices, II, 158, 2. In eo extruebat quisque Judæus tabernacula vel in urbe, vel foris, XVI, 419, 2. Quid hoc significaret, 14, 1; 432, 1. Erat typus resurrectionis et gaudii Beatorum, 421, 6. Festa Christianorum cur a Zacharia vocentur nomine festi Tabernaculorum, XIV, 540, 2. Festum Tabernaculorum significabat allegorice festum nativitatis Christi, II, 159, 2.

Septimum festum erat Cœtus, II, 157, 2. Ratio hujus festi, 158, 2. Vocabatur Exodium, et quid hoc sit, *ibid.* Festum Cœtus quid esset apud Hebræos, XI, 111, 2.

Octavum festum Neomeniæ, II, 354, 2. Neomenia apud Hebræos erat prima dies mensis, non erat festum ex præcepto Dei, *ibid.*; XI, 112, 2; XIV, 355, 1. Et ita dicebatur ipse mensis, XIV, 624, 2. In ea tubis clangebant, *ibid.* Non semper incipiebat eadem hora qua novilunium, *ibid.* Eam cur Judæi celebrarent, XI, 761, 2. Eam Deus in lege Moysis instituit: *primo* ad recolendum beneficium gubernationis divinæ, 355, 1. *Secundo*, ut Hebræi dependerent primitias tam temporis quam frugum, *ibid.* *Tertio*, ut initio mensis deprecarentur fausta, *ibid.* *Quarto*, ad legem Dei pro mense sequenti audiendam, *ibid.*

Festa instituta a Judæis. Primo. Festum Phurim seu Sortium quod erat, et unde sic appellatum, IV, 387, 2. Phur an sit vox Hebræa, an Persica, 373, 2; 374, 1. Idem est quod sors, a qua dictum est festum Phurim, *ibid.* Phurim dies Persis fuere Judæis dies Phurim, 387, 2. Mystice sunt dies passionis Christi, et dies judicii, *ibid.* et 388, 1. Illud festum mystice agunt sancti, quando, 388, 2. Huic festo addi potest festum pridie Mardochæi, IV, 448, 2.

Secundo. Festum Encæniorum. Encænia templi Hierosolymitani qua occasione sint instituta, XVI, 477, 1. Festum Encæniorum quando et quomodo celebrandum, IV, 433, 2. Mense decembri celebrabatur, XVI, 477, 1 et seq.

Tertio. Festum recepti e cœlo Ignis. Festum dati ignis cur instituerint Judæi, IV, 258, 2.

Quarto. Festum ob cæsum Nicanorem, II, 147, 2; IV, 448, 2; 566, 2.

III. FESTA CHRISTIANA. — Festa Christiana non sunt inventa Romanorum pontificum, XVIII, 20, *Argum.* Pauli tempore nondum erant instituta, 230, 1. Hinc ipse ea damnare nequit, 553, 1; XIX, 91, 2. Festa Christiana celebrata epulis solemnibus, XVIII, 289, 1. Festum ex festo quotidie in Ecclesia est, et præsertim Romæ, XI, 765, 2. Festi pars in hac vita est in cœlo totum festum, XIX, 91, 2. Festa Christiana violantes quomodo puniti docetur exemplis, II, 272, 1. Ea colentium præmia, et violantium punitio, 417, 2. Ea quomodo celebrare debeant Christiani, 147, 1; 155, 2. Festa catholicorum merito rident infideles et hæretici, cum illis isti lasciviendo abutentur, XII, 357, 2.

Quæ festa duplicia vocentur ab Ecclesia, XVI, 111, 2. Festum nativitatis Christi cum festis sequentibus significabatur allegorice per festum Tabernaculorum, II, 159, 2. Festum Luminum quod sit apud Græcos, XV, 114, 2. Festum Corporis Christi quare institutum post Pentecosten feria quinta, XVII, 105, 1.

Festa sanctorum publice celebrari jubentur in eorum canonizatione, X, 429, 1. Ab initio Ecclesiæ hæc cœpta celebrari, et quo ritu, *ibid.*, 2. Festum Decollationis S. Joannis quando celebrandum, XV, 691, 1. Festum S. Stephani sancitum fuit ab apostolis, XVII, 187, 2. In festo Conversionis S. Pauli, natorum saliva serpentum morsibus an medeatur, 211, 2.

FESTUCA. Festuca quid sit et ad res minimas refertur, XV, 206, 1, 2.

FESTINARE, FESTINATIONE, FESTINUS. Festinatio signum est imprudentiæ, VI, 4, 1: *Ubi non est scientia animæ, non est bonum; et qui festinus est pedibus, offendet*. Festinare signum est etiam trepidationis, XVIII, 174, 2. Festinatio præpropera quam nociva sit, VI, 73, 1: *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit*. Festinatur ad hæreditatem tripliciter, 72, 2. Festinatio nimia non est durabilis, V, 385, 2 et seq.: *Substantia festinata minuetur; quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur*. Festinatæ divitiæ non sunt stabiles, 385, 1. Festinus semper ad defectum et penuriam tendit, VI, 98, 2 et seq.: *Cogitationes robusti semper in abundantia; omnis autem piger semper in egestate erit* (hebraice, *et omnis festinus vere ad defectum*). Festinans plus æquo sero ad finem pervenit, VI, 4, 1. Festinatio in calamitate periculosa, *Job*, 103, 1. Festinatio capitur pro pudore et confusione, II, 398, 2: *Idcirco hæc dicit Dominus: Qui crediderit, non festinet*. Cum festinatione cur abierit beata Virgo ad cognatam, XVI, 281, 2.

FESTUS, Festus præses Judææ mentitur in causa Pauli, XVII, 416, 1. Cur ejus appellationem approbaret, 413, 2.

FESTUS AVIENUS. Festus Avienus fabulas conscripsit, X, 385, 2.

FIACRIUS (S.) S. Fiacrii monasterium femina nulla immunis ingreditur; quædam id tentans a Deo punitur cæcitate, XI, 685, 1, 2.

FIBULA. Fibula aurea fuit ornamentum militare, IV, 468, 2.

FIBER. Fiber animal amphibium est homini inimicum, XIV, 294, 1.

FICTILIS. Fictilis porta urbis Jerusalem ab arte figulina quam circa eam figuli exercebant, sic dicta, IV, 236, 2.

FICTIO, FICTUS. Fictio dedecet principes, et maxime sacerdotes, VIII, 281, 2. In sacerdote est peccatum sacrilegii, *ibid*. Ficti pauperes, mites, lugentes et pacifici qui sint, XV, 150, 1.

Fictio non est semper peccatum, III, 398, 1, 2. Fictio Christi apud discipulos euntes in Emmaüs, non fuit mendacium, XVI, 278, 1.

FICUS. 1° *Ficus etymon et natura*, VII, 583, 2 et seq. Ficus arbor describitur, XVI, 187, 2 et seq. Ficus sunt arbores biferæ, priores fructus sapidiores dant in julio, posteriores in septembri, XIV, 141, 2. Ficus est bifera, nec dat flores, VI, 348, 2. Exiguam exigit culturam, 348, 2. Stercoratione fecundatur, *ibid*., 2. Viti cur jungatur, VII, 583, 2 et seq. Nonnisi instante calore frondes emittit et grossos, ejus dulcor, XV, 516, 2. Ei prosunt cornua arietina, VI, 471, 2. Ficuum aliæ dant fructus semel, aliæ bis in anno, XII, 190, 1. Ficus Ægyptia quæ dicatur, XIII. 616, 2. Ficus fatua et Ægyptia eadem arbor cum sycomoro, XVI, 247, 1. Ficum censent fuisse pomum Adamo vetitum, VII, 585 1; XVI, 247, 2; XV, 598, 1.

2° *Ficus fructus*. Ficus in Palæstina non sunt omnium fructuum primi, XIV, 141, 2. Sæpe ficus fert fructus demum tertio anno, XVI, 188, 1. Ficus primæ dicuntur flores ficulneæ, 193, 2. Ficus junii mensis meliores sunt autumnalibus, XII, 190, 1. Ficuum dulcedo, 189, 2. Ficus dicta bursa mellis, VII, 584, 1. Ficus fructus quam dulcis, sapidus, integer, VI, 348 1. Primus fructus ejus decutiendus, 348, 2.

3° *Quid sit ficus usus*. Ficus viles olim in massas contundebantur ad usus mancipiorum, VI, 354, 2. Ulceri per se an prosint, an obsint, XI, 483, 1. Aliæ ejus proprietates, XV, 516, 2. Fuit causa excidii Carthaginis, *ibid*. et seq. Cur ficus Dominus maledixerit, 467, 1. Quid ea arefacta denotet, *ibid*., 2. Ex ficu se Judas suspendit, 598, 1. Earum raptores dicti sunt sycophantæ, VI, 379, 1. Ficu crucem Christi fabricatam opinatur Bellarminus, VII, 585, 1.

4° *Variæ ficus allegoricæ vel tropologicæ significationes*. Ficus de Christo exponitur, VII, 585, 1. Ficus omnium fidelium est Christus, ejusque passio, evangelium, sacramenta, gratiæ, consolationes, XIV, 594, 2. Per ficus cur intelligantur homines, XII, 189, 1. Ficus bonæ erant Joachim cum suis obediens Deo, malæ erant Sedecias cum suis inobediens Deo in captivitate suscipienda, *ibid*., 2. Ficus bonæ tropologice sunt justi et electi, malæ improbi et impii, *ibid*. Item aliter tropologice capiuntur, *ibid*. et seq. Sex dantur analogiæ justi et ficus, 190, 1, 2. Ficus geminæ (quas Debelaim significat) quid tropologice et litteraliter denotent, XIII, 287, 1, 2. Per ficus denotantur apud prophetas Judæi et Judæa, 486, 1. Ficus infrugifera aptum est symbolum synagogæ Judaicæ, XVI, 187, 1. Ficus est avari regis typus, *Job*, 467, 2. Ficus, præcoquæ et primæ, quia avide expetuntur, abierunt in proverbium, significantque rem valde desiderabilem, XIII, 404, 2.

FIDEJUSSIO, FIDEJUSSOR, SPONSIO, SPONSOR. 1° Fidejubere quid sit, X, 79, 2: *Recupera proximum tuum secundum virtutem tuam, et attende tibi ne incidas*. Fidejussor duplex est, 76, 2: *Gratiam fidejussoris ne obliviscaris: dedit enim pro te animam suam*. Mancipio fidejussor similis est, 79, 2. Quæ esset olim formula jussionis, 75, 2 et seq.: *Vir bonus fidem facit pro proximo suo*. Sponsor pro alio suscipit in se obligationem solvendi alienum debitum, V, 544, 1: *Stultus homo plaudet manibus suis, cum spoponderit amico suo*.

2° A fidejubendo sibi cavet justus, V, 325, 2: *Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo; qui autem cavet laqueos, securus erit*. Quid in fidejussione cavendum, X, 771, 2. Fidejussor pro extraneis non sit temerarius et præceps, VI, 64, 2: *Tolle vestimentum ejus qui fidejussor extitit alie-*

ni; et pro extraneis, aufer pignus ab eo. Fidejubendum non est supra quam solvendo sis, IX, 271, 1, 2 : *Non spondeas super virtutem tuam : quod si spoponderis, quasi restituens cogita.* Fidejussio prudens est opus beneficentiæ, temeraria vero cavenda, V, 153, 1 : *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus.* Fidejussio pro altero quantum sit beneficium, 75, 1, 2; 76, 1, 2. Fidejussor triplici cautela sibi caveat, X, 76, 1, 2. Fidejussio temeraria quæ causetur mala, 78, 1 : *Repromissio nequissima mullos perdidit dirigentes, et commovit illos quasi fluctus maris.* Fidejussor liberet se quantocius ab obligatione sponsionis, V, 154, 1. Quare discurrere et anxius esse debeat, et amicum stimulare, *ibid.*: *Fac ergo quod dico, fili mi, et temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum; nec dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.* Fidejussor multis molestiis afficitur et damnis, 325, 1 : *Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo : qui autem cavet laqueos, securus erit.* Rarum exemplum fidejussionis, X, 77, 1 : *Gratiam fidejussoris ne obliviscaris; dedit enim pro te animam suam.*

3° Fidejussori est satisfaciendum, X, 77, 1, 2. Fidejussoris an pignus tolli licitum fuerit, VI, 65, 1 : *Tolle vestimentum ejus qui fidejussor extitit alieni; et pro extraneis, aufer pignus ab eo.* Cum fidejussoribus non est familiariter agendum, 170, 1 : *Noli esse cum his qui defigunt manus suas et qui vades se offerunt pro debilis; si enim non habes unde restituas, quid causæ est ut tollat operimentum de cubili tuo?*

FIDELIS. I° Qui sint fideles et quomodo vocentur in Scriptura. — Cur dicantur Christiani fideles, XIX, 72, 1 : *Paulus Apostolus Jesu Christi... sanctis et fidelibus in Christo.* Fideles populi quomodo vocentur *commutandi et lilia*, Psalm. I, 291, *in titul.* Fidelis vir quis dicatur, VI, 51, 1 : *Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inveniet?* Tales viros fideles aliquot recensentur, *ibid.* Tales requirit Deus, *ibid.* et 52, 1, 2. Cur vocentur Ecclesia et exercitus, IX, 617, 1 : *Sapientia laudabit animam suam, et in Deo honorabitur, et in medio populi sui gloriabitur et in Ecclesia Altissimi aperiet os ejus, et in conspectu virtutis ejus gloriabitur.* Hi dicuntur filii Israel, XV, 434, 2. Et sub virginibus sponso occurrentibus intelliguntur, 525, 2 et seq. Cur dicantur pusillus grex, XVI, 172, 1 : *Nolite timere, pusillus grex.* Cur dicantur fundamentum, XIX, 290, 2 : *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc : Cognovit Dominus qui sunt ejus, et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Olim scribebant se esse Christianos et servos Jesu Christi, XI, 541, 2 : *Iste dicet : Domini ego sum; et ille vocabit in nomine Jacob, et hic scribet manu sua : Domino.* Fideles sunt filii promissionis, XVIII, 160, 2 : *Non qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt promissionis æstimantur in semine.* Membra sunt unius corporis, id est Ecclesiæ, 206, 1 et seq.: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo;* 636, 2 : *Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificatione sui in charitate.* Fideles sunt cives cœli, et hospites terræ, XX, 228, 1 : *Petrus, Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ*, etc.

Fideles comparantur nubibus et columbis ob varias causas, 704, 2 : *Qui sunt isti, qui ut nubes volant, et quasi columbæ ad fenestras suas?* Fideles aliquo modo significantur per boves et oves, *Psalm.* I, 45, 1, 2 : *Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves, et boves universas, insuper et pecora campi.* Fidelis est lilium ob septem analogias, XIII, 469, 2 : *Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium.* Fidelium tres gradus repræsentantur per sanguinem, aquam et Spiritum, XX, 614, 1 : *Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, et aqua et sanguis.* Fidelis et lapidis variæ analogiæ, XX, 282, 1 : *Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis.*

II° Fidelium excellentia et prærogativæ. — 1° *Quantas gratias Deus ipsis dederit.* Christus eorum singulos in essentia vidit cum pro iis ante passionem oravit, XVI, 599, 2 : *Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro iis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.* Eos agnoscit Christus, tum speculative, tum practice, 474, 1 : *Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ.* Et vicissim ipse ab eisdem cognoscitur, *ibid.* et seqq. Eorum nomina novit Deus, XXI, 69, 1 : *Habes pauca nomina in Sardis qui non inquinaverunt vestimenta sua.* Omnem suam gratiam a Christo mutuantur, XVI, 310, et seqq.: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.* Per baptismum regenerati sunt nova Christi creatura, et cur, XX, 71, 2 : *Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus*; XXI, 80, 1 : *Hæc dicit : Amen, testis fidelis, et verus, qui est principium creaturæ Dei.* Fidelis quisque suam habet mensuram fidei ac gratiæ, et charisma a Deo acceptum, et eo utitur, XVIII, 205, 2; 206, 1 : *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.* Eos Deus semper benedixit et exaltavit, X, 172, 1 : *Ex ipsis benedixit, et exaltavit; et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit.* Eorum cœtus est velut areola hortensis, IX, 664, 1 :

Dixi: Rigabo hortum meum plantationum, et inebriabo prati mei fructum. Ipse Deus difficultates omnes complanat ad extirpanda vitia inolita, XIV, 401, 1, 2. Fideli nihil mali obvenit, nisi ex certa Dei præscientia et voluntate, IV, 274, 1 : *Hanc autem tentationem Deo permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus.* Fidelis a Deo in omnibus prosperatur, VI, 382, 1 : *Vir fidelis multum laudabitur.* Gratiæ obediens est filius gratiæ, XVIII, 188, 1. Fideles singuli animantur et vivunt Spiritu sancto, XI, 698, 2 : *Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus ; Spiritus meus qui est in te, et verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore seminis tui, et de ore seminis seminis tui... amodo et usque in sempiternum.* Quomodo in Christo vivant, XVI, 490, 2: *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum.* Fidelibus promittitur non carentia inopiæ, sed consolatio spiritualis, *Psalm.* I, 207, 1 : *Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus.*

2° *Fidelium unio cum Deo et Christo.* Fideles sunt creaturæ Dei, X, 237, 2 : *Da testimonium his qui ab initio creaturæ tuæ sunt.* Sunt grex Dei, XIV, 464, 2: *Et salvabit eos Dominus.... ut gregem populi sui.* Sunt oves Christi, XVI, 468, 2 et seqq.; 473, 1 ; 478, 2 : *Vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis; oves meæ vocem meam audiunt.* Fideles peculiariter sunt populus, et peculium Dei sunt, XIX, 165, 2 : *Vocavit vos per Evangelium nostrum in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.* Fideles sunt sigillum Dei dupliciter, XIV, 351, 2 : *Ponam te quasi signaculum.* Fidelis est templum Dei, XVIII, 461, 2 : *Vos enim estis templum Dei vivi;* XX, 683, 1 : *Vos autem.... superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei.* Fideles quomodo sacerdotes Dei dici queant, XI, 719, 2 : *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini.* Tropologice, sunt sacerdotes mystici et reges, XIV, 592, 2; XX, 285, 2 : *Vos autem genus electum, regale sacerdotium* XXI, 23, 2 : *Fecit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri suo.* Fideles sunt in manu Christi, XVI, 479, 1 : *Ego vitam æternam do eis; et non peribunt in æternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea.* Quam sint ei chari, 647, 1. Fidelis Deo obediens est Christi frater adoptivus, XV, 316, 2 : *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.* Fideles coæquantur Christo primogenito Dei, X, 236, 1 : *Miserere plebi tuæ, super quam invocatum est nomen tuum; et Israel quem coæquasti primogenito tuo.* Sunt socii Dei et Christi per fidem, spem et charitatem, XX, 521, 2: *Societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus Jesu Christo.* Omnes corpori Christi realiter uniuntur, cum eoque fiunt unum in Eucharistia, XVIII, 346, 1, 2 : *Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.*

3° *Quam superiores sint fideles aliis hominibus.* Fidelis major est toto mundo, XX, 590, 1 : *Major est qui in vobis est, quam qui in mundo.* Fideli servit totus mundus, V, 526, 1. Fideli totus mundus divitiarum est, 526, 1; XI, 670, 1: *Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram;* XVIII, 275, 2 : *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura.* Fideles lunam habent sub pedibus, et omni rerum temporalium mutabilitate superiores sunt, XIII, 355, 2. Fideles sunt soli capaces veræ sapientiæ et practicæ, IX, 617, 1. Fideles sunt Christi corona, V, 513, 2. Sunt corona doctorum, X, 148, 1 : *Curam illorum habe, et sic conside.... ut læteris propter illos, et ornamentum gratiæ accipias coronam, et signationem consequaris corrogationis.* Fideles erant corona et gloria Pauli, XIX, 123, 2: *Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum?* Fidelis ab omnibus laudatur, IV, 382, 1 : *Vir fidelis multum laudabitur.*

III. Quæ sint fidelium officia. 1° *Sint religione pleni.* Fidelis omnis baptismo consecratus est Domino, XIV, 546, 1. Fideles sæpe per diem Deum dilaudent, X, 309, 1 : *Quasi Libanus odorem suavitatis habete.* Fidelis quem diem magni facere debeat, XIII, 302, 2. Fideles deberent omnes erga beatam Virginem esse affecti, IX, 656, 1, 2. Sint subditi Romano Pontifici, XVI, 645, 2.

2° *Fide, spe, charitate sint prædili.* Contra spem naturæ credant in spem divinæ omnipotentiæ, XVIII, 87, 1 : *Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium.* Charitate dum flagrant, sunt quasi coccinei, XIV, 178, 2. Charitate armati vincent mundum, XX, 607, 2 : *Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum.* Quæ fidelium debeat esse charitas erga fratres, et inter se unio, XVIII, 376, 1, 2 : *Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro.*

2° *Fideles sint sancti et alieni ab omni peccato.* Fideles Dei et Christi sanctitatem debent imitari, XVI, 48, 1 : *Serviamus illi in sanctitate et justitia coram ipso, omnibus diebus nostris.* Imitentur vitam cœlitum, XX, 494, 2. Sint sancti in verbis et operibus, XIII, 473, 2 : *Dirigam eum ego ut abietem virentem; ex me fructus tuus inventus est.* Fidelis quisque sex alas habere debet, XI, 170, 1, 2. Fideles non jurant nec mentiuntur, V, 407, 1 : *Testis fidelis non mentitur, profert autem mendacium dolosus testis.* Si operibus careant, sunt ficus foliatæ sine fructibus, XV, 467, 2. Sibi et aliis operari debent, XVIII, 206, 1. Cum tremore salutem operentur, 424, 2. Fidelis arcana celat, VI, 69, 1. Mundo utitur ad necessitatem et ad salutem, non ad luxuriam, 526, 1, 2. Quoad officia circa continentiam, matrimonium, Vide Castitas, Continentia, Matrimonium.

4° *Fideles sint in tribulationibus constantes.*

Quid fideli in angustiis posito imitandum, IV, 276, 2. Sæpe ab infidelibus cognatis et consanguineis ratione fidei exagitantur, XV, 276, 2: *Veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et nurum adversus socrum suam.* Fideles infidelium esca, *Psalm.* II, 30, 1: *Comederunt Jacob, et locum ejus desolaverunt.* Fideles etiam ob peccata sua persecutionibus exagitantur, XIII, 112, 2: *Tibi, Domine, justitia, nobis autem confusio faciei, sicut est hodie.* Eos maxime Deus vexat, et cur, XX, 366, 1, 2: *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ et virtutis ejus, et qui est ejus Spiritus, super vos requiescit.* In persecutionibus debent esse constantes et longanimi, XXI, 251, 1, 2: *Iratus est draco in mulierem, et abiit facere prælium cum reliquis de semine ejus, qui custodiunt mandata Dei, et habent testimonium Jesu Christi, et stetit supra arenam maris.* Fideles sint velut granum piperis vel sinapis, XV, 329, 1, 2. Per fidem et spem promissæ liberationis, ærumnas omnes fortiter tolerant, XIV, 226, 1, 2. In afflictione fidelis sit instar incudis, XX, 16, 2. Fidelis in Christo ejusque lege et amore stabilitur, non curat persecutiones nec ullas minas, XV, 216, 1: *Descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat supra petram.*

IV. Qui sint fideles salvandi. — Fideles possunt excidere a gratia, justitia et fide, XX, 552, 2: *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.* Fideles omnes non sunt prædestinati, quia fides accepta semel potest amitti, XVIII, 285, 1: *Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Si sint infructuosi, exscindentur; fructuosi, excolentur, XVI, 558, 2: *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.* In Christo per fidem et charitatem non manentes, post mortem mittentur in ignem infernalem, 561, 2: *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet.* Eorum nemo salvari potest nisi per Christum et fidem in ipsum, 471, 2. *Dixit ergo eis iterum Jesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium.* Fideles soli salvantur, non tamen male viventes, 190, 2: *Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui salvantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam; quia multi, dico vobis, quærent intrare, et non poterunt.* An eorum plures salventur, an damnentur, problema est, *ibid.* Fidelium plures videntur salvandi quam damnandi, XV, 211, 1. Quod eorum aliqui pereant, ipsis, non est Deo imputandum, XVI, 478, 2.

V. Fideles primi (*Vide* Christiani primi).

FIDELITAS. Fidelitas est soror veritatis, XVIII, 678, 2: *State succincti lumbos vestros in veritate.* Ejus signum est cingulum, 677, 1; XX, 258, 2: *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam.* Fidelitatis descriptio, XVIII, 671, 2: *Cum bona voluntate servientes sicut Domino, et non sicut hominibus.* Ea rarius invenitur quam misericordia, VI, 50, 1, 2; 52, 1, 2: *Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inveniet?* Hæc præcipua dos dispensatoris, 277, 2: *Hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.* Item servi, 671, 2. Fidelitas servorum in quo sita sit, X, 188, 1, 2: *Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem tuum sic eum tracta.* Fidelitas mire ornat Christianos, XIX, 679, 2. Fidelitas decet reges, V, 529, 1, 2: *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.* Eos fidelitas in verbis contra calumniantes tuetur, VI, 85, 1: *Misericordia et veritas custodiunt regem.* In fidelitatem peccat qui amici arcana detegit, X, 36, 1: *Qui denudat arcana amici, fidem perdit, et non inveniet amicum ad animum suum.* Fidelitas et lenitas sanctificant hominem, 453, 1: *In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum.*

FIDERE, FIDUCIA. 1° *Fiducia in Deo quid sit*, XIX, 392, 1; *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ.* Fiducia aliquando pro libertate capitur, 217, 2: *Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent, et multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu.* Fiducia Christianorum est libertas in professione fidei, 380, 1: *Domus* (Christi) *sumus nos, si fiduciam et gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus.*

2° *Fiducia in Deo habenda*, III, 377, 1: *Tu venis ad me cum gladio, et hasta et clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum*, XVIII, 87, 1. Fiducia in Deum in omnibus operibus adhibenda, X, 183, 1. Fidere debemus Deo, nobis vero diffidere, et de hac re exempla, I, 434, 1, 2: *Postquam afflixit ac probavit, ad extremum misertus est tui, ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea, et robur manus meæ, hæc omnia mihi præstiterunt.* Fiducia in Deum sanctorum, propria, *Job*, 134, 2.

Fidendum Deo in adversis, XXI, 371, 2. In rebus arduis elucet in Deum fiducia, *Job*, 305, 1: *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo*, 359, 2. Fidendum Deo, nam suos ad extrema quidem redigi permittet, non tamen deseret, XIII, 319, 2. Fidendum ergo in Deum, etiam in rebus desperatissimis, XIX, 479, 1: *Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur.* Fiducia in Deum est excitanda in malis ac tentationibus, XV, 235, 2: *Et dixit* (Jesus) *eis: Quid timidi estis, modicæ fidei?*

2° *Fiduciæ in Deum fructus*, XVIII, 47, 2: Fidentes Deo semper juvantur, XIII, 319, 2. Fiducia in Deum animam dilatat, VI, 386, 2 et seq. Causa est fortitudinis, V, 431, 1, 2: *In timore Domini fiducia fortitudinis, et filius ejus erit spes.* Fidens Deo totum possidet mundum, V, 525, 2 et seq.

Fiducia in Deum tentationis optimum remedium est, IX, 99, 2 : *Crede Deo, et recuperabit te, et dirige viam tuam, spera in illum.* Fiducia oranti necessaria, XX, 39, 1, 2 : *Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Unde hæc oriatur, 40, 1. Est nervus orationis, IX, 227, 1, 2 : *Noli esse pusillanimis in animo tuo : exorare et facere eleemosynam ne despicias.* Fiducia magna magna impetrat, XV, 227, 1 : *Dixit Jesus centurioni : Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.* Fiducia qualis sanctorum ad patranda miracula, XVIII, 431, 2 et seq. : *Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum.* Fiducia vitæ bene actæ quanta, *Job*, 243, 2 : *Auferat a me virgam suam, et pavor ejus non me terreat; loquar, et non timebo eum; neque enim possum metuens respondere.*

3° *Fiducia in rebus creatis.* Fiducia in perfido fidentem destituit, VI, 278, 1 : *Dens putridus et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ, et amittit pallium in die frigoris.* Fiducia in potentia propria aut in divitiis vana ostenditur, *Psalm.* I, 321, 2 : *Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur.*

FIDES. I. Variæ vocis FIDEI significationes, definitiones et figuræ. — 1° Fides in Deo est fidelitas et constantia in promissis, XII, 391, 1 : *Novi diluculo, multa est fides tua*, XIII, 322, 1 : *Et sponsabo te mihi in fide. Fidei* vox in homine, subinde capitur pro credulitate humana et probabili, XX, 40, 2. Fidei etymon quod sit, 124, 2 : *Fides, si non habeat opera, mortua est.* Fidei vox tria denotat : *primo*, constans fiducia in Deum; *secundo*, donum intrepide profitendi et prædicandi fidem; *tertio*, intelligentia magna mysteriorum fidei ad ea contemplandum et explicandum, XVIII, 373, 1, 2: *Alteri* (datur) *fides in eodem Spiritu.* Interdum accipitur in ultimo sensu pro intelligentia divinarum rerum et aliis, 207, 1 : *Habentes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis, differentes, sive prophetiam secundum rationem fidei.* Fides sæpe idem sonat quod conscientia, 233, 2 et seqq. : *Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo,..... Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.* Fides operum quæ, 234, 2 : *Qui discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide.* Subinde fides capitur pro rectitudine et constantia, X, 357, 2 : *Non omnia omnibus beneplacent in fide.* Sæpe capitur pro charitate et gratia, XVIII, 206, 1 : *Et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.* Fides catholica quæ dicatur, XX, 1, 2. Fides *in Christo* tripliciter accipitur, XIX, 184, 2 : *Superabundavit gratia Domini nostri cum fide et dilectione, quæ est in Christo Jesu.* Fides beneplaciti qualis, *Job*, 378, 1.

2° Fides et spes quomodo differant invicem, XX, 40, 1. Ipsa a charitate separatur, sine ea esse potest, prodesse non potest, XVIII, 379, 1 : *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.*

3° Fides significabatur per velum tabernaculi Moysis, I, 661, 2. Fides cur comparetur portæ orientali, XII, 798, 1. Fides invisibilium est altitudo sanctorum mystice, 801, 1. Fides perfecta comparatur grano sinapis, XV, 328, 2; XVI, 230, 1. Fides non denotatur in Evangelio veste nuptiali, XV, 476, 1, 2. Radici comparatur, XX, 129, 1. Navi assimilatur, XIX, 191. 1. Schemati et dioptræ comparatur, 471, 1. Fidei antiquitas candore denotatur, XXI, 172, 1. Citharæ comparatur, 272, 1 (*Vide* Proprietates fidei).

III. Quæ sit natura et objectum fidei. — Fides est credere quod non vides, XIX, 254, 1; 471, 1 : *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Credit quæ non videt nec capit, XVI, 403, 1, 2 : *Quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandum?* 638, 1, 2: *Beati qui non viderunt et crediderunt.* Multa ejus mysteria captum hominum superant, VI, 253, 2 : *Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.* Fides nostra suo modo videt et videtur, XVII, 17, 1. Fides etiam versatur circa res timendas, et apparentes, et evidentes, XIX, 471, 2. Ad fidem non requiritur intellectus, XVII, 166, 1 : *Et verbum Domini crescebat..... multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei.* Fides non est fiducia in voluntate, sed assensus intellectus, XVIII, 88, 2: *In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia*, 362, 2; XIX, 471, 2. Fides nostra est eadem quæ Dei, XIV, 226, 1, 2. Fides nostra est subjective, Dei objective, XVIII, 47, 2. Eadem semper est quoad objecta generica et formalia, diversa secundum materialia et specifica, 48, 1. Fides christiana quæ præscribat credenda, XVII, 312, 2.

Fides operationis Dei quænam sit, XIX, 88, 1 : *In quo et resurrexistis per fidem operationis Dei qui suscitavit illum a mortuis.* Fides miraculorum quæ sit, XV, 238, 1, 2 : *Et ecce offerebant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Est de Dei omnipotentia, 250, 2 : *Dicit eis* (cæcis) *Jesus : Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine.* Hæc fides absolute potest esse sine charitate, 393, 2. Debet esse humilis, sed acris ac vehemens, et talis transfert montes, *ibid.* Qualem fidem Christus sanaturus ægros primo ab eis requirere solebat, 25, 1.

IV. Fidei gratuitas, et media ad eam adipiscendam. — Fides est gratia Dei, non ex nobis, XX, 105, 1 : *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide?* 267, 2 : *Per eum* (Christum) *fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis et dedit ei gloriam, ut fides vestra et spes esset in Deo*, 400, 2 : *Per Silvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitror, breviter scripsi, obsecrans et contestans, hanc esse veram gratiam Dei in qua statis.* Fides

est donum Dei, XV, 321, 1 : *Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum.* Respectu accipientium datur sorte, id est gratis, XX, 407, 2 : *Simon Petrus, servus et apostolus Christi, iis qui coæqualem nobis sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri.* Fidei salutisque initium non est ex libero arbitrio, XVIII, 432, 1 : *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Fidei initium, sive velle credere, donum Dei est, indeque incipit initium salutis, in adulto, XIX, 17, 2 : *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini.* Item fidei custodia, 168, 1, 2 : *Fidelis autem Deus est qui confirmabit vos, et custodiet a malo;* 279, 2 : *Bonum depositum custodi, per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.* Fides est donum Dei, et tamen pendet ab arbitrio nostro, XVI, 305, 2 : *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri;* 396, 2 et seqq. : *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, et eum qui venit ad me, non ejiciam foras,* 468, 1, 2. Quomodo sit donum Dei, et tamen in nostra sit potestate, XIX, 168, 1 : *Orate pro nobis.... ut liberemur ab importunis et malis hominibus : non enim omnium est fides.* Fides ex auditu et prædicatione, XVIII, 181, 2 : *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.* Quibus discursibus et rationibus fidei mysteria probarit Apostolus, 264, 2 : *Quæ et loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.* Plura ejus mysteria viva voce, non scripto tradebantur, 575, 2 : *Communicet is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.* Ad fidem nemo pertingit, nisi suas concupiscentias generose superet, XIX, 168, 1.

V. Fidei necessitas ad justificationem et salutem. — Sine fide Deus cognosci nequit, IX, 680, 1 : *Timor Dei initium dilectionis ejus : fidei autem initium agglutinandum est ei.* Sine fide impossibile est placere Deo, XIX, 474, 1 : *Sine fide autem impossibile est placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit,* Nemo sine fide Deo acceptus est, nulla vita recta, XVIII, 59, 2 : *Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum, et Græco.* Fides in Deum et Christum est via recta ducens ad vitam æternam, XVI, 593, 1, 2 : *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum.* Fides implicita Christi et observatio legis charitatis fuit necessaria semper ad salutem XVIII, 62, 1, 2. Fides requisita jam ad justitiam, est fides in Christum, 80, 1 : *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam.* Fides explicita Christi necessaria est ad salutem, XVII, 128, 2 : *Non est in alio aliquo salus, nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri,* 231, 1. Sine fide Christi omnes sunt sub maledicto, XVIII, 540, 1 : *Scriptum est enim : Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis.* Fides est ceu ostium ovilis, XVI, 468, 1 : *Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.* Cur fidei tribuatur salus, XVIII, 22, 1.

Fides vera est initium justificationis, XX, 70, 2 : *Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus.* Fides inchoans justitiam est proprie fides in Christum redemptorem, XVIII, 48, 2 : *Sicut scriptum est : Justus autem ex fide vivit.* Fides est in suo genere adæquata causa justitiæ, 22, 1; 178, 1 : *Si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.* Hæc in fide est fundata, 176, 1, 2. Fides justificans non est illa specialis qua credam mihi in particulari remissa esse peccata, 178, 2 : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Quia hæc stulta est præsumptio hæreticorum, 264, 1 : *Nos non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis.* Quomodo fides perducat ad spem, pœnitentiam et gratiam, XVIII, 562, 1 : *Nos enim spiritu, ex fide, spem justitiæ expectamus.*

Fides sola non justificat, est tamen principium justificationis, XVIII, 5, 1; 45, 2 : *Non enim erubesco Evangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti,* 47, 1; 75, 1 : *Quem* (Christum) *proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius;* 76, 1 : *Arbitramur hominem justificari per fidem sine operibus legis;* 140, 2 : *Spe enim salvi facti sumus, spes autem quæ videtur, non est spes, nam quod videt quis, quid sperat?* 166. 1; 334, 2 : *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet,* 379, 1 : *Si linguis hominum loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens,* 562, 1 et seqq. : *Nos enim spiritu, ex fide, spem justitiæ expectamus,* XX, 4, 1; 122, 1 et seqq. : *Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum?* 127, 2 : *Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est. Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est?* 342, 1, 2 : *Salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum.* Acceptatur ad justitiam, quia est justitia inchoata, XVIII, 79, 1 : *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam.* Fidem reputari ad justitiam quid, *Psalm.* I, 185, 1, 2 : *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.* Sub fide Paulus non solam fidem, sed spem, charitatem et opera comprehendit, 21, 2; 603, 2 : *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus,* XIX, 343, 1 : *Com-*

municatio fidei tuæ evidens fiat, in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu. Fides est tantum inchoatio salutis, complenda per bona opera, XIX, 147, 2 : *Dignetur vos vocatione sua Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis et opus fidei in virtute.* Fides prisca patrum Veteris Testamenti non fuit nuda, sed operosa, 473, 1 : *Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo.* Qui fide Veteris Testamenti ad finalem pœnitentiam pervenerunt, 486, 2 et seq. : *Per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones.* Fides viva includit opera, XVIII, 47, 1 : *Justus autem ex fide vivit.* Superædificat ei aurem et argentum, qui bona opera superædificat, 270, 1. *Si quis superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit.* Fides nuda peccata non remittit, sed formata bonis operibus, XVI, 129, 2 : *Dixit autem ad mulierem : Fides tua te salvam fecit; vade in pace.* Et talis est velut lucerna accensa, 175, 1 : *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris.* Ipsa sine bonis operibus non prodest, nec ad salutem sufficit, XV, 215, 2 : *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum supra petram;* 427, 1 : *Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata,* 522, 2 et seq.; 657, 2 : *Euntes ergo, docete omnes gentes.... docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis;* 718, 2 : *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur;* XVI, 155, 1 : *Sollicita es, et turbaris erga plurima: porro unum est necessarium.* Fides languida et mortua causa est damnationis, IX, 680, 1. Fides vera potest esse sine operibus, XX, 123, 1. Sed paulatim tunc perit, 124, 2; 125, 2. Et hæc diabolica est, 127, 2. Et mortua, 124, 2 et seq. : *Fides si non habeat opera, mortua est. Et tunc est risu et probro digna, ideoque explodenda.*

Fides est necessaria aliquid a Deo impetrare volentibus, XV, 467, 2 : *Amen, amen dico vobis, si habueritis fidem et non hæsitaveritis, non solum de ficulnea facietis, sed et si monti huic dixeritis: Tolle et jacta te in mare, fiet.* Fides triplex orationi necessaria, XX, 39, 1 : *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo..... Postulet autem in fide nihil hæsitans; qui enim hæsitat, similis est fluctui maris qui a vento movetur et circumfertur.* Quæ fides in oratione necessaria sit, XVI, 584, 2 et seq. : *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Est ejus basis et fundamentum, 240, 2 : *Verumtamen Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?* Quæ fides in miraculis necessaria sit, 234, 2 : *Ait illi : Surge, vade; quia fides tua te salvam fecit.* Fides requiritur ad dæmonem ejiciendum, XV, 392, 1 et seq. : *Obtuli eum* (filium meum lunaticum) *discipulis tuis, et non potuerunt curare eum.* Et unde hæc oriatur, *ibid.* et seqq.

VI. Fidei præceptum. — 1° *Datur præceptum interius credendi,* XVI, 394, 1 : *Respondit Jesus et dixit eis : Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille;* 538, 1 : *Creditis in Deum, et in me credite;* XX, 583, 2 : *Et hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine Filii ejus Jesu Christi.* Fidem allatam respuere, quam grave sit scelus, XV, 265, 2 : *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati.*

2° *Datur præceptum interius non subtrahendi assensum veritati revelatæ,* XV, 718, 2 : *Qui crediderit..... salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur;* XIX, 467, 2 : *Justus autem meus ex fide vivit; quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.* Quomodo omnium non sit fides, 167, 2 : *Orate pro nobis,.... ut liberemur ab importunis hominibus : non enim omnium est fides.*

3° *Datur præceptum non negandi exterius fidem,* XV, 276, 1 : *Qui autem me negaverit coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est;* XIX, 286, 1, 2 : *Si commortui sumus, et convivemus; si sustinebimus, et conregnabimus; si negaverimus, negabit nos; si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.* Articulum unum fidei pertinaciter negans, veram fidem evertit, XVIII, 624, 1 : *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.*

4° *Datur præceptum aliquando confitendi exterius fidem.* Fides exigit etiam fidei professionem, XVIII, 178, 1, 2. *Si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam; ore autem confessio fit ad salutem;* 442, 1 : *Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est : Credidi, propter quod locutus sum, et nos credimus, propter quod et loquimur;* XX, 597, 1, 2 : *Quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo.* Fides est intrepide confitenda, IX, 160, 2 : *Pro anima tua ne confundaris dicere verum,* 164, 1, 2 : *Nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore tuo.* Confitenda est semper, non autem semper profitenda, XVIII, 234, 1 : *Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo.* Fidei professio constans Deo donante fit, V, 481, 1, 2 : *Hominis est animam præparare, et Domini gubernare linguam.* Prædicare fidem magis est quam credere, V, 505, 1 : *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens; et qui dulcis eloquio, majora percipiet.* Fides initio Ecclesiæ maxime inculcanda fuit, XIII, 322, 1. Ejus arcana quibus communicanda, XIX, 283, 1 : *Quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.* In fide novitii etiam juvenes, et pueri, intrepide acturi promittuntur cum idololatris et tyrannis, XI, 263, 1, 2 : *Delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis.* Fidei contra-

rium nihil doceri potest, XVIII, 518, 1, 2 et seqq.: *Sed licet nos, aut angelus de cælo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizamus vobis, anathema sit.* Fidei limites quos patres fixere non sunt transgrediendi, VI, 171, 2: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.*

VII. Fidei proprietates et conditiones. — Sex habere debet dotes, XX, 132, 1, 2. Fides perfecta raro invenitur, XVI, 241, 1. Ejus solitudo in Ecclesia est, cum apud hæreticos et idololatras sit multitudo, XIII, 312, 2.

1° *Debet esse una et vera.* Fides vera una est, non plures, XVIII, 632, 2: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma;* 251, 1, 2: *Obsecro vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia.* Quomodo non sit triplex, fides historica, miraculorum, justificans, sed unica, XIX, 469, 1. Fidei veræ et divinæ signum, *Psalm.* II, 161, 2. Omnium fides quomodo sit æqualis, XX, 407, 1: *Simon Petrus.... iis qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem.*

2° *Debet esse certa et firma.* Fidei Christianæ inconfusibilis certitudo, XVIII, 174, 2: *Omnis qui credit in eum, non confundetur.* Fides Christiana omnino est credibilis, *Psalm.* II, 134, 2: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Fides est basis et fundamentum certum rerum sperandarum, XIX, 469, 2: *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Fides columna est, spes anchora, 406, 2: *Qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam.* Fides recta est, instar amussis, XIX, 52, 1: *Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus; et in eadem permaneamus regula.* Fides luci comparatur, XVI, 302, 1: *Lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt.* Est velut fax, 175, 1: *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris;* 436, 1: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ;* XX, 129. Fidei tempus auroræ comparatur, infidelitas tenebris noctis, *Psalm.* I, 304, 1, 2: *Deus in medio ejus cognoscetur, adjuvabit eam Deus mane diluculo.* Fides hæreticorum specialis quæ sit, VII, 306, 1: *Nescit homo utrum amore an odio dignus sit.* Horum fides qua sibi remissa certo credunt peccata, est vana imaginatio, XV, 250, 2.

3° *Debet esse integra.* Corpus fidei suis membris perficitur, XIX, 126, 1: *Nocte ac die abundantius orantes, ut videamus faciem vestram et compleamus ea quæ desunt fidei vestræ.* Ipsa suis articulis integratur et componitur, XVIII, 624, 1.

4° *Debet esse constans.* Ab ea nunquam deficiendum, XIX, 385, 1. Fides est stabilis, XVIII, 532, 1: *Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico, prævaricatorem me constituo.* Permanendum in fide semel suscepta, nec de ea ulterius inquirendum, XIX, 58, 1: *Itaque, fratres mei charissimi et desideratissimi..... sic state in Domino,* 85, 1: *Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulate,* 125, 1. *Misimus Timotheum fratrem nostrum..... ad confirmandos vos et exhortandos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.* Fides antiqua præstat novæ, 287, 1. Novam profitenti cito non est credendum, 529, 1: *Qui credit cito, levis corde est.*

5° *Debet esse humilis.* Fides hominem requirit vere humilem, *Psalm.* II, 281, 1, 2: *Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis.* Fides humilis requiritur præsertim in credendo Eucharistiæ mysterio, XVI, 412, 1: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt; sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt.*

6° *Debet esse charitate formata.* Fides sanctorum charitate informata est, IX: *Initium sapientiæ timor Domini; et cum fidelibus in vulva concreatus est.* Fides charitate formata non speculativa mere est, sed practica, XVIII, 73, 1: *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes et super omnes qui credunt in eum;* XIX, 116, 1: *Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis.... memores operis fidei vestræ, et laboris et charitatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi.* Fides per dilectionem operans ornat doctrinam, X, 151, 2.

7° *Fidei duratio.* Fides et spes cessabunt in cœlo, XVIII, 383, 1. *Sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.* Fides non manet in dæmonibus et damnatis, XX, 127, 1: *Tu credis quoniam unus est Deus, benefacis, et dæmones credunt, et contremiscunt.* Altero sensu fides et veritas in æternum stabit, X, 331, 1: *Omne munus et iniquitas delebitur, et fides in sæculum stabit.* Fides est cibus permanens in vitam æternam, XVI, 392, 2 et seqq.

VIII. Fidei excellentia et fructus. 1° *Fidei quanta sit virtus et præstantia,* XIV, 226, 2: *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima ejus.* Fides Deo placet, IX, 451, 1: *Si volueris mandata servare, conservabunt te, et in perpetuum fidem placitam facere.* Est opus sanctum, XVI, 394, 1: *Hoc est opus Dei ut credatis in eum quem misit ille.* Est velut sigillum quo obsignamus dicta Dei, 351, 1: *Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est.* Fidei lumen est admirabile, XX, 290, 1, 2: *De tenebris vos vocavit* (Deus) *in admirabile lumen suum.* Superat omne lumen philosophorum, *ibid.* Fides est anima Ecclesiæ, XVIII, 636, 2 et seq. Fides apostolorum et prophetarum est fundamentum Ecclesiæ, 607, 1: *Estis cives sanctorum, superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum.* Fides est initium bonorum et donorum omnium, IX, 680, 1, 2. Fides corrigit naturam et conditionem servilem, XVIII, 674, 1. Cur Christus fidem apud apostolos extollat, XVI, 230, 2: *Si habueritis fidem sicut granum*

sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, et transplantare in mare, et obediet vobis. Fides habet promissionem vitæ æternæ, XX, 615, 2 et seqq.: *Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, et hæc vita in Filio ejus est.*

2° *Fidei fructus pro regnis et rebuspublicis.* Fides vera est omne regnorum firmamentum, XIII, 377, 2. Fides est reipublicæ fundamentum; ejus neglectus excidium, III, 109, 1. Ejus bona etiam politica, XI, 683, 2.

3° *Fidei fructus pro singulis hominibus,* IX, 101, 1: *Qui timetis Dominum, credite illi, et non evacuabitur merces vestra.* Fidei præmia, 99, 2: *Crede Deo, et recuperabit te.* Fides est fundamentum aliarum virtutum, XIX, 147, 2: *Dignetur vos vocatione sua Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis et opus fidei in virtute.*

Primo. *Per fidem ad veritatem venitur,* XIX, 200, 1: *In quo positus sum ego prædicator et apostolus (veritatem dico, non mentior), doctor gentium in fide et veritate.* Meretur cognitionem mysteriorum regni Dei, XV, 321,1, 2: *Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum.* Procul posita et futura facit præsentia, XIX, 470, 2: *Fides est.... argumentum non apparentium.*

Secundo. *Fides est religionis fundamentum,* XX, 90, 1. Est fundamentum omnis sanctitatis, XIV, 355, 1, 2.

Tertio. *Fides sustentat spem,* XIX, 469, 1: *Est autem fides sperandarum substantia rerum.* Est in anima credentis et sperantis quasi basis quæ eum sustentat, *ibid.*, 2. Fidei sanguis est spes, 470, 2. Fidei fortitudo parit fortitudinem spei, VI, 225, 2. Fides acuit et elicit timorem et amorem Dei, IX, 680, 1. Fides est fulcimentum in adversis, XVI, 539, 1: *Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, et in me credite.*

Quarto. *Fides fundamentum est domus spiritualis,* XIX, 283, 1: *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus qui sunt ejus; et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Fides est initium substantiæ nostræ spiritualis, 382, 2: *Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ ejus usque ad finem firmum retineamus.* Fides viva est radix vitæ spiritualis gratiæ, XVIII, 47, 1.

Quinto. *Fidei robur et efficacia,* XVII, 12, 2. Quomodo ei tribuatur salus mentis et corporis, XV, 25, 1. Tunc sub ea omnes aliæ virtutes intelliguntur, *ibid.* Ei quomodo tribuantur miracula, XVII, 119, 1: *Et in fide nominis ejus hunc quem vos vidistis et nostis, confirmavit nomen ejus; et fides quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.* Fides thaumaturga ex oratione provenit, XIV, 508, 2: *Effundam super domum David spiritum gratiæ et precum.* Fidei heroicæ quanta sit virtus, XVII, 119, 1, 2. Fides excitat fideles ad quidvis audendum, XX, 247, 2: *Qui in virtute Dei custodimini per fidem, in salutem paratam revelari in tempore novissimo.* Est fidelium custodia, *ibid.* Fides operosa et dimicans vincit mundum, 608, 1: *Et hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra.* Vincit quoque Deum omnipotentem, 608, 2. Ea optime diabolus vincitur, 396, 1: *Cui* (diabolo) *resistite fortes in fide.* Fides tribulationibus exploratur, 250, 1: *In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus; ut probatio vestræ fidei multo pretiosor auro* (quod per ignem probatur) *inveniatur in laudem, et gloriam, et honorem in revelatione Jesu Christi.* Qui fidei agon dicatur, XIX, 261, 2: *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus.* Pro fide pati quam sit gloriosum, XX, 19, 1: *Omne gaudium existimate... cum in varias tentationes incideritis.* Fides Christi, quia initio erat nova et paradoxa, hinc a Judæis et Gentibus exagitati fuere ejus præcones, XV, 269, 2: *Eritis odio omnibus propter nomen meum.*

IX. Fidei perfectæ et imperfectæ exempla. —Fides Abrahæ celebratur, XVIII, 86, 1. Qualis ea fuerit, 79, 2. Fides propria fuit ei imputata, 81, 1. Ejus fides exeuntis in Chanaan illustratur simili exemplo, XIX, 476, 1. Ea in quinque punctis illuxit, *ibid.*, 2. Fides ejus in filio offerendo, 479, 1. Fides centurionis magna fuit, sed habuere alii majorem, XV, 224, 1, 2: *Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Non inveni tantam fidem in Israel.* Fides parva reguli a Christo arguitur, XVI, 368, 2: *Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.* Fides S. Magdalenæ pœnitentis, 124, 1. Fides in diaconis septuplex erat, XVII, 164, 2. Fides in apostolis defecit in nocte passionis, XV, 563, 2. Cur id factum sit, *ibid.* Fidei defectus in terra, XVI, 240, 2. Ea deficiet maxime sub finem mundi, 241, 1: *Verumtamen Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?*

X. Fidei prædicatio. — Fidei prædicatio cœpit per apostolos in Jerusalem, *Psalm.* II, 254, 2: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* Cur sensim crescere debuit, XVI, 545, 2: *Qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet.* Paulatim per Europam diffusa est, XVIII, 593, 1. (*Vide* Apostolorum prædicatio).

XI. Fides humana pro fidelitate, bona fide et fiducia sumpta. — Fides est sanctissimum hominis bonum, V, 529, 2. Fides est amicitiæ basis et custos, 543, 1. Fides etiam hostibus servanda, III, 58, 2; XII, 271, 1; 628, 1. Fidei obstringendæ signum, VI, 507, 1. Major fides ei adhiberi solet qui prior suam causam exposuit, 576, 1.

Fides principi necessaria, XI, 260, 2; 261, 1: *Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus.* Fides quam ab hominibus exulet, XII, 52, 1: *Circuite vias Jerusalem, et as-*

picite, et considerate, et quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, et quærentem fidem. Fidem qui Deo non servat, nec homini servabit, XIII, 378, 1.

FIDES (S.). SS. Fides, Spes, Charitas, tres filiæ S. Sophiæ, fuere martyres, X, 308, 2. Sorores fuerunt martyrio et sanguine, XIII, 546, 1.

FIGULUS. Primus figulus fuit Deus, X, 293, 1, 2 et seq. Vasa diversa formans, est symbolum Dei, X, 174, 2; 175, 1, 2; XVIII, 170, 1, 2; 171, 1, 2. Figuli in opere suo industria, X, 293, 1, 2 et seq. Est symbolum prædicatorum, 294, 1. Figulinæ officinæ in Jerusalem erant in valle juxta Tophet, XII, 149, 1.

FIGURA. Figura substantia Patris quomodo sit Filius, XIX, 352, 2. Figura sæculo tribuitur, quia transitoria, XVIII, 202, 2.

Figuris rhetoricis variis interdum utitur Scriptura, ut Prolepsi, I, 28, 1. Enallage, 28, 2. Synecdoche, 29, 1. Metonymia, *ibid.* Hypallage, 31, 1. Liptote, 31, 2. Hendiadi, 33, 2.

FILIA, PUELLA. 1° *Quæ sint earum vitia.* Puellarum tria præcipua vitia, superbia, procacia, libido, XI, 138, 2: *Elevatæ sunt filiæ Sion, et ambulaverunt collo extento, et nutibus oculorum ibant, et plaudebant, ambulabant pedibus suis, et composito gradu incedebant.* Puellæ quomodo plaudere dicantur, 139, 1. Puella basiliscus est, 138, 2. Puellæ innuptæ sua tegunt vitia, V, 585, 2. Filia inverecunda salax est, X, 9, 1: *Ab omni irreverentia oculorum ejus cave, et ne mireris si te neglexerit.* Filia dissoluta et audax infamat se et parentes, IX, 579, 1, 2: *Patrem et virum confundit audax* (filia); *et ab impiis non minorabitur; ab utrisque autem inhonorabitur.*

2° *Quid facere debeant, et quomodo custodiendæ.* Filia una quomodo sit melior altera, X, 240, 2: *Omnem masculum excipiet mulier, et est filia melior filia.* Filiæ est viri conspectum fugere, 7, 2: *In filia non avertente se, firma custodiam: ne inventa occasione utatur se.* Puellæ pro castitate servanda, quantum sobrietati studere debeant, IV, 332, 2 et seq.: *Habens* (Judith) *super lumbos suos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ suæ præter sabbata.* Filia prudens hæreditatem viri accipit, IX, 579, 1: *Filia prudens hæreditas viro suo: nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris.*

Puella indiget duce et custode, cur, 67, 2: *Et reliquit ducem pubertatis suæ, et pacti Dei sui oblita est.* Filia omnis patri custodienda, X, 368, 1: *Filia patris abscondita est vigilia, et sollicitudo ejus aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur, et cum viro commorata odibilis fiat.* Maxime lasciva et procax, 8, 2; 369, 1. Filiarum quæ cura habenda matribus, XIX, 207, 2: *Salvabitur autem* (mulier) *per filiorum generationem, si permanserit in fide, et dilectione, et sanctificatione cum sobrietate.* Sunt matris imitatrices, IX, 360, 1: *In filiis suis agnoscitur vir.* Filiæ quomodo castæ servandæ, 243, 2: *Filiæ tibi sunt? serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Elocatio earum quoto anno facienda, 245, 1: *Trade filiam, et grande opus feceris, et homini sensato da illam.* Puellæ nubentes limen domus Romæ olim non tangebant, XIII, 500, 1.

3° *Filiæ de quibus speciatim in Scriptura vel Commentariis agitur.* Filiæ Jobi cum fratribus hæreditatem cernunt; suæ ætatis erant pulcherrimæ: sunt typus animæ perfectæ, et tres status repræsentant, *Job*, 795, 2.

Filia Jairi an defuncta sit patre adhuc domi agente, XV, 247, 2 et seq. Cur eam dormire dixerit Christus, 248, 1, 2. Denotat peccatores lapsos ex ignorantia vel infirmitate, 249, 1.

Filiæ quatuor Philippi erant virgines et prophetissæ, XVII, 379, 1. An fuerint moniales, *ibid.*

Puellæ cujusdam Alexandrinæ baptismum petentis angeli fuere sponsores, XIII, 633, 1, 2. Puella quædam Tullensis triennio toto omni cibo abstinuit, XIV, 471, 1.

4° *Vox* Filia *in figurato sensu sumpta. Filiæ carminis* quæ vocentur, VII, 389, 2. Filiæ vocantur urbes metropoli subjectæ, XII, 618, 1; 688, 2. Per filias Jerusalem in *Cantico* quinam intelligantur, VII, 493, 1: *Filiæ pharetræ* dicuntur sagittæ, XII, 386, 1. Filia Sion dicitur Jerusalem, 356, 1. Et quidem civitas inferior Jerusalem, XIV, 279, 1. Filia cur dicatur Sion vel Jerusalem, XI, 110, 1. Filiæ Jerusalem quæ sint, *Psalm.*, I, 316, 1: Filia Babylonis est ipsa Babylon, 568, 1. *Filia latronis*, idem est quod latrociniis dedita, XIV, 165, 1, 2. Quas gentes per eam Propheta intelligat, *ibid.*

FILIATIO DIVINA. Filiatio Dei quanta sit dignitas, XIII, 296, 2; 297, 1, 2: *Et erit in loco ubi dicetur eis: Non populus meus vos; dicetur eis: Filii Dei viventis.* Quomodo hæc fiat, *ibid.* Fit per Spiritum sanctum, qui personaliter datur filiis Dei, *ibid.* In quo hæc sita sit, XVIII, 134, 1: *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater.* Filii Dei fiunt omnes per gratiam, XVI, 24, 2. Et omnes fideles, 305, 1. Quomodo nascantur ex Deo, *ibid.*, 1: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*, XX, 563, 1, 2. Filius Dei est honorificus titulus Christianorum, XIX, 37, 1: *Ut sitis sine querela, et simplices filii Dei.* Filiatio divina quantum sit bonum, XVI, 305, 1: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.* Est donum Dei, *ibid.*: Provenit illa ex Deo. 306, 1. Filiatio Dei bonis operibus stabilienda, XVIII, 136, 1: *Si autem filii, et hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi; si tamen compatimur, ut et conglorificemur.* Filiatio Dei est stimulus ad heroica opera, XX, 563, 2 et seq.: *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei*

nominemur et simus. Nos sumus filii Dei maxime imitatione ejus, XV, 177, 2 : *Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est.* Filiorum Dei tessera sunt justitia et charitas, XX, 572, 1 et seq. : *In hoc manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli : Omnis qui non est justus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum.*

FILIUS DEI (*Vide* Jesus Christus).

FILIUS. I. Variæ vocis FILII significationes in Scriptura.—Unde derivetur vox *Filius*, X, 89, 1. Vox *filii* quid denotet Hebræis cum aliquo addito, XV, 225, 1. Filius cum jungitur genitivo præmii vel pœnæ, apud Hebræos idem est quod dignus ; cum vero genitivo virtutis aut vitii, idem est quod studiosus et discipulus, IX, 113, 1 : *Filii sapientiæ, ecclesia justorum ;* XVI, 256, 2 : *Filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis ;* 597, 2 : *Quos dedisti mihi, custodivi ; et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis ;* XVIII, 601, 2 : *Eramus natura filii iræ.* 632, 1 ; XIX, 149, 2 : *Quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis ;* XX, 461, 1, 2 : *Hi vero.... maledictionis filii.* Filius dilectionis est filius dilectus, XIX, 75, 2 : *Eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suæ.* Filii vocantur ab Hebræis omnes descendentes in linea recta, XV, 53, 2.

II. Quid sit filius respectu patris. — Filius Hebræis dicitur fabrica patris, V, 374, 1 ; XVIII, 632, 2. Filius est peculium et possessio patris, IX, 117, 1 : *Qui timet Dominum, honorat parentes : et quasi dominis serviet his qui se genuerunt.* Filius se habet ad patrem ut radix ad arborem, *Psalm.* I, 346, 3 : *Propterea Deus destruet te in finem : evellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium.* Filii vita ex vita parentis traducitur, VI, 70, 1. Filii a patre moriente quasi lampades vitæ, virtutis, opum et gloriæ accipiunt, V, 500, 2. Filius est parentum portio, VI, 53, 2. Filios ex uxore accipere, Hebræis idem est quod procreare, XIII, 284, 2. Idem filius an possit ex aliis parentibus nasci, IX, 246, 2 et seq. : *Memento quoniam nisi per illos* (patrem et matrem) *natus non fuisses.* Filii inter humanas felicitates primo loco numerandi, *Psalm.* II, 447, 1 : *Quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua.* Filii parentum memoriam perpetuant, XVI, 588, 1, 2. *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus : cum autem pepererit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* Filii multi propagant nomen patris, X, 334, 1, 2 : *Filii, et ædificatio civitatis confirmabit nomen.* Filii sunt corona decus et gloria parentum, V, 349, 1 ; XI, 590, 2 ; *Job*, 401, 2 : *Spoliavit me gloria mea, et abstulit coronam de capite meo.*

III. Filii boni. — Filiorum bonorum gloria cur lucernæ comparetur, X, 91, 1 : Quis sapiens filius Salomoni dicatur, VI, 271, 1 : *Filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus mœstitia est matris suæ.* Filius sapiens est decus et doctrina patris, 374, 1 : *Filius sapiens, doctrina patris.* Imo is sæpe patrem docet, *ibid.*, 2. Patrem afficit lætitia et honore, 527, 2 : *Corona senum, filii filiorum, et gloria filiorum, patres eorum,* V, 199, 1 : *Exultat gaudio pater justi, qui sapientem genuit, lætabitur in eo,* 342, 1 : *Stude sapientiæ, fili mi, et lætifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem.* Habet longam posteritatem, VI. 70, 1, 2. Parentibus est consolationi, voluptati, ornamento, V, 464, 1; VI, 404, 2 et seq. : *Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabit delicias animæ tuæ.* Imo eis longævitatem affert, V, 527, 2 et seq. Filii bene morati decus parentibus afferunt, 143, 2 : *Deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide ;* IX, 675, 2 : *Homo qui jucundatur in filiis, vivens et videns subversionem inimicorum suorum.* Eorumque ductum et consilium sequuntur, V, 143, 2. Pater de talium filiorum bono vel malo gaudet vel dolet, præsertim quia tales superstites relinquit, IX, 675, 2. Filii sancti sunt benedictio patrum, X, 437, 1 : *Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum.* Proborum filiorum præmium est habere patres diu superstites, V, 527, 2. Modum servans in expensis est sapiens, at qui prodigus, confusione se et parentes dolore afficit, VI, 204, 1 : *Cui væ? Cujus patri væ? Cui rixæ? Cui foveæ? Cui sine causa vulnera? Cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis?*

IV. Filii nequam. — Quod sint impii, sæpe provenit a vitiato parentum semine, X 352; 2, *Væ vobis, viri impii, qui dereliquistis legem Domini Altissimi! Et si nati fueritis, in maledictione nascemini : et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.* Filii multi scelesti e bono patre fuerunt oriundi, XVIII, 314, 1. Filii sæpe parentibus degeneres, III, 304, 1 : *Non ambulaverunt filii illius* (Samuelis) *in viis ejus; sed declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, et perverterunt judicium.* Principum filii degeneres, VIII, 492, 2. Filii magnorum virorum plerumque sunt degeneres, X, 95, 1 : *Doce filium tuum, et operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.* Filius improbus dedecus est patris, IX, 457, 1 : *Ne jucunderis in filiis impiis, si multiplicentur : nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis.* Parentes despicit et negligit, *ibid.*, 2. Filius stultus deridet correptionem patris sui, V, 450, 2 : *Stultus irridet disciplinam patris sui.* Filius stultus est mœror parentibus ob indocilitatem, VI, 18, 1 : *Dolor patris, filius stultus.* Item ignominiæ, *ibid.* Filius perversus patrem provocat ad iram, matrem ad dolorem, V, 552, 2 : *Ira patris filius stultus, et dolor matris quæ genuit eum.* Eorum sæpe indignationem incurrit, *ibid.* In causa est ut patri adversa contingant, VI, 18, 1. Imo citam ei affert mortem, V, 528, 1. Filii improbi sæpe matrem mœrore enecant,

V, 271, 2 : *Filius vero stultus est mœstitia matris suæ*. Filii sæpe decoquunt avare a parentibus congesta, 384, 2 : *Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.* Si sequuntur parentum peccata, non erunt impuniti, 330, 2 et seq. Uti culpæ, sic et pœnæ parentum sunt participes, *Job*, 127, 1 : *Longe fient filii ejus a salute, et conterentur in porta, et non erit qui eruat*, 454, 1 : *Deus servabit filiis illius dolorem patris, et cum reddiderit, tunc sciet.* Filii sæpe luunt sua simul et parentum peccata, XV, 495, 2 : *Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum qui Prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Non tamen puniuntur gravius quam propria peccata mereantur, XV, 495, 2 ; XIX, 122, 2. *Qui* (Judæi) *et Dominum occiderunt Jesum, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus eloqui ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua semper.*

V. Filii spurii et adulterini. — Filii alieni dicuntur spurii, XV, 311, 2. Qui filii immundi sint, et qui sancti juxta Apostolum, XVIII, 307, 2. Filii adulterini imperfecti sunt ob duplicem causam, VIII, 349, 1 : *Filii autem adulterorum in inconsummatione erunt.* Apud omnes sunt infames, V, 181, 1 : *Turpitudinem et ignominiam congregat sibi* (adulter), *et opprobrium ejus non delebitur.*. Non sunt plerumque longævi, VIII, 349, 2; IX, 612, 2 : *Hæc* (adultera) *in ecclesiam adducetur, et in filios ejus non respicietur. Non tradent filii ejus radices, et rami ejus non dabunt fructum.* Vel sunt steriles, *ibid.* Vel si diutius vivunt, eo magis sunt inhonorati et dedecorati, VIII, 350, 2 : *Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, et sine honore erit novissima senectus illorum.* Filii adulteri juxta canones non sunt sacris initiandi, VIII, 394, 2.

VI. Quæ sint officia filiorum erga parentes. — 1° *Parentes et avos debito honore prosequantur*, V, 527, 2 et seq. Variis de causis eos honorare debent, IX, 112, 1; 115, 2 et seq.; 116, 2. *Qui honorat patrem suum jucundabitur in filiis*, 117, 1: *Qui timet Dominum honorat parentes.* Quem modum generalem honorandi parentes observare debeant, 117, 2: *In opere et sermone, et omni patientia honora patrem tuum.* Sub honore a filiis parentibus debito quatuor comprehendit Scriptura, XVIII, 669, 1: *Honora patrem tuum, et matrem tuam, quod est mandatum tuum in promissione.* Materni juris filius semper sit memor, VI, 198, 1 : *Audi patrem tuum, qui genuit te, et ne contemnas, cum senuerit mater tua.* Filii patres honorantes præmiantur prole numerosa quæ similiter ipsos honoret, IX, 121, 2: *Fili, suscipe senectam patris tui, et si defecerit sensu, veniam da. Et ne spernas eum in virtute tua.* Filius parentes honorans dignus est longa vita, XVIII, 669, 1. Filius magistratum gerens, privatum patri, non publicum honorem debet, III, 553, 2: *Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem,.... et surrexit rex in occursum ejus, adoravitque eam.*

2° *Filii parentibus obediant, et cur*, IX, 115, 1 : *Judicium patris audite, filii, et sic facite, ut salvi sitis. Deus enim honoravit patrem in filiis, et judicium matris exquirens firmavit in filios.* Filii adsint sacrificiis parentum, *Job*, 567, 1. Serviant parentibus amore filiali, 117, 2. Ne velint iis videri potiores aut sapientiores, 119, 1: *Ne glorieris in contumelia patris tui, non est enim tibi gloria ejus confusio.* Filius patrem semper audire debet, eique auscultare, et quoad potest obedire, VI, 39, 1 : *Non cesses, fili, audire doctrinam, nec ignores sermonem scientiæ.* Filii proprium est erudiri doctrina patris, V, 373, 1, 2 et seq. : *Filius sapiens, doctrina patris.* Filius ad omnem vocem patris fremat, X, 91, 1 : *Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, et super omnem vocem turbabuntur viscera ejus.* Ejus profectus est gaudium patris, VI, 193, 2: *Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum. Et exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.* Matres filii non negligant, IX, 115, 2. Hoc si faciant, expiant peccata, 116, 1: *Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, et sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem suam.* Et obedientes sentient ipsi filios suos, 116, 2. Ii qui parentibus obediunt vita donantur longa, opulentia et sanctitate, V, 33, 1 : *Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo.*

3° *Filii parentes amare debent.* Quid patri debeat filius, IX, 118, 1. Parentibus omnia debet, VI, 448, 1. Hinc si eos non amet et despiciat, meretur in crucem agi, *ibid.* : *Oculum qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquilæ.* Filii pro patre mori volentis exemplum, X, 89, 1.

4° *Curam filii habeant parentum*, XVI, 616, 2 : *Cum vidisset ergo Jesus matrem, et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ : Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo : Ecce mater tua.* Quid parentibus præstare debeant, IX, 119, 1. Filii sunt baculum senectutis parentum, IV, 301 : *Heu, heu me, fili mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ.* Filius religionem ingredi non potest in gravi eorum necessitate, XV, 351, 1: *Deus dixit : Honora patrem tuum et matrem,...... Vos autem dicitis : Quicumque dixerit patri vel matri : Munus quodcumque est ex me, tibi proderit. Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam.* Lege naturæ eos alere tenetur, *ibid.* Filius non inhiet opibus patris ante ejus mortem, VI, 72, 2 : *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.* Si paterna bona suffuretur, an sit socius homicidæ, et quatenus ad restitutionem te-

neatur, VI, 385, 1: *Qui subtrahit aliquid a patre suo et a matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.* Filiorum ingratitudo suggillatur, IX, 122, 2: *Quam malæ famæ est qui derelinquit patrem; et est maledictus a Deo, qui exasperat matrem.* Filius qui sua protervia patrem affligit, et matrem domo fugere cogit, ignominiosus plane est, VI, 38, 1: *Qui affligit patrem, et fugat matrem, ignominiosus est et infelix.* Est naturæ hostis, et honestatis inimicus, 38, 2. Regno et dominatu exuetur, 71, 1: *Qui maledicit patri suo et matri, exlinguetur lucerna ejus in mediis tenebris.* Immorigeros habebit filios, 449, 1.

VII. Parentum erga filios munera.—1° *Filiorum vitia aut virtutes parentibus imputantur.* Filiorum decus aut dedecus redundat in parentes, IV, 300, 1. Filiorum virtus aut vitium in parentes proxime redundat, V, 271, 1. Vanum est in filiis gloriari, III, 498, 1. Filius et pater quasi una persona sunt, X, 90, 1. Actiones filiorum tribuuntur parentibus, V, 527, 2 et seq. Eorum probitas vel improbitas pendet a parentibus, X, 351 1: *Filii abominationum sunt filii peccatorum, et qui conversantur secus domos impiorum.* Filii bonorum parentum Deo sunt curæ, VII, 52, 2. Filii impiorum cito moriuntur, *Job*, 349, 2: *Non ditabitur* (impius), *nec perseverabit substantia ejus, nec mittet in terra radicem suam: ramos ejus arefaciet flamma.* Filii plerumque patrissant, *Job*, 126, 2. Parentes ut plurimum imitantur, IX, 360, 1: *In filiis suis agnoscitur vir.* Sequuntur mores parentum, VIII, 341, 2 et seq.: *Mulieres eorum insensalæ sunt, et nequissimi filii eorum.* Magis matrem quam patrem imitantur, V, 271, 1. Iis sæpe Deus maledicit propter impios parentes, X, 352, 2; 353, 1. Sæpe etiam ob parentum integritatem honorantur, et ab aliis benedicuntur, VI, 53, 1: *Justus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.* Filii quomodo in parentibus sanctificare dicuntur, XVIII, 192, 2: *Quod si delibatio sancta est, et massa; et si radix sancta, et rami.* Filii castorum parentum felix sortiuntur conjugium, V, 144, 2.

2° *Filiorum magna cura habenda*, Job, 18, 1, 2. *Primo.* Sunt bene instituendi et docendi, X, 94, 1: *Doce filium tuum, et operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.* Filius dives, non bene institutus, nescit opibus uti, VI, 368, 1: *Qui custodit legem, filius sapiens est; qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum.* Filios male educatos præstat esse pauperes quam divites, XIX, 207, 2. De filii institutione non est desperandum, esto sit hebes, VI, 27, 2: *Erudi filium, ne desperes; ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam.* Filius indulgenter habitus, postea parentibus timorem incutit, X, 93, 1: *Lacta filium tuum, et paventem te faciet; lude cum eo, et contristabit te.* Filiis non nimis credendum, 95, 2. Iis non est danda possessio ante mortem, sed in morte, 180, 1, 2: *Filio et mulieri, fratri et amico non des potestatem super te in vita tua; et non dederis alii possessionem tuam; ne forte pæniteat te, et depreceris pro illis;* 184, 2: *In die consummationis dierum vitæ tuæ, et in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam.*

Secundo. Filii sunt castigandi, nec libertas iis indulgenda, X, 366, 2. A paterna castigatione et educatione pendet filiorum salus, VI, 193, 1: *Noli subtrahere a puero disciplinam; si enim percusseris eum virga, non morietur; tu virga percuties eum, et animam ejus de inferno liberabis.* Si a patre non castigatur filius, fit segnis et rebellis, V, 399, 1: *Qui parcit virgæ, odit filium suum; qui autem diligit illum, instanter erudit.* Dum a patre castigatur, beneficium accipit, VI, 333, 1: *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.* Quomodo castigandus filius improbus, IX, 458, 1: *Ne jucunderis in filiis impiis, si multiplicentur; nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis. Melior est enim unus timens Deum quam mille filii impii, et utile est mori sine filiis, quam relinquere filios impios.* Non est nimis aspere tractandus, XVIII, 670, 2: *Patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione Domini.* Castigandus est moderate, VI, 28, 1, 2 et seq. Nec est contumelia ad indignationem provocandus, *ibid.* Nec est lædendus, nec mutilandus, *ibid.* Nec interficiendus, *ibid.* Id qui facit seipsum plectet, 29, 1: *Qui impatiens est, sustinebit damnum; et cum rapuerit, aliud apponet* (*Vide* Parentes, Pater, Puer).

VIII. Filii de quibus speciatim agitur in Scriptura vel Commentariis. — Filii Jacob dyscoli, et Jobi unanimes, *Job*, 13, 2; 14, 1. Quo pacto Judæi filios abjecerint quos ex alienigenis uxoribus suscepissent, IV, 227, 2. Filii Agar negotiatores erant, ac fallendi peritissimi, XII, 442, 1. Filii Osee cur vocentur filii fornicationum. XIII, 282, 1; 284, 2. Eos non adscivit ab alio procreatos, sed ex legitimo cum fornicaria matrimonio ipse procreavit, *ibid.* Filius meretricis quis in Osee dicatur, 284, 2.

Filii prodigi parabola exponitur, XVI, 206, 1. Filii duo, prodigus, et alter frugi murmurans, quos denotent, *ibid.*, 209, 1. Filio prodigo in gratiam recepto cur detur annulus, XIV, 348, 1.

Filii Christiani a Turcis olim empti Mamluchi vocabantur, XVIII, 297, 1.

Filii supplices parentum pedibus provolvebantur, I, 470, 1. Filii primogeniti apud veteres erant sacerdotes et pontifices, XIX, 394, 1; 412, 2.

IX. Filius in figurato sensu sumptus. Filii provinciæ qui dicantur, IV, 354, 1, 2. Filii Titan qui, et quid Scriptura sacra per eos intelligat, *ibid.*; XIII, 244, 2. Qui dicantur filii mutationis vel transitus, VI, 487, 2. Filii maris qui dicantur, XIII, 437, 2. Filii Orientis in Scriptura quos denotent, XI, 270, 2; XII, 313, 2; XV, 71, 2. Filii olei duo

sunt, Jesus et Zorobabel, XIV, 410, 2 et seq. Qui filii prophetarum et quodnam eorum officium, XIII, 231, 2; XIV, 514, 1; XVIII, 353, 1; 387, 1. Filius hominis cur vocetur Ezechiel, XII, 514, 1, 2.

Filii promissionis qui dicantur, IV, 209, 1. Filii promissionis sunt hæredes fidei Abraham et Jacob, XVIII, 159, 2: *Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii*. Hi præfigurati in Jacob, sunt Christiani; filii carnis Judæi quorum typus Esaü, 161, 2. Filii inclyti Sion qui dicantur, XII, 408, 1: *Filii Sion inclyti et amicti auro primo; quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?* Filii Sion sunt omnes filii Ecclesiæ Christi, fideles et Christiani, XIII, 508, 1, 2. Filii regni dicuntur Israelitæ, XV, 225, 1: *Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores*. Qui filii sponsi dicantur, 245, 1: *Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus?* Filii timoris Dei sunt filii summe timentes Deum, V, 431, 2: *In timore Domini fiducia fortitudinis, et filiis ejus erit spes*. Filii viri qui dicantur, XII, 51, 2: *Circuite vias Jerusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium*. Filii Sadoc sunt fideles justi mystice, 802, 2: *Isti sunt filii Sadoc, qui accedunt de filiis Levi ad Dominum, ut ministrent ei*. Filii sapientiæ qui dicantur ab *Ecclesiastico*, IX, 113, 2; 114, 1: *Filii sapientiæ, Ecclesia justorum, et natio illorum obedientia et dilectio*. Filii matris meæ in *Cantico* quinam dicantur, VII, 499, 1: *Filii matris meæ pugnaverunt contra me*. Filius masculus quem draco vorare parabat, quos denotet, XXI, 243, 2: *Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium ejus devoraret. Et peperit filium masculum*. Filii spirituales sunt gaudium et decus suis patribus, X, 90, 2. Filii spirituales Christi perpetuo duraturi, XI, 637, 2: *Si posuerit pro peccato suo animam suam, videbit semen longævum*.

Qui filii obedientiæ, diffidentiæ, superbiæ, XIII, 285, 1. Quinam filii diffidentiæ, XVIII, 601, 1: *Spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ*. Quomodo filii iræ natura simus et olim fuerimus, 601, 2: *Et eramus natura filii iræ*.

FIMBRIA. Fimbriæ Judæorum quæ et quales, quas et ipse Christus gestavit, II, 272, 1, 2; XV, 684, 2. Cujus essent coloris, IX, 215, 1. Erant violaceæ, et quales, II, 272, 2. Pharisæorum longiores erant in veste, XIX, 43, 1, 2. Earum usus est adhuc hodie apud Judæos, II, 272, 2. Addebant eis aliqui acutas spinas, *ibid*. Extimæ vestium Judæorum quid denotarent, IX, 215, 1. Dei in solio sedentis quales fuerint, et quid significent, XI, 168, 1. Fimbriæ Christi tactu ægri sanabantur, XV, 348, 2.

FINIS. 1° *Finis sumptus pro limite*. De finibus agrorum sæpe populi certarunt, VI, 170, 2 et seq. Fines fidelium et sanctorum latiores et meliores quam impiorum sunt, XIII, 596, 1, 2.

2° *Finis sumptus pro cessatione*. Finis quomodo pereat, juxta Jeremiam, XII, 388, 2. Finis orationis cur melior sit principio, VII, 250, 1. Finis nullus scribendi libros ad quid dicat hoc Salomon, 408, 2. Finis pedalis præcisionis quid sit, XII, 327, 2. Fines sæculorum qui dicantur, XVIII, 343, 1. Finis vitæ a Deo attenditur, *Job*, 716, 1. Finis impiorum perditio, 277, 1. Finis mundi quando futurus sit, XV, 517, 2 et seq. Finis instat mundi, et quo sensu, XX, 549, 1, 2 et seq.

3° *Finis sumptus pro scopo ad quem tenditur, et etiam pro perfectione, consummatione*. Finis est principium agibilium, IX, 257, 1: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis*. Finis in omni re spectandus est, V, 411, 1: *Sapientia callidi est intelligere viam suam*. Fines miseriæ humanæ quod sit, VII, 151, 1, 2. Finis libri *Ecclesiastici* quis sit, 5, 1.

Finis legis est Christus, X, 233, 1: *Festina tempus et memento finis ut enarrent mirabilia tua*; XVIII, 176, 1: *Finis enim legis est Christus, ad justitiam omni credenti*. Item totius universi, 403, 2. Finis legis triplex respectu triplicium hominum, 104, 2 et seq.: *Lex autem subintravit ut abundaret delictum*. Finis mortis et mediationis Christi, XIX, 442, 1: *Ideo Novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum quæ erant sub priori Testamento repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis*. Finis Evangelii est charitas, 179, 2: *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta*. Finis consummationis diversimode a Patribus intelligitur, *Psalm*. II, 323, 2: *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis*.

Firmamentum varie accipitur, *Psalm*. I, 469, 2. Firmamenti cœlestis distantia a terra, I, 60, 2 et seq. Ejus concava et convexa superficies quantum distet a terra, V, 468, 1; IX, 54, 1. Octo milliarium milliaribus distat a terra, XII, 443, 2. Ejus spissitudo, octoginta millionum est, *ibid*. An sit igneæ naturæ, 393, 1. Firmamenti cœlestis volubilis celeritas, XIII, 193, 2. Est decus cœli, X, 385, 1. Unde dicatur exultatio totius mundi, *ibid*., 2. Est typus Ecclesiæ et cœli empyrei, 386, 2. Firmamentum super capita quatuor animalium instar crystalli quid sit, XII, 493, 1. Id quid significet, 511, 1.

FISCUS. Fiscus sicut lien est, II, 461, 2. Fiscus rapit quod non accipit Christus, VI, 161, 1.

FLACCIANI. Flaccianorum impia dogmata, XX, 451, 1.

FLACITHEUS. Flacitheus Rugorum rex secutus sanum consilium S. Severini, insidias hostium evasit, XII, 287, 2.

FLAGELLA, FLAGELLATIO. Flagellabantur olim in rota torti, VI, 81, 1. Flagellatio apud Romanos fuit vile servorum supplicium, XV, 606, 1. Flagellatio per angelos Heliodoro deposita e templo

Flumina sæpe denotant provincias adjacentes, XI, 215, 2. Flumen exundans dicuntur copiæ hostiles, XII, 107, 1.

2° Fluminum origo est mare, VII, 50, 2. Flumina ex mari orta eodem redeunt, VI, 92, 1; X, 330, 1. Flumina pleraque oriuntur vel valde increscunt nive liquata, 407, 1, 2. Qua ratione redeant ad suas origines, VII, 49, 1, 2. Plus reddunt mari quam homines Deo, 55, 2. Flumina sunt supplementum pluviarum, *Job*, 136, 1. Flumina sunt quasi plateæ terrarum, V, 232, 2. Flumina sunt terræ oculi et lux, IX, 660, 1. Fluviorum ductilium commoditas, XIV, 534, 2. Fluvios adorarunt Gentiles, XI, 526, 2. Flumina quomodo metaphorice dicantur confundi, XIV, 82, 1. Quomodo findi et dividi dicantur, V, 93, 1.

3° Flumina quatuor quæ ex paradiso fluxerunt, qualia fuerint, I, 82, 2 et seq. Cur flumina sacra sint Euphrates, Tigris, Phison, Geon, IX, 632, 2. Quatuor paradisi fluvii denotant quatuor virtutes cardinales, V, 91, 1. Fluvius turbidus cur vocetur Nilus, XIII, 606, 2. Flumina ab exercitu Xerxis fuere siccata, IV, 354, 1.

4° Flumen est symbolum verborum sapientis, X, 563, 2 et seq. Fluminis et sapientiæ analogiæ, IX, 661, 2. Flumen aquæ vivæ quid sit, XI, 444, 2. Flumina aquæ vivæ quæ dicantur, XVI, 426, 2. Quando ea fluere in fideles cœperint, 428, 1. Flumina gratiæ per Christum ubique fluxerunt, XI, 420, 2. Fluvii impetus omnia sternens dici potest efficacia prædicationis Christi et apostolorum, 697, 1, 2. Fluvius aquæ vitæ est visio beatifica, XII, 853, 2. Fluvius cœlestis quis sit, XI, 444, 2; XXI, 405, 1. Fluvius cœlestis civitatis describitur, 404, 2. Est instar solis pellucidus, 406, 1. Fluvius igneus ex ore Dei egrediens, est sententia summi judicis efficacissima et celerrima, XIII, 92, 2; 93, 1. Angelis accommodatur, *ibid*. Flumina Babylonis bona sunt temporalia, *Psalm*. II, 404, 1.

FLUXUS. Fluxus maris cessavit in solstitio Josuano, III, 63, 2. Fluxus mortis quis dicatur, X, 555, 2. Fluxus rerum humanarum et mundanarum, 556, 1.

FŒCUNDITAS. Fœcunditas in Deo immensa et fœcundissima, XI, 761, 1. Fœcunditas est donum Dei et fructus timentium Deum, *Job*, 10, 1. Fœcunditas spiritualis uberrima, 443, 1.

FŒDUS. 1° Vox *Fœdus* unde dicta sit, XX, 469, 2; XVIII, 366, 1. Fœdera cur dicantur percuti, XII, 760, 2. Quomodo sanciri solita apud Romanos, quomodo apud Hebræos, I, 627, 2. Fœdera sanxerunt veteres cæsione et divisione victimarum, I, 203, 2 et seq.; 627, 2. Et transibant per cæsas victimas, 206, 1. Olim Romani fœdera sanciebant mutuum sanguinem potando, XVII, 303, 1. Apud veteres sanguine feriebatur fœdus, XVIII, 366, 1. Fœdus a Juda Machabæo cum Romanis initum an causa subactionis Judææ, IV, 452, 2. Fuit prudenter initum, 458, 1. Fœdus iniit Jonathas cum Bacchide, 461, 2. Fœdus inire cum idololatris quando licitum, quando non, 452, 1, 2. Fœdera cum impiis toti regno perniciosa, III, 671, 1; 672, 2; 674, 1. Fœdus cum morte qui percutiant moraliter, XI, 396, 2.

2° Fœdus Dei cum Abraham, XVIII, 366, 1. Hujus signum fuit circumcisio, 83, 1. Fœdus duplex Dei cum Noe et Abraham, an repræsentetur per duas virgas Zachariæ, XIV, 487, 2. Fœdus novum Dei quod sit, 698, 1, 2. Fœdus quod Messias cum gentibus initurus prædicitur, spirituale erit, et ad ejus redemptionem gentes spectant, XII, 221, 1. Fœdus aliquando voce *testamentum* exprimitur, XVIII, 366, 2. Fœdus novum Christus suo sanguine sanxit, *ibid*. Fœdus sempiternum vocatur lex Dei, XI, 356, 1, 2.

FŒNERARI, FŒNUS. 1° Fœnus cur hebraice vocetur ab *elevando*, VI, 145, 2. Fœnerari in Scriptura aliquando significat mutuare simpliciter et sine fœnore, IX, 270, 2 : *Noli fœnerari fortiori te; quod si fœneraveris, quasi perditum habe*; 552, 1 : *Hodie fœneratur quis, et cras expetit : odibilis est homo hujusmodi*. Fœnerari tam est mutuare quam dare ad usuram, VI, 24, 1 : *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis*; 144. 2 : *Qui accipit mutuum servus est fœnerantis*. Fœnerator etiam vocari potest mutuator, sive creditor, XVI, 125, 2 : *Duo debitores erant cuidam fœneratori*. Fœnora cur dicantur fasciculi, XI, 678, 1 : *Solve fasciculos deprimentes, et omne onus disrumpe*. Fœnus dabatur apud Hebræos ad calendas, XIII, 625. 1.

2° Fœnerari tam pauperi quam diviti prohibetur in Scriptura, II, 483, 1, 2 : *Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno*. Fœnerari est quasi occidere, 482, 2 et seq. Fœneratoris insatiabilitas, VI, 144, 2. Fœneratarius fit servus fœnerantis, 145, 1. Fœnus Hebræi vocant vulnus et morsum, XIII, 633, 2. Est animæ funus, 449, 2. Fœnus liberale quod vocetur, VI, 368, 2 : *Qui coacervat divitias usuris et fœnore, liberali in pauperes congregat eas* (*Vide* Usura).

FŒNICULUM. Fœniculum oculorum aciem acuit, V, 450, 2.

FŒNUM. 1° Fœnum dicitur a *fœnore*, XX, 47, 1. Fœnum aliquando capitur in Scriptura pro *frumento spicato*, et *manipulis tritici*, XIV, 102, 2. Fœnum a Deo venuste vestitur, quanto is magis vestiet homines? XV, 201, 2. Fœnum montanum præstat eo quod ex vallibus colligitur, VI, 357, 2. Fœnum *cordum* quod sit, XIII, 609, 1.

2° Fœno vita nostra comparatur, IX, 424, 1. Fœnum symbolum mundanæ gloriæ, *Job*, 210, 1. Fœnum est omnis caro, XI, 494, 2; 495, 1, 2.

FŒTOR. Fœtor oritur convivarum arcto sedentium numero, IX, 123, 2. Fœtor Judæorum nativus, baptismo tollitur, XIII, 395, 2. Fœtor in elephantis quam gravis, IV, 442, 2.

FŒTUS. Fœtus sexto mense vitalis est, vegetus

et firmus, XVI, 25, 1. Fœtus in utero materno gestatur decem mensibus, VIII, 418, 2. Fœtus abortivi graciliores sunt; cæci sæpe nascuntur, XVIII, 400, 1.

FOLIUM. 1° Folium unde dicatur, IX, 425, 1, 2. Folia arborum prisci diis adurebant, cur, XII, 564, 1, 2.

2° Folia quid symbolice significent, V, 420, 1. Folia symbolica hominum quæ sint, IX, 190, 2. Foliorum et hominum analogiæ variæ, 425, 1, 2. Folia septem mysticæ vitis, quæ anima est, XIII, 412, 1. Folia arboris virtutum quæ sint, V, 340, 2 et seq. Quæ arboris vitæ, id est Christi in cruce erecti, *ibid.*

FOMES PECCATI. Fomes peccati omnibus inhæret, VI, 57, 1 : *Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato?* Fomitem concupiscentiæ habent omnes qui habent peccatum originale, XVI, 30, 1, 2. Is maxime in rebus venereis cernitur, *ibid.* Fomes peccati, ceu sopitus, occasione legis sibi adversæ excitatus, exarsit in omnigenos pravos motus, XVIII, 120, 1 : *Peccatum occasione accepta, per mandatum seduxit me, et per illud occidit.* Fomes peccati est tinea animæ, *Job*, 117, 2 : *Quanto magis hi qui habitant domus luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea.* Fomes peccati vocatur aliquando mors; hic in resurrectione et gloria cœlesti auferetur, XIII, 465, 1 : *De manu mortis liberabo eos* (*Vide* CONCUPISCENTIA, PECCATUM).

Fomes peccati et concupiscentiæ in Deipara fuit extinctus, dum primo a matre conciperetur, XII, 823, 1, 2: *Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem.... et terra splendebat a majestate ejus*, XVI, 30, 1 (*Vide* MARIA).

FONS. 1° *Fontium natura et proprietates.* Fons dicitur a *fundendo*; idem dicitur vena, V, 563, 2. Fontium proprietates, *ibid.* Fontium et siphonum distinctio, VII, 54, 1. Fontes in terra sunt a Deo librati, et quomodo, V, 235, 1. Fontes quidam quare ex altis montibus erumpunt, 52, 2 et seq. Fontes ordinarie non dant simul dulcem et amaram aquam, XX, 157, 2. Sunt aliqui tales, sed eam dant diverso tempore et loco, 157, 1. Fons vitæ est qui jugiter aquas limpidas effundit, V, 235, 1. Fons quomodo turbetur, VI, 289, 1, 2. Fontes terræ velut ubera sunt, XII, 151, 1. Fons est quasi oculus terræ, IV, 390, 2. Fontis et solis analogiæ, *ibid.* Fontes olim et flumina pro numinibus a gentibus habebantur et adorabantur, XI, 526, 2; XII, 30, 2.

2° *Fontes historici de quibus in Scriptura vel in Commentariis mentio fit.* Fons qui irrigavit universam terram in principio mundi quis fuerit, I, 78, 1. Fons Draconis in urbe Jerusalem cur ita dictus, IV, 234, 1, 2. Fons juxta Bethuliam in quo se lavit Judith adhuc extat, 443, 1. Fons signatus quis, VIII, 73, 1. An fons regius, *ibid.* Fons Hortorum qualis, 81, 2. Item sabbaticus, 82, 1. Fontes plurimos habuit Jerusalem, XIV, 534, 2. Fons Æthiopis quis sit locus, XVII, 205, 2.

3° *Fontes miraculosi.* Fons olei sub nativitatem Christi Romæ scaturiit, e quo per integrum diem continue oleum manavit, VII, 482, 1; XIV, 333, 2; 517, 1. Fons Jesu locus celebris in Ægypto, ad irrigationem horti balsamorum, IX, 644, 1. Ubinam situs, XIV, 541, 2. Fons elicitus in carcere Romano precibus S. Petri ad baptizandum Processum et Martinianum, qui etiamnum superest, XVII, 261, 1, 2. Tres fontes elicuit cervix Pauli recisa et saltans, XVIII, 12, 1. Fontes nonnulli in festo Epiphaniæ in vinum conversi, XV, 110, 1.

4° *Fontes qui ut singulari virtute præditi, plus minusve probabiliter habiti sunt.* Fons quidam in Halesina regione ad modos musicos et tibias intumescit, X, 150, 1. Fons Cupidinis Cysici potantes facit amorem deponere, XIV, 473, 1; 517, 2; XX, 61, 1. Fons Gelopum bibentes enecat, VI, 274, 1. Quis fons solis apud Troglodytas, X, 313, 2.

5° *Fons allegorice et mystice sumptus.* Fontes mystici sunt varii, V, 141, 2. Fons sapientiæ Verbum Dei est et quod, IX, 58, 1. Fons patens domui David quis sit; ostenditur esse Christum incarnatum, XIV, 516, 1, 2. Fons de domo Domini sanctos inebrians, quis sit, XIII, 526, 1. Fons bonorum omnium Deus est, XII, 27, 2. Fons divini eloquii abundantissimus est, IX, 652, 2. Fons est symbolum cordis, V, 563, 2 et seq.

FORAMEN. 1° Foramina varia erant in nervo et equuleo, quare, XII, 58, 2. Foramina auri quæ dicuntur, 707, 2.

2° Foraminis symbola, VIII, 106, 2; 107, 1, 2; 108, 1, 2. Foramen animæ est voluntas, 106, 2. Foramina petræ quinque sunt vulnera Christi, VII, 587, 2. Foramina eadem quatuor Evangelia, 588, 2. Foramina aspidis dicuntur obsessi a diabolo, XI, 262, 2. Foramina peccatoris quæ sint, VI, 197, 1, 2.

FORMA. 1° Vox *Forma* unde derivetur, IX, 282, 1. Formæ mulieres studiosæ sunt, XX, 312, 1, 2: *Similiter et mulieres subditæ sint viris suis.... Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus.* Forma est rete feminarum, 283, 1: *Averte faciem tuam a muliere compta, et ne circumspicias speciem alienam.* Forma allicit ad libidinem, 281, 2 et seq.: *Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius.* Forma corporum est illecebrosa, X, 337, 1 : *Gratiam et speciem desiderabit oculus tuus, et super hæc virides sationes.* Forma muliebris illicium, IX, 687, 2: *Ne respicias in mulieris speciem, et non concupiscas mulierem in specie.* Quam ea sit illecebrosa, V, 172, 2 : *Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiatur nutibus illius.* Quam sit potens et efficax, VI, 529, 1: *Fallax gratia, et vana est pulchritudo.* Ipsa est velut ignis, V, 176, 1 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ar-*

deant? Aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Forma muliebri nemo debet inescari, V, 130, 2: *Ne attendas fallaciæ mulieris.* Forma mulieris viro ex animo est eradenda, 176, 1. Est bonum fugax, et proinde viro spernenda, IX, 330, 1, 2: *Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo.* Formæ mulieris brevitas, VI, 530, 1. Forma moderata in uxore probatur, 687, 1 (*Vide* Mulier, Pulchritudo).

2° Forma Dei est natura Dei, non tantum specimen Dei, XX, 23, 1 : *Hoc sentite in vobis quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset.* Forma deitatis Christi est character, quo signatus est a Patre, XVI, 393, 1 : *Hunc enim Pater signavit Deus.*

3° Forma tribuitur novitate mentis, qua significatur rerum spiritualium permanentia, XVIII, 202, 2 : *Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri.*

4° Forma baptismi, ejusque significatio et vis, XVIII, 662, 2 : *Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ.* Non est deprecatoria, sed consecratoria et sacramentalis, *ibid.* Forma baptismi Græcorum, 252, 1 : *Numquid in nomine Pauli baptizati estis?* Forma consecrationis calicis expenditur, XV, 558, 2 et seq. : *Hic est enim sanguis meus, novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Forma pœnitentiæ virtutis a Patribus antiquis præscripta, XVIII, 467, 1.

FORMATÆ LITTERÆ. Formatæ litteræ quænam dicerentur olim, XIX, 513, 1 ; XX, 642, 1.

FORMICA. 1° Unde formetur vox *Formica*, V, 155, 2. Formicarum natura describitur, 156, 1, 2 ; 460, 1. Temperamento siccæ sunt, carent sanguine, laborant assidue, 156, 2 et seq. Habent oculos, invicem se amant et juvant, 157, 1. Tetros odores fugiunt et oderunt, *ibid.* In senio volant. *ibid.* Et tunc fortificantur et crescunt ; onera multiplici arte reddunt facilia portatu, 158, 1. A vino statim inebriantur, *ibid.* Rectam sequuntur semitam, licet obliquando viam, 158, 2. Tempestatem et serenitatem præsentiunt, 156, 1. Sunt mortis prænuntiæ (quod in dubium revocari licet), 158, 1.

Parant in æstate sibi cibum pro hieme, V, 155, 2. Hieme fruuntur cibo reposito, 158, 2. Frumentum deferunt in suas cellas, 155, 2 et seq. Grana incidunt, arrodunt oculos seminis, grana seligunt meliora, 156. 2. Aurum eruunt in India, 157, 1. Bilis est ipsis laboris stimulus, 158, 2. Earum sapientia in quibus eluceat ; earum ordo, astucia, opera, V, 159, 1 ; VI, 464, 1.

2° Formicarum dotes homini sunt imitandæ, V, 155, 2. Qua in re nobis sunt imitandæ, VI, 461, 2 et seq. Sunt typus agricolarum, 463, 2. Item humilium, 464, 1. Item Christi, 465, 1. Ægyptiis erant symbolum trium illustrium dotum, V, 158, 1.

FORMICALEO. Formicaleo qualis bestia sit, *Job*, 108, 1.

FORMIDO. Formido pro terriculamento, XI, 360, 2 ; XII, 464, 2 (*Vide* Pavor, Timor).

FORMULA. Formula antiqui Testamenti, XIX, 444, 2. Formula stipulationis Dei Christianis, 444, 1. Formula fœderis feriendi apud Romanos, XVIII, 366, 1. Formula vitæ liber S. Bernardo ascriptus, an ejus proprie sit, IX, 36, 1, 2, Formula confessionis, pœnitentiæ et deprecationis, V, 468, 2.

FORNICATIO. 1° *Quid sit fornicatio, et an sit prohibita.* Fornicari dicitur a fornicibus meretricum, V, 68 2 : *Inclinata est ad mortem domus ejus, et ad inferos semitæ ipsius.* Ejus actus idem cum actu conjugii, XVIII, 299, 1. Fornicarius Corinthius fuit potens et dux factionis inter cives ; an habuerit patris vivi uxorem, XIX, 285, 2 et seq.

Fornicatio simplex, id est soluti cum soluta, est jure naturæ et divino vetita, II, 419, 1. Licitam eam putabant ethnici, sed revera illicita est, XIX, 503, 2 : *Ne quis fornicator, aut profanus, ut Esaü ;* 515, 1 : *Honorabile connubium in omnibus, et thorus immaculatus ; fornicatores enim et adulteros judicabit Deus.* Ab initio mundi vetita fuit ; est contra legem naturæ, quæ mala secum includat, ejus punitio, XVIII, 293, 1, 2 : *Neque fornicarii, neque adulteri, etc, regnum Dei possidebunt.* Dispensare an possit Deus ut fornicatio sit licita, et in quibus præceptis dispensare possit, XIII, 281, 1, 2. In Novo Testamento est prohibita, sicut in Veteri fuit, jure naturali et divino, 281, 1 : *Vade, sume tibi uxorem fornicationum.* Fornicari Osee a Deo non jubetur, 280, 2 : 284, 2. Ejus interna concupiscentia etiam lege veteri vetita fuit, V, 172, 2 : *Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius.* Cur nominatim vetita ab Apostolis gentibus ad Christum conversis, IV, 285, 1, 2 : *Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, et præter uxorem tuam, nunquam patiaris crimen scire te.*

2° *Fornicatio quam criminosa et probrosa.* Omnis fornicatio, etiam simplex, peccatum mortale est, XVII, 302, 1, 2 : *Propter quod ego judico..... scribere ad eos ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum, et fornicatione.* Fornicator cur in corpus suum peccat, XVIII, 296, 2 : *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est ; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Is violat templum Spiritus sancti, 297, 1 : *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri ?* Fornicator veram retinens fidem membrum est Christi et Ecclesiæ, 294, 2 : *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.* Quomodo unum cum meretrice corpus efficiatur, *ibid.* : *Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. Erunt enim, inquit, duo in carne*

una. Fornicationis turpitudo et ignominia, V, 181, 2 : *Turpitudinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium ejus non delebitur.* Fornicaria stercori comparatur, IX, 284, 2 : *Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus conculcabitur* (*Vide* MERETRIX). Fornicatio est res probrosa et erubescenda, maxime apud parentes, X, 358, 1 : *Erubescite a patre et a matre de fornicatione.* Ab ea sex argumentis dehortatur Apostolus, XVIII, 297, 2.

3° *Fornicationis damna et punitio.* Fornicationis damna, IX, 282, 2 : *Ne des fornicariis animam tuam in ullo; ne perdas te et hæreditatem tuam.* Ejus sex damna, V, 133, 1, 2 : *Novissima autem illius amara quasi absinthium, et acuta quasi gladius biceps.* Reddit hominem effrontem et impudentem, 526, 2 : *Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientem et arguent sensatos; et qui se jungit fornicariis erit nequam.* Suadet multa alia scelera, *ibid.* Ejus alia damna, 528, 1, 2. Fornicarii sensim putrescunt, *ibid : Putredo et vermes hæreditabunt illum, et extolletur in exemplum majus, et tolletur de numero anima ejus.* Eorum congrua pœna est fœtor et dolor, *ibid.* (*Vide* LUXURIOSI). Fornicarii non satiantur libidine, 605, 2 : *Homo nequam in ore carnis suæ, non desinet donec incendat ignem.* Sunt velut effrenes, 606, 1 : *Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens usque ad finem.* Frequentata fornicatio pellicit ad continuum concubinatum, XIV, 132, 1. Fornicatio Israelitarum cum filiabus Moab et Madianitibus quam continua fuerit, XIV, 131, 2. Fornicatio tum corporalis tum spiritualis (id est infidelitas et idololatria) hominem facit vecordem, et cur, XIII, 341, 1 : *Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor.*

Fornicatio juvenum punitur per uxores molestas, III, 481, 2 : *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua.* Ejus congrua pœna est ἀτεκνία, XIII, 407, 2 : *Da eis, Domine. Quid dabis eis ? Da eis vulvam sine liberis, et ubera arentia.* Fornicatio est causa separationis uxoris a marito, XV, 167, 1 : *Omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari.* Non tamen fornicatio spiritualis, id est peccatum, 167, 2.

Fornicatores unde ægre resipiscant, V, 268, 2 : *Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior. Et ignoravit quod ibi sint gigantes, et in profundis inferni convivæ ejus.* Fornicator quomodo in peccato moriatur, V, 151, 1, 2 : *Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, et in multitudine stultitiæ suæ decipietur.* Ob eam plerique damnantur, IX, 284, 2 : *Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt.*

Fornicationi quæ esset in primitiva Ecclesia pœnitentia præscripta, V, 180, 2 et seq.

4° *Media ad fornicationem vincendam.* Fornicationis spiritum et tentationes quomodo quidam monachi superarint, II, 246, 2. Fornicatio ex otio facile nascitur, X, 9, 2. Fornicationis tentatio laboribus vincenda, III, 375, 2, Ipsa laqueus est quem dæmon omni hominum generi tendit, V, 172, 1, 2 : *Mandatum lucerna est, et lex lux, et via vitæ increpatio disciplinæ. Et custodiant te a muliere mala, et a blanda lingua extraneæ.* Fornicationis tentationes per cordis custodiam excludantur, V, 1 : *Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Ejus remedium unicum est fuga, 155, 2 : *Eruere quasi damula de manu, et quasi avis de manu aucupis.* Considerandum quod ipsa sit brevis, 175, 1 : *Pretium enim scorti vix est unius panis; mulier autem viri pretiosam animam capit.* Fornicarii cujusdam mira conversio, XI, 113, 1, 2. Fornicarium quemdam S. Bernardus ad bonam frugem quomodo perduxerit, XII, 118, 1.

5. *Fornicatio spiritualis quid ?* Fornicatio apud Prophetas significat idololatriam, XIII, 280, 2; 283, 1 ; 287, 1 ; 306, 1 ; 417, 2 ; XIV, 188, 1. Fornicatio mystica est idololatria vel hæresis, XVI, 448, 1 ; XXI, 58, 1. Fornicaria Osee uxor notat Judæorum idololatriam, XVIII, 101, 2.

FORTIS, FORTITUDO. I° FORTITUDO UT VIRTUS MORALIS.—1° *Fortitudinis definitio et natura.* Ejus definitio, XVIII, 380, 2. Quæ sint partes integræ fortitudinis, VIII, 471, 1 : *Et si justitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes ; sobrietatem enim et prudentiam docet, et justitiam, et virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus.* Fortitudo vera consistit in sapientia, XIX, 73, 2 et seq. : *Ambuletis digne Deo per omnia placentes :..... in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia et longanimitate cum gaudio.* An sit major virtus patientia, V, 514, 2 : *Melior est patiens viro forti.* Fortitudo consistit etiam in sapienti consilio, directione, arte, VI, 218, 2 : *Vir sapiens, fortis est; et vir doctus, robustus et validus.* Propria est sapientiæ, V, 211, 1, 2 : *Meum est consilium, et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.* Alia in agendo, alia in sustinendo sita est, 515, 1. Fortitudo aliquando pro clementia capitur, XI, 388, 2 : *Quis dabit me spinam et veprem ? In prælio gradiar super eam, succendam eam pariter ? An potius tenebit fortitudinem meam ?* Fortitudo ad liberalitatem requiritur, X, 71, 1 : *Verumtamen super humilem animo fortior esto, et pro eleemosyna non trahas illum.* Fortitudo et opus quid, XI, 119, 2 : *Et erit fortitudo vestra ut favilla stuppæ, et opus vestrum quasi scintilla.* Fortes justitiæ qui sint, 719, 1 : *Et vocabuntur in ea fortes justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.* Fortitudo gentium ad Ecclesiam ventura quæ sit, 702, 2 : *Tunc videbis et afflues quando..... fortitudo gentium venerit tibi.*

2° *Fortitudinis causa, characteres et efficacia.* Fortitudo nostra Deus est, et quid hæc ejus fortitudo in nobis faciat, XIV, 266, 2 : *Deus Dominus fortitudo mea : et ponet pedes meos quasi cervorum,*

Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem. Fortis Deus, fortium proprie Deus est, X, 206, 6 : *Dominus solus sustinentibus se in via veritatis et justitiæ.* Fortitudo justi fundatur in fide, *Job*, 743, 2 : Fortitudo Ecclesiæ ac animæ piæ oritur ex ejus pulchritudine, VIII, 146, 2 : *Pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.*

Fortitudo enitet sui victoria, *Job*, 744, 1. Fortes probantur adversis, IX, 92, 1 : *Fili, accedens ad servitutem Dei... præpara animam tuam ad tentationem*; 98, 2 : *In igne probatur aurum et argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis*; 208, 1 : *Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, et non demorabuntur projicere illam.* Fortitudo manet perfecta et constans in adversis et prosperis, VI, 219, 2 et seq. Crescit laboribus et piis exercitiis, 225, 1 ; 226, 1 : *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Fortes adversis roborantur, et evadunt fortiores, X, 177, 1. Fortitudo sanctorum adversitatibus crescit, XI, 365, 2 : *Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te.*

Fortitudine animi omnes dæmonis tentationes vincuntur, XV, 124, 2 et seq. Fortes fortuna adjuvat, XXI, 371, 1 : *Qui vicerit, possidebit hæc.* Fortitudo christiana quanta sit, XI, 273, 1 : *Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi.* Fortitudo passiva fratrum Machabæorum et Eleazari, IV, 526, 1, 2 et seq.; 524, 1, 2. Fortitudo invicta Christi et S. Petri, XIII, 614, 1. Fortium laus et gloria apud homines, V, 515, 1.

3° *Quibus præsertim competat fortitudo.* Fortitudo prima dos est prophetæ, XIV, 92, 1 : *Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, judicio et virtute.* Fortitudo prælatorum virtus, VIII, 9, 1, 2 : *In lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.* Fortitudinis virtus deest peccatori, III, 435, 2. Tentatus a Deo eam petat, *ibid.* Fortitudo et prudentia omnibus necessariæ, 588, 2 ; 589, 1. Fortitudine cœlum expugnandum, 528, 1.

4° *Fortitudinis symbola.* Fortitudinis symbolum est cingulum, XII, 112, 2 ; XVIII, 677, 1, 2 : *State succincti lumbos vestros in veritate*, XX, 258, 1 : *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam quæ offertur vobis gratiam.* Fortitudinis symbolum est armus, II, 46, 1.

II. Fortitudo bellica. 1° Fortitudo bellica gratis data, III, 126, 2 : *Qui* (Deus) *confortavit adversus eos Eglon, regem Moab.* Fortitudo est una ex præcipuis dotibus ducis, IV, 391, 2. Fortitudo militum consistit in innocentia et justitia, 554, 1 : *Fortissimus Judas hortabatur populum conservare se sine peccato.* Cum fortitudine bellica, timor Dei, cultus et pietas conjungenda, 432, 2 : *Dixit autem Judas et fratres ejus : Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta.* In fortitudine non est homini gloriandum, XII, 85, 2 : *Non glorietur fortis in fortitudine sua.*

2° Fortium ducum exempla, I, 394, 2 et seq. Fortitudo Judæi Machabæi, IV, 455, 2; 456, 1. Eam imitati sunt primi gentilium duces, 456, 2. Fortitudo angelorum et Machabæorum, significatur per brachia ænea angeli Danieli apparentis, XIII, 140, 1. Fortes David quinam et quales essent, et eorum domus et palæstra ubi esset, XIV, 507, 1, 2.

FORTUITA. Fortuitum nihil est respectu Dei, IX, 299, 1 : *In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum.* Fortuita etiam a Deo reguntur, V, 518, 2 et seq.: *Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.* In fortuitis Dei subsidium implorandum, 519, 1, 2.

FORTUNA. 1° Fortunam veteres ut deam invocabant, V, 518, 2; VII, 324, 1; XI, 751, 1. Ei mensa et convivium a gentibus instruebatur, XI, 750, 1. Dicitur dæmon, 751, 1. Fortunæ Germanis quis deus, 748, 2. Cur eam veteres coluerint, *ibid.* et 749, 1. Quæ ejus forma, *ibid.*, 2. Rotæ insistens, *ibid.* Item sine pedibus, vitrea, alata, equo velocissimo insidens, *ibid.* Cornu copiæ ei additur, *ibid.* Pingitur aurea, 750, 1. Eam mire coluit Servius Tullius, et cur, 750, 1 ; XIII, 155, 2. Fortunam viscatam coluere Romani, XIII, 155, 2. In imperatorum cubiculis olim servabatur, *ibid.*

2° Fortuna nihil est Deo dirigente omnia, V, 518, 2. Non est causa felicitatis vel infelicitatis, VI, 77, 1. Providentiæ opponitur, VII, 203, 2 et seq. Ostendit Dei providentiam, 321, 2. Fortuna cæca, insana, et inconstans, *Job*, 126, 1; 625, 2. Ejus rota est instabilis, VI, 82, 1. Fortunæ rotatio dat spem oppressis, XX, 147, 2. Qui fortunam suam impendio exaltare vult, accersit sibi ruinam, V, 541, 1. Fortuna impiorum cito convertitur, 352, 2. Fortuna contraria utilior prospera, III, 613, 1 (*Vide* Dei Providentia, Sors).

FORTUNATUS (S.). Per aquam benedictam patravit miracula, II, 294, 1.

FORUM. Forum dictum a *fando*, VI, 310, 2. Forum statui solet in media civitate, cur, IV, 375, 1. Subinde est furum, VII, 609, 1. Forum venalitium est locus impostorum, X, 20, 1. Plures urbes dictæ sunt *Forum*, XVII, 442, 2. Forum Appii urbs unde dicta, ejus descriptio, *ibid.* In foro concionantur zelosi concionatores, XVII, 319, 1.

In foro sponsus seu Christus non invenitur, VII, 608, 1.

FOSSA. Fossa erat circum altare ad excipiendum defluentem sanguinem victimarum, XII, 825, 1, 2. Ejus descriptio et modus, *ibid.*

Fossæ sunt plerumque habitacula meretricum, VI, 201, 1. Fossa profunda per catachresin denotat perniciem extremam in quam incidit meretricum sectator, 157, 1.

FRACTIO PANIS. Fractio panis significat in Scriptura quodvis convivium, in Novo Testamento

pore sublevatus a terra, nubecula fulgente circumdatus, VIII, 144, 1. Assidue cœlum spectabat, XVII, 62, 1. Perpetuo ad cœlum aspirabat, X, 422, 1.

8° *Ejus amor erga Deum et Christum.* Ejus charitas erga Deum, XX, 601, 1. Erat amore Dei ebrius; canticum amoris ejus, V, 241, 1, 2. Ex vehementia amoris crebras patiebatur extases, XXI, 282, 1. Omnes amore Dei incendebat, X, 504, 1. Per Seraphim calculo amoris Dei accensus fuit, XI, 179, 1. Quomodo erga nomen Jesu et Domini afficeretur, 376, 1. Nonnisi cum suavitate nomen Jesu pronuntiabat, X, 524, 1. Mira devotione cum parvulo de Bethleem in typica sua Bethleem est dissuaviatus, XIV, 115, 2; XVI, 59, 2. Erga sacram synaxim valde flagrabat, XVII, 108, 2. Ejus devotio erga venerabilem Eucharistiam, XIV, 469, 1. Quo eam affectu sumeret, 472, 1. Erga Michaelem archangelum mire affectus erat, XIII, 143, 1. Ejus fervor et renovatio mentis assidua, XXI, 44, 1. Suos ad spiritus fervorem et vitæ renovationem exhortabatur, XVIII, 203, 1. Jam senex gestiebat ad novitiatus redire fervorem, XXI, 392, 2 et seq. Intrepide fidem Christi coram sultano Babylonico prædicabat, XV, 269, 1. Mire ad martyrium anhelavit, hinc ter in Orientem ejus potiundi spe profectus est, 87, 2 et seq.; 275 2.

9° *Ejus zelus pro salute animarum.* Ardens fuit præco evangelicus, XI, 169, 1. In latrones incidens, dixit se esse præconem magni Dei, V, 381, 2; XIX, 199, 2. Omnes ad cœlum vocabat, V, 468, 2. Concionabatur tam ferventer ad paucos atque ad multos auditores, 459, 1. Qualia præcepta suis concionatoribus præscriberet, X, 504, 2. Quomodo suos ad laborandum pro veritate adhortaretur, 568, 1. Quomodo vita sua omnes ad cœlum vocaret, XIII, 230, 1. Ejus aspectus intuentes compungebat, XVII, 115, 1. Carminibus per fratres suos cantatis dissidentes invicem reconciliavit, VI, 395, 1, 2.

10° *Ejus charitas erga proximum.* Ejus pauperis in pauperes effusio, IX, 142, 2. Vestiens militem pauperem, a Christo palatii ampli hæredem se fore inaudiit, XII, 634, 1. In eleemosynas effusus fuit, XVII, 226, 1.

Benedixit hospiti, a quo benigne hospitio exceptus, ejusque progenies, VI, 434, 2. Ejus visio de micis panum, XV, 359, 2.

Inimicus erat detrahentium, XX, 187, 1. Detrahentes aliis acriter castigabat, X, 61, 1.

11° *Quomodo ordinem Franciscanorum instituerit.* Quare suum institutum hausit ex Evangelio, XV, 262, 1. Quare suum ordinem fundaverit in paupertate, VII, 230, 1. Qua visione sit ad tria vota religiosa animatus, X, 27, 1. Hæc obtulit Deo sub specie trium aureorum, 217, 2. Visus est Innocentio III Pontifici labentem Ecclesiam suffulcire, XI, 683, 1. Visus per visionem Pontifici eruentem basilicam sustentare, XIV, 327, 1. Triplicem ordinem fundavit, *ibid.* Tria templa instauravit, *ibid.* Promisit Dominus sui ordinis perpetuitatem, XXI, 75, 1, 2. Ejus epistola de recipiendis lapsis et benignitate superiorum, VIII, 144, 2 et seq. Miraculum continuum in ejus ordine, XV, 143, 1.

12° *Quem affectum gerebat erga ipsa animalia.* Pium se erga ipsas bestias ostendit, V, 356, 1. Lupum cicuravit, IX, 398, 1. Pro lupo Eugubinis respondit, X, 77, 1. Avibus imperavit ut hominibus, 485, 1. Videns vel nominari audiens agnum, solvebatur in lacrymas, XI, 632, 1. Delectabatur pueris et agnis ob innocentiam, XV, 400, 2. Delectabatur avibus, præsertim alaudis, unde ei mortuo hæ etiam parentarunt, 200, 1.

13° *Ejus miracula.* Quæ mira Deus per eum effecerit, X, 390, 1. Absens suis apparuit quasi sol in curru igneo, XIV, 616, 1. Instantem mortem militi, suo hospiti, prædixit, XV, 279, 1. Per impressa sibi stigmata Christo crucifixo conformis effectus est, 620, 2. Cur tantopere erga montem Arverniæ afficeretur, 635, 1. Ejus raptus mentis apparente sibi Seraphim: tum quinque Christi retulit stigmata, XVIII, 534, 1. Qualia illa fuerint, 582, 2. Stigma habuit in latere dextro, non sinistro, XVI, 620. 2. Æger audivit angelum scitissime citharam pulsantem, XXI, 128, 2. Dumetum in rosetum signo crucis convertit, IX, 638, 2. Bonaventuram languidum sanitati restituit, X, 507, 1.

14° *Ejus mors.* Mortis nuntium gratulabundus excepit, X, 346, 2. Ejus ad suos ultima verba, XVI, 534, 1 et seq. In morte laudes Dei cecinit, XVIII, 415, 1. Desiderio Dei et cœli languens moritur, VII, 765, 1. Ejus in morte jubilus, IX, 66, 2. In morte nudum se in terra prostravit, XV, 618, 1. Ejus morientis vox, V, 441, 1. Cur in alieno sepeliri voluerit, 640, 2. Assisii monumentum gloriosum habet, ejus epitaphium: post mortem integro corpore, stat respectans in cœlum, X, 439, 1. Ipse et Franciscani cur denotentur per angelum habentem signum Dei vivi, XXI, 163, 1.

FRANCISCUS DE PAULA (S.). S. Franciscus de Paula anno tredecimo ætatis Deo famulari cœpit, XIX, 303, 2. Parvam ecclesiam ædificaturus, jussus est in somnis illam multo grandiorem construere, XI, 683, 1. Cur suos dici voluerit *Minimos* XVI, 262, 1. Ejus in Ludovico XI Franciæ rege alloquendo libertas: eum ut ad bene moriendum se disponeret est adhortatus, XII, 665, 1, 2. Ejus vaticinium de tribus ordinibus sub finem mundi orituris ex Simone de Limena, XXI, 322, 1, 2.

FRANCISCUS SALESIUS (S.). S. Franciscus Salesius instituit congregationem religiosorum ægris inservientium, XVI. 28, 1.

FRANCISCUS XAVERIUS (S.). 1° *Ejus zelus pro animarum conversione,* II, 122, 2. Quibus modis animas converterit, VI, 108, 2. Omnibus fiebat omnia, ut omnes Christo lucrifaceret, V, 560, 1. Ubique, etiam in navi, evangelizabat, XVI, 154, 1. Visione cœlesti vocatus est ad labores Indicos, XVII, 218, 2. Sine ullo viatico in Indiam profec-

tus est, XV, 261, 1. Qualibus cum nautis in Japonam profectus sit, XIV, 34, 2. Qua industria concubinas a concubinariis avelleret, XVII, 115, 2. Per Indorum filios sæpe parentes convertit, V, 374, 2. Per pueros in India mira patrabat, XI, 263, 2; XVII, 32, 2. Doctrinæ Christianæ capita Indico carmine Indis proponebat, X, 434, 1. Quam Joanni Lusitaniæ, et in eo omnibus principibus meditationis materiam proposuerit, XIII, 621. 2.

2° *Ejus oratio et vita cœlestis.* Etiam dormiens orabat ex diurna orandi consuetudine, II, 427, 1. Dormiens cum Christo colloquebatur, X, 24, 2. In conscientia examinanda diligens erat, XII, 400, 1. Fuit velut homo cœlestis, et angelus terrestris, XIII, 230, 2 et seq.; XVII, 30, 2. Habuit donum linguarum, XVII, 87, 2; 88, 1.

3° *Ejus humilitas, obedientia, castitas, prudentia.* Ejus summa humilitas et modestia, etsi Legati Apostolici dignitate insignitus, XV, 453, 1; XVI, 529; 1. Ejus obedientia, VI, 125, 2. Ejus obedientia et in periculis securitas, XVII, 342, 2. Mulieres fugiebat, XVII, 29, 1. Ejus prudentia, 34, 1.

4° *Ejus mortificatio et tribulationum pro Christo amor.* Quantus in eo ardor patiendi, XVII, 22, 1. Quotidie de passione Christi meditabatur, XX, 306, 1. In tribulationibus adhuc majores optabat, XXI, 166, 1. Quotidie pro cruce orabat, nec ulla liberari volebat nisi graviore immissa, XVIII, 421, 2. Vitæ suæ prodigus erat, XV, 266, 2. Gaudebat in tribulationibus, XX, 17, 2. Inter ærumnas deliciis abundabat, XI, 251, 1. Quomodo cœlestibus consolationibus perfunderetur, XXI, 54, 1.

5° *Ejus fortitudo animi*, IX, 106, 1. 2. Ejus animus intrepidus in periculis pro nomine Dei suscipiendis, XIV, 45, 2. Spe in Deum concepta magna suscepit, XVIII, 87, 2. In tentatione maxime cavebat diffidentiam, V, 226, 1. Præfectum Malacensem in vallem Josaphat citavit, XIII, 517, 1. Cur Malacæ pulverem de calceis excusserit, XVII, 286, 1. Magnum ejus apud Indos nomen et opinio, XX, 8, 1.

6° *Ejus mors.* Moliens Sinarum conversionem mortem obiit, IV, 458, 1. Qualiter mortuus sit, XXI, 282, 1, 2. Corpus ad hæc usque tempora illæsum et integrum est, XII, 761, 2.

FRANCISCUS BORGIA (S.). Primo doctus est loqui: *Jesus, Maria*, XV, 466, 1. Inferni consideratione ad mundi despectum animabatur, XI, 424, 2. Ejus humilitas, IX, 233, 2. Quotidie mori discebat, 260, 1, 2. Æger dentibus pillulas masticabat, ut earum amaritudine diu affligeretur, X, 271, 2.

FRANCISCUS ARMORICÆ DUX. Franciscus a fratre Ægidio, quem necari jusserat, ad Dei tribunal citatus, intra quadragesimum diem defunctus est, I, 156, 1.

FRANCISCUS SFORTIA. Franciscus Sfortia dux astrologos semper contemptu habuit, XVII, 356, 2.

FRANCISCUS VALESIUS. Aruspicinæ adstipulatus censuram judicis Romæ incurrit, I, 204, 1.

FRANCISCUS FORERIUS. Franciscus Forerius e prophetis hausit omnem suam concionandi gratiam, XI, 54, 1. Isaiam commentario elucidavit 100, 1.

FRANCISCUS LUCAS. Franciscus Lucas linguarum cognitione excelluit, XV, 14, 2. In Joannem totus litteralis est, sed litteram trahit ad pios affectus, XVI, 292, 2. Apologiam scripsit Targum Chaldaici, XIII, 223, 1.

FRANCISCUS RIBERA. Franciscus Ribera persequitur minutim sensum moralem duodecim prophetarum, XIII, 222, 1. In Joannem brevis est, sed rarus et eruditus, XVI, 292, 2. Præclare in *Apocalysin* scripsit, XXI, 12, 2. Ejus elogium, XI, 61, 2.

FRANCISCUS TITELMANUS. Franciscus Titelmanus singulos *Physicæ* suæ libros pro hymno concludit, X, 374, 1.

FRANCISCUS TOLETUS. Francisci Toleti commentarius in Joannem quo nomine laudetur, XVI, 292, 2.

FRANCISCUS VATABLUS. Francisci Vatabli versio rejicitur, I, 727, 1. Ejus error circa ordinationem presbyterorum, quasi manuum impositio a laicis fieri posset, XIX, 233, 1. Falso ab hæreticis ad ipsorum sensus detortus, IX, 24, 1. Ejus commentarium ab hæreticis depravatum, XI, 183, 1.

FRATER, FRATERNITAS. 1° Vocis *fratris* variæ in Scriptura acceptiones. Fraternitas summus conjunctionis gradus post parentes, V, 582, 2. Fratres Hebræi vocant omnes consanguineos, IX, 668, 1: *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo et hominibus: concordia fratrum....*; XVII, 65, 2: *Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria matre Jesu et fratribus ejus.* Frater Hebræis etiam cognatus est, item soror, XIV, 576, 2: *Quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum?* Frater quis quadrupliciter dicitur, natura, gente, cognatione, affectu, XV, 64, 2. Fratres unum sumus origine, fide et religione, X, 72, 1: *Perde pecuniam propter fratrem et amicum tuum, et non abscondas illam sub lapide in perditionem.* Fratres invicem sumus, XV, 185, 2: *Sic ergo orabitis: Pater noster, qui es in cœlis.* Frater subinde usurpatur pro *marito*, IV, 399, 2: *Quid habes, Esther? Ego sum frater tuus.* Frater est fere alter, XIII, 545, 1, Frater idem est subinde quod similis, V, 578, 1: *Qui mollis est et dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Fratres olim se vocabant Christiani, XVII, 219, 1: *Saule frater, Dominus misit me Jesus.... ut videas et implearis Spiritu sancto*; XVIII, 242, 1: *Commendo vobis Phœben sororem nostram*; XIX, 72, 1: *Paulus apostolus Jesu Christi, sanctis et fidelibus fratribus in Christo.* Fraternitas spiritualis Christianorum, XVIII, 209, 1, 2: *Charitate fraternita-*

tis invicem diligentes; XX. 123, 2 : *Si autem frater et soror nudi sint et indigeant victo quotidiano*; 397, 1 : *Scientes eamdem passionem ei quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.* Christus cur apostolos vocet fratres, XVI, 263, 2. Fratres quare Petrus vocet apostolos, XVII, 66, 2. Quinam fratres de Italia intelligantur salutare Hebræos per Paulum, XIX, 524, 2 : *Salutant vos de Italia fratr s.*

2° *Qui speciatim fratres Christi dicantur*,. XV, 315, 2 et seq.: *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus et fratres stabant foris, quærentes loqui ei.* Hi sunt patrueles ejus et consobrini, 316, 1; 336, 1 : *Nonne mater ejus dicitur Maria; et fratres ejus Jacobus, et Joseph, et Simon, et Judas?* XVI, 333, 1 : *Post hoc descendit Capharnaum ipse et mater ejus, et fratres ejus, et discipuli ejus*; XVIII, 329, 1 : *Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et cæteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas?* XX, 648, 1, 2. Fratres Christi dixerunt ei ut in Judæam transiret, XVI, 417, 2 : *Dixerunt autem ad eum fratres ejus : Transi hinc et vade in Judæam.* Quid eos moverit, *ibid.*: *Ut et discipuli tui videant opera tua, quæ facis.* Non credebant in eum, 418, 1 : *Neque enim fratres ejus credebant in eum.*

3° *Quid lex Mosis præscriberet fratri cujus frater sine liberis defunctus erat?* Frater jubetur in lege Mosis fratri mortuo suscitare semen, II, 488, 2 et seq.; XVI, 95, 1. Obligabat hæc lex non cognatos, sed fratres, eosque singulos, II, 489, 1. An suscitandum ei qui reliquerat filiam, *ibid.* Quænam causæ fuerint hujus legis, *ibid.*, 2. Quænam allegorica causa, *ibid.* Nolens id facere, discalceatur et conspuitur, et quare, *ibid.*

4° *Fratrum officia*, XIII, 545, 1, 2. Fratri nil negandum, X, 72, 1. Frater adjutus a fratre est quasi civitas firma, V, 580, 1. Fratri in nos peccanti semper dimittendum est, XV, 412, 2 : *Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? usque septies? Dixit illi Jesus : Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.* Fratrer fratrem in adversis juvare debet, V, 542, 1, 2 : *Omni tempore diligit qui amicus est, et frater in angustiis comprobatur.* Frater verus in adversitate maxime se fratrem ostendit, *ibid.* Frater sæpe minus juvat fratrem quam amicus, VI, 340, 1. Fratrum quoque gratia rara est, V, 340, 1; *Job*, 404, 2 : *Fratres meos longe fecit a me, et noti mei quasi alieni recesserunt a me.* Fratrem despicere grande scelus est, VI, 447, 2 : *Qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquilæ.*

5° *Inter fratres unionis bona.* Fraterni amoris bona et suavitas, XIII, 545, 2. Ejus bases quinque, *ibid.* Fraternam societatem colentes validi et fortes sunt, XIV, 552, 1. Fratres pauci uniti æquivalent multis civibus urbem propugnantibus, V, 580, 2; 581, 2. Fratrum amor an prævaleat amori inimicorum, 588, 2 : *Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater.*

6° *Dissensionis et odii inter fratres gravitas et punitio.* Inter fratres sæpe sunt simultates, VI, 340, 2 : *Melior est vicinus juxta, quam frater procul.* Frater fratrem odit et supplantat dum agitur de honore et ambitione, IV, 516, 1 : *Et Jason quidem, qui proprium fratrem captivaverat, ipse deceptus, profugus in Ammanitem expulsus est regionem. Et Menelaus amotus est a sacerdotio.* Fratres pro imperio certantes, IV, 405, 1. Fratrum odia solent esse acerbissima, I, 338, 2. Fratrum lites sunt gravissimæ, cur, V, 580, 1; 582, 1. Fratres invicem contendentes sunt velut urbes hosti perviæ, 582, 1. A fratre affligi durius est quam ab extero, IV, 241, 1, Fratricidarum exempla, III, 72, 2: *Et occidit fratres suos Jerobaal septuaginta viros super lapidem unum.* Fratres Josephi in ipsum inimici, ab eo afflicti sunt, X, 42, 2. Fratres in fratrem injurii acriter a Deo puniti, XIII, 544, 2; 545, 1.

FRATRES MACHABÆI (*Vide* MACHABÆI).

FRAUDULENTUS, FRAUS. 1° *Fraudulentorum indoles.* Omnia sua agunt per dolos, V, 350, 1 : *Cogitationes justorum judicia, et consilia impiorum fraudulenta.* Sunt perversi lingua, 546, 1: *Qui perversi cordis est, non inveniet bonum; et qui vertit linguam, incidet in malum.* Eorum laquei varii, VI, 101, 1 : *Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis*; 323, 2: *Lingua fallax non amat veritatem; et os lubricum operatur ruinas.* Sermonibus speciosis tegunt odium cordis, 320, 1 : *Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.* Subinde detegunt suam virulentiam, 320, 2. Fraudes initio sunt suaves, postea tam dicentem quam audientem cruciant, 66, 1, 2. Fraudulenti annuere sociis oculo solent, pede plaudere, et digito loqui, V, 164, 2 : *Homo apostata, vir inutilis graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur.*

2° *Fraudulentorum crimen et punitio.* Fraus ipsa Deo maxime exosa est, V, 329, 2 : *Abominabile Domino cor pravum; et voluntas ejus in iis qui simpliciter ambulant.* Fraudulenti omnibus odio sunt, 316, 1 : *Simplicitas justorum diriget eos; et supplantatio perversorum vastabit eos;* VI, 322, 2 : *Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in concilio.* Fraudulenter amicum lædens gravissime ei nocet, 317, 2 et seq. : *Sicut noxius est qui mittit sagittas et lanceas in mortem, ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, et cum fuerit deprehensus, dicit : Ludens feci.* Fraudulentus amicus pejor est inimico manifesto, *Psalm.* I, 358, 2 : *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.... Tu vero, homo unanimis, dux meus, et notus meus.* Fraus a Christiano exulare debet, XVIII, 642, 2 et seq. : *Propter quod*

deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo.

Fraus causat tristitiam, V, 365, 2 : *Dolus in corde cogitantium mala, qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.* Fraudulenti nequeunt diu latere, semper sunt pavidi, et dein fiunt confusi, 284, 1 : *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter : qui autem depravat vias suas, manifestus erit.* A testimonio ferendo repelluntur, 363, 1 : *Qui quod novit loquitur, index justitiæ est; qui autem mentitur, testis est fraudulentus.* Fraus causa est egestatis, 275, 1 : *Egestatem operata est manus remissa.*

FREDERICUS II, GERMANIÆ IMPERATOR. Frederici imperatoris horrenda blasphemia, II, 165, 1. Franciscanos varie exagitavit, X, 83, 1. Quam falsus propheta et augur fuerit, XI, 125, 2. Ejus schisma quamdiu durarit, XXI, 352, 1.

FREDERICUS BOHEMIÆ REX. Fredericus a Boleslao II triplici prælio victus; quo pacto eumdem vicerit, IV, 431, 2.

FREDERICUS SAXONIÆ DUX. Fredericus Saxoniæ dux quam fuerit pacis amans, XI, 125, 2.

FRENUM. 1° Frenum unde dictum, XX, 139, 2. Frena aurea olim faciebant milites, XIV, 543, 1. Frena sua clavo Christi Constantinus ornavit, *ibid.*

2° Frenum Dei est beneficentia, XI, 575, 1. Frenum dæmonis et potestatem qua peccatores regit, Deus auferet, XI, 422, 1. Qualia frena ori facienda, X, 63, 2.

FRIGIDUS. Frigidus spiritu est moderatus in loquendo, V, 553, 2. Frigidi apti sunt ad regendum, 555, 1, 2. Frigidi, calidi, tepidi, quinam spiritualiter sint, XX, 80, 1, 2 et seq.

FRIGUS. 1° Frigus albedinem inducit, X, 407, 2. Qua ratione urat, 410, 2 et seq.; XIII, 571, 1. Frigus causa est timoris et torporis, V, 567, 2. Famem hebetat et sedat, VI, 36, 1, 2. Frigus ex phrenesi vel apoplexia contractum pellitur per calida fomenta, 285, 1, 2. Quod frigus nivis in æstate sit, 268, 2. Quam id gratum sit, *ibid.*, 2 et seq.

2° Per frigus designatur nuntius fidelis, VI, 269, 1. In Scriptura symbolum est calamitatis et afflictionis, XIV, 533, 1. Frigus torporis nocet vineæ animæ, VII, 592, 2.

Frigus an sit in inferno, propter quod dicatur futurus stridor, XV, 226, 2 et seqq. Frigore etiam torquendos damnatos in inferno censent multi, XIII, 517, 1; XX, 445, 1.

FRONDES, FRONDATOR, FRONDOSA. Frondes dicuntur a *ferendo*, IX, 425, 2. A foliis quomodo differant, *ibid.* Frondosa vitis quæ dicatur, XIII, 410, 1, 2. Frondator tripliciter accipi potest, 616, 2.

FRONS. Frons unde dicatur, ipsa publicæ professionis est symbolum, XXI, 163, 2. Frons indicat animi passiones et affectiones, IX, 542, 1. Animi est janua, erat sacra genio et pudori apud veteres, XII, 522, 1, 2. In fronte cur ungantur fideles in Confirmatione, XX, 560, 1. In fronte signandi electi in fine mundi, XXI, 163, 2. In ea cur signandi antichristiani, 262, 1. Fronti inscriptum olim nomen meretricum, 314, 1.

Frontes vestibuli templi quæ dicantur, XII, 786, 1. Quid illæ tropologice significent, 797, 1, 2.

FRONTALIA. Frontalia præcepta et liminaria Judæorum qualia essent, II, 428, 2. Eorum frontalia superstitiosa, I, 549, 2.

FRUCTUOSUS (S.) S. Fructuosus martyr mori maluit quam idola venerari, I, 458, 2.

FRUCTUS. 1° *Fructus naturales.* Fructus arboris quomodo præputia vocarentur, XIX, 88, 2. Primi sunt insalubres magis posterioribus, 89, 1. Fructus temporanei et serotini qui dicantur, XX, 206, 1. Qui fructus pretiosi terræ, 205, 2. Qui fructus in *Ecclesiaste* per pomum intelligantur, VII, 94, 1. Fructus Italici et varii et sapidi, XXI, 329, 1.

2° *Fructus spirituales.* Fructus qui arboris vitæ, id est Christi in crucem erecti, V, 341, 1. Fructus mortis Christi, XVI, 508, 2 : *Amen, amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Fructus spiritus sunt habitus vel actus virtutum, XVIII, 568, 2: *Fructus autem spiritus est: Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Fructus Spiritus sancti ascribens spiritui immundo, blasphemat in Spiritum sanctum, XV, 307, 1, 2: *Qui autem dixerit* (verbum) *contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Fructus divinæ impunitatis et longanimitatis erga impios, VII, 297, 1: *Attamen peccator ex eo quod centies facit malum, ego cognovi quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem ejus.* Fructus quos ex hæresi Deus provenire permittat, XVIII, 357, 2: *Oportet hæreses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant.*

Fructus sapientiæ qui sint externi et interni, V, 218, 2: *Melior est enim fructus meus auro, et lapide pretioso, et genimina mea argento electo.* Fructus sapientiæ varii, et quomodo hos anima percipiat, IX, 207, 1 : *Quasi is qui arat, et seminat, accede ad eam, et sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius.* Fructus et flores sapientiæ ac doctrinæ iidem sunt, 648, 1 : *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, et flores mei fructus honoris et honestatis.* Fructus ejus sunt quatuor, 649, 1, 2. Sunt ii sinceri, firmi, solidi, X, 262, 1. 2 et seq. : *Est sapiens animæ suæ sapiens: et fructus sensus illius laudabilis.* Fructus virorum justorum sunt virtutes, XII, 853, 1: *Et super torrentem orietur in ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, et non deficiet fructus ejus :.... et erunt fructus ejus in cibum, et folia ejus ad medicinam.* Item

opera, tum verba sunt folia, *ibid.* Quos vocet Apostolus fructus justitiæ, XIX, 8, 1: *Sitis sinceri, repleti fructu justitiæ per Jesum Christum in gloriam et laudem Dei.* Fructus arboris virtutum qui sint. V, 340, 2 et seq.: *Justi.... quasi virens folium germinabunt.* Fructus verborum et operum ad suum redit auctorem, 360, 1. 2: *De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, et juxta opera manuum suarum retribuetur ei.* Fructus obedientiæ quis, VII, 288, 2: *Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali.* Fructus dilectionis proximi, XVIII, 223, 1: *Plenitudo ergo legis est dilectio* (*Vide* DILECTIO, OBEDIENTIA, SAPIENTIA).

Quid fructus verbi Dei centesimus, sexagesimus, et trigesimus denotet, XV, 326, 1. Quos denotet status, *ibid.*, 2. Fructus seminis dispar unde proveniat, 319, 1, 2. Fructus lætificat præcones evangelicos, XI, 228, 1 (*Vide* VERBUM DEI).

Fructus eleemosynæ qui sint, IV, 284, 2: *Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat*, X, 333, 1, 2: *Gratia sicut paradisus in benedictionibus, et misericordia in sæculum permanet.* Fructus bonorum temporalium et spiritualium Deus eleemosynariis rependit, XVIII, 479, 2: *Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstabit, et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum justitiæ vestræ* (*Vide* ELEEMOSYNA).

Fructus digni pœnitentiæ qui sint, XV, 101, 1, 2; XVI, 120, 2; XVIII, 465, 2 (*Vide* POENITENTIA).

Cur sacrificium vocetur fructus, X, 461, 2: *Ipsum elegit ab omni vivente, offerre sacrificium* (græce κάρπωσις, a κάρπος, id est fructus) *Deo, incensum et bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo.* Quos fructus populus ex Missa percipiat, licet eam non intelligat, XVIII, 390, 1, 2: *Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est* (*Vide* SACRIFICIUM).

Fructum mendacii comedit omnis peccator, XIII, 423, 1: *Arastis impietatem, comedistis fructum mendacii.*

FRUGALITAS. 1° *Frugalitatis commoda.* Frugalitas adhibenda in mensa, X, 124, 1; 125, 2: *Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur, ne cum manducas multum, odio habearis.* Frugalitas præstat mensæ opiparæ cum jurgio, V, 521, 1: *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio.* Sanitati conducit, X, 97, 2: *Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quam dives imbecillis et flagellatus malitia.*

2° *Frugalitatis exempla.* Frugalitas primorum parentum, IX, 79, 1: *Initium vitæ hominis aqua, et panis, et vestimentum, et domus protegens turpitudinem;* X, 317, 1: *Initium necessariæ vitæ hominum, aqua, ignis, et ferrum, sal, lac, et panis similagineus, et mel, et botrus uvæ, et oleum, et vestimentum.* Frugalitas priscorum, III, 241, 1: *Dixitque ad eam Booz: Quando hora vescendi fuerit, veni huc, et comede panem, et intinge buccellam tuam in aceto*, XVII, 50, 2. Frugales erant Apostoli et prisci, XVI, 282, 1: *At illi obtulerunt illi partem piscis assi, et favum mellis*; 641, 1: *Dixit ergo eis Jesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis?* Frugalitas primorum Christianorum in conviviis, IV, 328, 2. Frugalitas priscorum Romanorum, VI, 358, 1, 2: *Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, et in necessaria domus tuæ, et ad victum ancillis tuis* (*Vide* GULA, SOBRIETAS, TEMPERANTIA).

FRUI, FRUITIO. Fruimur re ex qua fructum capimus, XIX, 345, 2: *Ego te fruar in Domino.* Frui solo Deo licet, uti creaturis, XVIII, 240, 2: *Cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, et a vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero.* Fruitio Dei in cœlo est velut fons vitæ, XXI, 183, 2: *Deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* Et lignum vitæ, 47, 1: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.*

FRUGES. Frugum primitiæ levabantur in altum cum offerebantur Deo, XII, 840, 2. Pro frugum proventu instituta quatuor temporum jejunia, XIV, 447, 1.

FRUMENTARIUS. Frumentarius olim erat qui nunc veredarius vel nuntius appellatur, XIV, 16, 1. Frumentariæ rei præfecti sunt Romæ et alibi, IV, 332, 1.

FRUMENTUM, TRITICUM. 1° Frumentum quomodo Hebræi vocent, I, 365, 1. Exigit solum crassum et pingue, VI, 501, 1. Triticum quomodo degeneret, XI, 667, 2. Frumentum optimum est ejusdem cum aqua ponderis, XXI, 143, 2. Frumentum et pabula, antequam inchoetur bellum, congreganda, IV, 323, 2. Frumentum sub mensura semper adaugetur, VI, 419, 1. Cur frumentum carius circa tempus messis, XIII, 625, 1, 2. Illud abscondere, vel omne coemere ut carius vendatur, inhumanum est, et contra charitatem et justitiam legalem, V, 337, 1, 2. Avare servatum, et pauperibus denegatum sæpe male perit, 338, 1. Sed tempore famis illud aliis distribuens, Dei et hominum gratiam acquirit, *ibid.* Triticum bibitur in cerevisia, XIII, 471, 1. Frumento cocto vesci catholicis suasit S. Theodorus martyr potius quam idolothytis, XVIII, 323, 1, 2.

2° Frumentum et spica quid moraliter denotent, XV, 581, 2. Tritici acervus fertilitatis symbolum, VIII, 173, 1, 2. Frumentum electorum proprie quid sit, XIV, 467, 2; 468, 1, 2 et seq. Frumentum mystice abscondere qui dicantur, IX, 164, 2.

FUCATUS, FUCUS. Fucatus ac duplex fugiendus, *Job*, 417, 2. Fucus hæreticorum, XXI, 201, 1, 2.

FUGA, FUGERE. 2° *Variæ acceptiones verbi* fugere. Fugere sæpe idem est quod celeriter abire, IV, 338, 2. Sumitur pro *festinare*, VIII, 240, 1. Et pro *invadere*, *ibid.*, 2.

2° *Fuga in bello.* Fugere turpe est generoso

duci, IV, 455, 2. Fugere dum non potest miles, acer ei stimulus ad pugnandum adhibetur, 459, 1.

3° *Fuga Christi in Ægypto.* Quando fuga Christi in Ægypto contigerit, XV, 82, 2. Non fuit ea formidinis, sed fortitudinis, 83, 2.

4° *Fuga in persecutione.* Fuga in persecutione quando et quibus sit licita et illicita, VI, 389, 1: *Cum surrexerint impii, abscondentur homines; cum illi perierint, multiplicabuntur justi.* Eam fugere quando sit præceptum, quando permissio, quando consilium, XV, 270, 1: *Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam.* An hoc præceptum fuerit perpetuum, *ibid.*, 2. Fugere tyrannum in persecutione licitum est, XIV, 32, 2. Fuga in persecutione licita est, XVII, 409, 2; XXI, 371, 1. Fuga persecutionis sæpe est occasio fidei propagandæ, XV, 270, 1. Fugere quam citissime cur suos Christus jubeat excidium Jerusalem, 505, 1, 2. An fuga Apostolorum capto Christo licita fuit, 581, 2.

5° *Fuga mundi et peccati.* Fuga iniquitatis est signaculum prædestinationis, XIX, 291, 2: *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus qui sunt ejus; et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Complet eam, *ibid.*, 2. Fuga peccati est nobile sacrificium, X, 214, 1, 2: *Sacrificium salutare est attendere mandatis; et propitiationem litare sacrificii super injustitias, et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia.*

Fuga mundi suadetur, XIV, 375, 2: *O, o, fugite de terra Aquilonis.* Fuga sæculi hominem ab eo immaculatum servat, XX, 95, 2: *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est..... immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Fugiendum nobis e Babylone tropologice quomodo, XII, 326, 1: *Fugite de medio Babylonis, et salvet unusquisque animam suam.* Fugiunt dignitates devoti, studiosi S. Scripturæ et veri humiles, III, 174, 2.

6° *Fuga libidinis solum eam vincendi remedium.* Fuga unicum remedium fornicationis, V, 135, 2: *Longe fac ab ea* (meretrice) *viam tuam, et ne appropinques foribus domus ejus*, XIII, 342, 1. Fugiendo libido sola vincitur, XVIII, 296, 1: *Fugite fornicationem.* Fuga occasionis est optimum medium peccati fugiendi, IX, 225, 2. Fuga filiæ pudori suo consulant, X, 8, 2: *In filia non avertente se, firma custodiam; ne inventa occasione utatur se.*

FULBERTUS (S.). S. Fulbertus episcopus Carnotensis lacte beatæ Virginis Deiparæ sibi ab eadem instillato sanatur, VII, 477, 2. Vidit dæmonem Berengario hæretico adstantem, XIX, 222, 2.

FULGENTIUS (S.). S. Fulgentius quo motivo religionem professus sit, XIV, 376, 1, 2. Per vim creatus est Ruspensis episcopus, XI, 292, 2. Ejus in dicendo et persuadendo gratia et efficacia, I, 693, 1. Quid ægrotans a Domino peteret, II, 322, 2

S. Fulgentius mythologus an sit episcopus Ruspensis, VI, 204, 2.

FULGUR, FULMEN. 1° Fulgur unde fiat, et tam cito videatur, XV, 510, 2. Unde nascatur, XXI, 102, 1. Fulmina igne sulphureo constant, et sulphur olent, 361, 2. Fulguris descriptio, XV, 649, 1. Ejus proprietates describuntur, XVI, 148, 1. Per fulgur videtur cœlum aperiri, XV, 111, 2. Fulgur cur vocetur phantasia, XIV, 476, 1. Fulgura quare trisulca vocentur et pingantur, I, 511, 1.

2° Fulgura sunt Dei prænuntia, eumque præcedunt, XIV, 408, 2. Fulgura et tonitrua præsentiam Dei maxime demonstrant, *Psalm.* II, 445, 2 et seq. Magnificentiam et majestatem Dei denotant, IX, 466, 2; XXI, 100, 2. Sunt sagittæ Dei, *Psalm.* I, 96, 1. Sunt arma Dei, quæ in inimicorum suorum caput ejaculatur, XIV, 163, 1, 2.

3° Fulgur in Scriptura symbolum est terroris, XIV, 180, 1. Symbolum est etiam belli acris et celeris, et bellatorum ardentium, XIII, 139, 2. Fulgur symbolum promptæ obedientiæ, *Job*, 725, 2. Est symbolum superbiæ et vanæ gloriæ, XVI, 148, 1. Fulgur angelorum naturam et dotes optime repræsentat, XV, 649, 1. Item eorum gloriam, item quatuor dotes corporis gloriosi, *ibid.* Item zelum, terrorem et iram ipsius angeli contra impios Judæos et milites sepulcri custodes, *ibid.* Item ignem gehennæ, *ibid.* Fulguribus et tonitruis comparantur apostoli, XIV, 476, 2. Fulmini assimilatur S. Joannes, XXI, 4, 1. Instar fulguris veniet Dominus ad judicium, XVI, 236, 1. Fulgure occidetur Antichristus, XXI, 337, 2; 341, 2.

FULICA AVIS. Fulica avis describitur, V, 195, 1, 2. An eadem sit cum herodio, II, 67, 1.

FULMINATRIX LEGIO. Fulminatrix legio Christiana sitienti exercitui Antonini imperatoris pluviam precibus impetravit, XXI, 141, 2.

FUMUS. 1° Fumus a vapore quomodo differat, XIII, 509, 1. Recte ascendens similis palmæ, VIII, 1, 2. Elicit oculis lacrymas, V, 306, 2, 2. Fumus cordis piscis callionymi quomodo expulerit dæmonem, IV, 292, 2. Aliquid physice efficiebat quo fugabatur dæmon, 298, 1. In fumo sæpe apparuit Deus, XII, 575, 1.

2° Fumus olim symbolum erat gloriæ Dei, XI, 175, 2: XII, 575, 1. Fumus a majestate Dei prodiens quid denotet, XXI, 295, 2. Fumo aromatum bene odoro Ecclesia comparatur, et quare, VIII, 4, 1. Fumus mystice est oratio nostra valori meritorum Christi subnixa, IV, 303, 2.

3° Fumus est symbolum peccati; ejusque proprietates peccato adaptantur, V, 307, 1. Item symbolum est excæcationis, XII, 575, 1. Fumus hieroglyphicum inanitatis ac defectionis, *Job*, 592, 1 Fumi et convivii analogiæ, IX, 591, 2.

FUNDA. Funda jaciuntur lapides, VI, 304, 1. Funda capitur et pro pala annuli, *ibid.* Item pro crumena, *ibid.* et seq.

FUNDAMENTUM. 1° Fundamenta terræ sunt

ejus centrum, V, 237, 1. Sunt ipsa terra in seipsa a Deo fundata, XII, 500, 2. Fundamenta solida altæ domui sunt necessaria, V, 541, 2.

Fundamenta etiam templi Salomonici a Chaldæis eversa, XIV, 325, 1. Ea Herodes tantum solvit, cum templum Zorobabelis ampliaret, 342, 2. Ea Judæi cur conservarent, *ibid.* Fundamenta templi secundi quando jaci cœperint perfecte, 347, 2.

2° Fundamenta Ecclesiæ quæ sint, XI, 643, 2; 644, 1: *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos.* Fundamentum Ecclesiæ est Petrus, XV, 366, 2; 367, 1, 2: *Et ego dico tibi: Quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Fundamentum Ecclesiæ Christus et Apostoli alio censu, XVIII, 269, 2: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus*; 607, 1: *Estis cives sanctorum..... superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum*; XXI, 374, 2 et seq.: *Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni.* Istud fundamentum in cœlo ponit Augustinus, XVIII, 608, 1.

Fundamenta sæculorum sunt sedes cœlestes quarum ruinas implebunt eleemosynarii, XI, 683, 2: *Ædificabuntur in te deserta sæculorum, fundamenta generationis et generationis suscitabis.* Fundamentum ædificii spiritualis, XVIII, 609, 1: *In quo* (Christo) *omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino; in quo et vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.* Quid sit fundamentum firmum Dei stans, XIX, 290, 1, 2: *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus qui sunt ejus.* Quæ ejus signacula, 291, 1. Quod fundamentum bonum divitibus comparandum, 267, 1: *Divitibus hujus sæculi præcipe.... bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum, ut apprehendant vitam æternam.* Fundamentum hominis terrenum, *Job*, 117, 1: *Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles... Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea.* Fundamenta impiorum cum ipsis pereunt, 473, 1: *Sublati sunt ante tempus suum, et fluvius subvertit fundamenta eorum.*

FUNDATORES ORDINUM. Fundatores ordinum sapienter familias suas fundarunt, VI, 217, 1, 2. Voluere suos habere bona in communi, XV, 231, 1. Statuerunt ut sui exirent bini, XVI, 145, 1. In quo Deum, Christum et Deiparam imitentur, V, 227, 1, 2. Eis ascribitur omnis asseclarum virtus et opera, *ibid.*

FUNDIBULARII. Fundibularii olim in prima acie stantes, primi prælium inibant, XIV, 464, 1.

FUNDUS. Fundos suos solebant veteres lapide in erram defosso, vel columna erecta, vel titulo limitare, XIII, 356, 2.

FUNEBRIS. Funebris pompa in quibus consisteret, XVII, 191, 2. Funebris orationis origo et antiquitas, XII, 728, 1.

FUNICULUS. 1° Funiculus significat regulam ad construendum et destruendum, XII, 372, 2. Funiculus est cœmentariorum, 783, 2. Funiculus architectorum quem usum habeat, XIV, 372, 1. Funiculi spatia itinerum Ægyptiis sunt, XIII, 526, 1. Funiculis pro virgis mensoriis ad terram dividendam olim utebantur, 357, 1; 618, 2; XII, 854, 1. Hinc funiculus significat sortem hæreditariam quæ cuique sortito obtigit, XII, 372, 2; 618, 1; 854, 1; *Psalm.* II, 415, 2; XIV, 289, 1; 487, 2. Funiculus coccineus Christianis pueris olim ex collo suspendebatur ad avertendum fascinum et alia pericula, XIV, 178, 2.

2° Funiculus coæquans terræ quis, III, 467, 2. Funiculus triplex quid sit, VII, 181, 2. Quid moraliter significet, 182, 1. Quid mystice et tropologice, *ibid.* et 2. Funiculus argenteus quid sit, 396, 2. Quid symbolice, 397, 2. Funiculi Adam quid proprie significent, XIII, 420, 1 et seq. Funiculus significat item cœtum et congregationem, XIV, 487, 2.

FUNIS. Funibus et clavis Christus cruci est affixus, IX, 214, 1. Funibus astrictum fuit corpus Christi in cruce, XV, 616, 2. Funes meretricum Babylonicarum quinam essent, XII, 462, 1, 2.

Funibus quibus est ligandus diabolus, IV, 299, 1. Funes peccatorum qui sint, XX, 569, 2. Funes peccati triplices, XI, 161, 2.

FUNUS. Funus unde nomen acceperit, XVII, 191, 2. In funeribus cur veteres adhiberent lamentatrices et tibicines, XIV, 82, 2. In funeribus Judæi deponebant coronas, vestesque lugubres induebant, XII, 678, 1, 2. In funeribus Gentiles et Judæi cæsariem tondebant, XIV, 78, 2. Funera floribus et pompa ornabant olim divites, XII, 300, 1. Incedebant nudis pedibus, velabant os, 678, 1, 2.

FUR, FURARI, FURES, FURTUM. 1° *Furti definitio et quale sit peccatum.* Fur dicitur a *furvo*, id est atro, V, 37, 2; XV, 520, 1, 2. Furfures dicti videntur a *furari*, V, 265, 2. Furtum oritur ex otio, VI, 61, 1: *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat; aperi oculos tuos, et saturare panibus.* Fures solent sociis annuere, V, 285, 2. Furtum rei notabilis est peccatum mortale, 179, 1: *Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: furatur enim ut esurientem impleat animam.* Quomodo dicatur a Salomone non grandis esse culpa, *ibid.* Est minus adulterio, 179, 2. Furtum quomodo mendacio minus grave sit, IX, 559, 2 et seq.: *Potior fur quam assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt.* Furari rem barbari est contra legem charitatis, XVIII, 221, 2. Furtum cavendum in patrio solo, et quam id infame, X, 359, 1: *Erubescite... de loco in quo habitas, de furto.* Furtum pauperi factum est tacitum homicidium, 209, 1: *Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.* Fur bonorum

patris est socius homicidæ, quo sensu, VI, 385, 1: *Qui subtrahit aliquid a patre et a matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps est homicidæ.*

Furtum idolorum olim Judæis vetitum, IV, 553, 2. Furtum illud committentes milites Judæ an peccarint mortaliter aut venialiter, 554, 1.

2° *Furti complicitas.* Furti societas multiplex est, VI, 411, 2 et seq.: *Qui cum fure participat, odit animam suam; adjurantem audit, et non indicat.* Furis socius etiam furti reus est, *ibid.*

3° *Furti punitio legalis.* Fur bovis quinque restituere debebat, ovis quatuor, cur, I, 615, 1. Fur nocturnus poterat occidi, non diurnus, et quare, *ibid.* Furem quomodo Salomon septuplum redditurum pro furto dicat, secus ac lex jubeat, V, 179, 2: *Deprehensus quoque reddet septuplum, et omnem substantiam domus suæ tradet.*

Fures quam severe puniverit Alexander Severus imperator, I, 615, 2. Furti cujusdam occulta detectio facta divinitus, IX, 608, 1. Fures parvi suspenduntur, magni vero evadunt, II, 70, 1.

4° *Furti effectus.* Fur sibi ipsi damnum creat, VI, 30, 2. Furta furi sunt velut retia quæ ipsummet illaqueant, V, 43, 1, 2 et seq.: *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, et moliuntur fraudes contra animas suas. Sic semitæ omnis avari animas possidentium rapiunt.* Fur sæpe est parjurus, VI, 412, 1. Furari parentibus solitus, fit postea dilapidator, 385, 1. Furto ablata male perire solent, 37, 1.

5° *Cum furibus quomodo agendum.* Furum insidiæ quomodo frustra sint, si velimus, V, 41, 1. A furibus et furacibus non petendum consilium, X, 253, 2.

6° *Fures allegorice sumpti.* Fures ovium, id est fidelium, qui sint, XVI, 468, 2: *Qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.* Veniunt hi ut mactent, 472, 1: *Fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat.* Veniet Christus sicut fur, dum minime expectatur, XV, 520, 1.2.

FURIÆ. Furiarum quæ sit pictura et imago, XXI, 208, 2. Furiæ tres impiorum sunt peccatum, tristitia, desperatio, IX, 408, 2.

FUROR. 1° Furor et ira qui differant, X, 44, 1: *Ira et furor, utraque exsecrabilia sunt, et vir peccator continens erit illorum.* Furor quadruplex est, X, 307, 1, 2: *Adhuc consiliabor, ut enarrem; ut furore enim repletus sum;* XVIII, 452, 1. Est etiam sacer, X, 307, 1, 2. Capitur pro zelo justitiæ, XII, 61, 1: *Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, et non suscipient illud. Idcirco furore Domini repletus sum.* Furor triplex, sacerdotum, vatum et amantium, XIV, 573, 2. Furor naso flammante se prodit, XI, 131, 1: *Quiescite ergo ab homine, cujus spiritus in naribus ejus est.* Furor et primus indignationis impetus cur cohibendus sit, VII, 252, 1: *Ne sis velox ad irascendum; quia ira in sinu stulti requiescit* (*Vide* IRA).

2° Furor et ira quid in Deo, *Job*, 402, 2: *Iratus est contra me furor ejus, et sic me habuit quasi hostem suum.* Furor Dei in hac vita solum stillat, *Job*, 676, 1: *Nunc enim non infert furorem suum, nec ulciscitur scelus valde.* Furorem excitat Deus dum acres in impios plagas immittit, X, 232, 1 et seq.: *Excita furorem, et effunde iram; tolle adversarium, et afflige inimicum.*

FURSÆUS (S.). S. Fursæi pœnitentia, XVIII, 131, 1, 2. Quos viderit ignes mundum succendentes, XI, 601, 2; XVIII, 240, 2. Accusatus ad tribunal Christi est, quod peccantes non corripuisset, XIII, 584, 2.

FURTIVA. Furtiva Venus cur magis delectet, V, 265, 1, 2. Furtiva omnia magis delectant, *ibid* et seq.

FUSUS. Fusus unde dicatur, VI, 505, 2. Tria repræsentat, 506, 1, 2. Est virorum dedecus, 496, 2.

FUTURUM. 1° Futurum junctum participio vel gerundio ejusdem verbi Hebræis significat actus vehementiam et continuationem, seu consuetudinem actionis, XII, 287, 1; 338. 1. Sæpe usurpatur pro imperativo, XX, 559, 2. Futurum tempus recte convenit æternitati, XVI, 580, 1.

2. Futura simplicia et conditionata, *Vide* DEI SCIENTIA.

3° Futurorum bonorum quorum Pontifex sit Christus, XIX, 439, 2. Futura non cogitantes, sunt insensati et fatui, IX, 469, 1. Futurorum nimia fiducia cavenda, VI, 325, 1.

G

GABAA. Gabaa hebraice significat terram clivosam et montosam, IV, 322, 2.

GABAITÆ. Gabaitarum stuprum in uxorem Levitæ contigit statim post tempora Josue, vivente adhuc Caleb sub Othoniele, quod diversimode probatur, XIII, 417, 1, 2.

GABAONITÆ. Gabaonitæ postulantes omnes posteros Saül ad crucem, non excusantur ab injustitia, nisi forte per instinctum Dei, III, 521, 1 et seqq. Gabaonitæ damnati ad servilia templi ministeria, XIV. 546, 2.

GABBATHA. Gabbatha quid sit: ad id multis gradibus scandebatur, XVI, 613, 1.

GABRIEL. 1° *Gabrielis etymon*, XI, 236, 1; XIII, 114, 2; XVI, 264, 2; XXI, 21, 2; 121, 2. Hebraice est idem quod *fortitudo Dei*, IV, 289, 2; XIV, 480, 2; XV, 647, 2; XVI, 13, 1 et seq.; 14, 2; 38, 2. Ejus emblema, XXI, 22, 1.

2° *Gabrielis dignitas, cujus sit ordinis inter angelos*, XIII, 114, 2. Anne sit de numero Seraphinorum, 114, 2. Eum esse inter Seraphinos primum probatur octo rationibus, 115, 2. Id tamen

auctori displicet, *ibid.*, 2. Est tamen juxta illum ex ordine Seraphinorum, XVI, 13, 1; XXI, 22, 1. Non est ex ordine Principatuum, XIII, 115, 1. Quomodo dicatur Archangelus, XIII, 115, 2. Gabriel astat Deo, estque e septem primariis angelis, XVI, 12, 2 et seq.

3° *Ejus missio et officium inter homines.* Gabriel angelus assistens etiam legatus missus legitur, XIX, 364, 2. Danieli apparuit, XIII, 107, 1. Idem est qui missus est ad Danielem nuntiaturus de septuaginta hebdomadibus, et qui Deiparæ incarnationem nuntiavit, 114, 1, 2. Ipse augusta forma Danieli apparens notat victorias Machabæorum, Christi et Christianorum, 137, 2 et seq.

Fuit incarnationi Verbi nuntius et custodiæ beatæ Virginis deputatus, IV, 347, 2. Velut bonus nuntius salutem hominibus et toti orbi attulit, V, 392, 1. Fuit fidelis Dei legatus, VI, 269, 2. Et bonus nuntius, 288, 2. Quomodo ad Mariam sit ingressus, XVI, 15, 2 et seq. Expectabat ejus consensum, 25, 1. Quamdiu cum illa manserit, 27, 2. Eam flexis genibus salutavit, *ibid.* Gabriel fuisse videtur angelus qui pastores ad Christum in præsepio jacentem adduxit, 63, 2. An ipse Christum in horto orantem confortaverit, XIII, 115, 2; XVI, 264, 2. An is per triduum custodierit Domini sepulcrum, XV, 649, 1.

Gabriel angelus est curator populi Dei, XIV, 372, 2. Hominum præliis præfectus est, IV, 282, 1, 2; XVI, 14, 2. Gabrielem angelum invocare conducit ad constantiam in virtute, et quæ illius rei sit ratio, X, 33, 2.

GADARA. Gadara est alius locus a Gerosa, XVI, 132, 2. Data erat ad habitandum Syris a Cæsare, 135, 2.

GADATAS. Gadatas et Gobrias transfugæ Babylonis Cyro Babylonem prodidere, et in regiam eum duxere, XI, 328, 1; XIII, 75, 1, 2. Iidem Balsasarem regem occiderunt, XIV, 123, 1.

GAD, GADDITÆ. Gad quid significet, I, 298, 2. Symbolice est vigor abstinentiæ, 300, 1. De benedictione Gad, 406, 2; II, 531, 1. Quid allegorice significet, 406, 2. Gad patriarcha typus est S. Petri, Gadditæ jubentur præire ad prælium, et quare, 368, 1, 2.

GAD et GOD. Gad et God erat deus Mars vel Fortuna, XI, 748, 2. Variæ ejus significationes, *ibid.*

GADES. Gades condiderunt Tyrii, XI, 350, 1, 2. Cur dicantur Gadir, id est septum, *ibid.* Gadir unde derivetur, *ibid.*

GAGATES. Gagates accenditur aqua, oleo restinguitur, XXI, 257, 2. Gagates gemma an virginitatem prodat, II, 363, 2.

GAINAS. Gainas Arianus Joanni Chrysostomo honoris causa, licet inimicus, longo itinere obviam processit, XI, 592, 2.

GALAAD. 1° Galaad unde dicta, I, 311, 2. Galaad mons erat terræ sanctæ, qui cessit in sortem tribubus Ruben et Gad, in eo ædificata civitas dicta quoque est Galaad, eratque civitas refugii, in eaque multi sacerdotes habitabant, facta deinde metropolis idololatriæ, XIII, 372, 1; 452, 1. Galaad mons, principium et nobilissima pars Libani: ejus feracitas, unde dicatur; is significat stirpem regum Juda, XII, 170, 2 et seq. Erat mons fertilis, VIII, 33, 1. Mons Galaad abundabat opobalsamo, XII, 291, 1. In civitate Ramoth-Galaad erant aromata optima et medici, XIII, 376, 2.

2° Galaad pars Arabiæ, resinæ proventu nobilis, XII, 79, 1. Ibi quoque viguit medicina, *ibid.*, 2.

CALATÆ. Galatæ a Gallis oriundi sunt, et an Galli Senonenses, XVIII, 514, 1. Locuti lingua Trevirensi, an orti e Germanis, *ibid.* A Christianismo ad judaismum devoluti sunt, 517, 1, Hoc carpit in iis Apostolus, 231, 1; 514, 1. Erant indociles, vecordes et tardi, 536, 1, 2.

GALATIA. Galatiæ termini, XVIII, 514, 1. Galatia sub quod tempus a Romanis subacta, IV, 450, 1. Galatia sectarum prodigiosarum ferax, XVIII, 536, 1, 2.

GALBA. Galbæ imperatori imperium portenderunt aquilæ, XII, 624, 2. Quo signo perduelles neci dandos ostenderit, XXI, 257, 2. Breve habuit imperium, XVII, 8, 2.

GALBANUM. Galbanum est resina fruticis qui dicitur ferula, IX, 646, 1.

GALEA. 1° Galeæ veterum cristatæ, XI, 696, 2. Galeis cur cristæ rubræ adderentur, XIV, 178, 1. Cur fulgetra, 180, 1.

2° Galea Dei est salus, XI, 696, 1. Galea militis Christiani est salus allata a Christo, vel potius spes salutis, XVIII, 682, 1, 2. Item spes, at caput est finis, seu intentio, *ibid.*, 2.

GALENUS. Galeni sententia de mortalitate animæ refellitur, VII, 157, 2.

GALGAL. Galgal urbs ubi sita, et ad quam tribum pertineret, XIII, 346, 1, 2; 452, 1. Fuit miraculis et religione patrum sancta et illustris, 346, 2. Quæ mira in ea contigerint, *ibid.* In Galgal Israelitæ abjecerunt omne regimen Dei, tam politicum quam sacrum, 408, 1.

GALGANUS (S.). S. Galganus per equum loquentem convertitur, II, 315, 1. Post annum austeritatis cœlo donatus est, X, 568, 1.

GALIENUS. Galienus imperator quomodo in mangonem gemmarium animadverterit, IX, 8, 2 et seq. Huic mortem pro merito pepercit, I, 739, 1.

GALILÆA. Galilæa unde nomen acceperit, XIII, 520, 1. Vox *Galilæa* idem sonat quod *volubilis*, vel *transmigratio*, et *revelatio*, XV, 130, 2: 656, 2. Erat duplex: superior et inferior, III, 72, 1; XI, 227, 1; XV, 129, 1. Erat valde populosa, 130, 2. Cur Judæis esset contemptui, et parvi duceretur, XI, 226, 2. Dicta terra Chabul, 227, 1.

Galilæa est patria Prophetarum, XVI, 429, 2. Galilæa Gentium quæ proprie sit, XI, 227, 1. Galilæam Gentium quomodo Christus sit prælatus, 225, 1, 2. In ea Christus transfiguratus est, XV, 381, 1. Cur in eam post resurrectionem re Apostolos jusserit, 651, 2 et seq.; 654, 1. Quæ uerit ejus rei causa symbolica, 652, 1.

GALILÆI. 1° Galilæi erant ignobiles et pauperes præ Judæis, XVI, 321, 1. Erant stupidi, sed pugnantes et bellicosi, XVII, 61, 2; 90, 2 et seq. Galilæi quinam a Pilato cæsi, et qua de causa, 185, 1.

2° Galilæorum secta quæ esset, XVII, 155, 1; XX, 296, 2. Est hæc exorta sub tempora Christi, XVI, 185, 2. Eleazarus Judæus coryphæus sectæ Galilæorum, XIX, 335, 2. Galilæorum sectæ pervicacia, XVII, 155, 1. Diu ea inter Judæos viguit, ibid. et 2. Docebat non debere Judæos subesse Cæsari gentili, nec Judæos ethnicis parere, XVI, 185, 2; XIX, 335, 1. Omne vectigal et dominium Cæsaris abnuebat, XV, 395, 2; XVIII, 219, 1, 2.

GALLA (S.). S. Galla Eucherii uxor totam se pœnitentiæ et rigori dedit, XIV, 190, 2.

GALLA (Symmachi consulis Romani filia). Galla vidua juvenis quam generose secundas nuptias respuerit, XIX, 238, 1. Monasterium ingressa est, amica fuit luminis, *ibid.*, 2. Apparet illi B. Petrus, a quo dimissa peccata sua audivit, *ibid.* Quam pie et feliciter ex hac vita migravit, II, 321, 1. A S. Petro in cœlum vocata est, XX, 414, 1.

GALLA PLACIDIA imperatrix, uxor Theodosii imperatoris. Galla Placidia Romam properavit, ut sacra apostolorum limina visitaret, XVIII, 16, 1.

GALLI. Galli antiquitus a corporis candore Galatæ nuncupabantur, XVIII, 517, 2. An olim germanice locuti, 514, 1. Galli olim sapientes suos vocabant Druidas, IV, 220, 1. Galli cum Attalo pugnantes per iter aurum et argentum sparserunt, 431, 2. Galli quando dicti indociles, XVIII, 536, 1. Galli et effeminati, probrosa vocabula, XIII, 345, 2. Galli per *tres*, id est *ter*, significant superlativum, 538, 1. Facile R in S commutant, XI, 350, 2.

GALLIA. Gallia dicta Galatia, XIX, 313, 2. Gallia comata unde dicta, 357, 1. Gallia cur Judæis sit Sarepta, XIV, 17, 2. A quibus ad Christum sit conversa, *ibid.* Gallia ut sana sit et pacifica, sanguinem quolibet decennio mittat oportet, 192, 2.

GALLICANUS (S.). S. Gallicanus consul Christi causa pauper factus est, XVII, 135, 2. Gallicanus ab uxore ad fidem conversus, operibus misericordiæ totum se addixit, et martyr occubuit, XIX, 237, 2. Ejus humilitas, charitas et martyrium, XI, 483, 2. S. Gallicani prædia qui invasere, a dæmone sunt correpti, 379, 2.

GALLICIA. Gallicia ob regem hæresi Ariana infectum, passim a lepra correpta est, II, 85, 1.

GALLINA. Gallinæ sollicitus amor in pullos, XV, 498, 1. Infirmatur pro iisdem, *ibid.* Voce se iis accommodat, *ibid.*, 2. Ramum rutæ sub alis habens tuta est a fele; est fœcunda et vigilans, *ibid.* Pro pullis toto corpore dimicat, 499, 1. Est typus Ecclesiæ et sacerdotum, 498, 2. Ejus ova salubria sunt et medica, *ibid.* et seq. Gallinæ caro consumit aurum, XXI, 328, 2. Quid hoc, si verum est juxta Plinium, symbolice significet, *ibid.* Gallina mortua cur melior cane vivo, VII, 311, 2.

GALLUS. Galli incessus generosus, VI, 465, 2; 467, 2; 469, 2. Est animal salax, 467, 1. Est immemor, *ibid.* et 2. Ejus descriptio, *ibid.*, et 469, 2. Regem ejusque partes repræsentat, *ibid.* et seq. Est terror leoni, 470, 2 et seq. Ejus amor in pullos, 469, 2. Ejus zelotypia et amor erga gallinas, *ibid.* Est ingenio præsago et sciens, *ibid.* Galli intelligentia qualis, *Job*, 726, 2; 727, 1. Ejus in pugna magnanimitas, VI, 470, 1, 2. Miram habet cum sole sympathiam, eumque in omni cœli parte salutat, 471, 1. Pluviam et tempestates præsagit, 471, 1. Acuti est visus, *ibid.* Oriente luna gestit, *ibid.* Bis de nocte cantat, XV, 565, 1. Non pugnat nisi ut gallinas suas tueatur, VI, 471, 1, 2. Gallus gallinaceus cur dicatur vir, XI, 341, 2.

GALLUS (S.). S. Gallus incendium per Evangeliorum codicem extinxit, XV, 2, 2.

GAMALIEL. Gamaliel fuit doctor D. Pauli in sacris, XVIII, 1, 2. Suis præscripsit ut una cum sacris Litteris opificium manuale discerent, XIX, 169, 2. Gamaliel fuit pharisæus, fuitne Christianus? Est inter sanctos relatus, XVII, 153, 2. Ejus consilium pium pro apostolis, 155, 2. Corpus S. Stephani in villa sua sepeliri curavit, 191, 1.

GAMMADENCES, GAMMADINI. Gammadences non sunt certa aliqua gens, XII, 696, 1, 2. Gammadini, id est gigantes cubitantes et pugnaces, unde dicantur, *ibid.*, et 697, 1. Eorum robur, *ibid.* Gamphasantes populi Æthiopiæ non sunt Gammadini, 696, 1.

GANEA. Ganea est tropologice superliminare crapulæ, XIV, 503, 1.

GANGES. Ganges fluvius aurifer est, an idem qui Phison, IX, 659, 2.

GARCIAS. Garciæ regi Navarræ successit filius ex vulneratæ matris utero excisus, XII, 14, 1.

GAREB. Gareb, collis situs juxta Jerusalem, XII, 234, 1, 2.

GARIZIM. Garizim mons ubi situs, II, 497, 1. Urbi Sichem imminet, XVI, 360, 2. Ejus celebritas, *ibid.* Habuit nobile templum Samaritanorum quod stetit ducentis annis, II, 497, 1; XVI, 460, 1. Templum Garizitanum Samaritanorum ab Antiocho Jovi Hospitali dedicatum, IV, 522, 1.

GARRULI, GARRULITAS. 1° *Garrulorum indoles.* Garrulitas signum est insipientiæ, XX, 74, 2: *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Propria stultorum est, IX, 573, 2; 574, 1: *Labia imprudentium stulta narrabunt; verba autem prudentium statera ponderabuntur.* Garruli ostendunt suam insipientiam

V, 556, 2: *Stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur; et si compresserit labia sua, intelligens.* Raro garruli sunt sapientes, IX, 547, 2: *Est tacens, qui invenitur sapiens; et est odibilis, qui procax est ad loquendum.* Garruli oratio in ore nascitur non in corde, 574, 1. Est quasi parturiens, 534, 2: *A facie verbi parturit fatuus, tanquam genitus partus infantis.* Abortienti garruli similes sunt, VI, 408, 2: *Vidisti hominem velocem ad loquendum? Stultitia magis speranda est, quam ejus correptio.* Verba inconsiderate effundunt, XX, 89, 1: *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Quomodo tecto carere dicuntur, V, 283, 2: *Sapiens corde præcepta suscipit; stultus cæditur labiis* (Septuaginta: *Qui autem non tectus est labiis, obliquans supplantabitur*). Garruli comparantur cisternis dissipatis, XII, 28, 1. Secreta amicorum produnt, VI, 69, 1: *Ei qui revelat mysteria, et ambulat fraudulenter, et dilatat labia sua, ne commiscearis.* Ægre ad taciturnitatem reducuntur, 407, 1, 2. Sunt plerumque adulatores, nihil eis condonatur, 408, 1.

2° *Garrulitatis effectus*, VII, 197, 1: *In multis sermonibus invenietur stultitia.* Est inimica sapientiæ, IX, 276, 1. Garrulitas noxia est, 170, 1: *Noli citatus esse in lingua tua; et inutilis et remissus in operibus tuis.* Nocet tam loquenti quam audientibus, VI, 474, 1: *Est qui stultus apparuit, postquam elevatus est in sublime; si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum.* Garrulitas otiosa parit egestatem, V, 428, 2: *In omni opere erit abundantia; ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.*

3° Garrulitas Christiano et fideli est cavenda, XIV, 310, 2; 311, 1. Garrulitas reprehenditur, XVII, 81, 2. De garrulitate apophthegmata varia, II, 97, 2 et seq.

GASPAR BARZÆUS. Gaspar Barzæus Armuzii Samson, III, 214, 1. Quam charus et venerabilis erat Armuziæ Saracenis, XX, 8, 2. Quam stupenda per pueros Armeniæ patrarit, XI, 263, 2. Discordes ad unionem redigere in primis studebat, XV, 149, 1, 2. Ejus amor erga socios omnes, XVII, 372, 1.

GASPAR SANCHEZ. Gaspar Sanchez docte et eleganter in Isaiam scripsit, XI, 100, 1, 2. Scripsit etiam in Prophetas minores, XIII, 222, 1.

GAUDERE, GAUDIUM. 1° *Gaudium generaliter sumptum.* Gaudium spiritus vitales et animales multiplicat, excitat et acuit, IV, 249, 1. Gaudium perfecte novit is qui post dolorem ejus fit compos, V, 413, 2: *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Gaudium e re inexpectata et nova ortum, mentem adhuc reddit anxiam et dubiam, XVI, 281, 2: *Adhuc autem illis non credentibus, et mirantibus præ gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur?* Præ gaudio, præsertim repentino, multi obierunt, XIV, 264, 1; XVI. 35, 1. Gaudere etiam dicuntur res inanimatæ, X, 321, 2.

2° *Quodnam gaudium sit verum.* Gaudium in Domino et verum quodnam sit, II, 175, 1, 2. Gaudium Domini quid sit, X, 99, 1: *Non est census super censum salutis corporis: et non est oblectamentum super cordis gaudium.* Gaudere in sæculo, et gaudere in Domino quid sit, XIX, 59, 2: *Gaudete in Domino, iterum dico vobis, gaudete,* Gaudium Domini accipitur active et passive, IV, 248, 2: *Nolite contristari: gaudium etenim Domini est fortitudo nostra.* Quomodo in Domino semper gaudere possimus, X, 99, 1. Christianorum gaudium quadruplex est, II, 175, 1, 2.

3° *Unde oriatur verum gaudium.* Gaudii quæ vera causa, XIX, 59, 2. *Gaudete in Domino.* Gaudium verum est in bona conscientia et sanctitate, X, 99. 1; 103, 1. *Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo*, 109, 1. *Splendidum cor et bonum in epulis est, epulæ enim illius diligenter fiunt*, XX, 522, 1, 2 et seq.: *Et hæc scribimus vobis ut gaudeatis, et gaudium vestrum sit plenum.* Gaudium perenne est bona conscientia, IX, 408, 2: *Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti*, X, 98, 1, 2. Gaudium solum est in salute et tranquillitate, V, 521, 1: *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio;* VI, 396, 2 et seq.: *Peccantem virum iniquum involvet laqueus, et justus laudabit atque gaudebit.* Gaudium solidum nascitur e sola virtute, 111, 2: *Gaudium justo est facere judicium, et pavor operantibus iniquitatem.* Id excitat timor Dei, 34, 2: *Timor Domini ad vitam, et in plenitudine commorabitur absque visitatione pessima.* Gaudium justorum in hoc mundo comes est virtutis eorum, XI, 608, 1: *Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium et lætitiam tenebunt, fugiet dolor et gemitus.* Gaudium sanctorum est Christus, XVII, 206, 1. Gaudium de Dei gloria et majestate, unde in nobis oriatur, XIV, 237, 1. Quod gaudium fructus sit Spiritus sancti, XVIII, 568, 2: *Fructus autem spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, etc.* Gaudium Spiritus sancti est fructus pœnitentiæ, XV, 129, 2: *Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.* Gaudium timentium Deum, IX, 440, 2. Id nulla mala extinguere queunt, X, 99, 1. Quod gaudium Christus pro præmio discipulis afferat, XVI, 563, 2 et seq.: *Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur.* Est id tam suum quam discipulorum, 564, 1. Quomodo id impleri et perfici possit, 564, 2. Gaudia virginum sunt earum proles, XI, 660, 1, 2. Gaudendum quare sit in tribulatione, XX, 16, 1, 2 et seq.: *Omne gaudium existimate, cum in varias tentationes incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur.* Ita gaudent viri solidæ virtutis, 17, 2; 48, 1, 2 et seq.: *Beatus qui*

suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Gaudium Deus admiscet tribulationi, Job, 672, 1 : *Et non dixit : Ubi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?* Gaudere in tribulatione admirabile est, XIX, 117, 1: *Et vos imitatores nostri facti estis et Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti.* Gaudium in tribulatione quam sit heroicum, XVII, 156, 2 : *Ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* Media ad gaudium assequendum, II, 444, 2.

4° *Gaudii veri et spiritualis fructus et characteres.* Gaudii spiritualis fructus, II, 444, 2: *Et comedetis in conspectu Domini Dei vestri, ac lætabimini in cunctis, ad quæ miseritis manum, vos et domus vestræ in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester.* Gaudium spiritus quam sit suave, XVII, 108, 2 : *Et frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis.* Gaudia justorum quanta sint, V, 303, 2 : *Quod timet impius, veniet super eum; desiderium suum justis dabitur, Job, 216, 1 : Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum et labia tua jubilo.* Gaudium comes est confidentiæ, securitatis, animositatis, VI, 110, 2. Id renibus denotatur, 71, 2. Gaudium cordis mirifice ad contemplationem confert, V, 456, 2 : *Cor gaudens exhilarat faciem : in mœrore animi dejicitur sapiens.* Gaudium dæmonis tentationes evincit, XX, 20, 1. Gaudentibus de Deo novam gratiam, vires ac robur suggerit Deus, IV, 249, 1. Gaudii actu quomodo Deum laudemus, XXI, 135, 2. Quale sit gaudium sapientis, X, 396, 1. Gaudium sapientis moderatum est. V, 416, 1. Gaudium sapientis perenne, 567, 2 : *Videte oculis vestris quia modicum laboravi, et inveni mihi multam requiem.* De gaudio spirituali insignia documenta, II, 444, 2.

5° *Gaudia beatorum in cœlo,* Vide BEATI, COELUM.

6° *Gaudium mundi et impiorum quale sit.* Gaudium et risus mundi quid sit, VII, 88, 2: *Risum reputavi errorem, et gaudio dixi : Quid frustra deciperis?* Gaudia mundana sunt levia et inconstantia, X, 30, 1. Gaudia mundi dolore mixta sunt, V, 417, 2 et seq. : *Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat.* Quænam hujus rei causa, *ibid.* Gaudium impiorum et sanctorum cur differant quoad durationem et præmium, XVIII, 459, 1 : *Quasi tristes, semper autem gaudentes.* Gaudia impiorum de peccatis falsa sunt, XI, 673, 2 : *Impii autem quasi mare fervens, quod quiescere non potest, et redundant fluctus ejus in conculcationem et lutum.* Gaudium mundi breve est. XVIII, 315, 2 : *Præterit figura hujus mundi.* Item impiorum, IV, 460, 2 : *Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno.* Gaudium impiorum vertitur in tristitiam, XII, 452, 1 : *Et amputabitur exsultatio multitudinis ejus, et gaudimonium ejus erit in luctum.* Gaudia mundi vertuntur in luctum sempiternum, XVI, 581, 2 : *Amen, amen dico vobis, quia plorabilis vos, mundus autem gaudebit : vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.*

GAULUS. Gaulus insula quomodo sita, XVII, 427, 1. Ejus nomina, 428, 1, 2.

GAZA. Gaza unde dicatur, XII, 295, 1 ; XIII, 543, 1 ; XIV, 288, 2. Pomponii Melæ in ejus etymo error, XIII, 543. 1. Gaza urbs fuit duplex, una in Persida seu Media, altera in Philistæa, *ibid.*; XVII, 203, 1, 2. Gaza Philistææ eversa, et altera non procul inde ædificata, *ibid.*, 2.

Gaza a Josue capta mox occupata a gigantibus, III, 66, 1, 2. Quomodo a Pharaone Ephres vastata, XII, 295, 1. Quando contra eam prophetarit Jeremias, *ibid.* Ejus potentia eam vastarunt Nabuchodonosor et Alexander Magnus ; postea refloruit, et hodie floret, *ibid.* Ejus capiendæ ab Alexandro quale portentum evenerit, XIV, 454, 2. Aliæ ejus expugnationes, *ibid.* Ejus idolum fuit Marnas, 454, 2.

GAZARA. Gazara urbs ubi sita, IV, 482, 2. Per eam non intelligitur Gazer, 490, 2.

GAZOPHYLACIUM. Gazophylacia templi quæ dicantur, XII, 788, 1. Gazophylacium erat locus publicus et amplus ; ipsum describitur, XVI, 499,2. Erat arca pecuniaria templi ; sic quoque dicta porticus, in qua illa servabatur, XV, 708, 2. Gazophylacia quid mystice denotent , XII, 788, 1 ; 797, 1.

GEBHARDUS. Gebhardus abbas, brachium miraculose sanatum feminæ devotæ osculandum præbens, idem rursus sensit obrigescere, V, 193, 2.

GEDEON. Gedeon quare et unde dictus Jerobaal et Jerubaal, XIII, 359, 2 ; 424, 1. Dictus est etiam Arbel, 424, 2. Gedeonis fortitudo, III, 149,2. Licite petit signum ab angelo, 150, 1. Non sacrificavit dum carnes angelo obtulit, 150, 1, 2 et seq. A Deo factus est sacerdos, 153, 2. Accepit donum fortitudinis, 153, 2. Non peccavit petendo signum roris in solo vellere, 153, 2 ; 154, 1. Qui instar canum biberunt, manu aquam injicientes, a Gedeone electi in milites, 158, 2 et seq. Gedeon apposite significatur per panem hordeaceum, 159, 2. Ejus fides, XIX, 486, 1. Ejus fides promerita est victoriam contra Madian, 163, 1. Gedeon molli responso et humiliando se Ephraimitas sibi iratos reconciliavit, III, 164, 2 ; V, 446, 1. Ejus peritia in bello, 166, 1. Offertur ei post debellatum Madian monarchia, quam non habebat, et recusat, 166, 2. Ephod quod fecit fuit vestis Pontificalis, 167, 1, 2. Serarius opinatur eum etiam post victoriam per se sacrificasse, *ibid.*, 2. Non peccavit faciendo ephod, nisi forte venialiter, ob eamque culpam punitus est deletione posterorum, *ibid.*, 2, et 168. 1. Mortuus est in senectute bona, 168, 2. Gedeon fuit typus Christi, III, 163, 2; XI, 229, 1, 2 et seq.

389, 1. Generatio Christi æterna, XVII, 281, 2. Generatio Christi, tum æterna, tum temporalis, rori assimilatur ob multas analogias, V, 117; 2 et seq.; XI, 551, 2; 552, 1, 2. Utraque cum aurora comparatur, XIII, 366, 1, 2. Generatio vera in Deo est, XIX, 356, 2. Generationis divinæ et humanæ antithesis, XVI, 305, 2 et seq. Generatio et spiratio in Deo sempiterna et invariabilis est, 356, 1. *Gignere et genuisse, gigni et genitum esse*, idem sunt in divinis, V, 231, 2. Generatio Filii Dei est a Deo Patre peracta ut principium viarum ejus in opera ejus, 223, 2 et seq. Generatio Filii Dei est naturalis, non libera, est immutabilis, pura, XIX, 352, 2. Generatio Christi enarrari non potest, XI, 634, 2.

Generatio Christi ex Virgine fuit supernaturalis simul et naturalis, XV, 60, 1. In generatione Christus et Melchisedech conveniunt, XIX, 411, 1, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS).

3° Ad generationem spiritualem quid requiratur, XVIII, 134, 2. Generatio spiritualis et divina similis est carnali, XX, 561, 1. Gignimur a Deo ter, 70, 1. Et quomodo hæc generatio peragatur, 70, 2. Generatio naturalis non facit ad veram Abrahæ posteritatem, XVIII, 159, 1, 2 et seq.

4° Generatio sua tribuitur virtuti et peccato, X, 353, 1. Generatio peccati et virtutis, XX, 62, 1, 2.

GENEROSITAS, GENEROSUS. Generositas indolis a parentibus descendit, VI, 429, 1. Generositas omnes difficultates exsuperat, XX, 398, 1, 2: *Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitque.* Generosus facile tolerat suam infirmitatem, V, 573, 1: *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam.* Item aliam quamlibet, *ibid.*; 574, 1. Iræ dominatur, VI, 272, 2: *Patientia lenietur princeps, et lingua mollis confringet duritiem.* Generosus iram domat, et injuriam parvi fecit, XVIII, 644, 2. Generosus est similis leoni, VI, 155, 2. Generosi est insidias et pericula præcavere, IV, 560, 2. Generositas ad heroica opera et profectum, incitat ad cursum in vita Christiana, XIX, 49, 2: *Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis in Christo Jesu.*

GENESARETH. Genesareth est alius locus a Gerasa, XV, 347, 2. Est idem qui Ceneret, vel Ceneroth: ab ea dictus est lacus illi adjacens stagnum vel mare Genesareth, 348, 1. Terra Genesar est eadem cum Genesareth, XVI, 390, 2 et seq.

GENESIS. Genesis quid contineat, I, 37, 1. Ejus chronologia, *ibid.*, et 419, 1, 2. Quinam in eam scripserint, 37, 1, 2.

GENESIUS (S.). S. Genesius martyr suo sanguine baptizatus est, V, 441, 2.

GENETHLIACI. Genethliacorum quam frivola sit scientia, XVII, 356, 1, 2.

GENIMEN. Genimine (de hoc) vitis se non bibiturum amplius dixit Dominus, non in cœna Eucharistica, sed in cœna agni paschalis, XV, 562, 1, 2. *Genimen vitis* a Christo vocatur id quod erat non in calice Eucharistico, sed in calice agni paschalis, *ibid.*

GENNADIUS. Gennadius commentatus est in *Apocalypsin*, XXI, 11, 1.

GENOVEFA (S.). S. Genovefæ cereus fuit ab angelo reaccensus: ejus sanctitas illustris: est Parisiensium patrona, VI, 503, 1, 2.

GENSERICUS. Gensericus Wandalus Africam et Romam diripuit, XXI, 200, 2. Cur dictus sit regum omnium felicissimus, *ibid.* Primus Wandalorum regum Arianus fuit, a Bonifacio comite primus est in Africam vocatus, 201, 1. Gensericus an sit nomen Antichristi, 263, 2.

GENTES. 1° Gentium *vocis definitio, earum varia in Scriptura nomina, origo, indoles, usus.* Vox *Gens* deducitur a *genus*, IX, 471, 1. Gentes aliquando significant per catachresin genera, 471, 1. Cur vocentur dispersio, XI, 662, 2. Peregrini vocantur, 706, 2. Gentes et variæ nationes ex quibus ortæ, I, 163, 2 et seq. Gens quælibet in terra suam habet generationem, successionem, processum, finem, IX, 472, 1. Gentes nonnullæ naturaliter aliis quibusdam certis adversantur, VI, 326, 1. Gentibus, apud quas circumcisio viguit, non fuit ea communis, sed privata aliquorum et paucorum, XII, 86, 2. Gentes valedicebant defunctis, offerentes eis cibos, 461, 1. Sepeliebant suos principes cum armis, sceptro, vestibus et auro, 73, 1. In luctu incidebant se, 133, 2. Gentes Judæis vicinas cur a Chaldæis excidi voluerit Deus, 196, 1, 2. Gentes tres exosæ Judæis erant, X, 547, 1, 2. Quas hæ designent, *ibid.*

2° *Gentium idololatria.* Earum vesana in effor-mandis et fabricandis diis superstitio, XI, 500, 1, 2. Fabricando et colendo simulacra lignea et lapidea colebant idola, non Deum, sed Deum iis similem faciebant, *ibid.* In idolis ligneis non adorarunt Deum quasi in imagine ut faciunt Christiani, contra Calvinum, XII, 465, 1. Adorarunt et sacrificarunt montibus, fontibus, fluviis, XI, 526, 2. Colebant astra quasi animata, XII, 88, 1, 2. Cur adorarint solem et stellas. 74, 1. Putabant lunam in defectu a dracone apprehendi, 69, 1. Etiam vitia morbosque in deos retulerunt, XI, 662, 1, 2. Idola sua quomodo contra Deum tuerentur, 512, 2. Gentium crudelitas in immolandis hominibus, ac potissimum filiis, II, 117, 2. Tripliciter errarunt ex proborum infortunio, et improborum felicitate, XII, 105, 1, 2. Eas errare quomodo permiserit Deus, XVII, 293, 1. Gentes Judæos et Judaismum irridebant, XI, 410, 1, 2. Gentes cur Judæos spernerent, XVII, 239, 1. Gentes plurimæ sunt ad Judaismum conversæ, XII, 135, 2. Auditis mirabilibus victoriis Hebræorum, agnoverunt Dei potentiam, eumque timuerunt, XIV, 539, 2. Earum adolescentia quando fuerit, quæ confusio et viduitas, XI, 641, 2: *Quia confusionis adolescentiæ tuæ oblivisceris, et opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis.*

3° *Gentium conversio ad Christum.* Gentium conversio prædicitur, I, 162, 2; XI, 409, 1 : *Et audient, in die illa, surdi verba libri, et de tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt;* XIII, 295, 2; 296, 1 : *Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, et non numerabitur;* 306, 1 : *Congregabuntur filii Juda et filii Israel, et ponent sibimet caput unum.* Gentium conversio quomodo a Sophonia prædicta sit, 293, 1, 2 : *Horribilis Deus super eos, et attenuabit omnes deos terræ : et adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium;* 305, 1 : *Ultra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei, filii dispersorum meorum deferent munus mihi.* Earum prophetæ quales essent, XI, 50, 2. Earum vocationem insinuat Christus, XV, 224, 2 : *Multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob, in regno cælorum.* Erant cæcæ et surdæ ante Christum, post ejus adventum et videre et audire cœperunt, 456, 1 : *Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt.* Item claudæ et mutæ, sed eo veniente, salient et loquentur, *ibid.*, 2 : *Tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum.* Pro gentium ab idololatria ad Christi fidem conversione Siracides oravit, X, 230, 1, 2 : *Immitte timorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te, ut cognoscant quia non est Deus nisi tu, et enarrent magnalia tua.* Gentes quæ et qualem ortum Christi desiderarint, XIV, 336, 2. Gentes omnes commotæ sunt tempore Christi, XIX, 509, 1, 2 : *Adhuc semel, et ego movebo non solum terram, sed et cælum.* Gentes omnes quomodo Christus suo ortu commoverit, XIV, 334, 2 : *Adhuc unum modicum est, et ego commovebo cælum et terram, et mare, et aridam : Et movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus.* Eas quando respicere Deus cœperit, XVII, 337, 2 : *Et tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus.* Gentes et Samaritæ prius ad Ecclesiam venere quam Judæi, XII, 621, 1, 2; 622, 2. Eas adiri ab apostolis se vivente vetuit Dominus, cur : sed post passionem passim ipsis evangelizatum est, XV, 258, 2 : *In viam gentium ne abieritis....; sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel.* Ad eas quando abierunt Apostoli, XVII, 158, 2; 258, 2. Publice quando eis Apostoli prædicare cœperunt, 244, 2. Iis quomodo Paulus loqueretur ante apertum Gentilibus ostium Evangelii per Petrum, 222, 2 : *Loquebatur quoque gentibus* (Paulus), *et disputabat cum Græcis, illi autem quærebant occidere eum.* Se invicem hortatæ sunt ut ad Ecclesiam Christi transirent, XIV, 97, 1 : *Et dicent : Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos de viis suis, et ibimus in semitis ejus.* Gentes turmatim ad Ecclesiam convolarunt, 444, 1, 2 : *Hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego salvabo populum meum de terra Orientis, et de terra occasus solis.* Gentium ad Deum conversio, *Psalm.* II, 71, 2 : *Omnes gentes quascumque fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine, et glorificabunt nomen tuum.* Gentium conversio mira quadrupliciter, VIII, 3, 1 : *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ et thuris, et universi pulveris pigmentarii ?* Gentes sub Christo sapere cœperunt, XI, 430, 1 : *Cor stultorum intelliget scientiam, et lingua balborum velociter loquetur et plane.* Earum vires et sapientia cesserunt Evangelio, XIV, 454, 2. Gentes quomodo se coram Judæis et postea coram Christianis se humiliarint, 150, 1 : *Lingent pulverem sicut serpentes, velut reptilia perturbabuntur in ædibus suis : Dominum Deum nostrum formidabunt, et timebunt te.* Visis doctrinis paradoxis Ecclesiæ, ab ea refugiebant, at interiori pulchritudine ejus visa, eam amare cœperunt, 502, 2. Quin et eam promoverunt, 437, 1 : *Et qui procul sunt, venient, et ædificabunt in templo Domini.* Visa Christianorum sanctitate, obstupuerunt, XI, 556, 2 et seq. Audita tuba Evangelii quomodo fugerint, 739, 1 : *Cum feceris mirabilia, non sustinebimus, descendisti, et a facie tua montes defluxerunt.* Gentes conversæ ad Christnm omnes suas opes in Ecclesiam contulere, item omnes scientias et artes, XIV, 539, 2 et seq. : *Congregabuntur divitiæ omnium gentium in circuitu, aurum, et argentum, et vestes multæ satis.* Gentes dum in Christum credunt, sunt veri fideles et Judæi, X, 235, 1. Gentes ascitæ per fidem in familiam Abrahæ, benedictionum et promissionum illi a Deo factarum, inter quas prima est effusio Spiritus sancti, justificatio, et adoptio, factæ sunt participes et hæredes, XIII, 295, 2; 507, 2; 603, 2 : 643, 1, 2. Servi et ancillæ erant ante Christum, sed per Christum in filios cooptatæ sunt, 508, 1, 2. Gentes omnes, tam fideles quam infideles, sunt Christi hæreditas, *Psalm.* I, 16, 2 : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.* Gentes fuere Ecclesiæ et Deo gratissimæ, XI, 533, 2 : *Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam et Saba pro te.* Ipsæ jam conversæ ad legem non tenebantur, XVII, 382, 1. Ex gente qualibet ad cœlestem Jerusalem confluent aliqui, XXI, 374, 1. Ipsæ omnes prius sunt convertendæ, quam sit futura orbis consummatio, XV, 270, 2. Gentes pleræque deficient a Romano Pontifice et imperio ante diem judicii, XIX, 149, 1, 2 : *Quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis* (*Vide* GENTILES).

GENTILES. I. EORUM IDOLOLATRIA. — 1° *Quos deos adorabant.* Gentiles multi fuere cœlicolæ, eorum religio est cultus idolorum, V, 442, 2. Et solicolæ, XIV, 275, 1. Gentiles adorabant solem orientem, XII, 562, 2. Adorarunt homines ut deos, XX, 667, 2. Res ex quibus commodum cupiebant, ut deos venerabantur, X, 128, 1. Variis rebus varios deos præficiebant, II, 491, 1. Quid de diis suis

crederent et quomodo eos orarent, VII, 195, 2 et seq. Diis suis ascribebant sua scelera, IX, 447, 1. Singulis cupiditatibus et vitiis deum aliquem præficiebant, X, 205, 1. Putabant deos suos habere corpora, et proinde eos subinde dormire, et a somno excitari debere, XIV, 234, 2. Hinc oraturi, præsertim mane, eos inclamando excitabant ut preces suas audirent, *ibid.* Gentiles thyrsos dicabant Baccho, IV, 352, 2. In ædificatione urbis sacrificabant Gentiles Libero patri, cur, 236, 2. Apud eosdem portæ et muri sacri erant, *ibid.*

2° *Gentilium usus religiosi.* Quam essent in victimis seligendis et adornandis diligentes, XIV, 557, 2. Victimas inter domesticos et amicos absentes distribuebant, XVIII, 347, 2. Post sacrificia ludos agebant, 341, 2. Lotis et extensis manibus orabant, XIX, 201, 2 et seq. In oratione adhibebant battologiam et multa verba effutiebant, IX, 231, 2; XV, 184, 2. Cibum sumpturi, consecrabant diis primitias, XIX, 228, 1. Mensæ benedicebant, eaque finita, diis libabant et sacrificabant, X, 157, 2; XV, 563, 1. Sua opera deorum invocatione ordiebantur, X, 259, 1. In propositis addebant : *Si dii volent, diis volentibus,* XX, 293, 2 et seq. Etiam pretiosa sua in templo deponebant, IV, 510, 1.

Gentiles quomodo manibus suis parentarent, IV, 287, 2. Cur coluerunt Libitinam ut mortis præsidem, VII, 274, 2. Cur obolum tantum in ore mortui imponerent, 218, 1. Censebant animas post mortem quiescere, et quasi dormire, X, 99, 1. Hinc apponebant eis cibum et potum, 100, 2. Sepulcra suorum per manium evocationem turbabant, 438, 2. Fingebant reges post mortem suam in deorum numerum referri, IV, 548, 2.

3° *Gentilium errores et vitia.* Vivebant in tenebris, XVIII, 224, 1, 2. Veritatem Dei in injustitia detinebant, seris iniquæ voluntatis, 49, 1, 2. Quare naturam ut novercam accusarent, X, 326, 1. Opinabantur somnia a Deo vel genio suo immitti, 191, 1. Sorte quasi divinatione utebantur ad scrutanda occulta et periculosa, IV, 374, 1. Hostium deos pariter hostes suos æstimabant, et ut hostes concidebant, VIV, 68, 2. Eorum quæ sunt fabulæ, XX, 428, 1. Solebant libros sacros Judæorum abuti ad superstitiones suas et ritus gentilitios, IV, 427, 2. Profanabant sacras historias traducendo eas ad deorum suorum fabulas, 427, 2; XIV, 32, 1. Variæ eorum transformationes, IV, 427, 2. Multa a Salomone dogmata mutuati sunt, V, 6, 1; 10, 2. Eorum multi sacram Scripturam græce jam conversam legerunt, X, 306, 2. Gentiles Judæorum simiæ fuerunt in multis ritibus, XIV, 79, 1. Eorum libri sacræ Scripturæ debent ancillari, V, 10, 2. Eorum scripta quomodo Christiani citare, et legere debeant, IX, 29, 2. Gentiles discrete et modice et quando a Christianis citandi, I. 648, 1. Eorum scientia non est præponenda sacræ, V, 568, 2. Sunt symbolum seductoris hominum, VI, 103, 1. Sunt hostes Dei et veræ sapientiæ, IX, 622, 1. Cur vocentur mare, XX, 215, 1, 2.

Gentiles se oderant invicem, XVIII, 605, 2. Injurias ulcisci solebant, IX, 302, 1. Censebant injurias vindicare esse signum magnanimi, tolerare pusillanimi, X, 48, 2 et seq. Humilitatem abominati sunt, IX, 317, 2. Eorum impuritas, XX, 164, 2. Eorum festa quam obscœna essent, XVIII, 553, 1. Eorum cæcitas in iis quæ repugnant naturæ, 653, 1. Avidissime omnem immunditiam sectabantur, 638, 2. Habuere tantum fictas virtutes, IX, 7, 1 : 9, 1, 2.

II. AN ET QUATENUS GENTILES DEUM VERUM AGNOVERINT, ET VIRTUTEM COLUERINT. — 1° Gentiles pauci in lege veteri Deum verum agnoverunt, XIV, 561, 1. Eorum nonnulli olim verum Deum agnoverunt et coluerunt, I, 237, 2; XVII, 231, 1 : *Vir autem quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius... religiosus ac timens Deum cum omni domo sua,... et deprecans Deum semper.* Deum e creaturis agnoscere potuerunt et debuerunt, XVIII, 49, 2 et seq.: *Quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque ejus virtus et divinitas.* Item agnoverunt eum cuncta intueri, XIX, 389, 2 : *Discretor est cogitationum et intentionum cordis.* Quomodo Deum in simulacris coluerint sapientiores Gentilium, XVIII, 52, 1: *Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum,* etc. Gentiles docuit Deus per naturalia, *Psalm.* II, 467, 1, 2 : *Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis.* Gentiles ipsam resurrectionem non damnabant, XVII, 407, 1 : *Hi ipsi dicant si quid invenerunt in me iniquitatis... nisi de una hac solummodo voce, qua clamavi inter eos stans : Quoniam de resurrectione mortuorum ego judicor hodie a vobis.* Gentilium regum pietas, IV, 221, 2 : *Sed et cætera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcumque necesse est ut expendas, dabitur de thesauro, et de fisco regis, et a me.* Primum Salomonis templum honorarunt potiusquam secundum Zorobabelis, nam hoc profanaverunt, XIV, 341, 1. Nonnunquam oblationes obtulerunt in templo Hierosolymitano, 378, 2. Eorum nonnulli etiam ad diem festum Paschæ ascendebant, XVI, 507, 2 et seq. : *Erant autem quidam Gentiles, ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo.* Cur per Philippum aditum ad Christum sibi parent, 508, 1 : *Ii ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ, et rogabant eum, dicentes : Domine, volumus Jesum videre.*

2° Eorum sapientes suam doctrinam ordiuntur a Deo, Deique religione, IX, 89, 1. Etiam inimicos dilexerunt, XV, 176, 2 : *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis ? Nonne et publicani hoc faciunt ?* Injurias illatas condonarunt, 173, 2. Gentiles etiam nonnulli paupertatis studiosi fuere, XVII, 136, 2. Etiam novissima præ oculis habebant, IX, 260, 2 : *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non*

peccabis. Sæpe melius vivunt quam Christiani, XV, 189, 1. Gentilium matronarum castitatis exempla, IV, 332, 2. Multorum pro gloria dimicantium exempla, 456, 2; 457, 1.

3° An naturali Dei cognitione, et naturaliter recta vita, vitare damnationem possint, XVIII, 59, 2: *Gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco.* An sine fide, qui inter eos probi fuere, salvati sint, 62, 1 et seqq.: *Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.* Possunt aliqua præcepta legis implere sine fide, et non omnia, 62, 2. An opera moraliter bona possint facere, 235, 1. Unde omnia eorum opera non sunt peccata, V, 442, 2; XVIII, 235, 1. Quomodo si legem non habeant, contra eam peccent, 61, 2; 62, 1, 2. Habent legem naturalem, quam faciunt, et contra quam peccant, *ibid.* Redemptore indiguere, non obstantibus operibus moralibus, XVIII, 34, 1.

III. Gentilium cum Judæis relationes. — Cur vocarentur Græci a Judæis, XV, 693, 2; XVII, 160, 1: *In diebus autem illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos.* A Judæis habebantur ut canes, et per contemptum canes vocabantur, IX, 399, 1: *Quæ communicatio sancto homini ad canem?* XV, 356, 1: *Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus;* XVIII, 183, 2: *Primus Moses dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem in iram vos mittam.* Vocabantur a Judæis dispersi, XVI, 425, 2: *Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? numquid in dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes?* Eos Judæi vocabant alienigenas, VI, 326, 1: *Laudet te alienus, et non os tuum; extraneus, et non labia tua.* Erant Judæis infesti, et velut extranei, IX, 276, 1, 2: *Coram extraneo ne facias consilium, nescis enim quid pariet.* A Judæis vocabantur etiam peccatores, XVIII, 531, 1: *Nos natura Judæi, non ex gentibus peccatores.* Item præputium, 604, 1: *Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne manufacta.* Item gentes in carne, *ibid.* Item immundi et scelerati, XIX, 88, 2: *Et vos cum mortui essetis in delictis et præputio carnis vestræ.* Iis communia, Judæis erant immunda, XVIII, 232, 2. Arcebantur ab atrio templi Judaici, XIX, 431, 1. Cur riderent Judæos, X, 82, 1. Gentiles olim per Judæos bello capti, an recte jussi sint circumcidi, IV, 421, 1, 2: *Et circumciderunt pueros incircumcisos quotquot invenerunt in finibus Israel, et in fortitudine.* Dominati sunt Judæis, et ad Christum conversi hæreditatem Ecclesiæ cum eis diviserunt, V, 523, 1: *Servus sapiens dominabitur filiis stultis, et inter fratres hæreditatem dividet.* Iis præcellebant Judæi in possessione Scripturarum et eloquiorum Dei, XVIII, 67, 1: *Quid ergo amplius Judæo est?... Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei.*

IV. Gentilium ad Christum conversio. — Iis prædicandum Evangelium, est a Prophetis prædictum, XVIII, 182, 2; 237, 1: *Dico.... gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine. Iterum dicit: Lætamini, gentes, cum plebe ejus. Et rursus Isaias ait: Erit radix Jesse, et qui exurget regere gentes.* Ipsi quam benigne a Christo vivente habiti, XVII, 244, 1. Eorum vocatio revelata primum Paulo, XVIII, 4, 1. Gentiles nonnulli ad fidem ante Cornelium conversi sunt, XVIII, 244, 1, 2. Eorum plurimi ad fidem convertendi erant, XVI, 643, 2: *Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus,* 244, 1. Sed nondum omnes ad eam sunt vocati, 199, 2. Sed tandem omnes convertentur, XI, 435, 2. Non sunt rejiciendi ab Ecclesia, XVII, 300, 2: *Qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut et nobis, et nihil discrevit inter nos et illos, fide purificans corda eorum.* Sunt ab Apostolis ad Deum conversi, X, 306, 2: *Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit Ecclesia.* Iis etiam prædicavit S. Petrus, XVIII, 528, 1: *Creditum est mihi Evangelium præputii, sicut et Petro circumcisionis.* In tenebris errorum sedentes, a Christo illuminati sunt, XVI, 74, 2: *Viderunt oculi mei salutare tuum quod parasti, ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tuæ Israel,* 458, 1. Non erant ejus oves, sed eos ipse oves fecit, 475, 1, 2: *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili; et illas oportet me adducere, et vocem meam audient.* Unde pro illis quoque mortuus est, 500, 1, 2: *Cum esset pontifex anni illius, prophetavit* (Caiphas) *quod Jesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum.* Quomodo dicere queant se a Deo non fuisse vocatos, XV, 443, 1: *Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit.* Laboratum venerunt hora undecima, Judæi vocati hora prima, 443, 1 et seq. Prius indigni, postea dignos se fide et Evangelio reddiderunt, XVI, 213, 1. Sunt in Ecclesiam admissi, Judæis venire renuentibus, XV, 28, 1; 103, 2; 357, 2; 475, 1 et seq.: *Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias.* Rejectis Judæis, fidem amplexi sunt, XVI, 465, 2 et seq.: *In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, et qui vident, cæci fiant;* 105, 2: *Et ait dominus servo: Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea;* 305, 2: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus;* 425, 2. Quia majore vi prædicationis vocandi

erant, hinc dicuntur compulsi intrare, 199, 2. Non fuit indignum eas præferri in Christianismo Judæis, XVIII, 159, 1 : *Non autem quod exciderit verbum Dei, non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ.* Cum Judæis in una Ecclesia mixti fuere, id denotatum in asina et pullo ejus, XV, 460, 1. Gentiles in Lazaro repræsentantur, XVI, 227, 1. Et in Zachæo, 250, 1. Sunt ideo justificati, quia fidem et gratiam Christi amplexi sunt, XVIII, 34, 1, 2; 155, 1, 2; 173, 2 : *Quid ergo dicemus ? Quod Gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam : justitiam autem quæ ex fide est.* Sunt vocati ad fidem ut Judæi excitarentur ad suæ salutis desiderium, 191, 1 : *Illorum delicto salus est gentibus, ut illos æmulentur.* Oleastro comparantur, 193, 1 : *Tu autem, cum oleaster esses, socius radicis et pinguedinis olivæ factus es.* Facti sunt hæredes salutis Abrahæ, inserti radici et fidei sanctorum Patriarcharum et Judæis prælati, 161, 2; 173, 2 et seq.; 193, 1; 611, 1 : *Quod* (mysterium) *aliis generationibus non est agnitum, sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis ; et Prophetis in spiritu ejus, gentes esse cohæredes, et concorporales et comparticipes promissionis ejus, in Christo Jesu per Evangelium.*

Gentilitas quomodo floritura sit tempore Christi, XI, 455, 1, 2 : *Lætabitur deserta et invia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium.* Gentilitas sterilis quam præclaros fructus virtutum dederit, et etiam hodie det, 514, 1, 2 : *Ponam desertum in stagna aquarum, et terram inviam in rivos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum, et spinam, et myrtum, et lignum olivæ : ponam in deserto abietem, ulmum et buxum simul.* Gentilium conversio est sacrificium et oblatio Deo, XVIII, 239, 1 : *Ut sim minister Christi Jesu, sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta, et sanctificata in Spiritu sancto.* Tunc resurrexerunt quodammodo ad novam vitam, XVI, 76, 1 : *Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in Israel.* Ex non plebe facti sunt plebs Dei, XVIII, 172, 2 : *Sicut in Osee dicit : Vocabo non plebem meam, plebem meam, et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.* Eorum Ecclesia quam uberem attulerit fructum, XVI, 500, 2. Magis Deum dilexere quam Judæi, V, 589, 1, 2. Gentiles cur non potuerunt circumcidi, christiani jam effecti, XVIII, 561, 1 : *Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis non proderit.* Scandalizabantur videntes Christianos inter se de cibis et delectu ciborum contendere, 232, 2 et seq. : *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.* Cur iis videretur gravis lex Christi, XXI, 59, 2. Gentilibus Christianis laborantibus promissa merces spiritualis longe nobilior quam fuit promissa Judæis, XV, 439, 2.

GENU. 1° Genua respondent genis, XVII, 376, 1, 2. Genua tangere fuit symbolum adorationis, I, 469, 2. Quæ et quot hujus ritus sint causæ, 470, 1. Genua languescunt in cordis deliquio, XIV, 184. 1. Ea cur lætitia et mœror statim occupet, 264, 1, Genua labantia signum sunt pusillanimitatis et pavoris, quæ ejus rei causa, *ibid.*

2° Genu utrumque flectendum in oratione, III, 598, 2; XV, 183, 1. Genu unum curvare, est Deum orando velut irridere, aut ei minari, XI, 132, 2. Genua sæpe per diem flectebant prisci Christiani, XVII, 376, 1. Ea habuit S. Jacobus callosa, *ibid.*

GENUS. Genus Dei quomodo simus, XVII, 335, 1, 2. Genus humanum in Adam peccans est velut ovis centesima errans, XV, 404, 2 et seq. Genus humanum est cæcum a primo ortu, XVI, 457, 2 et seq. Quomodo a Christo sit illuminatum, 459, 2. Ejus lapsus Christo turbationem causavit in suscitatione Lazari, 493, 1, 2.

GEOMETRIA. Geometria apud Ægyptios orta ob Nili incrementa, XI, 312, 2.

GEORGIUS (S.). S. Georgius martyr Lyddæ est sepultus, et ibi ei templum ædificavit imperator Justinianus, XVII, 224, 1.

GEORGIUS SAXONIÆ DUX. Georgius, Saxoniæ dux, quid de Lutherana fide sentiret, XVIII, 634, 2; XX, 127, 1.

GEORGIUS CASTRIOTTUS. Georgius Castriottus labiis præmorsis in prælium ruebat præceps, V, 512, 2.

GERARDUS MARTYR (S.). S. Gerardi corpus translatum humeris Ladislai regis Hungariæ, XI, 267, 1.

GERARDUS (S.). S. Gerardus quomodo ad religionem Cisterciensem sit vocatus, V, 49, 2. Ejus mors læta et felix, XIII, 464, 1. In morte jubilabat, X, 484, 2. Mortuus est ridendo, XVIII, 415, 1, 2.

GERASA, GERASENI. Gerasa alia est a Genesareth, XV, 347, 2. Alius etiam locus est a Gadara, XVI, 133, 2. Geraseni cur rogarint Christum ut a finibus ipsorum recederet, 136, 2.

GERASIMUS (S.). S. Gerasimus leonem mansuetum habuit, IX, 398, 1; 684, 2; X, 484, 2. Quam ei fuerit gratus, XI, 106, 2.

GEREON (S.). S. Geron martyr S. Evergistum archiepiscopum Coloniensem de sepulcro est allocutus, XX, 365, 2; XXI, 148, 2.

GERMANI. Germani unde orti, I, 165, 2. Germani orti ab Ascaniis Asianis, XII, 329, 2. Germani auspicia observabant olim ex duellis, III, 440, 2. Germani prisci, lucos sacros ingredientes, vinculis se obligabant, IX, 212, 2. Germani quomodo triturent et Galli, XIII, 418, 2. Germani mortuos extra urbes sepeliunt, XII, 156, 1. Germani prisci uxori ducendæ mittebant dotis nomine boves junctos, equum frenatum et scutum cum gladio, et quid his designarent, XI, 435, 2. Germani cum veste fidem mutarunt, XIV. 277, 2. Germani cum multa Turcarum millia cecidissent, præpropere ad spolia dilapsi ab iisdem cæsi, IV, 431, 2.

Gigas sæculorum est nomen Dei, IX, 453, 1; X, 238, 1; 556, 1.

6° Gigantes mystici qui, IX, 460, 2. Gigas symbolum rari roboris et fortitudinis, IX, 425, 1. Gigantes prisci fuere typus hæreticorum, VI, 713, 1; XX, 447, 2. Item diabolorum, XX, 226, 1, 2. Sunt typus superborum, *Job*, 345, 2.

GIHON. Gihon fons duplex est, superior et inferior, XIV, 534, 2.

GILIMER. Gilimer, Wandalorum rex, a Belisario victus et captus, argentea catena vinctus ad imperatorem mittitur, XXI, 200, 2, et seq.

GITH. Gith quod seminis sit genus, XI, 401, 1, 2.

GLACIES. Vox *Glacies* unde deducatur, X, 405, 2. Glacies filia maris et aquæ est, XI, 350, 1. Glaciei concretio qualis, *Job*, 723, 1. Instar loricæ ferreæ dura est, X, 410, 2. Herbas et sata omnia velut adurit, *ibid.*, et 411, 1. Quomodo resolvatur, 411, 2. Ejus enigma, 409, 1. Glacies symbolum superbiæ est, VI, 140, 1.

GLADIUS. 1° Gladius dicitur quasi *cladius*, XXI, 35, 1. Cur gladii vocentur laminæ, VI, 140, 1. Gladius sumitur pro *supplicio* et *vindicta*, Job, 417, 2; 761, 2. Gladio usi sunt Judæi in suppliciis reorum, XV, 615, 2. Fuit ordinarium Judæis supplicium, II, 132, 2. Gladio quando Judæi usi cœperunt in pœnis reorum, XVII, 255, 2. Gladio tripliciter quis percuti potest, VI, 89, 2 et seq. Gladio aliquem mutilantes gladio peribunt, XV, 578, 2. Gladius quem Jeremias propheta Judæ Machabæo qualis, IV, 365, 1, 2. Gladius Petri non fuit culter, sed ensis, XV, 578, 1, 2 et seq.

2° Gladius in Scriptura quid significet, III, 536, 2. Gladius summæ potestatis indicium est, XVIII, 220, 2. Gladius datur regibus cnm inaugurantur, IV, 239, 1. Est symbolum principis, multis fuit omen mortis, XXI, 35, 1.

3° Gladius et lancea Dei quid, *Psalm.* I, 213, 1. Gladius Dei quomodo inebriatus sit in cœlo, XI, 450, 1. Gladius Dei quomodo sit involutus, XII, 655, 2. Gladius anceps ex ore Dei egrediens quid significet, XIII, 93, 1. Gladius Dei, siccitas, fames, bella in Scriptura vocantur, XIV, 326, 2. Gladius Christum judicem decet, XI, 260, 2. Gladio Christi ex ore exeunte quid denotetur, XXI, 34, 2 et seq. Quem gladium venerit Christus in terram mittere, XV, 76, 1. Gladius flammeus ante paradisum quis fuerit, I, 111, 2. Allegorice est ignis purgatorii, *ibid.* Gladius quis beatæ Virginis animam pertransiit, XVI, 77, 1 et seqq. Gladius angelorum qualis, VIII, 11, 2. Gladius anceps Veteris et Novi Testamenti, XIX, 389, 1. Gladius excommunicationis sobrie exerendus est, XVIII, 484, 2.

4° Gladius verbi Dei et prædicationis, XI, 583, 1. Per gladium aureum intelligitur sacra Scriptura, IV, 239, 2. Gladius fidelium est amor Dei, VIII, 12, 1. Super femur significat mortificationem appetituum carnalium, *ibid.* Gladius mortificationis adhibendus, dum orationi, aliisque piis virtutum actibus insistimus, cur, IV, 239, 1. *Gladium a sanguine prohibere* mystice quid sit, et cur ille maledictus qui illud prohibeat, XII, 301, 1. Gladius peccati typus est, IX, 563, 1.

GLIRES. Glires hieme non comedunt, XV, 119, 1. Glires Romanis in deliciis ad cibum, XI, 764, 1. Glis symbolum est acedi et obesi, *ibid.*

GLOBUS. 1° Globus terræ vocatur fasciculus ob sex causas, XIII, 638, 2. In globum corpus nostrum in resurrectione non est transformandum, XV, 333, 1; XIX, 56, 2. Globus aurei coloris visus Romanis e cœlo in terram descendere, paulo ante ortum Christi, XIV, 332, 2. Globus aureus imperatori die inaugurationis in manu traditus cum cruce, quid significet, XIII, 621, 2; XIV, 407, 1.

GLORIA. I. GLORIÆ DEFINITIO ET VARIÆ ACCEPTIONES. — Gloriæ definitio, XVI, 591, 1: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*; XX, 688, 2. *Soli Deo salvatori nostro per Jesum Christum Dominum nostrum, gloria et magnificentia.* Gloria dicitur quasi *claria*, V, 216, 2: *Mecum sunt divitiæ et gloria, opes superbæ et justitia.* Gloria per lucernam repræsentatur, VI, 69, 2: *Qui maledicit patri suo et matri, extinguetur lucerna ejus in tenebris.* Cingulo denotatur, XVIII, 678, 1. Gloria sæpe sumitur pro *gratia*, XX, 409, 2: *Qui* (Christus) *vocavit nos propria gloria et virtute,*

II. GLORIA DEI. — 1° *Gloria Domini quæ sit*, *Psalm.* II, 150, 1. *Annuntiate inter gentes gloriam ejus....: Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : terribilis est super omnes Deos.* Gloria Dei duplex est, interna et externa, X, 382, 2: *Quis satiabitur videns gloriam ejus?* Interna alia objectiva, alia formalis, *ibid.*, 2. Extrinseca etiam duplex, objectiva et formalis, 383, 1. Gloriam infinitam, et immensam habet Deus in se et apud semetipsum, XVI, 595, 1: *Clarifica me, tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te.* SS. Trinitas laudat seipsam gloria increata et essentiali, X, 422, 1: *Benedicite Dominum, exaltate illum quantum potestis : major est enim omni laude.* Propter gloriam suam increatam omnia creavit et operatus est Deus, V, 488, 1: *Universa propter semetipsum operatus est Deus.* Gloriam nullam Deo addere homines possunt, 487, 2. Gloria Domini quomodo terra sit plena, XI, 174, 2: *Plena est omnis terra gloria ejus.* Gloriam Dei sol præcipue prædicat, *Psalm.* I, 105, 1: *In sole posuit tabernaculum suum.* Deus gloriæ idem est quod divina majestas, vel divinitas gloriosa, XVIII, 595, 1: *Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ et revelationis in agnitione ejus.* Gloria Domini, id est solium Domini, vel imago Domini electrina, XII, 566, 1, 2: *Et gloria Domini assumpta est de cherub, quæ erat super eum ad limen domus.* Quam gloriam Dei viderit Isaias, XVI, 516, 2: *Hæc dixit*

Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo, XI, 165, 2 et seqq. Gloriam Dei quam Stephanus vidit, XVII, 180, 1, 2 : *Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei.* Gloria Dei est Verbum caro factum, XI, 493, 2 : *Et revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.* Item Dei misericordia et peccatorum condonatio, *ibid.* Gloria Domini quomodo dicatur benedicta de loco suo, XII, 526, 1 : *Benedicta gloria Domini de loco suo.* Gloria Domini quando et quomodo operuerit cœlos et allegorice, XIV, 250, 1, 2 : *Operuit cœlos gloria ejus, et laudis ejus plena est terra.* Gloria Dei per nebulam repræsentatur, IX, 622, 1. Gloria Domini comparatur in Scriptura luci, tenebris, fumo, XII, 575, 1, 2.

2° *Gloriam Dei quærere et ad eam omnia referre debemus.* Gloriæ suæ zelotes est Deus, XIII, 505, 2 (*Vide* Deus). Gloria competit sola Deo, XI, 524,1, 2 : *Gloriam meam alteri non dabo. et laudem meam sculptilibus*, XX, 688, 2. Quænam gloria soli Deo tribuatur, XIX, 189, 1 : *Regi sæculorum immortali, invisibili, soli Deo, honor et gloria.* Gloria bonorum operum debetur Deo, III, 486, 1 : *Nunc igitur.... obside civitatem, et cape eam, ne, cum a me vastata fuerit urbs, nomini meo ascribatur victoria.* Gloria Dei sit finis actionum nostrarum, XVIII, 231, 2 : *Sive enim vivimus, Domino vivimus, sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus*; 259, 1, 2 : *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Gloria Dei est in nostris actionibus omnibus spectanda, V, 217, 1 : 484, 3; X, 182, 2 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto, ne dederis maculam in gloria tua.* Gloria quam Deo omnes creaturæ dant, ei omni jure debetur, et hæc tam patens est quam tacita, V, 488, 1. Cur tamen propter hanc nihil Deus sit operatus, *ibid.* Gloria danda primum Deo, deinde hominibus ob acceptam sapientiam, X, 560, 2 : *Danti mihi sapientiam, dabo gloriam.* Gloria Dei est nostris miseriis opponderanda, *Job*, 754, 1. Propriis commodis præhabenda, 92, 2. Gloriam Dei veram aptavit Judas Machabæus, IV, 456, 1 : *Si appropiavit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, et non inferamus crimen gloriæ nostræ.* Gloria Dei est præcipue scopus sacerdotis, XIV, 569, 2 : *Et nunc ad vos mandatum hoc, o sacerdotes! Si nolueritis audire, et si nolueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo.*

Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, est laus mentalis Dei dignitatem adæquans, X, 422, 1; 423, 1 : *Gloria Patri*, etc., quando primo dici cœptum, XVIII, 199, 1. Explicatur, *ibid.*

III. Gloria Christi. — Gloriæ titulus competit Christo, XX, 99, 1 : *Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ.* Qualem gloriam dederit Deus Pater Filio suo, XVI, 309, 1 : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre.* Gloriam a principio conceptionis habuit Christus in anima, in corpore vero, in actu primo, XVIII, 411, 2 : *Primus homo de terra terrenus; secundus homo de cælo, cælestis.* Gloria Christi in quo sita sit, XVI, 277, 2 : *Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?* Per crucem ad eam ipsum pervenire oportuit, *ibid.* Gloria Christi ex operibus, XI, 147, 1 : *In die illa erit germen Domini in magnificentia.* Gloria deitatis Christi per carnem assumptam quasi per velum apparuit, XVI, 309, 1. Gloria animæ Christi in corpus redundavit, X, 233, 2. Gloria Christi in transfiguratione in quo eluxerit, XX, 429, 1 : *Accipiens enim honorem et gloriam, voce delapsa a magnifica gloria.* Quam gloriam Christus a Patre ante mortem suam petat, XVI, 590, 2 et seq. : *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Quæ sit gloria ejus post mortem, XI, 275, 2. Quanta sit gloria crucis et crucifixi, XIX, 369, 2 : *Gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum.*

IV. Quæ sit vera hominis gloria. — 1° Gloria vera hominis nonnisi apud Deum, quia immensa, interna, solida, fidelis, sincera est, XVIII, 486, 2 et seqq. : *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Gloria sanctorum est Dei gloria, X, 428, 2 : *Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a sæculo.* Gloria vera hominis est timor Dei, IX, 319, 1 : *Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum.* Ejus dignitas, 440, 1 : *Adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus, et stola gloriæ vestiet illum.*

2° Gloria filia laboris, XV, 387, 2 : *Domine, bonum est nos hic esse; si vis, faciamus hic tria tabernacula : tibi unum, Moysi unum, et Eliæ unum.* Gloriæ octuplicis scala, 151, 1, 2. Gloria paratur per ignominiam, XVI, 590, 2. Gloria spei Christianæ, XVIII, (Christi) *domus sumus nos, si fiduciam et gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus.* Gloria est stimulus doctrinæ comparandæ, XVI, 421, 1 : *Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit; qui autem quærit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est, et injustitia in illo non est.*

3° Gloria propria dos et laus piorum, V, 102, 2 : *Gloriam sapientes possidebunt : stultorum exaltatio ignominia.* Est individua virtutis comes et assecla, 216, 2 : *Mecum sunt divitiæ et gloria, opes superbæ et justitia.* Gloria cur dedeceat stultum, VI, 295, 1 : *Quomodo nix in æstate, et pluviæ in messe, sic indecens est stulto gloria.* Est ei quoque noxia, *ibid.* Gloria sequetur humiles, 410, 1, 2 : *Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet gloria.* Sequetur fugientes, IX, 336, 2. Ejus fuga via est ad gloriam, XV, 79, 1. Gloria piorum instar lucis omnes exhilarat, at impiorum brevis et exigua est, V, 382, 2 : *Lux justorum lætificat; lucerna autem impiorum extinguetur.*

V. Quæ sit vana et falsa gloria. — 1° *Gloria*

hujus mundi exilis est, fugax et brevis, IV, 421, 2; IX, 336, 1; XI, 149, 2; XIV, 458, 1; XV, 460, 1. Gloria humana est parva, exilis, externa, infida, fucata, instabilis, XVIII, 486, 2 et seqq. Fallax est et caduca, *Job*, 317, 2; 318, 1: *Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet*. Gloria mundanorum est quasi flos fœni, XX, 46, 2: *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua; dives autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit*. Gloria impiorum putrescet, V, 281, 1, 2: *Memoria justi cum laudibus; et nomen impiorum putrescet*. Gloria inanis vento comparatur, et culmo evanido, XIII, 394, 2: *Ventum seminabunt, et turbinem metent, culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam*.

2° *Vanæ gloriæ damna*. Gloriam propriam aucupari, noxium est, at communitatis utile et honorificum, VI, 290, 2. Gloriam ex scelere quærere scelestum est, XII, 677, 1: *Sanguis enim ejus in medio ejus est, super limpidissimam petram effudit illum; non effudit illum super terram, ut possit operiri pulvere*. Vana gloria non semper est peccatum lethale, XV, 181, 2: *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cœlis est*. Vim virtutis erodit, *ibid*., 1. Secus si post clam irrepat, et se ingerat, *ibid*., 2. Quæ sint vanæ gloriæ damna, 182, 2. Per eam tentat diabolus quos gula superare non potuit, 122, 1: *Tunc assumpsit eum diabolus, et statuit eum super pinnaculum templi*. Gloria vana solo bono non vincitur, sed incitatur, X, 382, 1. Gloriam vanam et stolidam primi gentilium duces captarunt, IV, 456, 2. Vana gloria discipulorum Christi quod dæmones ejicerent, XVI, 147, 2: *Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo*.

VI. Varia exempla de gloria. — Gloria capitur interdum pro templo et pro Jerusalem, XII, 555, 2. Gloria Jerusalem erat Deus et arca fœderis, XIV, 374, 2. Gloria Israel erat arca, XI, 149, 2. Gloria Abraham in quo sita sit, X, 446, 1. Gloria pontificis Aaronici erat similis gloriæ beatorum, 457, 1. Gloria ei triplex a Deo addita, 463, 1. Gloria templorum Christianorum, XI, 704, 1, 2. Gloria viri quomodo mulier sit, XVIII, 354, 2.

VII. Gloria cœlestis. — 1° *Quæ sit gloria beatorum*, V, 217, 1. Gloria sanctorum in cœlo quanta futura sit, XX, 251, 2: *Et probatio vestræ fidei.... inveniatur in laudem et gloriam, et honorem in revelatione Jesu Christi*. Longe major est quam bona sint et merita hominum, XXI, 326, 2. Gloriæ cœlestis proprietates et bona, XI, 434, 2: *Et erit opus justitiæ pax*. Gloria et salus qua re differant, XIX, 285, 1: *Omnia sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu cum gloria cœlesti*. Gloria cœlestis cur dicatur tabernaculum Dei, XXI, 368, 2: *Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis*. Est revera gratiæ, 370, 2: *Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis*. Omnis a Deo promanat, XX, 66, 2: *Omne datum optimum, et omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum*. Gloria cœlestis continet dominium totius mundi, V, 526, 1. Gloria sanctorum est incomprehensibilis, XIX, 146, 1: *Cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt*. Ejus ad terrenam comparatio, XVI, 591, 2. Implet omne desiderium, 358, 2: *Qui.... biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*. Plenum affert gaudium, XX, 259, 2: *Perfecte sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam*.

2° *Cur gloria cœlestis vocetur corona gloriæ*, XX, 386, 1: *Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam*. Vocatur corona et palma ob tres causas, XXI, 49, 2: *Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ*. Hæc vocatur corona vitæ, cur, XX, 49, 1: *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ*. Gloriæ cœlestis corona duo continet, *Psalm*. II, 188, 2: *Qui coronat te in misericordia et miserationibus; qui replet in bonis desiderium tuum, renovabitur ut aquilæ juventus tua*. Gloriæ corona parata est sanctis in cœlo, IX, 216, 1: *Stolam gloriæ indues eam* (sapientiam), *et coronam gratulationis superpones tibi*. Per denarium omnibus æqualiter datum intelligitur, XV, 441, 1, 2. Sed non eadem datur omnibus, *ibid*., et 442. 2. Ea unicuique erit in cœlo, sed pro meritis dispar, XVI, 539, 1, 2: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*. Quæ ad eam sint viæ, 541, et seqq.: *Dixit ei* (Thomæ) *Jesus: Ego sum via, veritas et vita*. Gloriæ quæ patientes manet, quanta sit magnitudo, XIV, 205, 1. Gloriæ futuræ præmium facit hominum omnia adversa tolerare, VII, 165, 2. Pro gloria æterna pati facile est, XX, 48, 2. Gloria sanctorum incipit a die mortis, VII, 239, 2: *Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa, et dies mortis die nativitatis*. Ipsa est vestis qua induimur, XVIII, 448, 1: *In hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, non nudi inveniamur*. Gloria animæ est stola alba, XXI, 151, 2: *Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ*. Gloriæ cœlestis beatitudo et complementum, XVIII, 115, 2 et seq.: *Stipendia enim peccati mors, gratia autem Dei, vita æterna in Christo*. Qualis expectatio gloriæ sit in creaturis, 138, 1: *Nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat*.

GLORIATIO. 1° *Gloriatio non semper vitiosa*, *Psalm*. I, 203, 1: *In Domino laudabitur anima mea; audiant mansueti et lætentur*. Gloriari licet, modo id gratiæ ascribatur, XVIII, 281, 1: *Quid*

3° *Græcorum usus.* Græci suis pergræcationibus colebant Bacchum, quem e femore Jovis natum fingebant, IV, 522, 1. Græci dormientes in pelle arietis Jovi immolati captabant ejus responsum, XIII, 552, 2. Græci lumen inferentes solebant bene apprecari, XI, 701, 1. Græcorum anni dupliciter computantur, IV, 548, 1, 2.

Græci nomina sua imponebant ab eventu, I, 30, 2. Pueros elegantes et moratos coronabant, V, 35, 1. Item triennes et sexennes, quare, 35, 2.

Græci dicebantur sapientes, XVII, 248, 1. Vocabant suos sapientes Philosophos, IV, 220, 1. Ethicam tradebant per breves gnomas, XVIII, 19, 1, 2. Græcorum sapientium gnomæ de breviloquentia, IV, 507, 1.

Græci plerumque cœnabant, non prandebant, XV, 224, 2. Utebantur coronis in conviviis, X, 146, 2. Vino dediti erant, 137, 1. In conviviis quoque quæstiones doctas proponebant, 148, 2. Item canebant, 149, 1.

Græci milites an cocco induerentur, XIV, 178, 1. Græci sensim et taciturni in pugnam progrediebantur, barbari cum strepitu, XXI, 127, 2.

GRÆCI CHRISTIANI, VEL ECCLESIA GRÆCA. — Græci ab Apostolis Christo subacti fuere, XIV, 463, 2.

1° *Eorum schisma et errores.* Græci primum schisma fecere in Ecclesia XVII, 160, 1. Eorum schisma de processione Spiritus sancti a solo Patre, XVI, 570, 1. Negant divinitatem Spiritus sancti, ideo a Deo excisi in festo Spiritus sancti, et die tertia Pentecostes a Turcis eversi, XVII, 77, 2; XXI, 193, 2. Negant primatum Petri, XV, 255, 1. Purgatorium concedunt, ignem tamen in eo esse negant, XVIII, 271, 2. In concilio Florentino Purgatorium confessi sunt, IX, 237, 1. Negant coronam justitiæ ante ultimum diei judicium dari, XIX, 311, 2. Cur Christum aliter pingi vetuerunt quam specie humana, XIX, 124, 2. Græci in ordine Prophetarum dissentiunt a Latinis, XIII, 221, 2.

2° *Eorum usus.* Cur sacrificent in fermentato, XV, 549, 2. Dicunt Christum anticipando Pascha celebrasse die decima tertia, ac proinde sacrificasse in fermentato, XVI, 521, 1. Baptizatis dant Eucharistiam, XIV, 474, 1; XX, 278, 1. Qua forma baptizant, XVIII, 252, 2. Quomodo mensæ benedicerent, et ea remota Deo gratias agerent, X, 157, 1, 2. Eorum sacerdotibus uxores permittit Ecclesia, XIX, 212, 1. A quo tempore hi conjugio uti cœperint, *ibid.* Conjugio suo Pauli exemplum prætexentes, ejus nomen inseruere apud S. Ignatium, XVIII, 329, 1. Græci Patres de gratia parce loquuntur, ut liberum hominis arbitrium extollant, XVI, 398, 1.

GRÆCISTÆ, GRÆCIZANTES. Græcistæ qui dicantur, XVII, 160, 1; 247, 2 et seq. Aliquando pro *gentibus* capiuntur, *ibid.* Græcizantes quos vocet Lucas, XVII, 22, 2. Græcari quid sit, XXI, 279, 1.

GRAMMATICI. Grammatici qui dicerentur, XVII, 125, 2 et seq. Grammatici olim nuncupabantur, qui litteras versabant et obscuras poetarum sententias explicabant, IV, 220, 2.

GRANDO. 1° Grandinis etymon, X, 405, 2. Unde nascatur et formetur grando, 403, 1. Plerumque sequitur post tonitru et fulgur, 154, 1. Quomodo nascatur, *ibid.* Fœcundat terram, 403, 1. Grandinis magnæ varia exempla, I, 510, 2 et seq. Grandinis horribilis exempla, XII, 768, 2. Ab ea contriti sunt Chananæi, sub Josue, X, 471, 1. Ea punitur impiorum fastus et superbia, 321, 2.

2° Grando quid symbolice denotet, X, 403, 2. Grando magna est symbolum iræ Dei, XXI, 233, 1, 2. Grando talentaris cadet in fine sæculi, 303, 2. Ea mystice intelligitur, 304, 1. Grandine cur Deus in fine sæculi percussurus sit tertiam terræ partem, non totam, 193, 1.

GRANUM. Granum sinapis quid parabolice significet, XV, 328, 1, 2 et seq. Ejus et Evangelii analogiæ, *ibid.*, 2.

GRATIA. I. VARIÆ VOCIS *Gratiæ* ACCEPTIONES. — Quid nomine *gratiæ* intelligatur, XVI, 311, 2 et seq. : *De plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia.* Gratia quibus nominibus a Paulo vocetur, XVIII, 29, 1. Gratia cur dicatur verbum, XVII, 372, 2 : *Et nunc commendo vos Deo, et verbo gratiæ ipsius.* Gratia Dei cur vocetur semen, XX, 570, 1 : *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quoniam semen ipsius in eo manet.* Gratiæ Dei Evangelium quid sit, XVII, 369, 2 : *Nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo consummem cursum meum et ministerium verbi quod accepi a Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei*, 372, 2. Gratia perfecta dici potest donum perfectum, XX, 64, 2. Gratia maxima est gradus perfectissimus, XXI, 55, 2 : *Et dabo illi calculum candidum, et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.*

II. DE GRATIÆ ACTUALIS NOTIONE AC DIVISIONE. — Gratia est duplex, alia creata, alia increata, XVIII, 513, 2 : *Gratia Domini Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.* Gratia alia est præveniens, alia justificans, dantur ambo gratis, 73, 2 : *Omnes peccaverunt, et egent gratia Dei.* Gratia præveniens quid, *Psalm.* II, 279, 2 : *O Domine! libera animam meam : misericors Dominus et justus, et Deus noster miseretur.* Gratia prævenit ut domina, sequitur ut pedissequa, X, 173, 2; 174, 1. Gratia excitans et operans prævenit voluntatem, XX, 415, 1 : *Vos autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem*, etc. Gratia operans et cooperans aut subsequens, quomodo distinguatur, XXI, 88, 1 et seqq. : *Ecce sto ad ostium, et pulso.* Gratiæ pulsus qualis, *ibid.* Gratia excitans et comitans, bonorum operum causa, *Psalm.* II, 113, 1 : *Respice in servos tuos, et in opera tua, et*

dirige filios eorum. Gratia efficax et sufficiens quid sit, *vide* infra. Gratiæ Dei quatuor sunt partes, V, 48, 1, 2.

Gratiæ gratis datæ dantur per actualem Spiritus sancti motionem, V, 482, 1 : *Hominis est animam præparare, et Domini gubernare linguam.* Gratiæ gratis datæ plures sunt quam novem, XVIII, 374, 1 : *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ; alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum; alii interpretatio sermonum in uno spiritu; alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum.* Gratiæ acceptæ in proximos communicandæ, XX, 360, 1: *Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes.*

III. De gratiæ necessitate.—1° *Gratiæ necessitas tum ut habeat homo initium salutis, tum ut ad Deum se convertat.* De fide est gratiam Dei prævenire hominis arbitrium, adeo ut sine illa nil quod ad salutem conducat, efficere queat, VIII, 276, 2: *Invenitur* (Deus) *ab his qui non tentant illum; apparet autem eis qui fidem habent in illum.* A Deo est salutis nostræ initium, V, 480, 2. Gratia Dei est initium salutis, et boni sermonis, 242, 2; 243, 1. Prævenientis et excitantis gratiæ necessitas, XVIII, 655, 1 : *Propter quod dicit : Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus;* XVI, 398, 2: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Gratia ad salutem requiritur, et incipit a timore, IX, 679, 2: *Beatus homo cui donatum est habere timorem Dei.* Verecundiam et timorem quomodo præcedat, X, 155, 1 : *Ante grandinem præibit coruscatio; et ante verecundiam præibit gratia, et pro reverentia accedet tibi bona gratia.* Gratiæ prævenienti ascribendum est salutis initium, et bona voluntas, V, 242, 2 : *Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.* Gratia prævenit peccatoris conversionem, XII, 424, 1 : *Converte nos, Domine, ad te, et convertemur.* Gratia excitanti opus est ut peccator convertatur, XVI, 399, 1; 496, 1: *Hæc cum dixisset, voce magna clamavit : Lazare, veni foras.* Peccatores Deus gratia sua primum movet, 497, 1. Gratia potens necessaria est ad quærendum Christum, XV, 77, 2. Gratia sola homo se convertit, non naturæ viribus, XX, 409, 2 : *Quomodo omnia divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam et pietatem donata sunt.* Gratia prima quæ est primus effectus prædestinationis est pura gratia, X, 172, 2; 173, 1: *Ex ipsis benedixit et exaltavit; et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit.*

2° *Gratiæ necessitas tum ut mala vitemus, tum ut bona agamus, tum ut vitam æternam apprehendamus.* 1° Gratia Christi omnes egent, X, 325, 2 : *Jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium.* Gratia egemus, non tantum ut bona faciamus, sed etiam ut mala vitemus, XVIII, 511, 1: *Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis.* Gratia tam est efficax ut omne peccatum excludat, XX, 570, 2: *Omnis qui natus est ex Deo non peccat, quoniam semen ipsius in eo manet; et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est,* Gratia Dei pravam peccandi consuetudinem expugnat, XI, 118, 1 : *Et convertam manum meam ad te, et excoquam ad purum scoriam tuam, et auferam omne stannum tuum.* Præservat a peccato majori, XX, 621, 2 : *Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum, et malignus non tangit eum.* Gratia Dei scutum, *Psalm.* I, 30, 2: *Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Necessarium est divinum auxilium dirigens et protegens, præveniens et subsequens propter multitudinem hostium qui nos ad peccata pertrahere conantur, I, 30, 1: *Domine, deduc me in justitia tua, propter inimicos meos; dirige in conspectu tuo viam meam.* Gratia Dei sola stabiles facit, *Job*, 116, 2: *Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, et in angelis suis reperit pravitatem.* Necessaria est ad linguæ moderationem, IX, 593, 2 : *Quis dabit ori meo custodiam, et super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, et lingua mea perdat me?*

2° Gratiæ necessitas ad faciendum bonum, V, 127, 2 : *Vias enim quæ a dextris sunt, novit Dominus; perversæ vero sunt quæ a sinistris.* A gratia est quod opus bonum operemur, XVI, 560, 1 : *Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite; sic et vos, nisi in me manseritis.* Sine gratia nihil facere possumus, 561, 1 : *Ego sum vitis, vos palmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.* Gratia nisi legem adjuvet, et concupiscentiam reprimat, lex ad prævaricationem pertrahet, XVIII, 85, 1 : *Lex enim iram operatur.* Deus per gratiam est auctor omnis virtutis et boni, VI, 76, 2; 95, 1, 2. Gratiæ Dei omnia sunt tribuenda, XVIII, 269, 2: *Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui.* Ab ea opus bonum omnem suam vim et virtutem habet XVI, 252, 1 : *Venit autem primus, dicens : Domine, mna tua decem mnas acquisivit.* Requiritur ut opera cogitata felicem habeant successum, V, 492, 2 et seq. : *Cor hominis disponit viam suam ; sed Domini est dirigere gressus.* Gratia subsequens magis necessaria est quam gratia præveniens, *ibid.* Gratia potentior Spiritus sancti ad opera heroica exequenda requiritur, XVII, 126, 2 : *Tunc repletus Spiritu sancto, Petrus dixit ad eos;* 132, 1 : *Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et loquebantur verbum Dei cum fiducia.*

3° A gratia congrua pendet et nostra salus et felicitas æterna, VI, 76, 1 : *A Domino diriguntur gressus viri; quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Gratiæ Dei donum est vita æterna,

XV, 445, 1 : *Tolle quod tuum est, et vade; volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Gratia est semen gloriæ, dispositio ad gloriam, et gloriæ connaturalis, V, 347, 2 : *Non roborabitur homo ex impietate, et radix justorum non commovebitur,* XVI, 230, 2; XVIII, 58, 2 : *Reddet unicuique secundum opera ejus;* 137, 1 : *Non sunt condignæ passionis hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis,* XX, 237, 2. Gratia ex natura non meretur vitam æternam, sicut peccatum ex natura sua meretur mortem, XVIII, 115, 1 : *Stipendia enim peccati mors, gratia autem Dei, vita æterna in Christo.*

IV. Gratiæ gratuitas et fons. — Deus nullius debitor, XVIII, 197, 2 : *Quis prior dedit illi, et retribuetur ei?* Nemini quidquam debet, *Job,* 773, 1 : *Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt.* Gratia non est nobis connaturalis, sed a Deo infunditur, XX, 80, 1 : *Propter quod abjicientes omnem immunditiam, et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.* Gratia non a lege, sed a Christo datur et ex ejus meritis, XVIII, 540, 1 : *Quicumque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt;* 586, 1 : *Benedictus Deus et Pater Domini Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, in Christo.* Gratiarum ordo in quo Christus et beata Virgo primi sunt, est idea juxta quam Deus totius universi ordinem disposuit, IX, 618, 2. Gratiæ omnis vigor, qua spiritualiter vivimus et crescimus, a Christo quasi a radice derivatur, XIII, 408, 1. Ex Christi gratia manavit omnium sanctorum gratia, XVI, 310, 1, 2 : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.* Nullam dat gratiam Deus, nisi per merita Christi, XX, 407, 2 : *Petrus servus et apostolus Jesu Christi, iis qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, in justitia Dei nostri.* Quomodo gratia data sit nobis ab æterno in Christo, XIX, 276, 1 et seqq. : *Qui nos liberavit et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum et gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu, ante tempora sæcularia.* Gratia prima non datur secundum naturales vires et merita, XV, 529, 2 et seq. : *Uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum; unicuique secundum propriam virtutem.* Gratia prima est mera gratia, XVIII, 145, 1 : *Quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Gratia non tantum est favor Dei, sed et omne quod ex ea sequitur quo ad salutem homo dirigitur, XVIII, 43, 1 : *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Gratia prædestinationis dicitur sors, *Psalm.* I, 78, 1, 2 : *Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas præclara est mihi.*

V. Gratiæ distributio. — Sua gratia omnibus adest Christus, XVI, 550, 2 : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.* Gratia omnibus Deum rite invocantibus promittitur, XVIII, 343, 2 : *Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis.* Deus dat ad salutem necessaria, 302, 1 : *Unusquisque proprium donum habet ex Deo : alius quidem sic, alius vero sic.* Deus cuique suum dedit charisma, 206, 2 : *Habentes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes.* Gratiam vocationi congruam Deus dare solet, IX, 440, 1 : *In medio Ecclesiæ aperiet os ejus, et adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus, et stola gloriæ vestiet illum.* Gratia ante omnia imbuuntur ministri Ecclesiæ, XII, 15, 2 : *Antequam exires de vulva, sanctificavi te.* Gratiam propriam cuilibet statui dat Deus, XVIII, 303, 1. Et eam admetitur sæpe pro nostra dispositione, 625, 2 : *Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Gratia ad singulos actus datur, V, 78, 2 : *In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.* Deus occurrit per gratiam animæ se desideranti, XVI, 320, 2. Sua dona dat sedulis et diligentibus, 373, 1 : *Qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate.* Gratia datur fervidis et alacribus, IX, 506, 2 : *Miseretur* (Deus) *excipientis doctrinam miserationis, et qui festinat in judiciis ejus.* Gratia ipsa super caput justi est, V, 280, 1 : *Benedictio Domini super caput justi.* Gratiarum copia datur obedientibus, 33, 1 : *Audi, fili mi, disciplinam patris tui,....... ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo.* Augmentum gratiæ justo datur a Deo eodem instanti quo actum bonum elicit, IX, 354, 1 : *Benedictio Dei in mercedem justi festinat, et in hora veloci processus illius fructificat.* Hæcque ab eo perficitur, 348, 1 : *Datio Dei permanet justis, et profectus illius successus habebit in æternum.* Gratia pro gratia quid, XVI, 311, 1 et seq. : *De plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia.* Gratiam accipere pro gratia quid sit, XIV, 402, 1 et seqq. : *Et exæquabit gratiam gratiæ ejus.* Gratiæ auxilia varia, *Psalm.* I, 129, 2 : *Deduxit me super semitas justitiæ, propter nomen suum.*

VI. Gratiæ actualis natura et divisio in ordine ad cooperationem liberi arbitrii. — 1° Gratia Dei quam sit efficax, II, 323, 1, 2. Gratia Dei quam sit potens, IX, 398, 1. Ejus blanda vis et efficacia, XVI, 398, 2 : *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Gratia Dei naturam superat, XI, 503, 2 : *Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ.* Gratiam Dei humana fragilitas non exæquat, 401, 1. Gratiæ efficacia in quo sita sit, XII, 585, 1 : *Auferam cor lapideum*

de carne eorum, et dabo eis cor carneum. Gratia omnis est efficax in actu primo, IX, 453, 2 : *Multa sapientia Dei, et fortis in potentia, videns omnes sine intermissione.* Gratia efficax est gratia prædestinationis, estque summum Dei donum, X, 173, 2. Perducit hæc hominem ad salutem et gloriam æternam, *ibid.* Ejus elogia, *ibid.* Gratia Dei et electio præservat a lapsu in gravissima tentatione, XV, 510, 1 : *Dabunt signa magna, et prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest), etiam electi.* Per gratiam efficacem vitia in Sanctis eradicantur, IX, 316, 2 : *Radices gentium superbarum arefecit Deus, et plantavit humiles, ex ipsis gentibus.* Idem gratiæ gradus in diversis diversos operatur effectus, XV, 531, 1 ; XVI, 252, 1 : *Venit autem primus, dicens : Domine, mna tua decem mnas acquisivit.* Gratia efficax propria prædestinatorum est, si semper efficax maneat, XVIII, 281, 2 : *Quis enim te discernit ? Quid autem habes quod non accepisti ?* Gratia prædestinationis est signata sigillo præscientiæ Dei, XIX, 291, 2 : *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc : Cognovit Dominus qui sunt ejus ; et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Gratia efficax non omnibus datur, XVI, 303, 2 : *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Gratiam efficacem dat Deus electis, reprobis sufficientem quidem, sed inefficacem, X, 173, 2 : *Ex ipsis benedixit, et exaltavit ; et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit ; et ex ipsis maledixit, et humiliavit, et convertit illos a separatione ipsorum,* Efficacem et congruam, et cooperantem habentes a Deo complete, trahuntur, XVI, 399, 1. Talis est necessaria ad salutem ex hypothesi, *ibid.* Hæc a nobis assidue petenda, *ibid.*

2° Gratia sufficiens datur et præparatur a Deo, etiam impiis, IX, 453, 2. Cur gratiæ tribuatur quod hi convertantur, quod non illi, XVIII, 188, 1 : *Sic ergo et in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt.* Gratia quæ datur reprobis et prædestinatis sæpe est physice æqualis, XIX, 291, 1. Gratia quando et quæ detur obduratis, VII, 259, 1 : *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.* Gratiam sufficientem dat Deus in malo obduratis, ut convertentur, per quam, si convertantur, paulatim dat majorem, XII, 516, 1 : *Filii dura facie, et indomabili corde sunt ad quos ego mitto te; et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Si forte vel ipsi audiant, et si forte quiescant, quoniam domus exasperans est.*

3° Gratia efficax et prædestinatio cum libero arbitrio quomodo concordet, XVII, 96, 1 : *Hunc definito consilio et præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes, interemistis.* Gratia non prædeterminat actum liberum, XIX, 33, 2 : *Deus est qui operatur in vobis et velle, et perficere pro bona voluntate* ; 273, 2 : *Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Gratia adjuvans non tollit libertatem arbitrii, sed confirmat, *Psalm.* II, 30, 2 : *Adjuva nos, Deus, salutaris noster, et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.* Gratiæ vis in opere bono potior est liberi arbitrii concursu, XVIII, 186, 1 : *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.* Aliter operatur Deus in homine, aliter in bruto, XIX, 35, 1 : *Deus est qui operatur in vobis et velle, et perficere pro bona voluntate.* Operatur in homine politice, non despotice, *ibid.* In opere bono est principale agens, creatura instrumentum, XVIII, 269, 2 : *Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat ; sed qui incrementum dat Deus.* Quomodo operetur cogitare, velle et perficere, XIX, 33, 1 et seq. ; 34, 2.

VII. Gratiæ Dei cooperandum ; quomodo ea obtinenda, conservanda et augenda est. — 1° *Cooperandum Deo in nobis operanti*, X, 560, 2 : *Consiliatus sum enim ut facerem illam : zelatus sum bonum, et non confundar.* Liberi arbitrii cooperationem gratia requirit, XIX, 291, 1 ; 427, 2 : Gratia ex æquo et totis viribus cooperandum est, 403, 2 ; 404, 1 : *Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius.* Cooperationem nostram cum sua gratia quanti faciat Deus, XXI, 88, 2 : *Ecce sto ad ostium et pulso : si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, et cœnabo cum illo, et ipse mecum.* Nostra alacritate ad benefaciendum nobis provocatur, XI, 745, 1 : *Quæsierunt me qui ante non interrogabant, invenerunt qui non quæsierunt me, dixi : Ecce ego, ecce ego ad gentem quæ non invocabat nomen meum.* Concurrente libero arbitrio, complet in nobis opus fidei, XIX, 147, 2 : *Dignetur vos vocatione sua Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis, et opus Dei in virtute.* Gratiam dat Christus ad mandata servanda, XX, 688, 2 : *Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei ?* Qui majorem gratiam accepit, majorem reddere rationem debet, IX, 125, 1 : *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.* Pro mensura gratiarum neglectarum quisque acrius in die judicii castigabitur, XV, 314, 1, 2 : *Regina Austri surget in judicio cum generatione ista, et condemnabit eam ; quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic.* Quidam gratiæ non cooperantur, XVI, 399, 1. Eam sæpe nonnulli in vacuum recipiunt, XV, 531, 1 : *Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui.*

2° *Gratia quomodo obtinenda.* Gratia non venit nisi per orationem et mortificationem, IX, 645, 2 : *Quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris*, X, 173, 2. Gratia ad bene vivendum a Deo postulanda est, XX, 64, 1, 2. *Omne datum optimum, et omne*

donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum. Eam semper postulantes, sunt pauperes spiritu, XV, 139, 2. Talis paupertas quatenus ambienda et agnoscenda, *ibid.* Gratiam magnam impedit parvus defectus, VIII, 111, 1: *Pessulum ostii mei aperui dilecto meo: at ille declinaverat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est; quæsivi, et non inveni illum, vocavi, et non respondit mihi.* Privatio gratiæ argumentum superbiæ est, at ejus copia et affluentia signum humilitatis, XIII, 408, 1 : *Da eis, Domine. Quid dabis eis? Da eis vulvam sine liberis, et ubera arentia* Mane excipienda oranti Dei gratia, VIII, 603, 2: *Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat; ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire solem ad benedictionem tuam, et ad ortum solis te adorare.*

3° Gratia diligenter conservanda, IX, 486, 1 : *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso, et gratiam hominis quasi pupillam conservabit.* Quanto cum tremore conservanda sit, VI, 376, 2 : *Beatus homo qui semper est pavidus; qui vero mentis est duræ, corruet in malum.* Qui gratiis abundat, gaudere lateat, 259, 2: *Ne gloriosus appareas coram rege, et in loco magnorum ne steteris.* Conservatur ab Eucharistia, XVI, 406, 2 : *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Eum diligenter conservat eleemosyna, IX, 486, 1.

4° Gratiam et merita quomodo augere semper possimus, XX, 583, 1 : *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. Et quidquid petierimus, accipiemus ab eo; quoniam mandata ejus custodimus, et ea quæ sunt placita coram eo, facimus.* Gratia gratiam emimus majorem, XXI, 85, 1 : *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum.* Gratia crescit per actus remissiores, XV, 279, 2 : *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

VIII. De gratia sanctificante. — 1° *Quid sit gratia sanctificans, seu justificans.* Gratia justificans per quam in filios Dei adoptamur, non est una simplex qualitas, sed multa Spiritus sancti dona, quin et ipsum Spiritum sanctum complectitur, XIII, 297, 1 : *Et erit in loco ubi dicetur eis : Non populus meus vos, dicetur eis : Filii Dei viventis.* Gratia et Spiritus sanctus sunt correlativa, XVI. 604, 1, 2 : *Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.* Gratiam sanctificantem ubique urget Apostolus, XVIII, 156, 1. Summum ejus opus est homini peccatoris justificatio, XIV, 152, 2 : *Deponet iniquitates nostras, et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Jacob, misericordiam Abraham, quæ jurasti patribus nostris a diebus antiquis.* Gratia sanctificans est causa formalis justificationis nostræ ad gratiam et ad deificationem, XX, 412, 1 : *Per quem maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ.* Ipsa non tantum imputative, sed intrinsece est nostra justitia, XVIII, 80, 2 : *Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam, secundum propositum gratiæ Dei.* Gratia sanctificans cur dicatur vitæ, XX, 319, 2 : *Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impertientes honorem, tanquam et cohæredibus gratiæ vitæ.* Gratia infusa vocatur unctio, XIX, 361, 2. Cur dicetur oleum unctio, XVII, 241, 1, 2. Oleo repræsentatur, V, 117, 2 : *Thesauros desiderabis, et oleum in habitaculo justi, et imprudens homo dissipabit illud,* IX, 377, 1. Gratia Spiritus sancti per unctionem declaratur, XX, 553, 1 : *Sed vos unctionem habetis a Sancto, et nostis omnia.* Gratia est vita animæ, *Job*, 253, 2; 254, 1 : *Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.* Gratia est anima vitæ, peccatum mors, *Psalm.* I, 198, 1, 2: *Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super misericordia ejus. Ut eruat a morte animas eorum, et alat eos in fame.* Per solam gratiam Christi justificati fuere qui justificati, XVII, 301, 1 : *Per gratiam Jesu Christi credimus salvari quemadmodum et illi.* Decrevit nos Deus non justificare nisi post et per resurrectionem Christi, XVIII, 89, 2: *Qui traditus est propter justificationem nostram.* Gratiam cur in salutatione, post Christi ascensionem, paci addiderunt Apostoli, XXI, 17, 1. Gratia Dei sanctificans, quo pretio ematur, XI, 649, 1, 2 : *Qui non habetis argentum, properate, et emite, et comedite: Venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione vinum et lac.* Gratis se anima peccato vendit, gratis a Deo redimitur, 616, 1 : *Gratis venumdati estis, et sine argento redimemini.*

2° *Proprietates et effectus gratiæ sanctificantis.* 1° Septem ejus effectus recensentur, XX, 411, 1, 2. 1° Expellit omne peccatum mortale; 2° facit hominem gratum Deo; 3° facit hominem rectum et sanctum; 4° facit justum Dei filium et hæredem; 5° adducit omnes virtutes theologicas, et morales supernaturales; 6° est semen gloriæ; 7° est principium et causa tum satisfaciendi pro præteritis culpis tum merendi augmentum gratiæ et gloriæ, *ibid.* Gratia reddit nos filios Dei adoptivos, XVI, 305, 1 : *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.* Ipsa est causa accessus nostri ad Deum, XX, 182, 2 : *Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis.* Gratiæ sanctificantis et aquæ analogiæ, XVI, 356, 2 : *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu forsi-*

tan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. Est velut fons, V, 142, 1 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui.* Cur ea dicatur aqua viva, XVI, 356, 2; 357, 1. Hæc velut ros est, X, 411, 2 : *Medicina omnium in festinatione nebulæ; et ros obvians ab ardore vehementi humilem efficiet eum.* Gratia Dei in anima est velut aqua in terra arida, *Psalm.* II, 441, 1 : *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Ipsa est vena aquarum viventium, XII, 145, 1 : *Dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum.* Animam rigat et inebriat, IX, 664, 2 : *Dixi : Rigabo hortum meum plantationum, et inebriabo prati mei fructum.* Est fons saliens in cœlum, 358, 2 et seq.: *Qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum ; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Ejus varii effectus recensentur, *ibid.*, et seq. Gratia Spiritus sancti quos in anima effectus pariat, XIII, 526, 2 : *Et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum,* 580, 2. Gratia sanctificans secum affert aliquando auxilia prævenientia, XVI, 358, 1. Ejus elogia et effectus, VI, 132, 2 et seq.; *Psalm.* I, 77, 2 : *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.* Gratiæ effectus in nobis et in Christo, XVI, 87, 2.

2° *Gratiæ abundantia sub lege Christi.* Gratia major Novi Testamenti quam Veteris, XII, 164, 1. Gratia major data homini lapso per Christum quam data Adæ in statu innocentiæ, XIV, 343, 2. Eam Adam amisit peccando, sed eam Christus per Spiritum sanctum datum reparavit, XVI, 632, 2 : *Hæc cum dixisset* (Jesus), *insufflavit, et dixit eis : Accipite Spiritum sanctum.* Gratia Christi est uberior et potentior peccato Adæ, XVIII, 103, 1, 2 : *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem justi constituentur multi.* Ea se etiam ad angelos extendit, qui per ejus merita sunt justificati, *ibid.* Ea superabundavit ut per eum regnum justitiæ instauraretur, regno peccati destructo, 105, 2 : *Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia, ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam.* Qualis sit gratia et cognitio quam affert lex nova, XIX, 428, 1 : *Non docebit unusquisque proximum suum, et unusquisque fratrem suum, dicens : Cognosce Dominum ; quoniam omnes scient me, a minore usque ad majorem.* Gratia Salvatoris quæ sit et quæ nos doceat, XIX, 332, 1 : *Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo.*

3° Gratia quanti sit, ejus pretium et dignitas, XVIII, 244, 1, 2 : *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis.* Rebus omnibus potior est, cur, VI, 132, 2 et seq. Omnibus naturæ bonis præponenda est, X, 97, 1 : *Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est omni auro et argento.* Oculos Dei et angelorum pascit, 11, 1. Gratiam et caritatem in bonis operibus maxime spectat Deus, V, 483, 2. Ejus decor et species, 241, 1, 2. Amœna est instar paradisi, 333, 1 : *Gratia sicut paradisus in benedictionibus, et misericordia in sæculum permanet.* Est decor et venustas animæ, IX, 486, 1. Est vestis animæ, XVIII, 82, 1. Justum cumulat omni decore, jucunditate et fructu spirituali, X, 333, 1. Gratia per mulierem speciosam repræsentatur, 241, 1, 2. Recte pupillæ oculi comparatur, *ibid.* Gratia Spiritus sancti per calculum Isaiæ designatur, XI, 178, 2.

4° Gratia lux est, peccata tenebræ, *Psalm.* I, 170, 2 : *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia;* Psalm. II, 278, 2 : *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. Quia inclinavit aurem suam mihi, et in diebus meis invocabo.* Gratia est lux animæ supernaturalis, VI, 83, 2 et seq.: *Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ investigat omnia secreta ventris.* Ipsa ei pro respiratione est, *ibid.* Luci recte comparatur, XVI, 302, 1 : *Lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt.* Est velut lux cœlestis, IX, 25, 2 : *Si sequaris justitiam, apprehendes illam ; et indues quasi poderem honoris, et inhabitabis cum ea, et proteget te in sempiternum, et in die agnitionis invenies firmamentum.* Gratia Dei est dispositio ad sapientiam, 218, 2 : *Et ipse dabit tibi cor ; et concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.* Gratia et gloria est hæreditas sapientiæ, 653, 1 : *Spiritus... meus super mel dulcis, et hæreditas mea super mel et favum.* Gratia naturam perficit, VI, 217, 2. Gratia est pinguedo animæ, *Psalm.* I, 401, 1 : *Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea ; et labiis exultationis laudabit os meum.*

4° Gratia est gloria inchoata, XVIII, 73, 2; 233, 1 : *Non est regnum Dei esca et potus; sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto ;* Psalm. III, 330. 1. Finaliter est vita æterna, XVIII, 115, 1 : *Stipendia enim peccati mors; gratia autem Dei, vita æterna in Christo.* Gratiæ spiritus ex parte Dei est æternus, et cum justo manet in sempiternum, nisi ipse eum sponte excutiat, XI, 698, 1, 2 : *Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus : Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore seminis tui, et de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo et usque in sempiternum.* Ab ea non est redeundum ad peccatum, XVIII, 111, 2 : *Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo.* Gratia gratum faciens tollitur peccato mortali, XV, 532, 2 : *Tollite itaque ab eo talenta, et date ei qui habet decem talenta;* XVI, 206. 1 : *Et dixit adolescentior ex illis patri : Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit,* XX, Gratiæ lex quandiu duratura est, XXI, 352, 2 ; 352, 1, 2 et seq. (*Vide* Justificatio, Meritum).

3° *Gratiæ incertitudo et signa.* Primo. *Gratiæ in-*

certitudo, VI, 56; 2; *Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato?* Incerti sumus de statu gratiæ in nobis existente, VII, 305, 2; 306, 1, 2 et seq.: *Et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit.* Gratiæ status nemini perspectus absque revelatione divina, *Job*, 235, 1: *Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.* Justi non certo sciunt se esse in gratia, XVIII, 279, 1: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum.*

Secundo. *Gratiæ signa.* Ejus tria indicia: *primum*, odium peccati; *secundum*, mortificatio carnis et omnium malarum cupiditatum; *tertium*, zelum salutis proximi ex amore Dei proveniens, XX, 575, 2: *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Gratia comitem habere debet veritatem, XVI, 88, 1, 2; 310, 1: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.* Gratiæ sigillum, XVIII, 593, 2: *In quo* (Christo) *credentes signati estis Spiritu promissionis sancto*; 647, 1: *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis.*

4° *Qualis gratia fuerit in Christo, in beata Virgine, et in quibusdam sanctis.* 1° Gratia Christi fuit nostræ dispar quadrupliciter, fuit ei naturalis, XVI, 87, 2. Quanta illa fuerit, 88, 1; 310, 1, 2. Gratiæ plenitudo animæ Christi infusa fuit in primo ejus conceptionis instanti, XIII, 366, 2. Christi ut hominis gratia non fuit infinita, XVI, 351, 2 (*Vide* Jesus Christus).

2° Gratiæ Dei plenitudo in beata Virgine fuit, IX, 631, 1. Plenitudo gratiæ beatæ Virginis quanta, VIII, 456, 2. Gratia Deiparæ initio conceptionis superavit gratiam primi angeli, et quomodo semper ea accreverit, XVI, 17, 1. Gratiæ omnes aliorum sanctorum in eam confluxere, 15, 2 et seq. Quomodo ipsa plena gratia, 16, 2. Gratia beatæ Virginis quasi infinita, quo sensu, VIII, 455, 2 (*Vide* Maria).

3° Quæ gratiæ concessæ a Christo S. Mariæ Magdalenæ, XVI, 129, 2. In gratia an confirmati Apostoli accepto Spiritu sancto, XVII, 84, 1. Gratia Pauli fuit efficacissima, 218, 1, 2. An gratiæ fuerit effectus quod Paulus non peccavit ex malitia, sed tantum ex ignorantia, XIX, 184, 1.

GRATIA (sumpta pro venustate, sive decore et concinnitate tum corporis, tum gestuum et actionum). Gratia corporis quid sit, VI, 527, 2; 528, 1, 2 et seq.: *Fallax gratia et vana est pulchritudo; mulier timens Dominum ipsa laudabitur.* Gratia tam formæ quam morum in femina maxime requiritur, V, 325, 2: *Mulier gratiosa inveniet gloriam, et robusti habebunt divitias.* Quam ista gratia viro suo sit pretiosa, X, 241, 1, 2: *Species mulieris exhilarat faciem viri sui, et super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.* Gratia in muliere etiam sedulitatem et diligentiam significat, 10, 2: *Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, et ossa illius impinguabit.* Ejus vis, *ibid.* Maxime se exerit in ore et oculis, *ibid.* Utriusque qualitas, quibus sensibus percipiatur, *ibid.* Gratia mulieris quadrupliciter accipitur, 11, 2: *Gratia super gratiam mulier sancta et pudorata.* A Deo habet suam originem, *ibid.* Gratia quomodo præcedat verecundiam, 153, 2 et seq.: *Ante grandinem præibit coruscatio; et ante verecundiam præibit gratia, et pro reverentia accedet tibi bona gratia.* Gratia dicendi reges et principes sibi conciliat, VI, 152, 2: *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum amicum habebit regem.*

GRATIA (sumpta pro favore). Gratia principum paranda per industriam, VI, 462, 1.

GRATIA (S.). S. Gratia martyr Japonensis cum tota familia, XVI, 79, 2.

GRATIÆ. Gratiæ tres, cur, VII, 182, 1. Gratiæ quomodo pingerentur, et quid earum situs et ordo designet, IX, 369, 1. Gratiæ animos hominum capiunt et inescant, X, 10, 2. Dicuntur ridere, *ibid.* Gratias fingebant veteres alatas, quæ ad homines advolarent, V, 73, 2.

GRATIARUM ACTIO. 1° *Gratiarum actiones Deo agere omnes tenentur pro quibus et quando.* Gratias Deo agere quinam debeant, *Psalm.* II, 275, 1, 2: *Nos qui vivimus benedicimus Domino, ex hoc nunc et usque in sæculum.* Gratias æquales Deo debent agere et pauperes et divites, I, 714, 1: *Dives non addet ad medium sicli, et pauper nihil minuet.*

Gratias agere debemus in rebus omnibus, XIX, 139, 2: *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite.* Non tamen pro re futura, sed præterita, XVIII, 127, 1. Gratiæ Deo sunt agendæ pro omni opere bono, et pro prosperis æque atque adversis, V, 485, 2: *Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ.* Duo tituli quibus Deo gratias agere debemus, XVIII, 661, 1: *Gratias agentes semper pro omnibus Deo et Patri.* Gratiæ agendæ ob accepta beneficia, X, 545, 2: *Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros a ventre matris nostræ, et fecit nobiscum suam misericordiam.* Item pro sapientia obtenta, 304, 2: *Et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, et in oratione confitebitur Domino.* Item pro dono gratiæ, XVIII, 422, 2: *Ex multorum personis, ejus quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.* Et pro Christianismo, 371, 2. Gratiæ agendæ Deo ob datas escas, fruges et omnia dona naturalia, XIII, 505, 2: *Et comedetis vescentes, et saturabimini; et laudabitis nomen Domini.* Gratiarum actio in cibi sumptione usurpata a Judæis, XVIII, 231, 1: *Qui manducat, Domino manducat.* Et priscis Christianis, XIX, 226, 1, 2: *Omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* Gratiarum actio decorat convivium, maxime sacrum, X, 151, 1: *Gemmula carbunculi in ornamento auri, et comparatio mu-*

sicorum in convivio vini. Christus ante consecrationem gratias egit Deo Patri, XVIII, 341, 2 : *Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?* Ea etiam in Missa usurpatur, XIX, 193, 2 : *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones*. Gratiarum actio est victima Novi Testamenti, XXI, 176, 1, 2 : *Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor et virtus et fortitudo Deo nostro*. Ea Deo gratissima est quæ in Missa fit, 128, 1. Hæc pro beneficiis a Deo acceptis vocatur sacrificium laudis, 176, 1. Est unicum sacrificium quod Deo præstare possumus et debemus, 176, 1, 2. Gratiæ agendæ etiam pro adversis, XVIII, 660, 2; *Job*, 69, 1 : *Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?* Gratiarum actio afflictiones allevat, 43, 2.

Gratias quas Deo mane et vespere agere Christianus debet, XIV, 556, 1 : *Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? et si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* Gratiarum actio debet esse frequens Christiano, XVIII, 249, 2 : *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Jesu*. Gratiæ infinitæ Deo infinitis modis debentur, XIV, 268, 2.

2° *Gratiarum actionis motiva et fructus*. Ad eam excitamentum, II, 491, 2 et seq. : *Adorato Domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis quæ Dominus Deus tuus dedit tibi*. De gratiarum actione documenta insignia, *ibid*. Ejus quatuor fructus, 492, 1. Est remedium contra tentationes, I, 557, 2. Hac animi conciliantur, *ibid*. Id probatur exemplo, *ibid*. et seq. Gratiarum actio est optima ratio impetrandi a Deo donum perseverantiæ et pertingendi ad salutem, XXI, 175, 2.

Victima oblata pro gratiarum actione eodem die debebat comedi, II, 44, 2. Quare, et quid hoc significet, *ibid*.

GRATIOSITAS, GRATIOSUS. Gratiositas est melior auro et argento, VI, 132, 1 : *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ : super argentum et aurum gratia bona*. Ejus elogium, *ibid*. Arcet invidiam, parit amorem, *ibid*. Gratiosus in verbis ab omnibus amabitur, 242, 2 : *Labia deosculabitur, qui recta verba respondet*.

GRATITUDO. Gratitudo ostendenda post acceptum beneficium, VI, 248, 1 : Gratitudo Deo grata est instar sacrificii, X, 215, 1 : *Retribuet gratiam, qui offert similaginem; et qui facit misericordiam, offert sacrificium*. Gratitudinis nota qualis, *Job*, 47, 4, 2 : *Dominus dedit, Dominus abstulit : sicut Domino placuit, ita factum est : sit nomen Domini benedictum*.

GRAVIS, GRAVITAS. Gravis ponitur interdum per enallagen pro *magno*, id est multo, XI, 461, 1 ; XIV, 187, 2 ; 229, 1. Gravitas etiam ad animum transfertur, VI, 327, 2 et seq.

Gravitatem lenitati patres miscere debent, X, 93, 1.

GREGORIUS THAUMATURGUS (S.). 1° S. Gregorius Thaumaturgus mirabiliter a Deo directus fuit, I, 737, 1. A S. Joanne, beatæ Virginis jussu, edoctus fuit, V, 208, 2; XV, 288, 2. A S. Joanne in somnis accepit Symbolum quod Origenistis opponeret, et ab eo in orthodoxa fide confirmatus fuit, XII, 517, 2; XXI, 5, 1.

2° Tota vita se credidit esse peregrinum, nihilque proprium possidere voluit, II, 332, 2; XIX, 478, 2 et seq. Quantam animarum sibi creditarum curam gesserit, XX, 309, 2. Unicuique propria dabat documenta, XVI, 179, 1, 2. Officio judicis functus est, XVIII, 292, 1, 2. Moysen imitatus est, orans aliis pugnantibus, I, 588, 2.

3° In fuga a Domino liberatur, XIX, 415, 2. Ejus miraculum cæcitate persecutores suos percutientis, I, 228, 2. Fide sua montem templi fabricam impedientem, transtulit alio, XV, 393, 2; XVIII, 379, 1. In monte orans, visus est velut arbor, XV, 697, 2.

GREGORIUS NAZIANZENUS (S.). 1° S. Gregorius Nazianzenus Alexandriæ studuit, XIV, 192, 1. Athenis nullam norat plateam, nisi ad templum et scholas, X, 558, 1. Corpore parvo fuit, XIV, 405, 2. Vidit in somnis castitatem et sapientiam quasi sorores sibi apparentes, I, 13, 1; V, 73, 2; 186, 2; VIII, 343, 2 ; IX, 68, 2; X, 27, 1; 563, 2; XVIII. 320, 2; XX, 165, 1. Ejus pater in pauperes effusus erat, X, 120, 1. Ejus parentes in morbo, virtute S. Synaxis convaluere, XIV, 471, 1 ; XVI, 405, 2.

2° Quomodo ad solitudinem aspirarit, XI, 492, 1. In solitudinem se concessit, XVI, 52, 2. Similis fuit Joanni Baptistæ, XV, 94, 2. Ejus silentium, 416, 2. Quomodo se ob nimium silentium justificarit, XIX, 172, 1.

3° Primarius Macedoniorum adversarius fuit, XIV, 371, 2. Quomodo suo ad hæreticos convertendos Constantinopoli exemplo profecerit, XIII, 53, 1, 2. Docebat suos injuriis beneficia rependere, I, 377, 1. Ejus in inimicum clementia, XI, 192, 2. Sæpe conqueritur de malo carnis suæ, XVIII, 504, 2. Sale, aqua et pane vivebat, X, 317, 1, Quantum in eo pœnitentiæ studium, XII, 412, 2. Fratri suo suadet ut a Juliani Apostatæ familia se subducat, XX, 95, 2. Raro Theodosium imperatorem accedebat, X, 180, 2. Legem sibi indixit nunquam jurare, XX, 212, 1.

4° Ejus studium ut sui pacem colerent, cum propter se turbati essent, XIV, 36, 2. Consilium Rebeccæ secutus est, in se subducendo ob motus concitatos, I, 283, 2. Suo discessu episcoporum lites sedavit, V, 537, 2. Relicto patriarchatu Constantinopolitano, rus concessit, XXI, 66, 1. Omnem terram pro patria habuit, XV, 84, 1.

5° Sacram Scripturam ex majorum expositione intelligebat, X, 301, 1, 2. In *Apocalypsin* commentatus est, XXI, 11, 1. Paucis versibus ethicen totam Christianam complexus est, IX, 34, 2. Frequenter utitur apologis, 25, 2. Ejus oratio rivum imitatur, V, 563, 1.

GREGORIUS TURONENSIS (S.). S. Gregorius Turonensis e sacra Scriptura didicit infelicem sortem Leudastis, XI, 224, 1. In somniis accepit quomodo patrem suum ægrum curaret, IV, 303, 2. Perspexit cogitationem S. Gregorii Magni, ab eoque cathedra aurea donatus est, IX, 334, 2.

GREGORIUS I, MAGNUS (S.). 1° S. Gregorius unde omen accepit de Angliæ conversione, XII, 657, 1. S. Gregorius visis Anglis juvenibus venustis, de Angliæ conversione cogitare cœpit, XVI, 512, 1. Anglos per S. Augustinum ad fidem adduxit, XXI, 203, 1; 233, 1. Audita eorum conversione in spiritu exultavit, XVI, 204, 2. In Angliam pergens locustam obviam habens, inde ominatus est esse sibi eo loco standum, et Roma redeundum, XI, 501, 2.

2 Pontificatum fugit, XI, 292, 2. Judicio fulgidæ columbæ agnitus ad pontificatum evehitur, XIV, 593, 2; XIX, 190, 1. Factus Pontifex ob eleemosynas, VIII, 640, 2; X, 68, 1; XV, 183, 1. Suum raptum e monasterio ad pontificatum deplorat, V, 256, 2. Luget se e religioso factum Pontificem, X, 286, 2; XVI, 201, 1. Pontificatus negotia queritur sibi impedimento esse in sapientiæ studendo, X, 286, 2.

3° S. Gregorii in pontificatu indefessum studium, cura, labor, XVI, 179, 2. Aras et templa idolorum a Christianis dirui solita, expianda decernit, IV, 433, 1. Mauritium imperatorem sua humilitate et patientia fregit, V, 320, 2; 435, 1. Communi lue beatæ Virginis imaginem in supplicatione jussit deferri, eaque cessavit, V, 204, 2; 320, 2. In inguinaria lue Litanias publicas indixit, et ita pestem avertit, XIV, 51, 1. Cantum Psalmorum in meliorem ordinem redegit, X, 433, 2; 489, 2. S. Gregorio celebranti astabat angelus, XXI, 189, 1, 2. Mortuum ab excommunicatione absolvit. XV, 371, 2. Quomodo Gregoriam, Augustæ cubiculariam, petentem sibi dari de remissis peccatis certitudinem moneat, XVIII, 136, 1. Suo tempore acies in cœlo visæ belli Longobardici prognosticæ, IV, 518, 1, 2. Cur voluerit appellari Episcopus universalis, XX, 376, 2.

4° S. Gregorio libros scribenti visus est Spiritus sanctus specie columbæ ad aures ejus sedentis, I, 14, 2; XI, 705, 2; XV, 112, 2. Ethicam præclare in *Moralibus* docet, IX, 36, 1. Excellit morali sensu, V, 448, 1. Cur simplici stylo utatur, IX, 37, 2. Scripsit *Commentarium in Ezechielem* Roma obsessa a Longobardis, XII, 472, 2. Eas ipse homilias pro concione ad populum dixit, *ibid.* In Ezechiele magnam reperit difficultatem, XI, 61, 1. Ob clades Longobardorum et imminentem Romæ obsidionem ingemiscens, Commentarium hunc abrupit, 804, 1. Ejus expositio mystica de templo Ezechielis in nonnullis reprehenditur, 819, 1. *Moralia* sua ubi laterent, Tajoni archiepiscopo apparens revelavit, XI, 746, 1.

5° S. Gregorii elogium et virtutes, V, 430, 1. Ejus in pauperes charitas quanta, VIII, 19, 2. Mira ejus in pauperes effusio, IX, 119, 1. Illius in pauperes et templa liberalitas et eleemosynæ, XII, 741, 1. Bona Ecclesiæ in alimenta pauperum expendit, V, 472, 2. Ecclesiæ opibus pauperes per orbem juvit, XVII, 116, 1. Sæpe duodecim pauperes mensæ adhibebat, et inter eos semel Christum excepit, XVI, 196, 2; XIX, 214, 1. Et angelos, XIX, 513, 2; XX, 93, 2. Ejus animi celsitudo, XI, 687, 2; XVII, 25, 1. Ærumnis pressus Deo gratias egit, XXI, 178, 1. Quomodo in omnibus providentia divina niteretur, XII, 95, 1. Insignis fuit animarum zelator, XX, 309, 2. Ob nimium contemplationis et studii ardorem stomacho laboravit, XIX, 249, 2. Hæreticis primus est Antichristus, XVIII, 187, 1; XIX, 159, 1; XX, 202, 2. Luthero est ultimus Pontifex, XIX, 159, 1. Is an denotetur per aquilam clamantem in cœlo: *Væ*, XXI, 197, 1. S. Gregorius tres habuit amitas, quarum dispar fuit exitus, XV, 476, 2.

GREGORIUS II. Gregorii Pontificis Maximi ad S. Germanum patriarcham Constantinopolitanum epistola, IV, 356, 1.

GREGORIUS VII (S.). Gregorius VII Pontifex gratia compunctionis fuit privatus ob contactum monile neptis suæ, V, 190, 1. Gregorius VII an sit Gog, XIII, 756, 1.

GREGORIUS XIII. Gregorius XIII Pontifex quatuor viros integros et spectatæ virtutis Ecclesiæ regimini præficiebat, V, 38, 1. S. Cœlestinum mirifice coluit, X, 162, 1. In omnibus operibus præstare volebat, 182, 1. Opes Ecclesiæ in utilitatem Ecclesiæ et salutem animarum erogavit, XII, 741, 2.

GREGORIUS XV. Gregorius XV Pontifex quid cardinali Bellarmino annos plurimos ei apprecanti responderit, V, 514, 2.

GREGORIUS AGRIGENTINUS (S.). S. Gregorio Agrigentino in episcopum consecrando columba insedit, XI, 705, 2. S. Gregorius Agrigentinus falso accusatus pro falsis testibus intercessit, II, 467, 2 et seq.

GREGORIUS BŒTICUS. Gregorius Bœticus fuit schismaticus, ac proinde ejus scripta parvæ sunt auctoritatis, V, 12, 1, 2.

GREGORIUS DE VALENTIA. Gregorius de Valentia male sentit censendo Eliseum negative se habere erga petitionem Naaman regis idololatriæ in templo cooperaturi, IV, 27, 1.

GRESSUS. Gressus significant opera, studia, actiones et totum vitæ institutum, VI, 75, 2: *A Domino diriguntur gressus viri; quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Ii diriguntur a Deo, *ibid.* Gressuum directio a solo Deo provenit, V, 492, 2 et seq. *Cor hominis disponit viam suam; sed Domini est dirigere gressus ejus.* Gressuum exterior maturitas respondere debet interiori stabilitati mentis et animi, X, 15, 1: *Columnæ aureæ super bases argenteas, et pedes firmi super plantas*

stabilis mulieris. Gressus proborum perficiuntur, *Job*, 489, 2: *Vestigia ejus secutus est pes meus; viam ejus custodivi, et non declinavi ex ea.*

GREX. Grex proprie est minorum animalium, XIII, 646, 1. Grex dominum quotannis ditat, VI, 356, 2. Grex dat pastori lac, lanam, carnes, XII, 749, 1. Greges tempore brumæ in Palæstina etiam noctu in pascuis sunt, XVI, 63, 1. Gregis porta urbis Jerusalem cur ita dicta, IV, 236, 1. Hæc erat versus Orientem, *ibid.*, 2.

GROSSUS. Grossus quidnam, VII, 583, 2. Grossi sunt ficus immaturæ, XXI, 156, 1. Grossi duplices in ficubus sunt, XIV, 193, 2. Grossis Judæi comparati, VII, 584, 1, 2.

GRUS. Gruum excubiæ et industria in volando, I, 64, 2. Grues tempestatem præsagientes a mari ad mediterranea loca devolant, VI, 138, 1. Ibyci interfectorem prodidere, 381, 1.

Grues sunt symbolum concordiæ, quia vivunt concordes, IX, 670, 1, 2. Item cautelæ, 617, 1.

GRYLLUS. Gryllus est locusta cinerei coloris, XIII, 479, 2.

GRYPHES. Gryphes an extent in rerum natura, et qualia sint animalia, II, 64, 2 et seqq. Gryphi emblema, quid moraliter designet, XII, 505, 1. Gryphi tropologice significent principes rapaces, II, 65. 2. Gryphi sunt species parabolarum, V, 17, 1. Gryphus avis symbolum est divitis avari, IX, 400, 1.

GUALTHERUS. Gualtherus Franciscus episcopus Pictaviensis quomodo contra suum iniquum judicem ad Dei tribunal appellarit, XII, 144, 1.

GUBERNATIO, GUBERNATOR. 1° Gubernatio Dei qualis, *Psalm.* II, 260, 1. Gubernatio Filii Dei erga omnia ostenditur, XIX, 353, 2: *Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ.*

2° Gubernator qualis esse debeat, XIII, 78, 1: *Igitur Daniel superabat omnes principes et satrapas, quia spiritus Dei erat amplior in illo.* Gubernator reipublicæ est velut navis nauclerus, XII, 701, 2. Gubernator imitari debet nauclerum, V, 27, 2: *Audiens sapiens, sapientior erit, et intelligens, gubernacula possidebit.* Gubernatio tota in sapientia sita est, IX, 293, 2 et seq.: *Judex sapiens judicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit.* Gubernatio nonnisi probo committenda, XXI, 60, 2: *Qui vicerit, et custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, et reget eas in virga ferrea.* Gubernatores abstineant vino, VI, 212, 2: *Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator, amisso clavo.*

3° Ubi gubernator prudens est, ibi populus prospere agit, V, 323, 1: *Ubi non est gubernator, populus corruet; salus autem ubi multa consilia.* Talis gubernator reipublicæ prodest, mali obsunt, 404, 2: *Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est; ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.*

GUDWALUS (S.). S. Gudwalus sacrificans plerumque vidit cœlos aperiri et angelos descendere, II, 53, 2.

GUDULA (S.). S. Gudulæ lucerna extincta, fuit ab angelo reaccensa, VI, 503, 2.

GUIDO. Guido Fabricius e Syriaco Novum Testamentum vertit Latine, id ipse censet esse S. Marci, XVIII, 29; XIX, 349, 1.

GUILLELMUS (S.). S. Guillelmus, dux Aquitaniæ, conversus lorica ferrea carnem domabat, XV, 96, 2. Quid senserit de pœnitentia, vitæque circumspectione, 210, 1. Ejus de humilitate sententia, XVI, 25, 2.

GUILLELMUS LACÆUS. Guillelmi Lacæi martyris uxor quam læto animo bonorum jacturam passa sit, XIX, 464, 2.

GUISLA. Guisla monialis Marciniacensis quam fuerit claustri tenax; illius fide incendium, quod monasterium occuparat, restinctum, XI, 684, 2.

GULA, GULO, GULOSI, GULOSITAS. I. GULÆ DEFINITIO ET PROPRIETATES. 1° Gulæ (pro gulositatis instrumento sumptæ) summum fauces vocantur, extremum stomachus, XIII, 372, 2 et seq. Gulosus quid sit, VII, 85, 1, 2: *Dixi ego in corde meo: Vadam et affluam deliciis, et fruar bonis; et vidi quod hoc quoque esset vanitas.* Infrunitus in Scriptura idem est quod gulosus, IX, 598, 1, 2: *Et animæ irreverenti et infrunitæ ne tradas me.* Pro deo gulosi habent suam gulam, XIX, 53, 2 et seq.: *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem et flens dico), inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est.* Cur gulosus complicare manus et edere carnes suas dicatur, VII, 170, 1: *Stultus complicat manus suas, et comedit carnes suas, dicens: Melior est pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum labore et afflictione animi.*

2° Gulosi assidui sunt in epulis, IX, 397, 2. Similes sunt lupis, *ibid.* Gulosi in ollis habitant, XII, 582, 2: *Fili hominis, hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, et tractant consilium pessimum in urbe ista dicentes: Nonne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes.*

3° Gula est inexplebilis, IX, 598, 1, 2. Gulosi non satiantur unquam, V, 400, 1: *Justus comedit, et replet animam suam; venter autem impiorum insaturabilis.* Gulosi venter est vitæ Charybdis, XIX, 54, 1.

4° Gulosi sunt impudentes, IX, 598, 1, 2. Semper jurgia concitant, VI, 385, 2 et seq.: *Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat.*

5° Gula quam sit improvida, IV, 346, 1, 2: *Porro Holofernes jacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus... Et percussit* (Judith) *bis in cervicem ejus, et abscidit caput ejus.* Quam sit insana, 363, 1, 2.

6° Gula per ventrosum bruchum denotatur, XII, 484, 1. Gulosi emblema quid sit, 386, 2; *Et non*

clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis; super triticum et vinum ruminabant, recesserunt a me. Gulæ typus Damascus est, 547, 2. Gulæ imago et symbolum sunt Philistiim, XIV, 20, 1.

II. Gula peccatum est, ideoque fugienda. — An gula in comedendo sit culpa mortalis, XVIII, 567, 2: *Manifesta sunt opera carnis: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, iræ, sectæ, comessationes.* Communiter tantum venialis, 568, 2. Gulosus quare in corpus suum peccat, sicut fornicator, 296, 2: *Omne peccatum extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Gula fuit primum Adæ peccatum, et ea homini refrænanda, X, 265, 2 et seq.: *Noli avidus esse in omni epulatione, et non te effundas super omnem escam.* Gula est homini mortificanda, IX, 397, 2. Ea domando principio Christianis, XVIII, 335, 2 et seq.: *Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Gula cavenda in convivio apud principem, VI, 175, 1, 2 et seq.: *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam; et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.* Gulositas et ingluvies conviviorum carpitur, XI, 394, 2: *Sacerdos et propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita ut non esset ultra locus.* Gula in exquisite præparandis cibis perstringitur, II, 65, 2 et seq.

III. Gulæ effectus et damna. 1° *Quot secum gula afferat incommoda in generali,* I, 724, 1: *Sedit populus manducare, et surrexerunt ludere.* Gulæ incommoda, III, 129, 1, 2: *Erat autem Eglon crassus nimis.* Gula mater est aliorum peccatorum, quod probatur exemplo filiorum Heli, 276, 1. Ex gula eorum manabant, ignorantia officii sui; rapina victimarum, invitis offerentibus, et quidem antequam victima Deo fuisset immolata, *ibid.* Gula est magnus hominis inimicus, VI, 322, 1: *Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.* Qui sint ejus proles et comites, 147, 1: *Qui seminat iniquitatem, metet mala, et virga iræ suæ consummabitur.* Gulæ alia damna, X, 129, 1: *Somnus sanitatis in homine parco: dormiet usque mane, et anima illius cum ipso delectabitur.* Epularum damna sunt, *primo,* hebetudo mentis; *secundo,* capitis, stomachique dolores, febres, apoplexiæ, etc.; *tertio,* epulonum paupertas; *quarto,* animi harmonia dissoluta; *quinto,* quod hominem faciant ineptum ad vigilandum, laborandum, etc., XX, 202, 2; 203, 1, 2: *Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis.*

2° *Gula hominem torpefacit et in brutum mutat,* VII, 85, 2; IX, 397, 2. Obtundit sensum, et subvertit intellectum, VII, 85, 2; IX, 129, 2. Gula destruit virtutes animæ, IV, 90, 2. Gulosus non vivit, sed cadaver est potius, XIX, 237, 1, 2: *Quæ in deliciis est, vivens mortua est.* Gulosus primogenita animæ pro gula vendit, 504, 1: *Ne quis fornicator, aut profanus ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua.* Gula est velut sepulcrum et infernus, VI, 443, 2.

3° Gula est mater libidinis, XVIII, 294, 1: *Esca ventri, et venter escis, Deus autem et hunc et has destruet,* 296, 1. Ordinarie est libidini unita, IV, 363, 1, 2. Ducit ad libidinem, IX, 597, 2: *Aufer a me ventris concupiscentias, et concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me.* Gula fomentum est luxuriæ, XXI, 52, 1.

3° Gula deducit ad paupertatem, et per quot gradus, VI, 196, 2 et seq. *Noli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum comedunt; quia vacantes potibus, et dantes symbola consumentur, et vestietur pannis dormitatio.* Est insatiabilis vorago, 197, 1 Gulosi rediguntur ad inopiam, inde dolorem animi contrahunt, 339, 2.

4° *Gula causat morbos,* II, 246, 2: *Audivi vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Ut det vobis Dominus carnes, et comedatis non uno die, nec duobus..... sed usque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras et vertatur in nauseam;* X, 265, 2 et seq.: *Noli avidus esse in omni epulatione, et non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit in firmitas, et aviditas appropinquabit usque ad choleram.* Aliquando causat mortem, 266, 2 et seq.: *Propter crapulam multi obierunt; qui autem abstinens est, adjiciet vitam.* Gulosi quot morbos contrahant, VI, 90, 1: *Livor vulneris absterget mala; et plagæ in secretioribus ventris.* Gula est causa multorum malorum et morborum, X, 126, 1, 2: *Vigilia, cholera et tortura viro infrunito,* 129, 1, 2. Gulosi diu vivere non possunt, nec dormire; eorum insomnia gravia, 126, 2: *Somnus sanitatis in homine parco; dormiet usque mane, et anima illius cum ipso delectabitur,* 128, 1, 2. In sordibus et vomitu suo gulosus computrescet, XIII, 489, 2: *Computruerunt jumenta in stercore suo.*

IV. Gula quomodo a Deo punita, XI, 339, 2; 340, 2. Gula impiorum fame punitur, X, 321, 2. Concupiscentiæ gulosorum sepulcra, II, 250, 1, 2: *Vocatusque est ille locus sepulcra concupiscentiæ; ibi enim sepelierunt populum, qui desideraverat.* Gulosis quomodo Deus ad cibum et ad potum viam obstruat, XIII, 308, 1: *Propter hoc sepiam viam tuam spinis.* Sæpe gula punitur penuria cibi spiritualis, 629, 2: *Mittam famem in terram; non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini.* Gulosi in gehenna, gravissima torquebuntur fame, XVI, 114, 1, 2.

V. Gulæ remedia. — Gulæ efficax remedium,

intueri sordes, phlegmata, vomitus, nauseam, et cætera quæ ex ea sequuntur, II, 246, 2 et seq. Gulorum varia exempla, VI, 197, 1; XI, 394, 2. Gulæ vincendi modus, XII, 387, 2: *Fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere.* Gula vincitur, sicut libido, non tam resistendo, quam occasiones et illecebras fugiendo, VII, 91, 1: *Cogitavi in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, devitaremque stultitiam, donec viderem quid esset utile filiis hominum.*

GUNDESINDUS. Gundesindus episcopus Compostellanus, precibus matris a purgatorii pœnis ereptus, XIV; 509, 1.

GUSTUS. Gustus refugit insulsa, *Job*, 159, 2: Gustus symbolum est discretionis, V, 331, 2. Gustus primus contemplationis gradus, VII, 490, 2 et seq.

GUTHLACUS (S.). S. Guthlacus cœlesti prognostico ante ortum designatus est, XII, 14, 1. Ejus nomen quid anglice sonet, *ibid.*

GUTTA. Gutta est stacte, sive lacryma myrrhæ, IX, 646, 1.

Gutta capitur pro gemma pretiosa, XII, 699, 1, 2.

Guttatus color est idem qui varius, XIV, 428, 2.

GUTTUR. Guttur in *Cantico* quid significet, VIII, 196, 2 et seq.; 178, 1, 2.

Guttur impiorum abominationem exhalat, XVIII, 72, 1.

GYGES. Gyges per annulum magicum se faciens invisibilem, occidit Candaulem regem Sardorum, IV, 364, 2. Gygis annulus revera magicus fuit, XIV, 349, 1. Gyges non est idem qui Gag, XXI, 356, 1.

GYMNASIUM. Gymnasiorum quanta sit antiquitas, XII; 442, 1. Gymnasium quid, quale olim Judæi a vera religione apostatantes Jerosolymis ædificarint, IV, 413, 2 et seq.; 513, 1, 2.

GYMNOSOPHISTÆ. Gymnosophistarum Indorum abstinentia, XIII, 14, 1. Eorum continentia, II, 13, 1.

GYNÆCONITIS. Gynæconitis dicebatur apud Græcos pars domus feminis deputata, XIV, 513, 2.

GYRUS. Gyrus spatium est gloriæ impii, V, 552, 1.

GYSUS. Gysum vocat Josephus murum interjacentem inter atrium sacerdotum et laicorum, IV, 460, 1.

H

HABACUC. *Habacuc* nomen significat *luctatorem cum Deo*, quam bene prophetæ nomen hoc conveniat, XIV, 198, 1. (Juxta alios, nomen *Habacuc* est reduplicatio radicis Hebraicæ *habac*, quæ significat *comprehendere, amplecti* cum amore.) Quando floruerit, XI, 58, 1. An fuerit hic filius Sunamitidis, quem Elisæus vitæ restituit, XIV, 198, 1. Unde ortus, et quando prophetarit, XI, 59, 2; XIV, 198, 1. Videtur esse unus de prophetis quos ad Manassen Deus misit, XIV, 198, 1. Quid scribat, XI, 59, 2. Ex professo prophetat contra Juda et Jerusalem, consequenter Chaldæorum per Persas interitum prædicit, XIV, 199, 1. A Cyro liberatore assurgit ad Christum, eique carmen insigne pangit, *ibid.* Canticum Habacuc an litteraliter, an allegorice, an mixtim accipiendum sit, in eo allegoricus sensus præcipue intentus est a Spiritu sancto, 238, 239. Ipsum est partim oratio, partim et magis canticum, *ibid.* An ipse in eo deprecetur veniam sui peccati, an vero peccatorum populi, 239. Quando conqueratur de sui ævi pravitate, 201, 1. Cur Deum orans totius populi personam induat, 213, 1. Prophetavit ante excidium Hierosolymæ: non est idem Habacuc qui ab angelo raptus Danieli in Babylonem prandium attulit, XIII, 193, 1, 2; XIV, 199, 2. An scripserit historiam de Daniele in lacum leonum misso, XIII, 193, 1, 2. Catalogo sanctorum ascriptus est, XIV, 199, 2.

HABENA. Habena dicitur ab *habere*, XV, 327, 1. Habenarum laxatio Dei irati signum est, XI, 575, 1, 2.

HABERE. 1° *Habere* pro *uti* sumitur interdum, XV, 322, 1. Item pro *facere*, XX, 527, 1. Item pro *posse*, 427, 1, 2. Item pro *tractare*, *ibid.*

2° Habendi modi varii, XIX, 434, 1. *Habere* significat actum continuatum, XVIII, 300, 2. *Habere aliquem in corde* est ejus recordari, et eum amare, XIX, 6, 2. *Habenti dabitur; non habenti etiam quod habet auferetur*, quomodo intelligendum, XV, 321, 1 et seq.

HABET DEUM. Habet Deum episcopus ore obturato quomodo loqueretur, XI, 560, 2.

HABITARE, HABITATIO. De habitatione commoda sibi quisque prospiciat, VI, 461, 2. Habitare Hebræis est firmiter inhærere, XIX, 278, 2. Habitare in civitatibus desolatis, quid, *Job*, 347, 1 (*Vide* DOMUS).

HABITUS. 1° *Habitus sumptus pro* veste, *seu* externa specie. Habitus est externa species, XIX, 25, 2. Habitus exterior prophetarum erat pallium ex pilis et setis animalium contextum et cilicium, XIV, 518, 2. Quis habitus ornatus in muliere, XIX, 203, 1, 2. Habitus vetularum qualis esse debeat, 329, 2. Habitum et vestem duram carpunt hæretici, XI, 323, 2 (*Vide* VESTIS).

2° *Habitus sumptus pro habitudine.* Habitus sunt vestigia actuum præcedentium, *Job*, 490, 1: *Vestigia ejus secutus est pes meus; viam ejus custo-*

divi, et non declinavi ex ea. Habitus peccandi ad peccatum inclinat, X, 28, 1 : *Leo venationi insidiatur semper; sic peccata operantibus iniquitates.* Habitus peccandi sunt quasi funes peccatorum, V, 150, 2 : *Iniquitates suæ capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur.* Habitus mali et vitia sunt hostes hominis, *Psalm.* I, 34, 2 : *Turbatus est a furore oculus meus, inveteravi inter omnes inimicos meos.* Habitudo bona animi reddit corpus habile et sanum, V, 435, 1, 2 : *Vita carnium, sanitas cordis; putredo ossium, invidia* (*Vide* PECCATUM, VIRTUS).

HACELDAMA. *Haceldama* quid proprie sonet et qualis vox, XV, 598, 2; XVII, 69, 1.

HADASA. Hadasa, sive Esther idem est quod myrtus, IV, 358, 2; 368, 1. Videtur esse Atossa mater Xerxis, *ibid.* (*Vide* ESTHER).

HADRACH. Hadrach nomen est loci vicini Damasco, sed quis et ubi sit, incertum, IV, 451, 2. An sit oppidum Cœlesyriæ, 451, 2.

HADRIANUS imperator (*Vide* ADRIANUS).

HADRIANUS PAPA I. Hadrianus I Pontifex omnium diutissime Sedi Romano præfuit, XII, 642, 2 et seq.

HADRIANUS PAPA II. Hadrianus II quid de pontificatu sentiret, II, 244, 1.

HADRIANUS PAPA VI. Hadrianus VI quam in propinquos suos fuerit moderatus, II, 352, 1, 2. Ejus epitaphium quale, 489, 2.

HÆDUS. Hædus in lacte matris non coquendus, I, 622, 2 et seqq. Quid hoc tropologice et allegorice significat, 623, 1. Hædos pascere facilius est quam armenta, VI, 358, 1.

Hædis immundæ cogitationes expressæ, VII, 510, 1. Typus sunt reproborum, et quare, XV, 534, 2. Hædus et vitulus, utpote victimæ pro peccato, sunt symbolum pœnitentiæ et mortificationis, XII, 852, 2. Hædi sunt typus pœnitentium, VI, 358, 1.

HÆMORRHOIDES, HÆMORRHOISSA. Hæmorrhoides communis Hebræorum morbus, XV, 605, 2. Hæmorrhoissæ expiatio in lege veteri, II, 98, 2.

Hæmorrhoissa Evangelii fuit e Cæsarea Philippi : fuit ibi a Christo sanata, et in miraculi memoriam ei imaginem erexit quotidianis illustrem miraculis, XV, 364, 1; 684, 1. Non fuit Martha nec Veronica, 684, 2. Ejus fides et reverentia, *ibid.*, et 2. Cur tremens ante Christum prociderit, 685, 1, 2. Non habebat adhuc perfectam fidem in eum, *ibid.*, 2.

HÆREDITAS, HÆRES. 1° *Hæreditas juxta Mosis legem.* Hæreditas cur dicatur calix, *Psalm.* I, 61, 1, 2. Hæreditas per sortes olim dividi solebat, XII, 840, 1, 2; XVIII, 592, 2; XIX, 74, 1, 2; 355, 2. Hæreditates apud Judæos ex una tribu in aliam non derivabantur, XII, 238, 1. Hæreditatis successores apud Hebræos erant mares, non feminæ, II, 349, 1.

2° *Hæreditas juxta aliorum populorum leges et morem.* Hæreditaria bona posteris transmittenda, III, 666, 2 : *Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Hæreditas non tradenda ante mortem uxori, vel filiis, vel amicis, X, 180, 1 : *Filio et mulieri, fratri et amico, non des potestatem super te in vita tua; et non dederis alii possessionem tuam; ne forte pœniteat te, et depreceris pro illis.* Hæreditas est æque dividenda, 365, 1 : *Ne pro his omnibus confundaris, et ne accipias personam ut delinquas. De lege Altissimi, et testamento, et de judicio justificare impium, de verbo sociorum et viatorum, et de datione hæreditatis amicorum.* Hæreditatis pars olim amicis testamento legabatur, IX, 591, 1 : *In tempore tribulationis illius* (amici) *permane illi fidelis, ut et in hæreditate illius cohæres sis.* Hæreditas cito parta, successu et felicitate caret, VI, 72, 1, 2 : *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.* Hæreditas a patre relicta, non est nimis augenda, 171, 2 et seq.: *Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui.*

3° *Hæreditas spiritualis.* 1° Hæreditas Dei Israelitæ sunt, IX, 630, 1, 2 : *Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius.* Quanta sit hæreditas Christi, XX, 355, 2 : *Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit.* Quomodo, et quo titulo, et quorum hæres sit Christus, 351, 2 : *Novissime diebus istis locutus est nobis* (Deus) *in Filio, quem constituit hæredem universorum.*

2° Hæres benedictionis Abrahæ quis sit, XVIII, 155, 2. Hæreditas Jacob quæ Deum colentibus promittatur, XI, 688, 1, 2 : *Et cibabo te hæreditate Jacob patris tui.* Hæreditas nostra qualis, XIX, 338, 1 : *Quem* (Spiritum) *effudit in nos abunde, per Jesum Christum Dominum nostrum, ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.* Hæreditas malorum et justorum, *Psalm.* I, 61, 1, 2. Hæreditas nostra non datur in hac vita, *Job*, 537, 2 : *Hæc est pars hominis impii apud Deum, et hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient.* Hæreditas nostra est Deus et cœlum, XX, 244, 2 : *Regeneravit nos* (Deus) *in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem conservatam in cœlis in vobis.* Et quidem incorruptibilis, incontaminata et reservata nobis manet, 245, 1, 2; 246, 2. Hæreditas cœlestis est præclara septupliciter, XII, 42, 1 : *Ego autem dixi : Quomodo ponam te in filios, et tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium?* Hæreditas vitæ æternæ quam sit ampla, XV, 437, 1, 2 : *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æter-*

nam possidebit. Cur hæreditas sanctorum vocetur sors, XIX, 74, 1, 2 : *Cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.* Sita est in lumine Evangelii, *ibid.* Jus hæreditatis cœlestis bonis operibus stabiliendum est, XVIII, 136, 1, 2 : *Si autem filii, et hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi; si tamen compatimur, ut et conglorificemur* (*Vide* Cœlum, Gloria cœlestis).

Hæreditas optima filiis relinquenda, est eleemosyna, XVIII, 478, 2 : *Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstabit, et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum justitiæ vestræ.* Hæreditantur vitia et virtutes, V, 105, 1 : Hæredes tres superborum et avarorum, IX, 311, 2 : *Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes, et bestias et vermes.*

HÆRESIARCHÆ. 1° Hæresiarchæ episcopatu excidentes quem ambiebant, nova dogmata invenere, XVII, 199, 2 : *Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens : Date et mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum.* Hæresiarcha primus fuit Simon Magus, 195, 1.

2° Hæresiarchæ plerique dæmonem habent parœdrum, suggestorem et assessorem, VI, 113, 1 : *Vir qui erraverit a via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur;* XVI, 451, 1 : *Cum loquitur mendacium* (diabolus), *ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus;* XVIII, 319, 2; XIX, 222, 2 : *Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus, discedent quidam a fide;* XX, 149, 2 : *Lingua ignis est, universitas iniquitatis..... quæ maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata a gehenna.* Sunt pseudochristi et seductores, XV, 509, 1, 2: *Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetæ, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur* (*si fieri potest*), *etiam electi.* Cur vocentur antichristi, XX, 587, 2 : *Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; et omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus de quo audistis quoniam venit, et nunc jam in mundo est.* Omnes hæresiarchæ fuere vel Epicuræi, vel Stoici, XVII, 321, 1 : *Quidam autem Epicuræi et Stoici philosophi disserebant cum eo* (Paulo), *et quidam dicebant; Quid vult seminiverbius hic dicere?* Hæresiarchæ multi prophetæ nomen affectarunt, XI, 323, 2.

3° Hæresiarcharum superbia et obstinatio, VI, 112, 2 : *Vidisti hominem sapientem sibi videri? Magis illo spem habebit insipiens.* Nunquam ad Ecclesiam redeunt, XX, 552, 2 : *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum, sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis.* Nulli eorum resipuere, excepto uno Berengario, XIX, 402, 1 : *Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, et participes facti sunt Spiritus sancti..... et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam.* Qua ratione aliquando convertantur, *ibid.*

4° Hæresiarchæ subito et misere utplurimum pereunt; id probatur exemplis, XII, 591, 1, 2 : *Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, et divinant mendacium : in concilio populi mei non erunt, et in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur.* Pene omnes misere mortui, XX, 441, 2 : *Fuerunt vero et pseudoprophetæ in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, et eum qui emit eos, Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem.* Eorum funestus interitus, XXI, 341, 2 et seq. : *Et apprehensa est bestia, et cum ea pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ...... Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure. Et cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum.* Hæresiarchæ similes sunt cimicibus, quia vivi mordent, mortui fœtent, XV, 154, 2 : *Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus* (*Vide* Hæresis, Hæretici).

HÆRESIS, HÆRETICI. I. Quid sit hæresis. — Hæresis et secta sonant idem ac *electio, factio,* XX, 441, 1 : *Fuerunt vero et pseudoprophetæ in populo, sicut in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis* (græce αἱρέσεις ἀπολείας), *et eum qui emit eos, Dominum negant.* Hæreticus ergo est qui eligit quod credat, ideoque non credendum quod docent Doctores et Ecclesia, *ibid.* Hæresis non semper includit schisma, 681, 2 : *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.* Hæresis est vestis peregrina quam assumunt Novantes. XIV, 277, 2 : *In die hostiæ Domini, visitabo super principes, et super filios regis, et super omnes qui induti sunt veste peregrina.*

II. Hæreses oportet esse, et quare. — *Hæreseon duplex est causa, efficiens et finalis.* 1° *Efficiens duplex : Prima* et remotior Dei justissima voluntas, qui sic verbi sui contemptum ulciscitur, et suos probat, XVIII, 357, 2 : *Nam oportet et hæreses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant;* XIX, 158, 1, 2 et seq. : *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. Secunda* et propinquior causa, hominum ipsorum naturalis tum rebellio, tum cæcitas et ambitio, XVIII, 634, 1, 2 et seq. : *Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.*

2° *Finalis causa duplex. Prima,* piorum probatio, nam hæresis probat orthodoxorum in fide

constantiam, II, 446, 1, 2 et seq. : *Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat..... et dixerit tibi : Eamus, et sequamur deos alienos quos ignoras, et serviamus eis; non audies verba prophetæ illius aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrum diligatis eum annon, in toto corde, et in tota anima vestra;* V, 524, 2 : *Sicut igne probatur argentum, et aurum camino, ita corda probat Dominus.*

Secunda, impiorum justa punitio, qui veritati Dei placide obedire et acquiescere noluerunt. Quomodo a Deo puniendi sunt, XX, 455, 1 et seqq. : *Novit Dominus..... iniquos.... in diem judicii reservare cruciandos ; magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes; ubi angeli fortitudine et virtute cum sint majores, non portant adversum se execrabile judicium ;* 442, 2 et seq. : *Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur. Et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur ; quibus judicium jam olim non cessat, et perditio eorum non dormitat.*

III. Hæresis quantum et quale peccatum. — 1° *Hæresis quantum peccatum,* XIX, 339, 2 : *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, et delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.* Est maxima iniquitas, 292, 2 : *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc : Cognovit Dominus qui sunt ejus ; et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Hæretici sunt velut Sodomitæ, XX, 448, 2 : *Et civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redigens, exemplum eorum qui impie acturi sunt, ponens.* Hæresis est gravius peccatum peccato Sodomorum, 450, 1 : *Novit Dominus.... iniquos... in diem judicii reservare cruciandos; magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant.* Hæresis est abominatio desolationis, XIII, 134, 1 : *Et erit in templo abominatio desolationis.*

2° *Hæresis quale peccatum.* 1° Hæresis omnis est blasphemia in Deum, XIX, 191, 2 : *Habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt..... quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare.* Eorum blasphemia, XX, 669, 1 : *Hi autem, quæcumque quidem ignorant, blasphemant.* Quomodo Deum et sanctos blasphement, 454, 1, 2 : *Audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes.* Blasphemant religionem, 442, 1 : *Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur.*

2° Hæresis est impietas. Hæreticorum impia consilia, XX, 671, 2. Eorum abominanda dogmata, 164, 2 : *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est.* Eorum sacrilegia, 442, 1. Sunt votifragi, XIX, 192, 2. Sunt magis infames, XX, 446, 1. Habent verba mortifera quibus iniquitatem loquuntur contra Dominum, XIII, 401, 1, 2 : *Non libabunt Domino vinum, et non placebunt ei : sacrificia eorum quasi panis lugentium; omnes qui comedent eum, contaminabuntur : quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabit in domum Domini.* Judæ sunt similes, XIX, 339, 2.

3° Hæresis est vera incredulitas. Hæretici negant Dei providentiam, XX, 451, 1. Item ejus imperium in res omnes, *ibid.* : *Dominationem contemnunt.* Ecclesiæ et Evangelio credere detrectant, XIX, 254, 1. Eorum patriarchæ sunt philosophi, 85, 2 : *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam.*

4° Hæresis est vera idololatria, X, 525, 2 : *Præter David, et Ezechiam, et Josiam, omnes* (reges Juda) *peccatum commiserunt.* Hæresis est statua quam hæretici ornant et erigunt, XIII, 38, 2. Transgrediuntur terminos religionis a patribus sancitos, et hæresim assumunt quasi idolum, 357, 1 : *Facti sunt principes Juda quasi assumentes terminum.* Similes sunt, imo pejores idololatris, paganis et ethnicis, 410, 1, 2; XX, 446, 2.

5° Hæresis est spirituale adulterium, V, 183, 1; IX, 612, 2. Hæresis nunquam est primum peccatum, sed semper necesse est præcedat vel superbia, vel libido, vel alia iniquitas, XIX, 292, 2.

IV. Ex quibus hæresis nascatur. — 1° *Hæresis nascitur ex diabolo,* XIX, 222, 2 : *Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus errorum, et doctrinis dæmoniorum.* Ejus parens est diabolus, VI, 113, 1. Hæretici sunt filii diaboli, XX, 461, 2 : *Pellicientes animas instabiles, maledictionis filii.* Sunt lenones Satanæ, XVIII, 489, 2. Pessimo dæmonum spiritu continentur, XIII, 446, 1. Multi habuere dæmones familiares, XX, 446, 1.

2° *Hæresis ex superbia oritur,* XVIII, 54, 1, 2. Superbiæ typhus est character et origo omnis hæresis, XIX, 253, 2 : *Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens.* Ejus fons est superbia, XX, 453, 1 : *Audaces, sibi placentes.* Quod multis exemplis probatur, *ibid.* et 2. Hæresim peperit gloriæ appetitus, XVI, 421, 1 : *Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit.*

5° *Hæreses natæ sunt ex nimis curiosa speculatione,* VI, 291, 1 : *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, sic qui scrutator est majestatis opprimetur a gloria;* IX, 132, 1 : *Multos quoque supplantavit suspicio illorum, et in vanitate detinuit sensus illorum.*

4° *Hæresis origo est libido,* V, 191, 2 ; 268, 2 : *Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior. Et ignoravit quod ibi sint gigantes, et in*

profundis inferni convivæ ejus; VI, 113, 2; 157, 1: *Fovea profunda os alienæ, cui iratus est Dominus, incidet in eam.* Oritur a mala conscientia, XIX, 191, 2 : *Habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt.* Mala vita desinit in hæresim ob quatuor causas, *ibid.* et seq.

5° Hæretici plerumque ecclesiasticorum vitam prætexunt, suæ ab Ecclesia defectioni, V, 559, 1 : *Occasiones quærit qui vult recedere ab amico; omni tempore erit exprobrabilis.* Hæresis maxime invadit impios, X, 59, 2 : *Qui relinquunt Deum, incident in illam* (linguam nequam flammæ comparatam), *et exardebit in illis, et non extinguetur; et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos.*

V. Quomodo sese diffundat hæresis. — Hæresis quomodo proserpat, et celeriter se diffundat, XXI, 202, 1. Hæretici grassantur in cœlum, terras, purgatorium, infernum, quomodo, *ibid.* Hæresis est lepra, XV, 221, 2; XVI, 232, 2. Serpit ut cancer et ad quæ, et quare, XIX, 288, 2. Hæresis incipit a vilibus ministris, III, 622, 1, 2. Hæreses propagatæ per mulieres, XVII, 285, 2 : *Judæi autem concitaverunt mulieres religiosas et honestas..... et excitaverunt persecutionem in Paulum et Barnabam*, XIX, 300, 2 : *Ex his enim sunt qui penetrant domos, et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis; quæ ducuntur variis desideriis*; XXI, 58, 1 : *Permittis mulierem Jezabel, quæ se dicit propheten, docere et seducere servos meos.* Hæretici per tumultus rem agunt, XVII, 317, 2 : *Zelantes autem Judæi, assumentesque de vulgo viros quosdam malos, et turba facta, concitaverunt civitatem, et..... quærebant eos* (Paulum et Silam) *producere in populum.* Eorum vanitas in sectandis asseclis, XVIII, 578, 2 : *Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt; sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.* Etsi ethnicos convertunt ad Christum, nihil ipsi prosunt, nocent potius, XIX, 10, 1 : *Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim, dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur?* Quomodo, et in quo et quorum respectu proficiant, 303, 1 : *Mali homines et seductores proficient in pejus, errantes, et in errorem mittentes.* Hæresim politici principibus suadent, ut statum et principatum suum tueantur, XIII, 377, 1.

VI. Hæresis et hæreticorum indoles et mores. — *Hæreticorum vera idea*, quam sub triginta uno veluti capitibus ad vivum depingit S. Petrus, XX, 470, 2. Eorum gemina descriptio, XIII, 308, 2; 309, 1. Eorum proprietates variæ, XXI, 201, 2 et seq. Cur vocentur locustæ, *ibid.*

1° *Hæretici sunt superbi*, V, 469, 2 : *Domum superborum demolietur Dominus, et firmos faciet terminos viduæ*; XVII, 371, 2 : *Et ex vobis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* Hæreticorum genius est superbe agere, XIX, 92, 2. Superbi et mundani sunt, XX, 590, 2: *Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, et mundus eos audit.* Sunt superbi et theomachi, VI, 113, 1. Eorum superbia, XX, 452, 2; 679, 2 : *Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes, et os eorum loquitur superba, mirantes personas quæstus causa.* Sunt cupidi, elati, tumidi, etc., XIX, 299, 1 et seqq. : *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa : et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti,.... proditores, protervi, tumidi*, etc. Eorum impudentia, 41, 1 : *Videte canes, videte malos operarios.* Sibi ipsi magistri sunt, IX, 216, 2. In superbia sua, sententias suas et sectas traditioni Ecclesiæ et doctrinis sanctorum Patrum præferunt, *ibid.* Omnia judicio suo et naturali ratione volunt metiri, XIX, 254, 2. Vocant doctrinam suam altissimam, profundissimam, et nulli alii quam sibi suisque comprehensibilem, XXI, 59, 5 : *Quicumque non habent doctrinam hanc, et qui non cognoverunt altitudines Satanæ, quemadmodum dicunt.*

2° *Hæretici sunt plerumque ignorantes et sine scientia.* Nihil sciunt, quia nihil vere credunt, XIX, 254, 1 : *Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi....... superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones et pugnas verborum*; 300, 2 : *Semper discentes, et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.* Dant verba, non scientiam, XX, 462, 1 : *Hi sunt fontes sine aqua, et nebulæ turbinibus exagitatæ.* Jactant doctrinam et scientiam, sed non habent, 463, 1 : *Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur.* Sunt nubes sine aqua, cur, 674, 1, 2. Eorum cæcitas, 462, 2; XII, 552, 1, 2. Per Æthiopes repræsentantur, XIV, 289, 1 :

3° *Hæretici sunt mendaces et subdoli.* Quales eorum magistri, XIX, 307, 2 : *Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt; sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus.* Sunt mendaces, XXI, 206, 2 : *Habebant loricas sicut loricas ferreas, et vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum.* Hæreticus mendaciis nititur, V, 277, 1 : *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autem sequitur aves volantes.* Est mystice testis mendax, 430, 2: *Liberat animas testis fidelis; et profert mendacia versipellis.* Hæretici nituntur falsis fundamentis, *Job*, 788, 1 : *Iratus est furor meus in te, et in duos amicos tuos : quoniam non estis locuti coram me rectum sicut servus meus Job.* Hæresis est plena fallacia et impostura, item occulta, V, 266, 2. Contraria est veræ sapientiæ, 262, 2. Affert dolos et fraudes, XIII, 378, 1 : *Cum*

sanare vellem Israel, revelata est iniquitas Ephraim, et malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium. Hæreticorum impostura, eam detegit vera fides et theologia, 319, 2 : *Simulator ore decipit amicum suum; justi autem liberabuntur scientia.* Relicto doctrinæ puro fonte in Ecclesia, fodiunt sibi cisternas cœnosas falsorum dogmatum, XII, 28, 1. Porrigunt auditoribus panem mendacii, VI, 66, 2: *Suavis est homini panis mendacii, et postea implebitur os ejus calculo.* Sunt fel amaritudinis, XVII, 202, 1 : *In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.* Sunt pseudoprophetæ, XX, 440, 1 : *Fuerunt vero et pseudoprophetæ in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces.* Errant a via doctrinæ, comparantur gigantibus, VI, 113, 1 : *Vir, qui erraverit a via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.* Fumo et aceto comparantur, V, 307, 2 : *Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum.* Tenebras sectantur, XIX, 282, 2. Per equum nigrum repræsentantur, XXI, 143, 1. Hæretici sunt subdoli et hypocritæ, IX, 136, 1 : *Cor ingrediens duas vias, non habebit successus;* XX, 169, 1. Eorum hypocrisis, XIX, 300, 1 : *Habentes quidem speciem pietatis; virtutem autem ejus abnegantes.* Sunt maxime sophistæ, X, 262, 2 : *Qui sophistice loquitur, odibilis est, in omni re defraudabitur; non est illi data a Domino gratia : omni enim sapientia defraudatus est.* Sunt sidera errantia, XX, 676, 2 et seqq. : *Hi sunt.... sidera errantia quibus procella tenebrarum servata est in æternum.* Sunt velut planetæ oberrantes, 494, 1 : *Vos igitur, fratres, præscientes custodite, ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate.* Similes sunt vaccis Basan, nam sagittis diaboli percussi, abeunt in latam viam quæ ducit ad mortem, XIII, 348, 2 : *Quoniam sicut vacca lasciviens declinavit Israel: nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine;* 567, 1. Sunt Chananæi, cur, XIII, 450, 1. Sunt argentum adulteratum, XI, 115, 2 : *Argentum tuum versum est in scoriam; vinum tuum mixtum est aqua.* Sunt arcus dolosus, et convertuntur in arcum pravum, XIII, 387, 2 : *Reversi sunt ut essent absque jugo; facti sunt quasi arcus dolosus.* Sunt velut corvi atri, garrulæ picæ, et talpæ terrestres, XV, 512, 1. Libertatem conscientiæ crepantes, eamdem suis sequacibus eripiunt, XX, 465, 2 : *Libertatem illis promittentes, cum ipsi sint servi corruptionis.* Zizaniis denotantur, XIV, 327, 2. Cur vocentur zizania, 331, 2.

4° *Hæretici adulterant verbum Dei.* Quomodo puteos sacræ Scripturæ obstruunt, I, 272, 2 : *Ob hoc invidentes ei Palæstini, omnes puteos quos foderant servi patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo.* Hæretici Scripturam sacram depravare conantur, V, 510, 1 ; XX, 493, 2 : *Sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Sicut et in omnibus Epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.* Verbum Dei depravant, sua somnia ei addendo, VI, 431, 1, 2 : *Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se; ne addas quidquam verbis illius, et arguaris inveniarisque mendax.* Scripturam sacram addendo vel minuendo adulterant, XXI, 413, 2 : *Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri hujus: si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.* Sacram Scripturam ad mentem suam torquent, et ad sua sensa trahunt, exemplis probatur, XVIII, 454, 1; 627, 1, 2. Hæresis est sacræ Scripturæ alienos ab ejus mente et contrarios sensus affingere, XIII, 225, 2. Hæretici quomodo furentur verba Salvatoris, XII, 186, 2: *Ecce ego ad prophetas qui furantur verba mea.* Scientia Scripturæ iis obest, V, 541, 1 : *Quid prodest stullo habere divitias, cum sapientiam emere non possit?*

Hæretici librum *Ecclesiastici* negant esse Scripturam canonicam, IX, 15, 1. Evangelii codicem depravarunt, XV, 2, 2. Legem Christi magis evertunt Novantes quam Judaizantes, XVIII, 518, 2 : *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Evangelium : quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, et volunt convertere Evangelium Christi.* S. Pauli Epistolas rejecerunt, XVIII, 4, 1, 1. Hæretici nostri temporis S. Pauli Epistolis errores suos confirmant, sed vane, 4, 2 ; 6, 1 ; XX, 493, 2. Quid per quatuor Joannis animalia intelligant, XXI, 107, 1. Quinam hæreticorum in *Apocalypsim* commentati sunt, 12, 2.

5° *Hæretici sunt blandiloqui et seductores.* Sermonibus suavibus innocentes seducunt, V, 511, 2: *Vir iniquus lactat amicum suum, et ducit eum per viam non bonam.* Hæretici sunt hirundines, qui dum blandiloquii sui suavitate demulcent, interiores oculos stercoribus suis excæcant, IV, 274, 1. Eorum blandiloquentia, XVIII, 243, 2 : *Hujusmodi per dulces sermones et benedictiones, seducunt corda innocentium,* 634, 2. Sunt in sermone blandi et elegantes, XX, 442, 1 : *In avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur.* Dogmata prava per eloquentiam suis propinant, XXI, 314, 1 : *Et mulier erat...... habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione et immunditia fornicationis.* Quam escam ad decipiendum suggerant, XX, 463, 2 : *Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur.* Pacifica omnia promittunt, sed paulatim occulta sua docent, et ut cancer serpit illorum dogma, XIII, 380, 1 : *Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus a coquente; quievit paululum civitas a commixtione fermenti, donec fermentaretur totum.* Eorum fucata oratio, XIX, 83, 2 : *Hoc dico, ut nemo vos decipiat in subli-*

militate sermonum. Diversi genii sunt, IX, 381, 1 : *In labiis suis indulcat inimicus, et in corde suo insidiatur, ut subvertat te in foveam..... In oculis suis lacrymatur inimicus, et quasi adjuvans suffodiet plantas tuas.* Cur perdicibus assimilentur, XII, 142, 1 : *Perdix fovit quæ non peperit : fecit divitias, et non in judicio.* Sirenibus comparantur, XIV, 71, 1 : Hæreticorum prædicatio, lingua serpentium, *Psalm.* II, 423, 2 : *Acuerunt linguas suas sicut serpentis, venenum aspidum sub labiis eorum.* Hæretici vulpes sunt, cur, VII, 591, 2. *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas ;* XII, 590, 1, 2 : *Væ prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui, Israel, erant.* Ovium pellem induunt, 53, 2. In fide parum fideles seducunt, XX, 464, 2. Sunt aucupes animarum, 461, 1 : *Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritia habentes.* Hæresis est illecebrosa V, 264, 1 : *Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris et nihil omnino sciens.* Hæresis est meretrix, 191, 2 : *Quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis; nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos insidians, apprehensumque deosculatur juvenem, et procaci vultu blanditur, dicens,* etc. ; 200, 1 : *Nunc ergo, fili mi, audi me, et attende verbis oris mei : ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris semitis ejus. Multos enim vulneratos dejecit, et fortissimi quique interfecti sunt ab ea;* 157, 2 : *Fovea profunda os alienæ, cui iratus est Dominus incidet in eam.* Eorum aliqui paralogismi, XVIII, 5, 1. Et sophismata, XIX, 225, 2.

6° *Hæretici semper in dogmatibus suis variant,* XVIII, 634, 1, 2 : *Ut jam non simus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinæ in astutia ad circumventionem erroris;* XIX, 518, 1 : *Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci.* Hæresis est multivola, IX, 280, 2 : *Ne respicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius.* Est semper inconstans, XX, 163, 2 : *Ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum.* Hæretici in sua fide semper vacillant et variant, 44, 1 : *Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis,* 163, 2; 674, 1 : *Hi sunt..... nubes sine aqua quæ a ventis circumferuntur.* Eorum Ecclesia navi assimilatur, XI, 445, 2 : *Laxati sunt funiculi tui, et non prævalebunt ; sic erit malus tuus ut dilatare signum non queas.*

7° *Hæretici sunt novitatis amatores.* Novi sunt, XI, 566, 1 : *Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei.* Semper novas opiniones comminiscuntur, XX, 452, 2 : *Audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes.* Semper docent nova et inaudita, XIX, 268, 1, 2 : *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates.* Dicunt nova, profana et falsa, 288, 1 : *Profana autem et vaniloquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem.* Argumenta nova producunt, dum argumentis objectis respondere nequeunt, XV, 468, 1. Hæretici oderunt dialecticam, XIV, 269, 1.

8° *Hæresis stulta est, necnon et hæretici stulti.* Hæresis est stulta, V, 263, 2 : *Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris, et nihil omnino sciens.* Et vana, peregrina, demens et avia, XIX, 518, 1. Hæreticorum figmenta insaniæ et deliria sunt, XIII 562, 2 : *Congregamini super montes Samariæ, et videte insanias multas in medio ejus.* Eorum dogmata quam sint vana, II, 115, 2 : *Novi recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.* Eorum quæ sint fabulæ, XX, 428, 1 : *Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus Domini nostri Jesu Christi virtutem.* Telas aranearum texunt, XI, 692, 1. Telas araneæ texuerunt :..... *Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis.* Quare ventum seminare dicantur, XIII, 394, 2 : *Ventum seminabunt et turbinem metent.* Hæretici ebrii sunt, et emotæ mentis, XIX, 297, 1 : *Resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.*

9° *Hæreticorum schisma et divisiones,* XII, 559, 2. Hæresis est clamosa, X, 263, 1. Est velut mulier nequam, garrula et impudens, IX, 682, 1, 2. Semper inter se habet jurgia, 384, 1 : *Inter superbos semper jurgia sunt.* Hæreticorum Ecclesia litigiis plena est, VI, 105, 1 : *Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi.* Hæretici sunt contentiosi, *Job,* 177, 2 : *Respondete, obsecro, absque contentione, et loquentes id quod justum est, judicate.* De omnibus quæstiones movent, XIX, 254, 1. Se invicem blasphemant et conviciantur, XX, 453, 2. Inter eos perpetua sunt schismata et jurgia quæ parit superbia, XIII, 412, 1, 2 : *Divisum est cor eorum, nunc interibunt.* Eorum bellum pax est catholicorum, VI, 367, 1; XVII, 396, 2 ; XX, 462, 2.

10° *Hæreticorum avaritia,* XX, 442, 1, 2 : *Et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur,* 461, 1 : *Cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii. Derelinquentes viam rectam, erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit ;* 670,1,2 et seq. : *Væ illis, quia in via Cain abierunt, et errore Balaam mercede effusi sunt!* Hæretici similes Balaamo, 671, 2 et seq. Pietatem habent pro quæstu, XIX, 255, 1. *Ex quibus* (quæstionibus) *oriuntur invidiæ, contentiones.... conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.* Rident paupertatem evangelicam, IX, 404, 1 : *Nequissima paupertas in ore impii.* Aucupantur gratiam potentium, XX, 680, 1 : *Mirantes personas quæstus causa.*

11° *Hæreticoram mala vita et libido.* Eorum mores etiam a Prophetis prædicti, XX, 656, 1, 2 : *Subintroierunt enim quidam homines (qui olim*

præscripti sunt in hoc judicium) impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam. Abutuntur Christianismo ad luxuriam, *ibid.* Sapiunt terrena magis quam cœlestia, 162, 2 : *Non enim est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica.* Habent conscientiam cauteriatam, XIX, 223, 2 : *Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum...... cauteriatam habentium suam conscientiam.* Hæresis comes est impuritas et libido, IV, 413, 2. Hæretici sunt carnales et mulierosi, XVII, 196, 1. Hæresis pœna est libido infamis, XVIII, 54, 1, 2 : *Mercedem quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.* Sunt pæderastia infames, *ibid.* Molles sunt, XIX, 53, 2 : *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem et flens dico), inimicos crucis Christi;* 299, 2 : *Erunt homines seipsos amantes..., protervi, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei.* Eorum peccandi ardor et licentia, XX, 671, 2. Eorum in vita corruptiones et vita delicata, 457, 2 et seq : *Hi vero velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem, et in perniciem in his quæ ignorant, blasphemantes, in corruptione sua peribunt. Percipientes mercedem injustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias ; coinquinationes et maculæ, deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum.* Sunt velut bruta pecora, 456, 1, 2. Vocantur animales, 681, 1. Eorum libidines et sordes, 164, 2; 442, 1 : *Multi sequentur eorum luxurias, per quas via Dei blasphemabitur ;* 448, 2 : *Et civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redigens, exemplum eorum qui impie acturi sunt, ponens;* 450, 2 : *Novit Dominus... iniquos in diem judicii reservare cruciandos ; magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant,* 656, 2. Eorum in epulis obscœnitates, 458, 1, 2; 673, 1, 2 : *Hi sunt in epulis suis maculæ, convivantes sine timore, semetipsos pascentes.* Hæreses sunt stercora, quia sicut veram fidem sequitur vitæ honestas et puritas, ita malam fidem, puta idololatriam et hæresim, sequuntur spurcitia et omnes sordes, XII, 546, 2.

Hæretici censent impossibilem esse continentiam, XV, 424, 1. Cur non possunt esse virgines, XVIII, 54, 2; 318, 2; 458, 1. Dissuadent virginitatem, 318, 2. Eam aversantur, XIX, 119, 2 : *Exhortatio enim nostra non de errore fuit, neque de immunditia.* Hæretici aliquando orthodoxorum sapientiam, sanctitatem, castitatem et miracula mirantur, sed fidem et mores sequi nolunt, XVI, 379, 1. Significantur per Ruben, I, 393, 1.

12° *Sunt pertinaces, et nunquam convertuntur, sed tandem fiunt athei.* Eorum pertinacia, XVIII, 361, 1. Sunt in credendo tardi, V, 421, 1. Sapientiam veram etsi quærant, non tamen inveniunt, quia extra Ecclesiam quærunt, et male, 408, 1 : *Quærit derisor sapientiam, et non invenit ; doctrina prudentium facilis.* Ex hæresi formata, pauci redeunt ad veram fidem, V, 69, 1 : *Omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitas vitæ.* Veritati perfracte resistunt, VI, 128, 2 : *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum; qui autem rectus est, corrigit viam suam.* Ipsa ejusque defensio pertinax est peccatum ad mortem, XX, 619, et seqq. : *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis.*

Hæretici multi tandem fiunt athei, III, 622, 2; XVIII, 359, 2. Omnes hæreses tandem evanescunt, aut abeunt in atheismum, XIX, 301, 1 : *Sed ultra non proficient; insipientia enim illorum manifesta erit omnibus sicut et illorum fuit;* XX, 441, 2 : *In vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, et eum qui emit eos Dominum negant.*

VII. Quid sint hæretici erga Ecclesiam et societatem civilem.— 1° *Sunt rebelles filii Ecclesiæ,* VI, 449, 2 : *Oculum, qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquilæ.* Quomodo sunt in Ecclesia, XVIII, 290, 2 : *Quid mihi de iis qui foris sunt, judicare? Nonne de iis qui intus sunt, vos judicatis?* Fuere alias catholici vel veri, vel ficti, XX, 551, 2 et seq. Quo sensu in *Cantico* sodales Christi appellentur, VII, 506, 1 : *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Sunt eradicati a fide, Deo et Ecclesia, XX, 675, 2. Sunt arbores autumnales, similes sunt fungis, *ibid.*, 1. Sunt arbores bis mortuæ, *ibid.*, 2. Si faciunt bona opera, ea non faciunt ratione fidei suæ, sed ex naturali propensione, XV, 212, 2 : *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.* Ecclesiam matrem suam oppugnant, affligunt, decolorant, VII, 500, 1 : *Filii matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis.* Sunt similes Core, XX, 672, 2 et seqq. : *In contradictione Core perierunt.* Cur Samaritis assimilentur, X, 548, 1 : *Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens quam oderim : qui sedent in monte Seir, et Philistiim, et stultus populus qui habitat in Sichimis.* Allegorice significantur per Cham, I, 161, 1. Sunt symmistæ Antichristi, XIX, 161, 1. Ejus sunt præcursores, XII, 765, 1; 773, 2; XXI, 256, 1.

2° *Hæretici non sunt missi, sed intrusi in munus apostolicum.* Hæretici a Christo non vocantur, sed per se vel per laicos intruduntur, XVIII, 39, 1: *Paulus, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei;* 516, 1, 2 : *Paulus, Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum et Deum Patrem.* Quia non mittuntur, apostoli sunt cacodæmonis, XI, 181, 2. Seipsos mittunt, XVIII, 493, 2 et seq. : *Nam ejusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.* Ab

uno magistro Christo desciscunt, XX, 134, 2 : *Nolite plures magistri fieri...., scientes quoniam majus judicium sumitis.* Non aguntur Spiritu sancto, ut jactant, XVIII, 134, 2. Spermologi sunt, unde et se ministros verbi dicunt, XIX, 83, 2 ; 254, 1, 2 ; 288, 2. Fidei suæ continuationem ostendere nequeunt, XVIII, 186, 1, 2. Non patrant miracula in fidei suæ confirmationem, XX, 126, 2 et seqq. : *Ostende mihi fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.* Nunquam pro sua fide miracula facere, XVIII, 507, 2 : *Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, et prodigiis, et virtutibus.* Sunt pravi pastores, XVI, 469, 1 : *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.* Apud eos non est vera justitia, XI, 115, 1, 2 : *Argentum tuum versum est in scoriam; vinum tuum mixtum est aqua.* An valide baptizent, et ab eis baptizati sint rebaptizandi, V, 453, 2 : *Victimæ impiorum abominabiles Domino*, X, 211, 1, 2 : *Qui baptizatur a mortuo..... quid proficit lavatio ejus ?* XVI, 464, 2; XVIII, 624, 1, 2 : An hæreticus recte administrans sacramentum prohibendus sit, XVI, 140, 1 : *Respondens autem Joannes, dixit : Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, et prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.*

3° *Hæretici sunt jurati hostes Ecclesiæ et catholicorum.* Patrem Deum dehonestant et matrem Ecclesiæ irritant, VI, 59, 1 : *Qui affligit patrem et fugat matrem, ignominiosus est et infelix.* Iisque bellum indicant, 113, 1. Suis rixis evertunt domum Ecclesiæ, 18, 1 : *Dolor patris, filius stultus; et tecta jugiter perstillantia, litigiosa mulier.* Lacerant Ecclesiam et Turcis viam pandunt, V, 581, 1. Christum quodammodo lapidant, XVI, 480, 2. Prædones sunt, XIX, 85, 1 : *Videte ne quis vos decipiat* (græce *deprædetur*) *per philosophiam, et inanem fallaciam.* Dæmonem superant malitia et perfidia, VI, 113, 1, 2. Hominem excoriant et exossant, XIV, 90, 2 : *Numquid non vestrum est scire judicium, qui odio habetis bonum, et diligitis malum ; qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, et carnem eorum desuper ossibus eorum ?* Sunt similes Caino, cur, XX, 670, 2 et seqq. : *Væ illis, quia in via Cain abierunt !* — Sunt veri animæ inimici, IX, 378, 1 ; *Non credas inimico tuo in æternum ; sicut enim æramentum, æruginat nequitia illius.* Sunt inimicus dolosus, VI, 321, 2 et seq. : *Quando submiserit vocem suam* (inimicus), *ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde ipsius.* Hæreticorum simulata humanitas, XXI, 143, 1 ; 208, 1, 2 ; 212, 1 : *Potestas enim equorum in ore eorum est, et in caudis eorum ; nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita : et in his nocent.* Sunt gladii, sagittæ, jacula acuta, VI, 277, 1 : *Jaculum et gladius, et sagitta acuta homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.* Illi junctis viribus catholicos oppugnant, 367, 1. Iis dominantibus, fugiunt aut latent catholici ; cupiunt enim omnes sibi reddere similes, 389, 1, 2 : *Cum surrexerint impii, abscondentur homines ; cum illi perierint, multiplicabuntur justi.* Catholicos sacerdotes apud reges et magistratus calumniantur quasi perduellionis reos, XIII, 614, 2. Hæretici unius urbis desiderant hæreticos aliarum victoriis potiri contra orthodoxos, V, 359, 1 ; 393, 2. Sunt lupi, IX, 398, 1 : *Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo;* XVI, 474, 1 : *Lupus rapit et dispergit oves.* Lupi sunt ob octo analogias, XVII, 371, 1 : *Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.* Sunt lupi sub pelle ovina, XV, 211, 2 : *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Sunt lupi rapaces et vulpes, XX, 440, 2. Sunt lupi vespertini et nocturni, XII, 53, 2 : *Percussit eos leo de sylva, lupus ad vesperam vastavit eos;* XIV, 210, 2 : *Leviores pardis equi ejus, et velociores lupis vespertinis, et diffundentur equites ejus.* Sunt designati per vulpes Samsonis, propter undecim rationes, III, 205, 1, 2. Lamiæ sunt, XII, 409, 2. Sunt velut gigantes feri et tumidi, IX, 460, 2 : *Non exoraverunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti.* Tropologice accipiuntur per Ammonitas, XII, 685, 1, 2. Hæreticorum persecutiones contra Ecclesiam repræsentat equus niger a Joanne in *Apocalypsi* visus, XIV, 371, 1, 2. Cur olim frontes martyrum signarent cruce, XII, 571, 2. Sunt portæ inferi, XV, 369, 2. Sunt fluctus feri maris, XX, 676, 1 : *Hi sunt fluctus feri maris, despumantes suas confusiones.* Sunt spinæ, VII, 550, 1 : *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Erucis et bruchis repræsentantur, XIII, 486, 1.

4° *Hæretici erga societatem civilem sunt turbulenti et seditiosi*, XX, 162, 2 ; 166, 1. Omnes magistratus et præpositos, tam sæculares quam ecclesiasticos, contemnunt, 450, 2 et seqq. : *Dominationem... contemnunt.* Hæresis rebellioni servit, eamque sequitur, V, 534, 1 : *Semper jurgia quærit malus : angelus autem Domini crudelis mittetur contra eum.* Sunt bellorum faces, et titiones gehennæ, 511, 2 : *Homo perversus suscitat lites, et verbosus separat principes.* Hæretici potestatem sæcularem evertunt sub prætextu evangelicæ libertatis, XVIII, 219, 1 : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Quæ mala orbi attulerint, XX, 163, 2. Hæresis Calviniaca quæ mala invexerit in Europam, XIII, 445, 2 et seq. : *Ephraim pascit ventum, et sequitur æstum: tota die mendacium et vastitatem multiplicat.* Hæreticorum suis principibus rebellantium funestus exitus, X, 472, 2 : *Impetum fecit contra gentem hostilem, et in descensu perdidit contrarios, ut cognoscant gentes potentiam ejus ; quia contra*

Deum pugnare non est facile. Ut excutiant jugum fidei et catholicorum principum, Turcarum opem implorant, sed ab eisdem opprimuntur, XIII, 397, 1.

VIII. HÆRESIS EFFECTUS ET FRUCTUS. — Hæresis quæ afferat damna, XX, 441, 1. Ejus fructus est duplex, primus pravæ doctrinæ, secundus pravorum morum et scelerum, XV, 211, 2 : *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Hæresis est doctrina male sana, XIX, 279, 1. Quæ vitia ex ea nascantur, XVIII, 55, 1 : *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, dolo et malignitate.* Multis mortem animæ attulere, V, 583, 1 : *Mors et vita in manu linguæ : qui diligunt eam, comedent fructus ejus.* Eorum fama posthuma parit proles sibi similes, 272, 1 (*Vide* supra, art. V, VI, alios hæresis fructus).

IX. HÆRETICI QUOMODO A DEO PUNIUNTUR. — Opposuit illis Deus suos antagonistas, III, 639, 1; XXI, 225, 1. Sæpe profligantur a fidelibus doctoribus, VI, 119, 1 : *Civitatem fortium ascendit sapiens, et destruxit robur fiduciæ ejus.* Hæretici cum doctrina sua cito pereunt, 124, 1 : *Testis mendax peribit.* Eorum doctrina a Deo subvertitur, 154, 2 : *Oculi Domini custodiunt scientiam, et supplantantur verba iniqui.* Ob hæresim a Deo provinciæ diversimode affliguntur, VI, 113, 1. Multi hæretici fuere a dæmone suffocati, XX, 457, 1 : *In corruptione sua peribunt.* Eorum bona sæpe Dei nutu cedunt catholicis, V, 395. 2 et seq. : *Bonus relinquit hæredes filios et nepotes, et custoditur justo substantia peccatoris.* Eos manet caligo et procella, XX, 677, 1. A Deo deturbantur in tartara, VI, 113, 1 : *Vir qui erraverit a via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.* Eorum locus est in profundo inferni, *ibid.* Hæretici negantis veritatem Christi in Eucharistia confusio in die judicii, XVIII, 361, 1.

X. AN ET QUOMODO AB ECCLESIA ET A POTESTATE SÆCULARI REPRIMENDI SINT HÆRETICI. — 1° Sunt ab Ecclesia rejiciendi, eo quod ejus pacem turbent, VI, 151, 2 : *Ejice derisorem, et exibit cum eo jurgium, cessabuntque causæ et contumeliæ.*

2° Si obstinati sint, vi pœnisque ad orthodoxam fidem a principibus sunt cogendi, juxta sententiam S. Augustini, V, 259, 2 : *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum et festinabit accipere.* Quo pacto sint a principibus ad fidem orthodoxam cogendi, etiam pœna capitis vitæque proposita, juxta eumdem S. Augustinum, VI, 333, 1 : *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis ;* 406, 2 et seq. : *Servus verbis non potest erudiri, quia quod dicis, intelligit, et respondere contemnit.*

Quo pacto hæresis est impedienda, X, 525, 1. Hæreticis non faveant reges pii, *ibid.* Lenitate exasperantur, asperitate edomantur, XI, 377, 1 : *Misereamur impio, et non discet justitiam.* A regibus sunt exagitandi, VI, 472, 1. Sunt extirpandi et plectendi, XV, 332, 1. Quare sint plectendi, XIX, 339, 2. Ferro a magistratibus sunt succidendi, XVIII, 156, 1. Eos occidere licet, XI, 264, 1. Eos morte plectere, non tantum licitum et sanctum, sed et præceptum est a Deo, XIII, 518, 1.

XI. QUOMODO CUM HÆRETICIS AGENDUM SIT. — 1° *Cum eis raro et quomodo disputandum.* Hæreses non sunt explorandæ et probandæ, XVIII, 586, 2 : *Omnia autem probate, quod bonum est tenete.* Non est cum eis de Scriptura loquendum, VI, 189, 2. Perperam contendunt hæreses suas esse examinandas ad Scripturas, XVII, 318, 2. Eo pacto facile convertentur, si prius eis vitam honestam moresque castos et sanctos persuadeas, XVI, 346, 1. Contra eos non tam argumentis quam puritate vitæ agendum, XIX, 191, 2. Orando sunt potius quam disputando convertendi, 253, 2. Eos acriter insectatus est S. Judas, XX, 650, 1, 2. Hæreticos Germanos sua obedientia vicit P. Canisius, VI, 125, 2 et seq. Jam conversus hæreticus, desinit esse impius, V, 351, 2 : *Verte impios, et non erunt; domus autem justorum permanebit.*

2° *Hæretici vitandi sunt,* XVIII, 243, 1, 2 : *Rogo ut observetis eos qui dissensiones præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, et declinate ab illis;* XIX, 300, 1 : *Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, et hos devita.* Fugiendi sunt jure naturæ et divino, XX, 636, 1 : *Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.* Inter eos periculosum habitare, III, 237, 2 : *Cui dixit Noemi : En reversa est cognata tua ad populum suum, et ad Deos suos.* Eorum familiaritas est periculosa, IX, 273, 1 : *Cum audace non eas in via, ne forte gravet mala sua in te, ipse enim secundum voluntatem suam vadit, et simul cum stultitia illius peries.* Fugiendi sunt exemplo sanctorum ut pestis, XIX, 289, 1. Eorum commercia vitanda, XVI, 356, 1 : *Quomodo tu Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana, non enim coutuntur Judæi Samaritanis ?* Cum hæreticis communia fugienda, IV, 213, 1, 2 : *Dixit eis* (hostibus Judæ et Benjamin) *Zorobabel...... non est vobis et nobis ut ædificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro;* XIX, 172, 2 : *Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et ne commisceamini cum illo, ut confundatur;* 289, 1 et seq. : *Profana autem et vaniloquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit.* Quomodo agendum cum hæretico non pertinaci et formato, 339, 1, 2 : *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, et delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.* Hæretici ne salutandi quidem, XX,

legaliter mundabantur, XIX, 440, 2. Judæis priscis in certis casibus præcepta fuit specialis alicujus peccati confessio, VI, 374, 2 et seq. In certis casibus debebant peccata sua sacerdoti confiteri, XV, 98, 1. Censebant immunda quæ erant gentibus communia, XVIII, 232, 1.

4° *Blasphemiæ horror*. Blasphemiam Hebræi exhorrebant, X, 35, 2. In blasphemia Deique injuria vestes scindebant, XII, 257, 2. Solebant in blasphemia et atroci scelere sicut in luctu, vestimenta scindere a capite usque ad pectus, XIII, 496, 1.

5° *Circumcisio*. Immundum eis erat præputium, XII, 45, 2. Quem ad finem circumciderentur, 86, 2 (*Vide* CIRCUMCISIO).

6° *Eorum jejunia*. Jejunium vocant humiliationem, IV, 396, 2. Eorum sanctificatio sita erat in jejunio et abstinentia, XIV, 439, 2. Varia eorum jejunia variis de causis, 446, 2. Eorum duplex erat abstinentia a cibis, XVIII, 229, 2. Quomodo solerent jejunare, IV, 332, 2. Pridie festorum suorum jejunare solebant, 388, 2. Et clamores precibus miscere, *ibid*. Et solaria conscendere, *ibid*. Annuum indixerunt jejunium ob excæcatum Sedeciam, XII, 270, 1. Jejunabant quotannis die decima julii, quia ea die templum fuit combustum a Chaldæis et urbs diruta, XIV, 439, 1. Templo restaurato, petunt num adhuc jejunare debeant, 439, 1; 446, 1, 2.

7° *Juramenta*. Judæis an olim fuit licitum jurare, XX, 211, 1. Quale erat eorum juramentum, III, 238, 1. In juramento subticent notam imprecatoriam, XI, 156, 1, 2. Nec exprimunt quænam sibi imprecentur præ timore et detestatione, ut pote atrocia, XIII, 573, 1. Cum jurabant, honoris et gratitudinis causa addere solebant Dei nomini epithetum liberatoris ex Ægypto, XII, 134, 1.

8° *Hebræorum funera*. Eorum sepeliendi ritus, XV, 640, 1. Corpora mortuorum aromatibus inungebant, X, 279, 2. Suorum regum cadavera an comburerent additis aromatibus, videntur potius sepelivisse, III, 431, 2; XII, 247, 1, 2. Sepeliebant principes cum auro, vestibus et armis, XII, 73, 1. Judæi extra urbem defunctos sepeliebant, XVI, 118, 2; 133, 2. Cur extra urbem cadavera efferrent, XII, 156, 1. Eorum commune sepulcrum erat in valle Cedron, juxta Tophet, XI, 159, 2, 160, 1; XII, 155, 2.

Quomodo mortuos suos plangerent, XVII, 191, 2. Mortuos nimis plangebant, X, 280, 1. Gentiles imitati, in funere scalpellis incidebant lacertos, XII, 133, 2. In luctu comam tondebant, 70, 1. Caput operire solebant, 120, 2. Caput aspergebant cinere, XI, 718, 1. Hebræa uxor, diebus septem plangebat maritum mortuum, post quod tempus poterat alii nubere, III, 479, 1, 2.

Quomodo suis defunctis in epitaphiis apprecarentur, XIV, 249, 1. Pro defunctis suffragia faciebant. XVIII, 406, 1. Juxta sepulcrum mortuorum epulum pauperibus instruebant, IV, 286, 1, 2; X, 100, 2.

9° *Eorum Prophetæ* (*Vide* PROPHETA). Hebræi soli habuere dignitatem propheticam, X, 432, 2. Tota gens Hebræorum magnus propheta, III, 251, 2.

10° *Hebræorum lex et doctrina moralis*. Duplicem in Scriptura legem comminiscuntur, unam in *Genesi* scriptam, alteram traditam Moysi et secretam de divinitatis specie, XII, 471, 2. Legem Dei in phylacteriis descriptam gestabant, 37, 1, 2. Legis divinæ observantiam et memoriam externis quibusdam signis indicabant, XV, 489, 1. Per legem Mosis rursus agnovere peccatum, quod ante obscuro naturæ lumine cognoverunt, XVIII, 72, 2. Scripturæ nihil addere voluere, XIX, 455, 1, 2.

Ethicam tradebant per breves gnomas, XVIII, 29, 2. Parabolas, proverbia, ænigmata, et alias graves sententias inquirebant, X, 295, 2. Unde symbolis et parabolis sua exprimere assueverunt, XVI, 541, 1. Omnem sententiam insignem et acutam vocant parabolam, proverbium et ænigma, 228, 2. In parabolis et strophis discipulos suos exercebant, V, 21, 1. Eorum gnomæ de quatuor bonis, III, 619, 2. Cur vocarent doctores suos *Sopherim*, IV, 220, 1. Eorum doctores manu ferebant virgam, XV, 263, 1. Israelitæ soli habebant veram sapientiam, IX, 264, 1. In singulis urbibus majoribus, loco templi habebant synagogas, scilicet concionis et orationis locum, IV, 328, 2.

Inimicos oderant, IX, 676, 1. Eorum de inimico odio habendo sententia rejicitur, XVIII, 222, 2. Putabant non vetari concupiscentias mere internas, sed tantum conatum ad eas explendas, 119, 2. Non tolerabant meretrices, IX, 527, 1.

11° *Idololatria apud Hebræos*. Hebræorum ad idololatriam pronitas, XX, 667, 2 et seq. Erant in imaginum adoratione propensissimi, XIII, 330, 2. Eorum idololatria, VI, 667, 1, 2; XII, 38, 2. Lætitiam vituli aurei epulo et ludo clauserunt, XVIII, 341, 2. Judæi vix olim habuere imagines, II, 412, 2. In prosperitate ad idola defluxerunt, in tribulatione ad Deum redierunt, XI, 380, 1. Idolothytis pellecti sunt ad cultum Beelphegor, XVIII, 324, 1. Idolo Moloch se ornarunt et unxerunt, XI, 668, 2. Cœlum et astra pro Deo coluere, XV, 468, 2. Judæi solem orientem adorantes, cur laureos ramos gestarent, et ori admoverent eos, quasi osculantes, VII, 564, 2. Sacrificarunt olim lunæ, XII, 68, 2. Stellas coluerunt, XIX, 94, 2. Etiam in vallibus habebant lucos et idola, XIV, 128, 1. Dicuntur filii auguratricis, XI, 667, 1. Tempore Achaz et Ezechiæ valde erant in idola proclives, ideoque vastandi a Babyloniis, 565, 1. In captivitate Assyriaca ad gentium ritus defluxere, XIX, 426, 2. Post captivitatem Babylonicam et tempore Christi, idola publice non coluerunt, X, 500, 2; 501, 2; XI, 128, 1; 390, 2; XII, 824, 1; XIII, 282, 2; 550, 1; XIV, 417, 1; XV, 320, 1; 361, 2; 584, 1; XIX, 194, 2. Sed in fine mundi sub Antichristo ea colent, XI, 119, 2. Judæi idola colentes per contemptum vocantur gentes, XII, 515, 2.

CAPUT TERTIUM.

HEBRÆORUM STATUS POLITICUS, CIVILES ET DOMESTICI USUS, LINGUA, LITTERATURA, POESIS.

I. HEBRÆORUM STATUS POLITICUS, REGES, BELLUM. — 1° Israelis regimen tertio fuit mutatum, XV, 61, 1. Tres eorum fuere politiæ status, sub Judicibus, sub Regibus, sub Pontificibus seu Machabæis, XVI, 188, 1, Deo providente, habuere perpetuam successionem regum et pontificum, X, 465, 1. Eorum regnum erat politicum simul et ecclesiasticum, 432, 2.

2° Eorum reges unctione consecrabant, XI, 547, 2. Cæremoniæ quas observabant in unctione regis, III, 314, 2. Principes cur vocent judices, XI, 501, 2.

3° Iis prohibitum erat pugnare in sabbato, IV, 538, 1. Vix habebant equites in exercitio, sed pedites, III, 287, 1. Pugnabant ut plurimum pedites, XIV, 481, 1, Eis vetitus fuit equitatus et equorum copia, XI, 461, 2. Equites in bello non leguntur habuisse, nisi in tempore Joannis filii Simonis, IV, 492, 1.

II. HEBRÆORUM CIVILES ET DOMESTICI USUS. — 1° *Tempus quomodo dividerent*. Tempus omne dividebant per menses et sabbata, XIII, 624, 2. Duplicem habebant annum et menses, XIV, 316, 2. Usi sunt annis lunaribus, XIII, 124, 1, 2. Tertio quoque anno mensem intercalabant, ut suos annos lunares solaribus æquarent, XII, 538, 2. Annum inchoabant a Paschate et a mense paschali nisan, qui nostro martio respondet, 713, 1.

Utebantur mensis lunaribus, I, 524, 1, 2; IV, 212, 2; 228, 1; 387, 1; 317, 1. Isti menses lunares ab uno novilunio ad aliud decurrebant, XI, 571, 2; XVIII, 289, 1. Novilunium cur celebrarent, XI, 766, 2.

Dies civiles ab uno ortu solis ad alterum; sacros a vespere in vesperum computabant, XV, 312, 2; 549, 2; 644, 1 Diem dividebant in quatuor partes et horas, XIII, 80, 1; XVII, 112, 2. Sicut et noctem, XV, 716, 1. Noctem diviserunt in tres vigilias, V, 120, 2. Noctem vocabant vesperam, XII, 53, 1. Jam a Romanis subacti, utebantur computu eorum in die et nocte disterminanda, XV, 312, 2.

2° *Hebræorum matrimonia*. Deo teste nuptias contrahebant, XIV, 578, 2. Virgines eorum poterant viris alterius tribus nubere, III, 183, 1. Poterant ducere gentiles uxores proselytas, 556, 2; 557, 1. Vetantur cum gentilibus amicitiam inire et conjugia, IV, 225, 1. Eorum cum alienigenis matrimonia an sint irrita, 227, 2. Qua de causa uxores dimitterent, IX, 692, 1 (*Vide* DIVORTIUM, MATRIMONIUM).

3° *Quæ nomina filiis indiderint*. Hebræi erant polyonomi, IV, 443, 2. Multi fuere binomii, XVII, 174, 2 et seq. Hebræa nomina sæpe ab eventu imposita, I, 30, 1. Hebræa nomina multa significant, III, 592, 2. Dei nomina sibi indiderunt, XIII, 55, 2. Frequenter Græca nomina assumebant, XV, 132, 1, 2; 256, 2. Nepotes quoslibet vocant filios, IV, 217, 1.

Filii eorum trienno lactabantur, III, 262, 1, 2. Pueris benedicere solebant, XV, 424, 2.

4° *Horum negotia*. Israelitæ in portis civitatum conveniebant ad præcipua negotia agenda, *Psalm.* II, 343, 2.

5° *Usura apud Hebræos*. Judæi erant natura avari et cupidi, XX, 680, 1. Apud eos frequens erat usura centesima, IV, 241, 1.

6° *Eorum cum populis extraneis relationes*. Hebræi, remotissima regna, sicut et omnes trans marinas regiones mari Mediterraneo a se discretos, nec non omnes Europæ provincias trans mare sitas, mare et insulas vocabant, quia navium et nauticæ artis erant inexperti, IV, 412, 1; XII, 20, 1; XIV, 29, 2; 292, 1, 2. Ipsis incogniti erant populi aquilonares, XII, 20, 1. Censebant Æthiopes esse ultimos hominum, XIV, 305, 1.

Gentiles æstimabant viles et impuros velut canes, XV, 283, 1; 477, 2. Gentes e contemptu vocabant præputium et peccatores; se vero circumcisos circumcisionem, XVIII, 65, 1. Gentiles aversabantur, IX, 276, 1. Nullam habebant cum gentibus communionem, V, 6, 1. In quantum abhorrerent a consortio gentilium, IV, 338, 1. Res a Gentibus profanatas contemnebant et abominabantur, XII, 544, 2. Cur gentilium deos non irriderent, XVII, 360, 1.

Judæi gentibus omnibus erant invisi, XVII, 311, 1. Cur cæteris gentibus invisi essent, XIV, 287, 2. Gentibus erant ludibrio, X, 82, 1. Eos Gentiles irridebant ob sabbati cultum, XII, 357, 1, 2. Cur eos in Ægyptum abire ita Deus vetaret, 279, 1. Ægyptiorum consortia quam noxia sunt, *ibid.*

Sæpe a gentibus sunt vastati, XI, 109, 2. Quibus olim gentibus servierint, XVI, 446, 1; 447, 2. Indigne ab Assyriis et Ægyptiis habiti sunt, XI, 28, 2. Ab Assyriis afflicti ad Ægyptiorum opem confugiebant, 310, 2; XII, 29, 1, 2; 36, 1. Quomodo Ægypto dederunt manus, 422, 1. Ægyptiis nitentes, quam vana spe nisi sint, 716, 2.

7° *Eorum inter se relationes*. Invicem obviam facti se osculari mutuo solebant, XVIII, 512, 2. Erat eorum salutatio : *Pax tecum*, 43, 1; 681, 2 et seq.; 685, 2. Apud gentis suæ homines peregrinantes divertebant, X, 82, 1. Judæi per alias terras se diffundebant, vel sponte, vel abducti, XX, 25, 2. Quo ritu mendicarent, X, 86, 1.

8° *Hebræorum vestes et domus*. Non solebant uti femoralibus sed tunicis longis, XI, 324, 1; XIV, 332, 2. Longas suas vestes zona succingebant, XV, 96, 2. Barbam non radebant, XII, 461, 1. Comam nutriebant, 554, 1, 2. Nefas eis erat in comam attonderi, 86, 2. In castris Xerxis militantes coma fuerunt attonsi, 87, 2.

Tecta domus eorum erant plana, IV, 249, 2;

XII, 156, 2; 240, 2. Non habebant ceræ usum ad lumina, XV, 524, 2.

9° *Eorum cibus et convivia.* Judæi frumentum trituratum non cribrabant, sed vannabant, XIII, 641, 2. Prisci Hebræi mensæ assidebant, non accumbebant, III, 311, 2. Postea in lectulis convivaturi jacebant, XIII, 552, 1. Hebræi cœnabant coronati, præsertim in festis, X 147, 1; XIII, 598, 2. Convivabantur a feminis separati, IX, 285, 1. Hebræi celebrant convivia vespere, non die, XV, 225; 1. Musicam et cantiones conviviis adhibebant, XI, 357, 2; XVIII, 659, 2. Iis porcina caro vetita, XI, 747, 1. Sua vina aqua diluebant, VI, 206, 1. Vinum vocant *mixtionem*, 205, 2 et seq. Et colorem, *oculum*, 206, 2. Semper ad gulam fuere propensi, X, 266, 1. Post cibum sumptum, Deo gratias agebant, 156, 1; XVIII, 231, 1; 350, 1. Quo ritu in festivis epulis Deo gratias agerent, X, 156, 1.

10° *Hebræorum mores et indoles.* Hebræorum mores a Latinis et Græcis multum discrepabant, VII, 460, 1. Judæi erant duræ cervicis, XI, 377, 1; XVII, 178, 1, 2. Sunt indociles, duri, inobedientes, 574, 1. Eorum durities, pervicax obstinatio, XI, 745, 1; XVII, 178, 2. Fuerunt murmurationibus dediti, et eorum propterea punitio, XIV, 491, 1. Eorum mutatio et variatio, 491, 1; 499, 2. Quam sunt pavidi, XI, 694, 2. Vocantur nugæ a Propheta, XIV, 309 1.

11° *Eorum complexio.* Judæi sicut et Arabes ex complexione fœtent, III, 515, 1. Ipsis post Christi mortem naturalis inest fœtor, XI, 141, 2. Hic tollitur baptismo Christiano, *ibid.*

III. Hebræorum lingua, litteratura, poesis.

1° *Linguæ hebraicæ origo et historia.* Lingua hebraica fuit prima mundi, I, 172, 1. Eam solus Heber retinuit, 166, 2. Hebræi in Babylone linguam hebræam corruperunt, IV, 202, 2; 214, 1; 248, 1, 2; X, 572, 2; XII, 3, 2. Post reditum e captivitate semi-chaldaice seu hebræo-syriace locuti sunt, et ita tempore Christi loquebantur, XVII, 69, 1; XIX, 348, 1. Hebraicas litteras quibus etiamnum utimur, invenit Esdras, IV, 20,2 2. An etiam puncta quæ Hebræis sunt loco vocalium, *ibid.* Usque ad tempora S. Hieronymi sine punctis sua scribebant, XIX, 481, 1. Hebraica lingua jam valde accisa est, nec pura, nisi in sacra Scriptura reperitur, XIV, 309, 2. Ex ea multæ voces aliis linguis immixtæ, I, 176, 1; XXI, 328, 2.

Hebrææ linguæ cognitio ad Scripturæ scientiam necessaria, I, 10, 2 et seq. Hebrææ linguæ in cœlo an sit usus, XIV, 304, 1; XVIII, 378, 1; 383, 1.

2° *Linguæ hebraicæ regulæ grammaticales et idiotismi.* Primo, *de litteris hebraicis.* Litteræ serviles non raro apud eos per enallagen inter se commutantur, XIV, 430, 1. Sæpe litteras quiescentes commutant, XIII, 106, 2. Solas consonantes in verbis attendunt, 173, 1. Subinde geminant suarum vocum radices, XX, 401, 2. In Scriptura habent *keri* et *ketif*, ut multis in locis aliter scribant, aliter legant, 206, 1.

Secundo, *de nomine.* 1° Femininum genus usurpant pro neutro, quo carent, XII, 129, 2; XIV, 403, 2; *Psalm.* I, 188, 1. Cum omnia significare volunt in aliquo genere, jungunt genus femininum cum masculino, XI, 79, 2; 481, 2. Geminatio ipsis copiam notat, præsertim si masculino jungatur femininum, XII, 370, 2. Nomina abstracta sæpe sumunt pro concretis, IX, 114, 1; X, 203, 2; XI, 77, 2; 511, 1; XXI, 207, 1.

2° Hebræi carent casibus, VI, 64, 2; 68, 2; 145, 1; 153, 2; 466, 1; VIII, 18, 1: IX, 554, 2; 659. 1; XIII, 393, 1; XX, 637, 2. Cum careant casibus, idem usurpant pro quolibet casu, XI, 301, 2, 422, 1. Hebræa nomina quolibet casu verti possunt, V, 292, 2; 427, 2. Regimen genitivi capiunt pro nominativo, 495, 2. Regimen genitivi exprimunt per ablativum cum propositione *in*, X, 209, 1; XII, 128, 1; XIII, 167, 1. *De* etiam cum ablativo sumunt pro regimen genitivi, X, 367. 2. Idem nomen iterantes in genitivo, significant in eo genere eximium, XIV, 83, 2. Iis frequens est enallage casuum, modorum atque temporum, XI, 264, 1, 2. Aliquando sumunt nomina ut propria, simul et appellativa, 74, 1.

3° Nomina animalium apud eos multis sunt communia, XI, 74, 2. Hebræi cum addunt animali nomen matris in genitivo, significant illud tenerum esse et adhuc matrem sequi, XII, 828. 1; XIII, 101, 1, 2; XIV, 195, 2.

4° Numerum cardinalem usurpant pro ordinali, V, 166, 1; XIII, 537, 1. Utuntur enallage numeri, X, 42, 2. Viros numeri vocant paucos, XI, 247, 1. Summam alicujus numeri per partes enuntiant, et minores numeros præponunt majoribus, XIII, 126,1 Exprimunt numerum, et si aliquid ei desit vel supersit, item numerum definitum pro indefinito. XV, 27, 1, 2. Septenarius et denarius numerus ipsis familiaris est, XII, 126, 2.

Tertio, *de pronomine.* Ipsis pronomen absolutum et reciprocum idem est, VI, 394, 2; IX, 62, 1; 685, 2; XIII, 575, 1; XV, 113, 1. Pro pronomine demonstrativo ponunt nomen antecedens, XI, 312, 2. Antecedenti substantivo subnectunt pronomen demonstrativum, IX, 145, 2. Pronominis relativi vel demonstravi antecedens non exprimunt diserte, sed illud ex circumstantiis intelligendum relinquunt, XV, 281, 1. Repetunt relativum vel demonstrativum, ponuntque cum suo antecedente, XIII, 449, 1; XIV, 160, 2; 241, 1; XV, 308, 2. Sæpe subaudiunt relativum *qui*, IX, 659, 1; X, 430, 1. Relativum sæpe referunt non ad id quod expressum est, sed ad id quod quis tacite secum cogitat, XI, 79, 2.

Quarto, *de adjectivo, comparativo* et *superlativo* 1° Concordant adjectivum cum substantivo proximiori, licet ad remotius referatur, XX, 475, 1. Non *omne* illis est *nullum*, IX, 230, 1. Arti-

ulos multiplicant per pleonasmum, XIV, 340, 1.

2° Hebræi gradibus comparationis carent, IX, 522, 2. Comparativo carentes, hinc eum exprimunt per negationem ejus quod minus est, V, 207, 1; IX, 371, 2; XV, 27, 2. Vice comparativi utuntur positivo cum præpositione *plusquam*. *Ab* usurpant pro gradu comparativo, XVI, 244, 1.

3° Similitudinem exprimunt nota similitudinis, verbi gratia, *sicut* apponendo utrique rei comparatæ vel simili, XIII, 339, 2. Sæpe subaudiunt voculam *sicut*, et similes, IX, 215, 1; X, 391, 1; XI, 72, 2; XIII, 428, 1; XIV, 429, 2.

4° Res maximas et præstantissimas compellant pluraliter, XIV, 117, 1. Captum excedentia vocant fortiora, profundiora, IX, 129, 1.

Quinto, *de verbo in genere*. Hebræorum verba activa sæpe non actionem sed actionis probationem significant, XVII, 282, 2. Eorum verba activa sæpe passionem vel permissionem significant, XVIII, 26, 1, 2. Sæpe non actionem et effectum, sed agendi virtutem, vim et potentiam notant, XIII, 243, 1. Hebræorum verba sæpe actum inchoatum tantum, non perfectum significant, puta propositum, destinationem, conatum, III, 104, 1; XI, 636, 1; XIII, 251, 2; XV, 25, 1; 362, 2; XVIII, 28, 1. Hebræorum verba sæpe duo significant, XIV, 91, 2; 482, 1. Sæpe usurpant verbum neutrum pro activo, IX, 626, 2; X, 203, 2; 232, 2. Sumunt verba pro verborum adverbiis, XIII, 352, 2; XVI, 263, 2. Verbum idem cum geminant, significant actionis vehementiam, et gradum quasi superlativum, XIV, 207, 1. Simplex verbum capiunt pro composito quo carent, V, 546, 1, XV, 100. 1; 288, 1. Verba accipiunt in actu non reali, sed mentali, X, 199, 1. Verba realia pro mentalibus aut verbalibus usurpant, V, 223, 2; IX, 56, 2; X, 117, 2; XII, 17, 2; XVIII, 29, 1; XXI, 256, 2; 326, 2. Verba realia sæpe per mentalia exponunt, XVIII, 276, 2. Verba contactus sive realis, sive mentalis, cum ablativo construunt, mediante propositione *in* ablativum vel accusativum regente, V, 559, 2; IX, 613, 1; X, 133, 2; 134, 1; 285, 2; 387, 2; 432, 1; 495, 1; XIV, 205, 1; 275, 1; XV, 274, 1; XVIII, 29, 2; XX, 363, 2; 456, 2. Item cum *ex* vel *de*, XX, 595, 2. Verborum imperfectorum commutant ordines, XIII, 418, 1; 487, 2; XIV, 483, 2.

Sexto, *de verborum numeris, personis, modis ac temporibus*. 1° Ipsis frequens est enallage generis et numeri, XIV, 225, 2; 410, 2. Verbum concordant sæpe non substantivo proximiori, etsi ad remotum sit referendum, IX, 558, 2, Verbum plurale jungunt nomini singulari, cum pluralitas significatur, VI, 360, 1, Sæpe subticent suppositum verbi, illudque ex circumstantiis supplendum relinquunt. IX, 658, 2; XI, 71, 1, 2; XIII, 412, 1; XVI, 47, 1, 2; XX, 473, 2. Sæpe subticent verba eorumque supposita, et ea ex præcedentibus vel sequentibus, vel ex circumstantiis intelligenda relinquunt, XVI, 47, 2; 218, 1.

2° Sæpe ab una persona ad aliam transeunt, nec tamen eam nominant, aut distinguunt, X, 454, 2. Ipsis frequens est enallage generum et personarum, V, 409, 1, 2; 482, 2; XII, 208, 2; XIV, 193, 1; 301, 1; 512, 2; XX, 319, 2. Sæpe latentes commutant personas, XI, 370, 1. De se loquuntur in tertia persona, ac si de alio aliquo loquerentur, XIII, 293, 2. Quem alloquuntur sæpe in tertia persona appellant, 375, 2.

3° Infinitivum usurpant pro quolibet modo, V, 466, 1. Imperativi et infinitivi eadem illis est vox, X, 367, 1. Imperativum ponunt pro futuro, cum ejus certitudinem significare volunt, et vice versa, VI, 60, 2; XIII, 420, 2; XV, 264, 2. Sæpe infinitivum usurpant pro futuro, XII, 629, 1. Infinitivis utuntur pro præterito, XIII, 358, 1. Infinitivos sumunt pro nominibus et verbis quorumlibet modorum et temporum, XVIII, 26, 2. Futurum sæpe capiunt pro imperativo, V, 74, 1; XX, 24, 2. Futurum sæpe sumunt pro indicativo, XIV, 300, 1. Vel participium, XVIII, 26, 2; 206, 1; XX, 318, 2; 531, 1. Per futurum exprimunt optativum quo carent, VII, 466, 1; XX, 24, 2. Sæpe participia usurpant pro verbalibus in *bilis*, XX, 245, 1. Participio utuntur pro indicativo, quo carent, IX, 659, 1; X, 430, 1. Futurum usurpant pro participio, XIV, 83, 1. Gerundia et nomina usurpant, tam active quam passive, XVIII, 27, 2.

4° Sæpe mutant tempora, XI, 70, 1. Uno tempore exprimunt omnia, IX, 504, 2, XIV, 553, 1. Præteritum usurpant pro quolibet tempore, V, 104, 2. Quia carent verbo præsenti, ideo illud exprimunt per præteritum, XIV, 595, 2. Sub præterito intelligunt præsens et futurum, et vice versa, XXI, 281, 2. Sæpe per futurum non actum futurum, sed debitum, vel officium exponunt, XIV, 11, 2. Sæpe, vice versa, futurum per debitum exponunt, *ibid.* Per futurum exprimunt rei constantiam, continuationem et consuetudinem, XIV, 187, 1; 309, 1; XXI, 17, 1; *Psalm.* I, 20, 2.

Septimo, *de particulis*. *In* præpositio iis generalis est, et pene sola frequens, XI, 72, 2. *In* sæpe pro *propter* usurpant, X, 353, 2. Ipsis præpositio *in* sæpe significat meritum vel demeritum, idemque valet quod *propter*, XIII, 354, 2. *In* usurpant loco regiminis, XV, 671, 1. Et loco accusativi, 687, 1, 2. Per *in* significant pretium, XIII, 453, 1. *In* ponunt pro regimine genitivi, XII, 128, 2. Instrumentum denotant per eamdem præpositionem *in*, XV, 104, 2; XVIII, 676, 2; XXI, 257, 1. *In* sæpe capiunt pro *cum*, XX, 97, 1.

Librum inchoant ab *et*, XI, 121, 1. Illustri sententiæ præfigere solent *ki*, id est *quia*, XIV, 121, 2. Adverbia similitudinis usurpant pro rei assertione, XIX, 26, 1.

Octavo, *hebraicæ linguæ alii idiotismi*. Antecedentia et causas tacent, consequentia et effectus narrant, XV, 26, 2. Ex responsione colligendum relinquunt præviam interrogationem, *ibid.* et seq.

CAPUT QUARTUM.

HEBRÆORUM HISTORIÆ PRÆCIPUA FACTA VEL DUBIA.

601, 2. Eorum in excidio, alii peste et fame, alii gladio absumpti, alii vel in Babylonem sunt abducti, vel in Ægyptum fugerunt, ibi a Chaldæis interfecti, pauci vivi relicti et servati a vastatione in seminarium gentis, *ibid.* Pauci a Chaldæis in Judæa relicti sunt ad colendam terram, XIV, 441, 1. Per quas sunt provincias dispersi, XI, 269, 2. Dum Chaldæos fugerunt, sparserunt se per Syriam, Persidem, Mediam, Ægyptum, XIV, 441, 1; 444, 1; 481, 2. Multi fugerunt in Hispanias, 19, 2. Fuere viles et probrum omnium gentium, XI, 578, 2.

3° *Eorum in Babylone commoratio et agendi ratio.* In captivitate putabant se puniri ob peccata parentum, sed inaniter, XII, 232, 1. Eorum vilia ministeria quæ in Babylonia heris præstabant, 410, 1. In Babylone habuerunt pontifices, legem, judices, regem, principes, altare, sacerdotes, prophetas, XIII, 329, 2. Multi captivitate Babylonica afflicti resipuere, XIV, 151, 1. Judæi in captivitate legerunt studiose Jeremiam prophetam, 112, 1. Eorum in captivitate pietas pro Nabuchodonosore sacrificare jubentium, XII, 430, 1. Cur id fieri jubeant, *ibid.* E Babylone redire quantopere optarent, et aggregari patribus suis in Palæstina sepultis, XIV, 263, 2. Eos cur Prophetæ tam studiose hortentur ut e Babylone fugiant, 375, 1; 376, 2; 417, 2. Per Cyrum e captivitate liberandi ab Habacuc prædicuntur, 225, 1. Cur de Cyro illis præclare prædici Deus voluerit, XI, 547, 1. Eorum a Babylone per Zorobabel liberatio prædicitur, XIV, 86, 1. Omnes pene in Babylone mortui, qui eo abducti erant, XII, 406, 2.

V. E CAPTIVITATE BABYLONICA HEBRÆORUM REDITUS. — Septuaginta annis in captivitate Babylonica manserunt; Cyro permittente, rediere, XIV, 313, 1; 316, 1; 420, 2. Aliqui Judæi mox ut cœpit obsideri Babylon, ex ea fugerunt Hierosolymam, eam obsideri nuntiantes, XII, 321, 2. Eorum aliqui occisi de nocte, dum ea a Persis caperetur, 326, 1. Eos Cyrus benigne habuit, 451, 1. Quando in Jerusalem redierint, XIV, 444, 2. Eos per Orientem dispersos Deus in Jerusalem per Cyrum reduxit, 305, 1. Quo anni tempore e Babylone discesserint, IV, 212, 1. An post diem Paschæ, Babylone egressi sint, XII, 224, 1. Numerus redeuntium e captivitate Babylonica, IV, 323, 1. Multi per vastationem Judææ in alias oras dispersi, sub Cyro et Machabæis rediere, XIV, 19, 2. Eorum multi in Babylone manere quam in patriam redire, maluere, XI, 579, 2; XIV, 375, 1. Quam bene a regibus Persis habiti, XI, 284, 2; 285, 2. Quiete et commode Babylone egressi sunt, 620, 1. Eis montes complanati in reditu e Babylone, et hostes eorum repressi, agente Deo, XII, 454, 1. Eorum in Jerusalem reditus fuit lætissimus, IV, 211, 1; 432, 2. Eorum e captivitate redeuntium, lætitia, XII, 453 1. Eorum e Babylone redeuntium felicitates octo, 455, 1. Judæos remanentes in Babylone constituit Cyrus vectigales Judæis redeuntibus in Jerusalem, IV, 207, 1. Judæi e Babylone redeuntes in catalogo scripti sunt, XI, 147, 2. Israelitæ reliqui a captivitate junxerunt se Judæ, IV, 86, 2. Ipsis post reditum e captivitate Babylonica Deus largum imbrem dedit, XI, 514, 1. Ex captivitate in Jerusalem redeuntes, constituerunt ducem Zorobabelem filium Salathiel, XIV, 319, 1. Regimen summum ipsorum post captivitatem mansit penes pontifices, *ibid.* et 387, 1; 432, 1. Cur in templo reædificando segnes fuerint, 320, 2. Ipsis templum reædificantibus an dederit Deus opes et spolia gentium se mutuo conficientium, 341, 2. Cur jactis templi fundamentis fleverint, IV, 212, 1. Nolunt cum Samaritis fabricare, cur, 213, 1, 2. Cur non accusarent Samaritas apud Cyrum sibi faventem, quod fabricam templi impedirent, 214, 1. Quam pacifice templi fabricam absolverint, XIV, 343, 2. Licet e Babylone liberi, mansere tamen Cyro et Persis vectigales, IV, 215, 1; 221, 2. Jurant se abjecturos uxores alienigenas, et ex eis natas proles, ut Deo et legi obsequantur, 227, 1. Eorum matrimonia cum alienigenis an fuerint irrita, *ibid.*, 2. Una manu operantur, altera gladium tenent, 239, 1. Post reditum e captivitate restituerunt lapides terminales ab Idumæis destructos, XIV, 465, 2. Aquæ ductus restaurarunt, 534, 2.

VI. HEBRÆI POST REDITUM E CAPTIVITATE BABYLONICA. — Judæi a Babylone reduces a quibus postea profligati sunt, XII, 541, 2. Cum Græcis continuo ipsis negotium fuit post reditum e captivitate, XIV, 463, 2. Eorum decem vastationes, XI, 183, 2; 184, 1. Israelis seditiones sub Machabæis, et subsequentibus temporibus, XI, 241, 1, 2. Judæorum afflictio sub Ptolemæo Lagi, IX, 89, 1. Eorum imminutio per Ptolemæum Lagi, et Seleucum I Syriæ regem, X, 227, 1; 536, 2. Eorum mira multiplicatio, *ibid.* Ex eis primi qui e captivitate Ægypti sunt redempti per Ptolemæum Philadelphum, IX, 46, 1.

Judæi multi proditores Antiochum contra patriam, cives ac legem accersiverunt, sed hos ipse vel in exilium egit, vel de medio sustulit, XIII, 155, 2. At Judæi sancti et zelosi ei restiterunt, *ibid.*, et 156, 1, Quot eorum excisi sub Antiocho Epiphane, XIV, 526, 2. Eorum cædes sub Antiocho pro patriis legibus, XIX, 488, 2. Multi ei partim metu, partim malitia consenserunt, XIV, 503, 1 526, 2. Qui Judæi Jerusalem obsederint et oppugnarint sub Antiocho, 503, 2. Apostatantes a judaismo visis Machabæorum victoriis rediere, 506, 2. An sicco pede Bosphorum Thracium transierunt, 482, 2. Cur uxores post captivitatem rejicerent, et alienigenas contra legem ducerent, 575, 2; 577, 2. Qua occasione Pompeio subacti fuere, 486, 2; 496, 1. Quomodo Romanis subessent, et tamen essent liberi, XVI, 446, 1.

CAPUT QUINTUM.

JUDÆORUM ADVENTANTE CHRISTO IMPIETATES, ERRORES, FALSÆ PRÆSUMPTIONES, DEICIDIUM ET REPROBATIO.

1° *Eorum vitia et impietates.* Israeliticæ Ecclesiæ status, veniente Christo, erat afflictissimus, XVI, 72, 1, 2. Judæorum Isaiæ et Christi tempore impietates, XI, 243, 1. Erant degeneres ab Abraham, XVI, 447, 1. Quo sensu Deum non nossent, 454, 1, 2. Vivebant impie et gentiliter, *ibid.*, 1. Erant iisdem vitiis implicati quibus Gentes, XVIII, 57, 1. Judæi dissoluti, qui gentibus familiares erant, et gentiliter vivebant, vocantur in Evangelio peccatores, XV, 243, 2. Tempore Christi scelestissimi erant, 573, 2. Non tamen omnes erant mali, 596, 1. Judæi vocantur terra, quia terræ ejusque bonis inhiabant, XXI, 215, 2. Nonnisi bona temporalia sperabant, X, 109, 2.

2° *Eorum superbia et falsæ præsumptiones.* Per Dei cultum in templo putabant se placare Deum, et omnia peccata sua expiare, XII, 66, 1. Omnem suam gloriam et felicitatem templo ascribebant, 189, 1. Erant immisericordes in proximos, at misericordes et propensi ad sacrificia et oblationes externas, XIII, 368, 2. Eorum victimæ cur displicerent Deo, XI, 112, 1, 2. Sibi persuadere non poterant templum et sanctam civitatem a Deo tradendam impiis Chaldæis, XIV, 207, 2. Eorum fabellæ et commenta, XIX, 178, 1; 326, 1.

Arrogabant Messiam sibi solis esse promissum a prophetis, XV, 444, 1; XVII, 243, 2. Se solos vocandos a Messia putabant, XVIII, 172, 1; 182, 1. Qualem Messiam expectarent, et qualem eum futurum fingerent, XVI, 123, 2. Putabant eum non moriturum, sed mansurum in æternum, 513, 2 et seqq. Putabant tantum unum fore adventum Christi, scilicet gloriosum, quem præcederet Elias, 316, 1.

Jactabant se justos, et Dei mandata non prætenisse, sed falso, XVI, 212, 2. Erant sub lege velut servi, *ibid.* Eorum testamentum et lex fuere servilia, XVIII, 557, 1, 2. Gloriabantur libertate et ingenuitate ab Abraham accepta, XVI, 446, 1; 447, 2. Gloriabantur quod essent filii Abrahæ, XV, 102, 1. Vocabant se populum sanctum, 243, 2. Israelitæ carnales et spirituales quinam sint, *Psalm.*, II, 472, 2. Israelitæ veri sunt qui Abrahæ fidem et spiritum imitantur, XVIII, 333, 2; 593, 1; XIX, 406, 1.

3° *Judæorum erga Christum incredulitas, odium et sævities.* Mysteria Christi fuerunt eis abscondita, XVI, 254, 1. Hinc visis Christi signis credere noluerunt, 75, 2; 304, 2; 367, 2. Tres causæ cur in Christum non crederent, 290, 1; 451, 1; 515, 1, 2. Eorum incredulitas in Christi actis, XV, 392, 2. Eorum diversa de ipso opinio: alii credebant eum esse unum e priscis prophetis, pauci esse Messiam, 364, 1, 2. Per prædicationem ejus facti sunt pervicaciores, XVI, 187, 1. Quare ad Joannem Baptistam legationem miserint sciscitantes de Messia, 314, 1 et seqq. Christum Dei Filium se facientem lapidare volunt, 479, 2. Ipsorum in eum ingratitudo, 480, 1. Erant ex mendacio, 610, 1, Ob superbiam in divite epulone denotantur, 297, 1 et seq. Viso multiplicationis miraculo, quasi id contemnentes, aliud cœleste a Domino petunt, 394, 1. Visa Lazari resuscitatione quo animo ad Pharisæos abierunt, 497, 2. Volunt et Lazarum interficere, cur, 507, 1. Christo docenti pauci credidere, XIII, 295, 2; 473. 2. Eorum in non recipiendo Christo obstinatio, XI, 182, 1, 2. Christus fuit ipsis lapis offensionis, XVIII, 174, 2.

Eorum in Christum odium, V, 39, 1. Linguis exertis Christum irriserunt, XI, 667, 2. Eorum injuria in Christum sicut olim in Jeremiam, XII, 416, 1, 2. Ad Christum capiendum missi, etiam post signum a Juda datum, eum non agnovere, percussi cæcitate, XV, 576, 2; 577, 1; XVI, 606, 2. Sed mox resupini retrorsum in terram cecidere, XVI, 607, 1. Nullum pauperem et justum vendidisse leguntur, nisi tempore Christi, XIII, 550, 1, 2. Eorum Christum ad necem pro Barabba petentium punitio durat usque hodie, XV, 604, 2. Eorum impietas duplex : idololatria et occisio Christi, XIV, 420, 1. Ipsi qui contribules erant Christi et fratres eum confixere, 519, 4. Qui nesciebant Christum esse Dei Filium, eum crucifixerunt, XV, 622, 1. In quo Cainum sint imitati, et eum ut patrem habeant, 496, 2. Adimplentes Scripturas de occidendo Christo, an peccarint, 579, 2. Imprecantur sibi et posteris culpam et vindictam effusi a se sanguinis Christi, 605, 1. Instanter eum in crucem agi petunt, 604, 2. Voluerunt eum infami morte ex odio afficere, 618, 1. Ei crucifixo probra ingerunt, 624, 2. Iis sol in meridie occidit in passione Christi, XII, 126, 2. Perperam scandalizati sunt in morte et passione probrosa Messiæ, XIX, 441, 2. Cur Christum urserint de cruce tolli, XVI, 619, 2. Etiam matrem Domini afflixere, et cruce astanti insultarunt, 78, 1.

4° *Eorum in Apostolos et primos Christianos odium et persecutio.* Primi Christianos sunt persecuti, XXI, 49, 1. Cur in Stephanum frenduerint, XVII, 179, 2. Cur clamarint audito Stephano, 183, 1. Fulgore faciei ejus obduruere, 168, 2. An ob necem Jacobi apostoli cladibus attriti, XVII, 6, 2. Eorum in Paulum odium, 411, 1; 413, 1. Quando devoverint se ut occiderent Paulum, XVII, 398, 2. Cur Paulum apud Aretam accusarint, XVIII, 498, 1. Judæi Asiani in Paulum turbas concitavere, 584, 1. Quare præ cæteris familiæ Lazari infensi fuerint, XVII, 190, 1.

5° *Judæorum ob necem Christi punitio.* Judæorum occidentium Christum peccatum fuit ad mortem, XX, 618, 2. Ob Christicidium cum omnibus bonis suis perierunt, XII, 42, 2. Per Christi occi-

sionem sibi flagellum et excidium accersiverunt, XI, 600, 2; XIII, 291, 1; 488, 2; XIV, 416, 1, 2; 423, 1. Repudii ipsorum quæ sit causa, XI, 595, 1, 2. Illorum sterilitas bonorum spiritualium ob cæsum Christum, XIV, 265, 1; 582, 2. Eorum clades per Titum ob Christum occisum contigit, XV, 507, 1. Atque inde convinci possunt Messiam jam venisse, et esse illum quem occiderunt, *ibid.* In talionis pœnam, quia Christum Romanis tradidere ut ab eis necaretur, Romanis et Tito traditi sunt, ut ab eo vastarentur et exscinderentur, 596, 2. Quia Christum in Paschate occiderunt, ideo in Paschate a Tito mactati et occisi sunt. XII, 557, 2; *Psalm.* I, 485, 1. Ob cæsum Christum a Romanis ad stercora exporianda damnati, matularii et stabularii facti sunt, eorum fœtor, XII. 395, 1. 2. Ob opprobria Christo illata, omnium facti sunt probrum, XV, 589, 1. Christo illudentes, in rege suo Agrippa post illusi sunt, X, 42, 2. Cur hodie desolati sunt, causa est nex Christi, XI, 128, 1. Designantur per Idumæos priscos, quia sanguine Christi quem occiderunt, rubricati, X, 548, 1.

5° *Judæorum excidium per Titum.* 1° Quando Romanis rebellare cœperunt, XVII, 8, 1. Non libenter solvebant vectigalia Romanis nec tributa, XV, 243, 2; 477, 2. An juste fuerint Romanis subjecti, 478, 2. Sponte se Romanis dediderunt, 479, 1. Quomodo Romanis subessent, et tamen essent liberi, XVI, 446, 1; 447, 2. An iis subacti jus necis amisissent, XV, 609, 1. Habebant jus aliquem crucifigendi, XV, 596, 1. Quem censum Romanis penderent, XVI, 541. Didrachmam census ipsis pendebant, et qua occasione, XV, 395, 2. Eum solvebant inviti, sed a Vespasiano subacti ipsum quod templo alias pendebant, in Capitolium ferre jussi sunt, *ibid.* Judæi sunt a Tito excisi, quod nollent tributum Romanis pendere, vel Cæsarem dominum vocare, XVIII, 219, 1; XIX, 335, 2.

2° Excidium eorum per Titum describitur, XI; 133, 2; 135, 2; 154, 1; 162, 2 et seq.; 183, 2, 184, 1. Eorum consumptio per Titum a Prophetis prædicitur, et tunc occupati fuerunt ab ira Dei, XVIII, 173, 1; XIX, 123, 1. Eorum fortitudo et opes quomodo destruendæ dicuntur, XI, 119, 2; 120, 1. Judæi et Galilæi adventantibus Romanis, turmatim Jerusalem confugerunt, putantes ibi se fore tutos, XV, 505, 2. Seditionibus mutuis Hierosolymæ corruerunt, XI, 241, 2. In obsidio illo quam fuerunt molles, et languidi, et stolidi, 612, 2. Eorum fames tempore obsidionis Jerusalem, V, 273, 2; XII, 156, 1; 184, 2; XII, 533, 2. Eorum angustiæ in urbis eversione, XII, 354, 2. Eorum in excidio per Titum pavor et calamitas, XIII, 416, 2. Super Judæos novissimos venerunt supplicia priorum, XV, 495, 2 et seqq. Eorum multi tempore obsidionis, in templo flammis vel Romanorum gladio sunt absumpti, XI, 510, 1. Latitantes in sepulcris et cloacis a Romanis extracti sunt ad necem, XI, 269, 1; XIV, 282, 1. Eorum desiderabilia omnia versa sunt in ruinas a Tito et a Romanis, XI, 743, 1, 2. Eorum quot millia in excidio Jerusalem occisi et capti tam a Chaldæis olim, quam postea a Romanis, XIV, 526, 2; XV, 507, 2; XVII, 9, 1. Quot eorum millia excidio superfuerint, et salvata sint, 508, 2. Eorum strages quæ fuerit sub Adriano imperatore, XII, 541, 2. Eorum durities et pervicacia, XVII, 178, 2. Hinc in rebellibus aures amputari jussit Constantinus imperator, *ibid.*

Post excidium Titi, quotannis Hierosolymam venire solebant, ut lugerent urbis et templi excidium ipso ejus diei anniversario, XII, 276, 2. Quomodo urbis et regni sui eversionem plangant, XIV, 286, 1, 2. Ab excidio Hierosolymæ annos postea numerare cœperunt, XII, 428, 1. Modo suam æram in excidio per Titum consignant, *ibid.*

Quoties templum suum reædificare voluere, toties a Deo prohibiti sunt, et impediti, XII, 776, 1, 2; XIV, 341, 1. Sunt a Deo impediti templum restaurare sub Juliano Apostata, qui tamen illis impie favebat, XV, 508, 1. Eorum captivitas temporalis et Romana erit perennis, et Messiam frustra expectant, XII, 220, 1, 2 et seq.

6° *Eorum reprobatio.* Primo, *eorum reprobationis causæ.* Ob incredulitatem a fœdere Christi ejusque bonis ab eo repellendi sunt et excæcandi, XII, 221, 2. Per infidelitatem et impietatem in Christum, a fide et a vita patrum suorum degenerantes, sunt ab eorum hæreditate exclusi, X, 438, 1. Eorum propterea pœnæ, 59, 1. Sunt vocati hora prima, gentes undecima, XV, 443, 2 et seqq. Quare iis prædicarent Apostoli, V, 258, 1, 2. Ipsis ante omnes satisfecere Apostoli, antequam ad Gentes abierint, XVII, 259, 1. Evangelia quomodo eis obsignata, XI, 218, 1. Evangelium repellentes ingratitudinis arguuntur, XV, 265, 2.

Quia operibus legis superbe præfisi, fidem Christi respuerunt, postpositi sunt, XVIII, 34, 2; 155, 1; 161, 2; 168, 2; 173, 2; XIX, 426, 2. Per hæc non meruere benedictionem, 166, 1. Sectantes legem sua opinione justificantem, in legem vere justificantem non pervenerunt, 173, 2. Suam justitiam statuere quærentes, justitiæ Dei non sunt subjecti, 176, 1. Quod quærebant per opera legis, non sunt assecuti, 189, 1. Quia inhæsere suis justificationibus legalibus, et spreverunt, et rejecerunt justitiam veram a Christo allatam, ideo quasi immundi et infideles a Deo rejecti sunt, XI, 741, 2. Judæorum dispersionis causa fuit superbia, *Psalm.* I, 381, 1.

Ægre tulerunt gentes sibi æquari, imo præferri in Dei cultu, Evangelio, gratia et gloria, XV, 299, 2; 440, 2; 444, 1. Inviderunt gentibus salutem, ideoque a Christo aversi et rejecti sunt, XII. 621, 1.

Secundo. *Quæ fuerit Judæorum reprobatio.* Eorum reprobatio et gentium vocatio prædicitur, XI, 409, 1, 2; 354, 1, 2. Deus pactum cum iis initum irritavit, 439, 2. Quando a Deo derelicti, XIV, 496, 1. Deseri paulatim cœpere tempore Christi,

vis contra ebrietatem, X, 147, 1. Capitis gravedinem discutit, XIV, 58, 1. Est signum vini vendibilis, X, 147, 1. Hedera symbolum est vanitatis mundi, omnisque rei mundanæ, XIV, 59, 1. Item voluptatum mundanarum, *ibid.*

HEDWIGIS (S.). S. Hedwigis, Poloniæ ducissa, mire erga pauperes fuit affecta, XV, 401, 1; XVI, 196, 2. Hinc eorum lavit pedes, 527, 2. Ejus humilitas, 262, 2. Quomodo sacerdotes et Pontificem honorarit, XI, 592, 1. Quasi angelos sacerdotes venerabatur, XIV, 574, 2. Jugiter Christi passionem meditabatur, 512, 1, Ejus corpus purum liquorem emittit, XI, 762, 1.

HEIMERAMMUS (S.). S. Heimerammus sibi in tormentis constituto aquam neganti quam pœnam inflixerit, XII, 633, 1.

HELCHESEITÆ. Helcheseitæ Ebionem secuti in Paulum debacchabantur, XVIII, 4, 1.

HELCIAS. Helcias pater Jeremiæ an fuerit pontifex, XII, 2, 1. Negatur verius quam asseritur, *ibid.* Fuit sacerdos vulgaris, *ibid.*

HELEM. Helem fuit unus e legatis a Judæis Babyloniis in Jerusalem ad aurum deferendum missis, XIV 436, 1. Alio nomine vocatur Holdai, *ibid.*

HELENA LACÆNA. Helenæ Lacænæ quod fuerit sigillum, XIV, 352, 1.

HELENA ADIABENORUM REGINA. Helena, Adiabenorum regina, ab Apostolis conversa, quando floruerit, XVII, 7, 2.

HELENA (S.). S. Helena Constantium filium ad Christi fidem convertit, V, 586, 1; VI, 19, 2 et seq. Stabulum Christi basilica exornavit, XIV, 108, 1. Quomodo claves Christi distribuerit, 543, 2.

HELENUS. Helenus, Priami filius, Troja eversa novam urbem condens vocavit eam Trojam, IV, 210, 1.

Homo designat plebeios, *vir* nobiles, cum simul ponuntur, XI, 160, 1: *Et incurvabitur homo, et humiliabitur vir.* Vir, in Scriptura fortem strenuumque significat, V, 563, 1: *Aqua profunda verba ex ore viri: et torrens redundans fons sapientiæ.* Item probum, honestum, virtutis studiosum, VI, 95, 1: *Omnis via viri recta sibi videtur.* Vir dicitur a virtute, XIII, 321, 1; XX, 48, 1: *Beatus vir qui suffert tentationem.* Viri nomen qui vere mereantur, XII, 51, 1, 2: *Circuite vias Jerusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, et quærentem fidem.* Viri nomen merentur qui animo sunt virili et excelso, X, 426, 1: *Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua.* Viri et filii hominum in Scriptura sacra quomodo distinguantur, V, 205, 1, 2: *O viri, ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum.* Vir cur vocari velit Dominus a synagoga, non Dominus, XIII, 320, 2: *Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me, Vir meus, et non vocabit me ultra, Baali.* Vir dolorum, misericordiæ, etc., quomodo ab Hebræis sumatur, XIII, 280, 2; XVIII, 502, 2. Vir *sanguinum* est latro et homicida, XIII, 335, 2. Viri *numeri* sunt viri pauci, XI, 247, 2; 248, 1. Viri *mensuræ* dicuntur qui sunt vastæ molis, XII, 696, 1. Viri *Belial* qui dicuntur, *Psalm.* II, 173, 1.

III. Hominis conditio post lapsum. — 1° *Hominis post peccatum miseriæ et corruptio*, VII, 151, 1, 2: *Dixi in corde meo de filiis hominum ut probaret eos Deus, et ostenderet similes esse bestiis.* Quomodo per Adamum redditus miser, infirmus et peccato obnoxius, X, 325, 1: *Occupatio magna creata est omnibus; et jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium.* Homo nascitur in peccato et exosus Deo, *Job*, 340, 2: *Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, et cœli non sunt mundi in conspectu ejus. Quanto magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?* Homo mortuus per peccatum, III, 646, 2. Homo post peccatum, est merum tentationum et calamitatum ludibrium, XIII, 394, 1, 2. Homo omnis peccator est, VI, 277, 2. Seipsum excutiens, nihil nisi malum reperiet, X, 21, 2: *Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur mens tua.*

Hominis vilitas et miseria, I, 224, 2: *Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis*; XI, 494, 2: *Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum.* Hominum vilitas respectu Dei, XX, 36, 2; *Job*, 515, 1: *Numquid justificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?* Compositus Deo non justificatur, *Job.* 219, 2: *Vere scio quod ita sit, et quod non justificetur homo compositus Deo.* Homo in se miseria et merum nihil, IX, 311, 2; 318, 2; 503, 2 et seq.: *Quid est homo, et quæ est gratia illius? et quid est bonum, aut quid nequam*

illius? X, 419, 2; XI, 498, 2 et seq. Est stilla situlæ, XI, 498, 2: *Ecce gentes quasi stilla situlæ, et quasi momentum stateræ reputatæ sunt.* Est velut unus pilus coram Deo, XII, 540, 1. Dei ludicrum, XI, 542, 2. Homo nihil, vanitas, mendacium, XVIII, 68, 1: *Est Deus verax, omnis autem homo mendax.* Ex se nihil est, et nihil potest, *Job*, 165, 2. Homo universa vanitas, 269, 1; 270, 1: *Ipse enim* (Deus) *novit hominum vanitatem, et videns iniquitatem nonne considerat?* Homo cur dicatur *vanitas vanitatum*, VII, 17, 2. Homo pulvis et cinis est, XIV, 72, 2: *In domo pulveris, pulvere vos conspergite.* Hominum cogitationes vanæ, XVIII, 275, 1, 2: *Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.* Illius miseria quanta sit, XII, 514, 2. Ejus vanitas fugacitas, et fallacia, I, 109, 1 et seqq.: *Pulvis es, et in pulverem reverteris.* Est vas cinerum, *Job*, 332, 1: *Roborasti eum, ut in perpetuum transiret; immutabis faciem ejus, et emittes eum.* Licet habeat unum esse, habet tamen innumera non esse, I, 459, 2. Homo quid sit, cui similis, quot habeat socios, quot modis variabilis, VII, 17, 2. Est umbræ somnium, XIII, 30, 2. Est somniorum lusus, VII, 69, 2: *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, et ecce universa vanitas et afflictio spiritus.* Hominum spes est velut somnium, *ibid.* Homo est ipsa calamitas, *Job*, 401, 2. Est putredo et vermis, 332, 1. Homo reptile est propter tres analogias, XIV, 218, 1.

2° *Hominis ignorantia et insipientia.* Homo nascitur insipiens, quomodo, XVIII, 71, 1, 2. Homo nescit quid sibi prosit vel obsit, *Job*, 227, 2. Nihil novit comparatione Dei, VI, 423, 1; 424, 1, 2: *Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum.* Hominum scientia est docta ignorantia, VII, 78, 2: *In multa sapientia, multa..... indignatio; et qui addit scientiam, addit et laborem.* Homines ignorant Dei consilia, *Job*, 495, 1: *Ab Omnipotente non sunt abscondita tempora; qui autem noverunt eum, ignorant dies illius;* 498, 2. Homo multis se miscet quæstionibus, VII, 281, 2: *Solummodo hoc inveni quod fecerit Deus hominem rectum, et ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.* Incertus est an Deo exauditus sit, *Job*, 232, 2: *Et cum invocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam.* Nescit an amore, an odio sit dignus, quo sensu sit intelligendum, VII, 305, 2.

3° *Ejus cæcitas.* Homo respectu Dei est cæcus, XVII, 329, 2. Hominum juxta prudentiam politicam viventium cæcitas, XIII, 233, 1. Homo sibi apparens justus et candidus per Tobiam cæcum adumbratur, IV, 303, 2.

4° *Ejus mutabilitas.* Homo est mutabilitati obnoxius, VI, 487, 2: *Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt.* Ejus inconstantia et mutabilitas, IX, 351, 1. Lunæ assimilatur, X, 32, 2: *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol; nam stultus sicut luna mutatur.* Quam mutabiles et variabiles sunt homines, XIV, 597, 1. Homo felix a se calamitoso diversus, *Job*, 72, 1. Homo ex Deo natus in sensu diviso potest peccare, XV, 212, 2. A fide et gratia Dei excidere potest, XVIII, 193, 2: *Propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas; noli altum sapere, sed time.*

5° *Hominis impotentia, infirmitas, et fragilitas.* Homo per se intelligere nequit quid sibi sit agendum, quid in dubio eligendum, VI, 76, 2: *Quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Homo per se solum non potest ad Deum converti, sine gratia præveniente, V, 243, 1. Ejus in operando continua infirmitas, XV, 402, 1. Homo velut statera est, in qua anima et corpus sunt bilances, V, 313, 2. Homo multa potest in iis quæ quasi instrumentum operatur, ulteriora vero tentans, frustra laborat, XI, 245, 2. Ejus fragilitas in hac vita, XVIII, 69, 1. Est miser, fragilis et desperatus, XIX, 368, 2. Ejus fragilitas ad labendum, IX, 495, 2; 496, 1; 497, 1, 2: *Quid lucidius sole? et hic deficiet. Aut quid nequius quam quod excogitavit caro et sanguis? et hoc arguetur. Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit; et omnes homines terra et cinis.* Fragilis est et mendax, X, 47, 2. Homines a diabolo mentiri didicerunt, XVI, 450, 2: *Cum loquitur mendacium* (diabolus), *ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus.* Quomodo dicatur pravus et fallax contra hæreticos, XII, 141, 1: *Pravum est cor omnium, et inscrutabile.* Duplex homo non est integer, *Job*, 6, 1. In peccatum facile labitur, nisi timore Dei retineatur, 21, 1. Folium est a vento raptum, XI, 742, 1, 2: *Cecidimus quasi folium universi.* Quam ægre salvetur, XX, 118, 1.

6° *Hominis vitæ fugacitas et mortalitas.* Homo est fluvius assidue in mortem defluens, VII, 48, 2. Homines arborum foliis similes sunt, IX, 425, 1 et seq.: *Sicut folium fructificans in arbore viridi: Alia generantur, et alia dejiciuntur; sic generatio carnis et sanguinis; alia finitur, et alia nascitur.* Ut folia cadunt, *Job*, 311, 1: *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris.* Est herbæ similis, 195, 2; 316, 2. Homo flos ἡμεροκαλλὶς uno die transiens, 317, 1: *Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.* Homo in imagine pertransit, 394, 2. Ut flos perit, 189, 1. Ut nubes evanescit, *ibid.*: *Sicut consumitur nubes, et pertransit; sic qui descenderit ad inferos, non ascendet.* Homo bulla, 195, 2. Est vanitas et vapor, 208, 1: *Sicut umbra dies nostri sunt super terram.* Consumitur sicut vestimentum, 314, 2: *Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a tinea.* Homo quasi navis est, XII, 605, 2. Ejus vita quam brevis, fragilis et incerta, XIII, 621, 1. Omnes homines paulatim moriuntur, X, 555, 2: *Et pro morte defluente deprecatus sum.* Homo creatus est immortalis, XVIII, 98, 1: *Sicut per unum ho-*

minem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit. Non ex natura, sed peccati necessitate morti est obnoxius, 132, 1, 2 : *Corpus quidem mortuum est propter peccatum* (*Vide* VITA).

IV. HOMINIS REGENERATIO. — 1° *Homo lapsus, per Christum relevatus est.* Hominibus, non angelis Christus gratiam et gloriam meruit, XVIII, 597, 2. Quantum contulerit Christus, carnem assumendo, XX, 510, 1, 2. Homo factus bestia agnoscat Christum in præsepe collocatum, XV, 60, 2. Homines exaltati sunt, cum Deum incarnatum habent pro fratre, XVI, 59, 1. Deo fratre gloriari potest homo, IX, 481, 2. Sunt servi Christi duplici titulo, XV, 533, 2. Quomodo a Deo diligantur, XIX, 368, 1, 2. Hominis obliviosi Deus memor est, *Job*, 196, 2.

2° *Hominis regenerati quis sit finis?* Homo creatus ad beatitudinem, XXI, 243, 1. Ejus primum bonum quod sit, VII, 164, 2 et seq. Ejus vera felicitas in solo Deo sita est, 281, 1. *Hoc est omnis homo*, quid sit, 412, 1 : *Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, et mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo.* Homines ad Deum dirigere erat finis templi, III, 597, 1, 2. Hominis proprium est mente cœlum contemplare, quæ infra sunt posita, despicere, 292, 1. Homo recto corpore creatus ad cœlestia semper intendere debet, XVI, 189, 1. Homines æternis, non fluxis rebus incumbere debent, VII, 48, 2 et seq. Homo duas habet domos, terrestrem et cœlestem, XVIII, 450, 1 : *Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.* Hominis facies in rotis, quid ad litteram et allegorice significet, XII, 509, 2.

3° *Homo istum finem quomodo assequi debeat.* Primo. *Homo quantopere Deo sit astrictus*, XVII, 90, 1. Quamvis conditus sit liber, habet tamen legem qua refrænetur, IX, 450, 1 : *Si volueris mandata servare, conservabunt te, et in perpetuum fidem placitam facere.* Hominis via quomodo non sit ejus, XII, 94, 2 : *Scio, Domine, quia non est hominis via ejus.* Solo naturæ lumine et viribus Deum videre nequit, vel beari, XVIII, 115, 2. Nec in hac vita Dei essentiam videre, 501, 2. Sapientia divina ei se communicare quærit, VI, 429, 1 et seq. *Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se.* Gloria Dei est finis præcipuus quem intendere debeat homo, V, 217, 1. Homines exiliter Deum glorificant, 216, 2. Minus Deo reddunt quam flumina mari, VII, 55, 2. Hominis summum opus est sacrificium, III, 649, 1.

Secundo. *Homo quomodo spiritualiter reviviscat*, Job, 323, 2. Per Dei timorem spiritualiter renascitur, VII, 132, 1 : *Tempus nascendi, et tempus moriendi.* Homo mutandus, ut ejus opera mutentur, XV, 308, 1 : *Aut facite arborem bonam, et fructus ejus bonum; aut facite arborem malam, et fructus ejus malum; si quidem ex fructu arbor cognoscitur.*

Quis dicatur homo interior et exterior, XVIII, 443, 1, 2 : *Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renovatur de die in diem*; 616, 2 : *Det vobis* (Deus) *secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem.* Exterior homo quis sit et quibus ab Apostolo nominibus vocetur, ejus proprietates, XVIII, 125, 1 : *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem.* Unus homo, ratione diversorum statuum, vocatur exterior vel interior, *ibid.* Utriusque hominis exterioris et interioris septem incrementa et ætates, 633, 2 et seq. Homo interior suo modo exteriori proportionatur, XX, 257, 2. Absconditus homo quis dicatur, XX, 313, 1 : *Qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus.*

Homo vetus et novus quis dicatur, XVIII, 109, 2 : *Hoc scientes, quia vetus noster homo simul crucifixus est*; 639, 2 : *Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem*; XIX, 104, 2 : *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis.* Homo vetus dupliciter est cum Christo crucifixus, XVIII, 109, 2. Et dupliciter corrumpitur, 639, 2 et seq. Homo ut a peccato reviviscat, confiteri debet homini, non angelo, XX, 219, 2 : *Confitemini ergo alterutrum peccata vestra.*

Tertio. *Homo ne in peccatum labatur, summopere cavere debet*, XVIII, 106, 1, 2 et seq. Homo peccans in uno multa perdit, VII, 329, 2 : *Melior est sapientia quam arma bellica: et qui in uno peccaverit, multa bona perdet.* Ipse sibi per peccatum interitum creat, V, 42, 2 : *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, et moliuntur fraudes contra animas suas.* Homo in vitia defluens non est homo, sed quasi bestia, VII, 413, 1; XII, 48, 2 : *Intuitus sum, et non erat homo.*

Quarto. *Homo coram Deo se humiliare debet.* Quid debeat Deo, non superbiat, IX, 479, 1 et seq. Qua consideratione se humiliet, X, 348, 1, 2 : *Memento quæ ante te fuerunt, et quæ superventura sunt tibi; hoc judicium a Domino omni carni.* Coram Deo se gerat ut lutum, XII, 150, 1 : *Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea.* Homo luto comparatur, Deus figulo, XVIII, 170, 1, 2; 171, 1, 2 : *Numquid dicit figmentum ei qui se finxit : Quid me fecisti sic?* Hinc sæpe descendendum homini ad domum figuli, et originem suam, 171, 2. Si habet homo unde se extollat, habet etiam unde se humiliet, XIV, 554, 1. Infirmitatem suam respiciens, non potest de contemplatione extolli, XII, 793, 2. Vilitatem suam si inspiciat, se dejiciet, XIII, 395, 2 : *Devoratus est Israel, factus est quasi vas immundum.* Homo superbus est vacuus, *Job*, 270, 2 : *Vir vanus in superbiam erigitur, et tanquam pullum onagri se liberum putat.* Hominis fastus quo aliquando assurgat, IV, 322, 2 : *Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet, ut ipse solus diceretur Deus ab his nationibus.* Homo præ-

fidens sibi, fragilis est et labitur, XV, 590, 1. Cur majora et futura quærere non debeat, VII, 160, 2 et seq. Omnes homines sunt plantæ a Deo plantatæ, XV, 353, 1 : *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur.* Homo si se Deo moventi impellentique accommodet, salutem suam in tuto collocabit, XII, 510, 1, 2 (*Vide* HUMILITAS).

Quinto. *In omnibus homo se Deo subjicere debet.* Omnes homines in manu Dei sunt, X, 174, 2; 175, 1; *Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud et disponere. Omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus. Sic homo in manu illius qui se fecit.* Homini creata est, conservatur et servit omnis res creata, hinc ipse Deo obsequi et famulari debet, X, 383, 1, 2. Homo plus pendet a Deo quam a se, 417, 1; 418, 2. Omnes homines sunt Dei mendici, XV, 190, 2 : *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* Homines rerum suarum non sunt possessores aut domini, sed solum usufructuarii, XVIII, 315, 1 : *Et qui emunt, tanquam non possidentes : et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utuntur* : Homo Deo se subjicere debet in agonibus et laboribus pro Christo fortiter subeundis, XX, 377, 1. Qua ratione discat se plene Deo resignare, VII, 249, 1. Tribulationibus sit flexibilis, et obediens Deo, XVIII, 92, 1 : *Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur.* Virum probum et bonum cur sinat Deus affligi, IV, 305, 2 : *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.* Non ad hominem, sed ad Deum confugiat, III, 655, 2. Hominum laus et judicia contemnenda sunt, XVIII, 278, 1 : *Mihi pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die.* Sperans in homine magis quam in Deo, est quasi arbor diris et maledictionibus devota, XII, 139, 1, 2: *Maledictus homo qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a Domino recedit cor ejus. Erit enim quasi myricæ in deserto, et non videbit cum venerit bonum.* Homines christiani in angustiis et periculis constituti Dei opem implorent, IV, 458, 1.

Sexto. *Omnimodo sanctitati suæ vocationi propriæ homini studendum.* Quod unus homo alteri præcellat, non est a natura, sed a Dei voluntate et electione, X, 169, 1. Deus varios hominum ordines statuit ob tres causas, *ibid.* Homines justi quare in cœlo scribantur, et vani in terra, VII, 63, 2. Qui homines terræ, et homines cœli vocentur, VI, 112, 2. Eorum alii a Deo benedicuntur et exaltantur, alii maledicuntur et humiliantur, X, 174, 1; 175, 1; 177, 1. Homines alii fortunati, alii infortunati, I, 301, 1 et seq. Horum exempla, *ibid.* Unde talis disparitas contingat, 301, 2 : *Experimento didici quia benedixerit mihi Deus propter te.* Cur Deus in hac vita hominum fortunas dispares efficiat, 301, 2. Id a Dei speciali providentia provenit, *ibid.* Viri insignes a puero electi, XV, 425, 1: *Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire; talium est enim regnum cœlorum.* Homines non sunt consulendi in Dei vocatione, XVIII, 522, 2 : *Cum autem ei placuit qui me segregavit ex utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam..... continuo non acquievi carni et sanguini.*

Homo sæpe seipsum interroget singula prædicamenta obeundo : tu quis es, quoad substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, actionem, passionem, locum, tempus, situm et habitum, XVI, 314, 2 et seq. Homo creatus est ad laborem, *Job*, 130, 2 : *Homo nascitur ad laborem, et avis ad volatum.* Homo debet esse alatus ad laborem, sicut avis ad volatum, 132, 2. Homo terrenus ad laborem, et spiritualis ad volatum nascitur, *ibid.* Homo nascitur ad laborem, non ut finem, sed ut medium, 133, 1. Qualem laborem a nobis exigat Deus, *ibid.* Deus quærendus ab homine par vitam activam et contemplativam, 133, 2. Homo natus et renatus ad labores, *ibid.* Homo natus ad laborem, post et ob peccatum, VI, 509, 2 : *Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum.*

Homo semper debet aliquid agere; si non bonum agat, necessario ad vana et mala deflectetur, X, 187, 1, 2 : *Mitte illum in operationem, ne vacet; multam enim malitiam docuit otiositas.* Homini cur instanter operandum, VII, 319, 2 : *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare ; quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo properas.* Viri sibi opes labore parare debent, VI, 326, 1 : *Mulier gratiosa inveniet gloriam, et robusti habebunt divitias.*

Homo per virtutem fit sapiens, VII, 74, 1. Vir cogitationum quis dicatur, V, 422, 2 et seq. Vir sapiens quid agat quando vult aliquid intelligere, VII, 273, 2 : *Lustravi universa animo meo, ut scirem, et considerarem, et quærerem sapientiam et rationem ; et ut cognoscerem impietatem stulti et errorem imprudentium.* Homo ab homine edoceri debet, XVII, 214, 1 : *Surge et ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* Hominibus Deus utitur ad homines docendos, XXI, 278, 1. Homo perversus quo sensu incorrigibilis est, VII, 259, 2 : *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit.* Ejus ornatus et virtus, 283, 2 : *Sapientia hominis lucet in vultu ejus.* Ejus ornatus sunt boni mores, non pretiosæ vestes, II, 881. Vir a puerili stultitia alienus est, et femineis vestibus non induetur, *Job*, 2, 2; 3, 1. Viri effeminati dicuntur feminæ, XII, 592, 1, 2. Cur felix qui contemnat opes, VII, 210, 2 : *Qui amat pecunias, fructum non capiet ex eis.* Ut sit dives, quid illi sit agendum, 211, 2 (*Vide* CHRISTIANI, SANCTI).

Septimo. *Exempla hominum qui juxta virtutis et sanctitatis regulas vivunt.* Viri sancti genuina descriptio, XIV, 466, 1, 2 : *Lapides sancti elevabuntur super terram ejus.* Vir sanctus mystice est

rex et pontifex, VII, 239, 1. Vir justus est agricola Dei, XI, 402, 1, 2. Vir perfectus est domus Dei, *Job*, 197, 1. Vir secundum cor Dei, quis, III, 337, 1; *Quæsivit sibi Dominus virum juxta cor suum.* Cur dicantur viri sancti viri Dei, XIX, 260, 2 : *Tu autem, o homo Dei, hæc fuge.* Viri probi ad magistratus capessendos compellendi sunt, XIX, 209, 1, 2.

Viri constantis imago, XI, 505, 1, 2. Viri fortes nunquam de malis queruntur, XII, 164, 1, 2. Vir fortis nullis cedit malis, V, 573, 2 : *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam.* Viri fortes cur gloriosam mortem ingloriæ vitæ anteponant, IV, 450, 2. Viri fortes quomodo se gerant in aliqua seditione, aut tumultu reipublicæ, XI, 216, 1. Viri constantes lapides, infirmi vero pulvis dicti, *Psalm.* II, 181, 2 : *Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, et terræ ejus miserebuntur.*

Viri quidem illustres sunt Ecclesiæ et ordinis sui corona, V, 430, 1 : *Corona sapientium, divitiæ eorum.* Viri illustres indicio columbæ sæpe designati, XI, 705, 1, 2. Viri illustres cur plerumque ærumnosi, XII, 711, 2. Viri magni semper in opere et motu sunt, 508, 2. Viri magni quomodo juxta Platonem fiant volucres, XI, 427, 1.

Octavo. *Hominis officia erga alios homines.* Omnes homines sunt invicem fratres, XV, 175, 2. Homo omnis nobis est proximus et quasi frater, 484, 2 : *Diliges proximum tuum sicut teipsum,* XVI, 151, 2; 153, 2. Omnis homo alteri communi creatione amicus est, XVII, 222, 1. Homo hominem amat, quia humanitatem suam amat, quam videt in altero, IX, 395, 1, 2 : *Omne animal diligit simile sibi ; sic et omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sui conjungetur.* Homo a natura ad filiorum amorem inclinatur, ut eos gloriosos post se relinquat, III, 464, 2. Alter alterum in qualibet re exacuit, VI, 347, 2 : *Ferrum ferro exacuitur, et homo exacuit faciem amici sui.*

Homo hominibus ignoscat, X, 48, 1 : *Homo homini reservat iram et a Deo quærit medelam.* Homo et Deus diversimode se gerunt in condonandis offensis, XIII, 434, 1 : *Non faciam furorem iræ meæ ; non convertar ut disperdam Ephraim ; quoniam Deus ego, et non homo.* Homo immisericors, est respectu Dei summe immisericors, XV, 415, 1, 2 et seq. Homines erga consimiles sunt belluis immaniores, VI, 16, 2. Viri sanguinum et dolosi quomodo plectantur, *Psalm.* I, 361, 1, 2 : *Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos* (*Vide* Ignoscere, Injuria).

Cum hominibus perversis non conversandum, IV, 286, 2 : *Noli ex eo* (pane tuo) *manducare et bibere cum peccatoribus.* Malum est hominibus placendi studium, *Job*, 173, 1. Hominibus placentes, in gravia mala incurrent, VI, 412, 2; 413, 1 : *Qui timet hominem, cito corruet,* Psalm. I, 349, 1 : *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.* Vir qui ab hæretico seduci se patitur, mulier haberi debet, non vir, XIX, 300, 1. Vir a mulieris consortio patietur detrimentum, X, 370, 1, 2 : *De vestimentis enim procedit tinea, et a muliere iniquitas viri.* Viri iniquitas quo sensu melior sit benefaciente muliere, 371, 1, 2 : *Melior est enim iniquitas viri quam mulier benefaciens, et mulier confundens in opprobrium.*

Nono. *Quæ sint officia viri erga uxorem.* Vir et uxor sunt una caro, IV, 284, 1. Vir et uxor sunt una persona politica, IX, 117, 1. Gloria viri quomodo sit mulier, XVIII, 354, 1 : *Mulier autem gloria viri est.* Vir naturaliter appetit feminam, XIX, 213, 2. Vir cur adeo appetat mulierem, XV, 419, 1 : *Qui fecit hominem, ab initio masculum et feminam fecit eos. Et dixit : Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ. Et erunt duo in carne una.*

Vir superat feminas judicio et ratione, XVIII, 396, 2 : *Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit.* Est iis dignior, XIX, 205, 2 : *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eva; et Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.*

Vir non uxoratus adulteratur sæpe et fornicatur, X, 244, 1. Similis est avi nido carenti, *ibid.* : *Quis credit ei qui non habet nidum et deflectens ubicumque obscuraverit?* Vir diligenter advertat qualem ducat, 240, 1, 2 : *Omnem masculum excipiet mulier, et est filia melior filia.* Vir et uxor invicem consentire debent, IX, 668, 2 : *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo et hominibus : concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier sibi bene consentientes.* Vir conjugatus sui corporis potestatem non habet, XVIII, 300, 2 : *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir ; similiter et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.* Non magis ab uxore divertere potest, quam hæc ab illo, 305, 2 : *Iis qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere.* Uxorem circumducat, non alias, 328, 2. Uxori amore se accommodet, ejus alioqui est caput, X, 339, 1 : *Amicus et sodalis in tempore convenientes, et super utrosque mulier cum viro.* Cur eam debeat diligere, XVIII, 663, 2 : *Viri debent diligere uxores suas ut corpora sua.* Ipse Christo, hæc Ecclesiæ comparatur, *ibid.* Ei competit amor, uxori timor et reverentia, 667, 2. Vir ne sinat uxorem dominari, IX, 279, 2 : *Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, et confundaris ;* 180, 1 : *Filio et mulieri, fratri et amico non des potestatem super te in vita tua.* Viro pareat uxor, XVIII, 691, 2 : *Si non ambulaverit* (uxor) *ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum.* Vir quietus et tranquillus difficulter uxorem loquacem fert, IX, 686, 2 : *Sicut ascensus*

arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. Viri esse debent in divinis docti, ut uxorum quæstionibus satisfaciant, XVIII, 396, 2: *Si quid volunt discere, domi viros suos interrogent.* Eam magis exemplo quam verbo doceat virtutes, X, 14, 2. Nec ei nimis multa et magna committat, 15, 1. Vir infidelis per uxorem fidelem sanctificari potest, XVIII, 306, 2 : *Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem.* Vir bonæ uxoris diutius vivet, X, 1, 1, 2 : *Mulieris bonæ beatus vir; numerus enim annorum illius duplex* (*Vide* MATRIMONIUM, UXOR).

Decimo. Omnes homines coram Christo in die judicii comparebunt, XV, 534, 1 : *Et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis.* Homines quomodo judicandi secundum Platonicos, XI, 259, 2: *Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet.* An sint salvandi quot angeli ceciderunt, XXI, 242, 2 et seq.: *Et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum, et misit eas in terram.* Homines beandi partem angelorum lapsorum implent, *ibid.* Homines erunt post resurrectionem perfectiores quam modo, XX, 487, 1. Quo sensu occurremus omnes in virum perfectum, XVIII, 632, 1, 2 : *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Per virum perfectum intelligenda est tota Ecclesia, 632, 2 (*Vide* JUDICIUM, RESURRECTIO).

HONESTAS, HONESTUS. 1° Honestas in Scriptura sæpe significat *divitias*, IV, 351, 1. In *Ecclesiastico* capitur pro *divitiis*, IX, 648, 1 : *Flores mei, fructus honoris et honestatis*; X, 110, 2 : *Vigilia honestatis tabefaciet carnes, et cogitatus illius auferet somnum.* Honestatis tres hostes, gula, inertia, luxuria, VI, 114, 1 : *Qui diligit epulas in egestate erit ; qui amat vinum et pinguia, non ditabitur.*

2° Honestum bonum præstat utili, V, 542, 2. Honestatis omnis hostis est avara cupiditas, XVIII, 638, 2 : *Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam.* Honestas muliebris velamen exigit, 353, 1 : *Omnis autem mulier, orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum.*

HONOR. 1° *Quid sit honor.* Honor diversimode accipitur, V, 135, 2 et seq.: *Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli.* Honor multa includit, XX, 300, 1 : *Omnes honorate.* Honor in Scriptura tria significat, reverentiam, obedientiam, sustentationem personæ condignam, IX, 251, 1 : *Honora Deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes* ; 324, 2 : *Fili, in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum* ; X, 268, 2 : *Honora medicum propter necessitatem.* Honor est actus omnium virtutum, IX, 331, 2 et seq.

2° *Quibus honor debeatur.* Primo. *Honor Dei in omnibus operibus maxime intendendus est*, V, 485, 2 et seq.: *Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ.* Ad honorem Dei referenda sunt omnia verba nostra et opera, XV, 310, 1, 2. Quomodo ad honorem Dei in particulari omnia facienda sunt, XVIII, 350, 2 : *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis , omnia in gloriam Dei facite.* Honorem Dei oportet zelare, XVI, 333, 2: *Recordati sunt vero discipuli ejus, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.* Honor est Deo sacrificare et offerre, X, 216, 2; 217, 1: *Non apparebis ante conspectum Domini vacuus. Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt.*

Secundo. *Honor est bonum commune, creaturæ rationali ob excellentiam debetur*, XX, 103, 1. Quis honor animæ debeatur, IX, 324, 1 : *Fili, in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum* (*Vide* GLORIA DEI.)

Tertio. *Honor duplex presbyteris quis sit*, XIX, 246, 2 et seq. : *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina.* Honor est onus et tam honorem quam sumptum significat, 121, 1: *Cum possemus vobis oneri esse ut apostoli; sed facti sumus parvuli in medio vestrum.*

Quarto. *Honor parentibus debitus commendatur*, IV, 284, 1 : *Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus; memor enim esse debes, quæ et quanta pericula passa sit propter te in utero suo.* Honor parentum est basis familiæ et felicitatis filiorum, IX, 118, 1, 2 : *In opere et sermone, et omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a Deo.* Honorantes parentes suos benedictionem ipsorum et Dei promerentur, *ibid.* Honor parentibus debitus, multa officia, præsertim tria vel etiam quatuor complectitur, IX, 117, 1, 2 : *Qui timet Dominum, honorat parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerint* ; XIV, 555, 2 : *Filius honorat patrem* ; XV, 350, 2 : *Nam Deus dixit* : *Honora patrem et matrem*, XVIII, 669, 1. *Filii obedite parentibus vestris in Domino : Hoc enim justum est. Honora patrem tuum et matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione.* Honor parentum honori et pietati in Deum subordinatur, IX, 116, 1, 2: *Qui diligit Deum exorabit pro peccatis, et sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem suam.*

Quinto. *Honor uxori a marito impertiendus quam multa includat*, XX, 318, 2 et seq.: *Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impertientes honorem.*

Sexto. Honor pauperis ex timore Dei, et divitis ex opibus inter se comparantur, IX, 325, 1, 2 : *Pauper gloriatur per disciplinam et timorem suum, et est homo qui honorificatur propter substantiam suam.* Honor sapienti et stulto impensus qui differat, VI, 305, 2: *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii; ita qui tribuit insipienti*

honorem. Honoratus est qui alios honorat, V, 514, 2.

3° *Quomodo a nobis considerandus sit honor, ut non avidius desideretur.* Honor hujus mundi papilioni comparatur, IV, 378, 1. Nunquam certam tenet viam, *ibid.* Honor cito perit, XI, 291, 2 et seq.: *Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci.* Ejus ambitus a Christo vetatur, XV, 489, 2: *Vos autem nolite vocari Rabbi; unus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis.* Honor sequitur fugientes, fugit sequentes, X, 427, 1; XII, 658, 2: *Hæc dicit Dominus: Aufer cidarim, tolle coronam; nonne hæc est quæ humilem sublevavit, et sublimem humiliavit?* XV, 341, 1. Honor rebus ex longinquo major est, hinc a populo prophetæ, tum orationis et sanctitatis, tum etiam auctoritatis causa, secedebant, XIII, 231, 2. Romæ in templum honoris non patebat aditus nisi per templum virtutis, XV, 448, 2: *Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?*

HONORES. 1° *Quid sint honores.* Sunt bona adiaphora, IX, 403, 1: *Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia.* Quam sint periculosi, II, 275, 1, 2. Honorum et dignitatum pericula, III, 304, 1. *Factum est autem cum senuisset Samuel, posuit filios suos judices super Israel..... Et non ambulaverunt filii ejus in viis ejus; sed declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, et perverterunt judicium.* Honores alti non sunt tuti, VI, 259, 2 et seq.: *Ne gloriosus appareas coram rege, et in loco magnorum ne steteris.* Honores mutant mores, IV, 38, 1, 2.

Honores nimii sunt meræ adulationes, VI, 344, 1, 2: *Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis erit.* Honorum est celer transitus et fluxus, XIV, 165, 1: *Et in diluvio prætereunte, consummationem faciet loci ejus.* Honores et pompæ mox ut natæ moriuntur, 59, 1: *Et præparavit Dominus Deus hederam, et ascendit super caput Jonæ, ut esset umbra super caput ejus, et protegeret eum (laboraverat enim), et lætatus est Jonas super hedera lætitia magna. Et paravit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, et percussit hederam, et exaruit.*

2° *Quæ debeat esse erga honores adipiscendos, et in eis jam obtentis agendi ratio.* Primo. *Honores non sunt quærendi*, IX, 222, 1, 2: *Noli quærere a Domino ducatum, neque a rege cathedram honoris.* Honores qui ambiunt, ruinam sibi accersunt, V, 541, 2: *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam* (*Vide* Ambitio).

Secundo. *Stultum non decent, sed sapientem;* VI, 295, 1: *Quomodo nix in æstate, et pluviæ in messi, sic indecens est stulto gloria;* 303, 1 et seq.: *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Ab eo sordidantur, 303, 1, 2. Imo ei sunt noxii, 295, 1. Honores non sunt improbis dandi nec procurandi, IX, 372, 1, 2: *Da misericordi, et ne suscipias peccatorem.* Debentur viris sapientibus, VI, 295, 2. Ad eos etiam aspirant infirmi, 462, 2.

Tertio. *Ad honores gradatim ascendendum est*, VI, 260, 1. Honores contumeliam sequi solent, IX, 355, 1: *In die bonorum ne immemor sis malorum; et in die malorum ne immemor sis bonorum.*

Quarto. *Honores mores mutare non debent*, I, 372, 1. De hoc exempla, *ibid.* Honores non movent virum cordatum, sed cruciant, VI, 353, 1: *Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis.* Ad honorem evectus, inferiores damno non afficiat, 322, 2. Ad honores subito evecti ne moliantur res novas, 474, 1: *Est qui stultus apparuit postquam elevatus est in sublime; si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum.*

HONORATUS (S.). S. Honoratus Ambianensis episcopus e Christi manibus communicavit, XXI, 191, 1.

HONORATUS ARCHIDIACONUS. Honorati archidiaconi Salonitanæ Ecclesiæ contra Episcopos res Ecclesiæ dilapidantes animositas, XVII, 163, 2.

HONORIUS IMPERATOR. Honorius imperator multis victoriis cœlitus donatus fuit, I, 693, 2. Ejus victoriæ de Gothis, XI, 709, 2. Cur ritum Judæorum, crucem ligneam in contumeliam Amani circumferentium sustulerit, IV, 389, 1, 2.

HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. Honorius Augustodunensis in Salomonem scripsit, V, 12, 1.

HOR. Hor mons est in Arabia situs, XIV, 148, 2.

HORA. 1° Horæ quod sit etymon, XI, 473, 1; XX, 550, 1. Hora quam late pateat, et ejus significatio, XXI, 73, 2. Hora capitur pro *ætate et sæculo*, 549, 2. Item pro quavis temporis parte, 549, 2 et seq. Item pro anni temporibus, 549, 2. Hora et dies Evangelii quæ dicantur, XIX, 224, 2. Hora novissima quæ dicatur, *ibid.*, 1, 2. Hora mortis cur antonomastice dicatur hora, IX, 358, 2 et seq. Hora mortis nobis abscondita, cur, VII, 140, 2.

2° Horæ diei duodecim unde inventæ, XX, 550, 1. Horas diei quomodo Judæi computarent, XVII, 94, 1. Horas dies duodecim habebant Judæi, quas pro ratione temporis, vel breviabant, vel producebant, XVI, 320, 1. Hora quælibet Judæorum tres nostrates complectebatur XV, 716, 1. Horæ et Charites cur fingantur esse sorores, IX, 421, 1.

3° Quomodo Christi hora ad miraculum in Cana patrandum nondum venisse dicatur, et quæ, XVI, 329, 2. Hora Christi ad moriendum erat a Deo Patre decreta, 424, 1; 430, 1. An sit hora sexta, an tertia crucifixus, 613, 2. Cur hora nona mortuus sit, XV, 632, 1. Hora nona olim catechumeni baptizabantur, XVII, 232, 2. Horarum quadraginta oratio in honorem sepulturæ Christi instituta,

pria laus episcoporum, XX, 640, 2. Ea exercenda Christianis, 359, 1: *Hospitales invicem sine murmuratione.*

Secundo. *Hospitalitatis exempla.* Hospitalitas Jobi quanta, *Job*, 628, 2: *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Job et Abraham hospitalitatis magistri, *ibid.* Hospitalitas in primitiva Ecclesia viguit, XIX, 513, 1 et seqq. Hospitalitas primorum Christianorum, VIII, 640, 2. Hospitalitas Romanæ Ecclesiæ et urbis, XVII, 236, 1, 2. Hospitalitas S. Petri in Romam transfusa, *ibid.* Hospitalitas cornicum, VIII, 640, 2.

Tertio. *Hospitalitatis fructus, merita, merces*, I, 219, 1, 2 et seq.; XIX, 513, 2; XX, 359, 2. Plures sancti hospitales angelos receperunt, *ibid.* Hospitalitatem et eleemosynam sectantes etiam temporaliter remunerat Deus; exempla, VIII, 640, 1, 2: *Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem usi erant justitiis, sævissimis afflixerunt doloribus.*

Hospitalitas deducit ad Dei cognitionem, XVI, 279, 1: *Et aperti sunt oculi eorum* (duorum discipulorum), *et cognoverunt eum; et ipse evanuit ex oculis eorum.* Hospes prophetæ, ejus et prophetiæ meritum accipiet, XV, 278, 2: *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet; et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.* Hospes martyris fit martyr, 278, 2 et seq. S. Franciscus mortem instantem hospiti suo prædicit, 278, 2.

2° *Hospitalitas erga quos exercenda, et a quibus accipienda.* Primo. *Hospitalitas sit discreta*, IX, 362, 1, 2: *Non omnem hominem inducas in domum tuam; multæ enim insidiæ dolosi.* Hospes dolosus cavendus, 362, 2.

Secundo. *A quibus accipienda hospitalitas.* Ei qui quærit hospitium, quærendus est potius hospes qui sit animo hospitali præditus, V, 462, 2: *Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio.* Hospitentur viri apostolici apud probos, XV, 264, 1: *In quamcumque civitatem vel castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit, et ibi manete donec exeatis.* Hospitium ne facile mutent, *ibid.* Qui Christi viventis hospites fuerunt, XIX, 513, 1.

3° *Hospitalitas qualiter exercenda.* Considerandum quam misera sæpe hospitum et peregrinorum sors et conditio, X, 81, 2: *Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulæ splendidæ in peregre sine domicilio.* Vita hospitandi nequam, 82, 1: *Vita nequam hospitandi de domo in domum; et ubi hospitabitur non fiducialiter aget, nec aperiet os.* Etiam intrare compellendi sunt hospites, XX, 643, 1: *Pro nomine enim ejus profecti sunt, nihil accipientes a gentibus. Nos ergo debemus suscipere hujusmodi, ut cooperatores simus veritatis.* Hospites debent reverenter excipi, I, 220, 2: *Cumque elevasset oculos* (Abraham), *apparuerunt ei tres viri stantes prope eum; quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, et adoravit in terram. Et dixit Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum; sed afferam pauxillum aquæ, et lavate pedes vestros, et requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, et confortate cor vestrum, postea transibitis.* Iis olim pedes lavare soliti, I, 372, 1: *Et introductis domum, attulit aquam, et laverunt pedes suos;* XVI, 127, 1: *Et conversus ad mulierem, dixit Simoni* (Jesus): *Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti; hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit;* XIX, 241, 1: *Vidua eligatur... in operibus bonis testimonium habens... si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit;* 513, 1. Hospites osculis excipiebantur, XVI, 127, 2: *Osculum mihi non dedisti; hæc autem, ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos.* Hospitalitas non tam in epulis, quam in animo officioso consistit, V, 462, 1. Hospite adventante an liceat jejunium solvere, XIX, 326, 2. Hospites abeuntes quomodo dimittendi, XX, 642, 1, 2: *Quos* (peregrinos) *benefaciens deduces digne Deo.*

HOSPITIUM. In hospitiis lupæ non permittendæ, IX, 527, 2.

Hospitium Christus in terra habuit, non domum propriam, XVI, 320, 1. Hospitium quomodo et quare parari sibi voluerit Paulus, XIX, 346, 1. Ejus hospitium Romæ in templum transiit, XVIII, 17, 1; XIX, 346, 1.

HOSTIA. 1° *Hostiæ legales.* Hostiæ etymon, XVIII, 201, 1. Hostia pacifica majori ex parte offerenti cedebat, V, 190, 2. Hostiæ pacificæ carnes ab offerentibus in loco sancto comedebantur, II, 453, 2.

Hostia pro peccato quæ dicebatur, XIV, 563, 2. Hostia quæ pro peccato offerebatur, suscipiebat in se peccatum, XI, 638, 2. Hostia piacularis fuit hircus emissarius et M. Curtius, 533, 1, 2. Hostiæ veteres pro peccato non expiabant conscientiam, XIX, 437, 2.

2° Hostia sub parva contineri potest Christus, XV, 648, 1.

3° *Hostiæ spirituales.* Hostiæ spirituales quæ dicantur, XX, 284, 1: *Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum*, Psalm., II, 151, 2. Hostiam spiritualem triplicem notat D. Thomas: *primam*, animæ, scilicet orationem; *secundam*, corporis, scilicet mortificationem, jejunium, abstinentiam, castitatem; *tertiam*, operum, scilicet eleemosynam, XVIII, 201, 1: *Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.* Quomodo Christiani sint hostia vivens, 200, 2.

Frustra multi offerunt hostias in se bonas, sed propter offerentem Deo displicentes, XVIII, 201, 2. Ut hostia grata sit Deo, tria requiruntur: *primo*

ut offerens sit dignus; *secundo*, ut offerat hostiam probam et sanctam; *tertio*, ut bona mente, bono fine, bona intentione illam offerat, V, 122, 1. Quatuor conditiones Judaicæ victimæ debent spiritualiter convenire hostiæ Christianæ, XVIII, 201, 2. Altare et ignis hostiæ Christianæ, *ibid.* Hostiæ impiorum triplicem habent defectum, V, 122, 1 : *Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.*

HOSTIS. 1° *Hostes publici.* Hostis quid olim significarit, et quid modo sonet, XI, 397, 2 et seq. Hostium adventum non raro præeunt et prænuntiant locustæ, bruchi et erucæ, XIII, 482, 2 et seqq. Hostes meticulosi facile vincuntur, IV, 438, 1. Hostes in bello vincit obediens, quia cum in militia milites prompte obediunt capitaneo, capitaneus duci, fiunt invicti, sternuntque hostes, VI, 125, 2. Hostium animas irritare blasphemando quam stultum sit, IV, 545, 2. Hostis fugiens non est turbatis ordinibus persequendus, VI, 220, 1. Hosti danda est fugæ potestas, ne clausus ex desperatione pugnet; probatur exemplis, IV, 477, 2. Hosti fugienti aureus pons sternendus est, XIII, 319, 1. Hostes captos vel capiendos dimittens, civium salutem prodit, IV, 544, 2 et seq. Hostes olim bello capti servituti addicebantur, VI, 406, 2; X, 186, 2.

Hostes fidelium sæpe a Domino percutiuntur, X, 231, 1. Tres hostes fidelium, 548, 1. Hostes Ecclesiæ cur vocentur Ægyptii, Assyrii, Chaldæi in Scriptura, XIV, 563, 2.

2° *Hostes privati* (*Vide* INIMICUS).

2° *Hostes animæ spirituales.* Hostis animæ quis sit, X, 105, 2 : *Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine; congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe expelle a te.* Hostes nostri spirituales qui sint, XVIII, 127, 2; 201, 1. Tres hostes animæ, X, 548, 1. Hostes tres fidelium, scilicet dæmon, caro, mundus, ranis comparantur, XXI, 301, 1, 2. Inter acerrimos hostes nos ubique observantes ut supplantent, versamur, XIV, 135, 1: Hi nos semper in timore esse jubent, XIX, 32, 1, 2. *Cum metu et tremore salutem vestram operamini.* Hostes Christi tres, diabolus, peccatum, mors, XVIII, 404, 2 : *Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissima autem inimica destruetur mors.*

HUARTUS. Joannes Huartus docuit animam esse membratam, XVIII, 443, 2.

HUBERTUS (S.). S. Hubertus, Leodiensis episcopus, quid de aqua lustrali sentiret, II, 294, 2. S. Hubertus fuit martyrii avidissimus, XV, 275, 2. Ejus corpus diu mansit post mortem integrum, XII, 761, 1.

HUGO CLUNIACENSIS (S.). S. Hugo Cluniacensis abbas quam seria dum viveret, tractaret, XIV, 311, 1, 2.

HUGO GRATIONOPOLITANUS (B.). B. Hugo Grationopolitanus nullam mulierem ex facie cognovit, X, 369, 2. Oculos caute custodiebat, IX, 282, 1.

HUGO VICTORINUS. Hugo de S. Victore in Prophetas minores scripsit, XIII, 222, 1. An sit auctor libri *de Spiritu et Anima*, XVIII, 445, 2.

HUGOLINUS. Hugolinus, factionis Guelphorum princeps, quas superbiens et insolescens dederit pœnas, I, 724, 2.

HUMANA, HUMANÆ RES. Humana omnia modica et parva sunt, IX, 503, 2 : *Quid est homo, et quæ est gratia illius? et quid est bonum, aut quid nequam illius?* 504, 1 : *Numerus dierum hominum ut multum centum anni, quasi gutta aquæ maris deputatæ sunt! et sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die ævi.* Humana omnia umbra hederæ sunt, XIII, 256, 2 : *Et paravit Deus vermem, et percussit hederam, et exaruit.* Reguntur a vicissitudine et mutabilitate, et cito pertranseunt, 355, 2 : *In Dominum prævaricati sunt, quia filios alienos genuerunt; nunc devorabit eos mensis cum partibus suis.* Humana omnia mera sunt vanitas et somnium, XIV, 619, 1. Humana omnia vanitas sunt, XVIII, 315, 2 et seqq. : *Præterit enim figura hujus mundi.* Humanarum rerum cursus dicitur torrens, *Psalm.* II, 257, 2 : *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.*

Humana creatura dici possunt principes et magistratus ab hominibus creati. XX, 296, 2 et seq. : *Subjecti igitur estote omni creaturæ.* Humana præsidia speranti in Deo non negligenda sunt, I, 313, et seq.

HUMANITAS. Humanitas est homini congenita, VI, 33, 2 : *Homo indigens misericors est, et melior est pauper, quam vir mendax.* Humanitas in bestias Judæis a Deo commendata erat, IX, 243, 1 : *Pecora tibi sunt? attende illis.*

HUMANITAS CHRISTI (*Vide* JESUS CHRISTUS).

HUMATIO (*Vide* SEPULTURA).

HUMERALE. Humerale Pontificis describitur, X, 458, 1.

HUMERUS. Humerus arrogantiæ et fastus symbolum est, IX, 212, 1. Item roboris et fortitudinis, 224, 2. Item obedientiæ, XI, 232, 1, 2.

HUMIDA. Humida a luna reguntur, et noctu ea crescunt, X, 394, 2.

HUMILIARE, HUMILIATIO. *Quotuplici sensu in Scriptura sumatur.* 1° *Humiliare se*, Hebræis idem est quod pati, dolere et se affligere, IX, 97, 2; 98, 1 ; *In humilitate tua patientiam habe*, 511, 1: *Ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conversationem tuam :* Humiliare animam est jejunare, XI, 676, 1 ; *Humiliavimus animas nostras et nescisti. Humiliari* pro pauperem esse subinde capitur, XIX, 66, 1 : *Scio humiliari, scio et abundare.* Humiliari ad terram quid sit, *Psalm.* I, 287, 2 : *Humiliata est in pulvere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster.*

2° *Humiliationis necessitas.* Humiliare nos sub Deo oportet, VI, 259, 2 : *Ne gloriosus appareas coram rege.* Humiliare nos coram Dei majestate, et

deprimere nos in abyssum nostri nihili et miseriæ quare debeamus, XIV, 236, 2; 237, 1: Humiliari valde debemus, et quibus rationibus, IX, 233, 2; 234, 1: *Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis.* Humiliare hominem debet quod sit peccato obnoxius, XX, 531, 2: *Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum.* Humilians se in secreto coram Deo, et apud homines se publice extollens, est apud Deum abominabilis, VI, 75, 1, 2: *Abominatio est apud Dominum pondus et pondus: statera dolosa non est bona.*

3° *Humiliationis commoda et fructus.* Humiliatio ex tribulatione veniens magnum donum est, *Psalm.* II, 320, 2: *Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas.* Humiliatio via est ad humilitatem, XIII, 495, 2; XIX, 396, 2, *Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam.*

Humiliatio gradus et via est ad gloriam, V, 479, 2: *Gloriam præcedit humilitas,* XVI, 195, 2: *Cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.* Humiliati exaltabuntur, XI, 359, 1: *Propter hoc in doctrinis* (Septuaginta, *in vallibus*) *glorificate Dominum,* XV, 490, 2: *Qui se humiliaverit, exaltabitur.*

4° *Exempla.* Humiliatio superborum ac humilium exaltatio est argumentum libri *Esther,* IV, 357, 1. Exaltatur humilis Mardochæus, humiliatur superbus Aman, 380, 1, 2 (*Vide* HUMILIS, HUMILITAS).

HUMILIS, HUMILITAS. I° DEFINITIO, NATURA, GRADUS, ACTUS, SIGNA, SYMBOLA HUMILITATIS. Humilitatis definitio et nota, XVIII, 213, 1: *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes,* XX, 325, 1: *In fide autem omnes unanimes..... modesti, humiles.* Humilis dicitur quasi humo acclivis, X, 225, 1. Vel quasi humiliatus, XVIII, 622, 1: *Cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in charitate.* Tripliciter quis humilis dicitur, IX, 328, 2. Humilis vere quis sit XX, 186, 1. Humilis se ducit esse nihil et nullum, XVII, 195, 2 et seq.: *Simon qui ante fuerat in civitate magus, dicens se esse aliquem magnum.* Humilis et hypocrita in opinione quam de se habent, dissentiunt, IX, 86, 2. Humilitas vera sita esse debet in animo, XIII, 50, 1: *Benedicite, sancti et humiles corde, Domino.* Juxta falsam opinionem superborum, humilitas est vitium naturæ tendens ad ejus depressionem; quocirca humilitas apud Gentiles fuit exosa, imo incognita, IX, 317, 2. Quomodo se humiliet humilis ob ea quæ habet, XIX, 187, 1. Recogitat præterita peccata, licet condonata, 187, 1, 2: *Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.* Humiles in se virtutes, ut Dei dona agnoscunt, et simul suum nihilum, XVI, 36, 2: *Respexit humilitatem ancillæ suæ.* Humilis est agnoscere in se dona Dei, quatenus agnoscat se ea a Deo habere, XIII, 20, 1, 2: *Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me plusquam in cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est.* Humiles maxime laudant Deum, *ibid.* Humilis nemini se præponit, omnibus se postponit, hinc vere sapiens est, V, 314, 2: *Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia; ubi autem est humilitas, ibi sapientia.* Cogitat alios esse se digniores et majores, XIX, 20, 1, 2 et seqq. Gloriam suam humiles cedunt alteri, et de se sentiunt humiliter, VI, 411, 1. Suas opes modeste tegunt, V, 380, 1: *Est quasi dives, cum nihil habeat; et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.* In gloria magni se humiliant, VI, 411, 2 et seq. In solo Deo confidunt, 464, 2 et seq. Humiles sunt in loquendo modesti, V, 555, 2: *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est: et pretiosi spiritus vir eruditus.* Humilis irrisus tacet, ejus conatus promovet Deus, 314, 2. Humiles salutant non salutati, XVI, 29, 1. Humilis gaudet sui contemptu, V, 314, 1, 2. Libenter se corripi sustinet, 345 1, 2. Humiles libenter aliorum consiliis acquiescunt, 384, 1: *Inter superbos semper jurgia sunt; qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.* Humiles solent esse mites, 504, 2: *Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis;* XV, 143, 2: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Humiles mente et voluntate sunt pauperes spiritu, 139, 1, 2: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Humilitas et paupertas sociæ et sorores sunt, XX, 44, 2. Humilium studia, mores et gestus, VI, 464, 1, 2. Humilitatis proprietates quinque XVIII, 213, 1.

Humilitas plena quæ sit, quæ non, XVII, 366, 1, 2: *Vos scitis.... qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate* XXI, 68, 1: *Non invenio opera tua plena coram Deo meo.* Humilitas nimia quæ sit, IX, 390, 1: *Humiliare Deo, et expecta manus ejus. Attende ne seductus in stultitiam humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam deducaris.* Humilitas superstitiosa quæ sit, XIX, 94, 2. Humilitatis fictæ schema, IX, 539, 2; 540, 1: *Est qui nequiter humiliat se, et interiora ejus plena sunt dolo.* Humilitas in superba mente habitare nequit, XV, 231, 1.

Humilitatis septem gradus, IX, 390, 2; XVIII, 213, 1. Et alii duodecim, IX, 234, 2; XVIII, 213, 1, Ejus actus varii, XVIII, 213, 2. Decem ejus signa, XX, 388, 1, 2, Ejus duodecim indicia, XVIII, 212, 2.

Humilitas capitur etiam pro vilitate et abjectione, XVI, 36, 1. Humilis etiam pauperem significat, XX, 45, 1.

Humilitas significatur per passerem vivum et hyssopum in lepræ mundatione, II, 92, 2 et seq. Humiles per formicas denotantur, VI, 464, 1, 2. Item per cuniculos et locustas, 464, 2. Item per stellio-

nem, *ibid.* et seq. Humilitas est virgula fumi, VIII, 6, 1. Recte aspalatho confertur, IX, 643, 1. Est pretiosa margarita, XV, 304, 1 et seqq. Humiles significantur nomine lactentium et infantium, *Psalm.* I, 44, 1, 2.

II. HUMILITATIS NECESSITAS, AD EAM AMPLECTENDAM MOTIVA, EJUSQUE VARII FRUCTUS. 1° *Humilitatis motiva ex hominis conditione sumpta*, XVIII, 622, 1, 2. Humilitas competit homini, IX, 337, 2 : *In vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris; quoniam mirabilia opera Altissimi solius, et gloriosa, et absconsa, et invisa opera illius.* Humilitas summa debetur Deo, 126, 1: *Magna potentia Dei solius, et ab hominibus honoratur.* Propria est virtus divinæ majestati debita, 390, 1. Deum summe honorant humiles se demittendo, XV, 400, 1. Humiliter agendum cum Deo, *Job*, 231, 1 : *Deus cujus iræ nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo?* Humilitas proprie pauperum est, IX, 671, 1: *Tres species odivit anima mea, et aggravor valde animæ illorum, pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum et insensatum.*

2° *Præceptum et exemplum Christi.* Tres stimuli Christi ad humilitatem: *primus*, ex pœna superborum; *secundus*, ex præmio humilium; *tertius*, ex conformitate humilis cum Christo, XV, 399, 2 ; *Amen dico vobis, nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicumque ergo se humiliaverit sicut parvulus iste, hic est major in regno cœlorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit.* Quomodo Deus humilitatem nobis docuerit, cum humilitas non sit in eo, IX, 337, 2. Humilitas Filii Dei in carne, XIII, 95, 2: *Cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat.* Humilitatem quantopere Christus tota vita dilexerit, XIV, 113, 1. Est prima et propria virtus Christi, IX, 315, 1, 2; XV, 295, 2: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.* Cur ipsa tam chara Christo sit, XV, 295, 1 et seq. Humilitas Christi in Eucharistia, VI, 179, 1. Christus est humilitatis speculum, XIX, 22, 1 et seq.: *Hoc sentite in vobis quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.*

3° *Humilitas sola ad Deum et Dei gratiam accessum præstat.* Humilitas est præparatio ad Dei dona excipienda, IX, 108, 2 : *Qui timent Dominum, præparabunt corda sua.* Humilis de se ipso cogitatio quantum bonum homini afferat, XI, 494, 1. Per eam Deo appropinquamus, XX, 16, 2. Est via ad Deum, XI, 293, 1. Per eam recte ascendimus in Deum, XII, 629, 2: *Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime et exaltavi lignum humile; et siccavi lignum viride, et frondere feci lignum aridum.* Gratiam Dei ad se provocat, XIX, 31, 2. Est orationi necessaria, XVI, 585, 2 : *Amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, 587, 1, 2. Humilis oratio non revertitur vacua, *Psalm.* I, 215, 2: *Humiliabam in jejunio animam meam, et oratio mea in sinu meo convertetur.* Humilis oratio a Deo exauditur, et cur, IX, 225, 2 et seq.: *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit; et donec propinquet, non consolabitur; et non discedet donec Altissimus aspiciat.* Humilitas quantopere sit grata Deo, I, 224, 2: *Respondensque Abraham, ait: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis*; X, 225, 1, 2. Deo summopere placet, *Job*, 595, 2: *Clamo ad te, et non exaudis me; sto, et non respicis me.* Deo et hominibus grata et honorata, V, 314, 1, 2. Ea Deus delectatur, XVI, 66, 1, 2. Humiles Deus respicit, *Psalm.* II, 268, 1 : *Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, et humilia respicit in cœlo et in terra?* Humiles soli gratiam merentur, V, 345, 1, 2; IX, 125, 1: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.* Humiles et mansueti soli iram Dei lenire possunt, XIV, 288, 1: *Quærite Dominum, omnes mansueti, qui judicium ejus estis operati; quærite justum, quærite mansuetum, si quomodo abscondamini in die furoris Domini.* Humilitas confessionis, confitenti et pœnitenti veniam petenti impetrat eamdem a Deo et hominibus, VI, 374, 2 : *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Humilitas optime cor purificat, XXI, 86, 1. Humiles ab angelis amantur, XV, 403, 2 : *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis, dico enim vobis quia angeli eorum in cœlis, semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est.*

4° *Humilitas est congrua via ad scientiam divinam, et ad sui cognitionem*, XIV, 410, 2. Ad revelationem Dei accipiendam animam maxime disponit, XIII, 228, 1. Est mater sapientiæ, VI: 464, 1, 2 et seq. Est clavis scientiæ, XVI, 166, 1, *Væ vobis legisperitis, quia tulistis clavem scientiæ; ipsi non introistis; et eos qui introibant, prohibuistis.* Humilitas capax est sapientiæ, V, 257, 1: *Si quis est parvulus, veniat ad me*; 408, 2: *Quærit derisor sapientiam, et non invenit; doctrina prudentium facilis.* Humilis potest divina scrutari, VI, 291, 2. Divinam voluntatem scrutatur, *ibid.* et seq. Humiles in Dei arcana penetrant, V, 555, 2. Optime virtutem discunt, 229, 2 et seq. Humilis est vere sapiens, V, 384, 1; VI, 139, 1; 371, 2: *Sapiens sibi videtur vir dives; pauper autem prudens scrutabitur eum*; 464, 2 et seq. Est vere sapiens et sensatus, IX, 441, 2: *Homines stulti non apprehendent illam* (sapientiam), *et homines sensati obviabunt illi.* In humilitate summa consistit astutia et prudentia, V, 24, 1.

Humilitas dat homini cognitionem sui, XV, 400, 1. Humilis corde etiam minimos suos nævos perspicit, V, 482, 2 : *Omnes viæ hominis patent oculis ejus; spirituum ponderator est Dominus.*

5° *Humilitas ad omnes alias virtutes parandas conducit*, V, 346, 1 : *Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino; qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit.* Est summa virtutum, XVII, 367, 1. Est gemma virtutum, XXI, 396, 2. Est primum medium et ultimum in schola Christi, XIX, 26, 2 : *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Est fundamentum, radix et parens timoris Domini, VI, 138, 2 : *Finis modestiæ timor Domini, divitiæ, et gloria et vita.* Est origo et mater mansuetudinis, IX, 127, 2; XVIII, 622, 1 : *Digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine.* Est aliter mansuetudinis soror, XV, 296, 2 : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde.* Est remedium ad castitatem, XVIII, 54, 2. Dat donum castitatis et minuit libidinis sensum, VI, 57, 1, 2; 157, 2 : *Fovea profunda os alienæ : cui iratus est Dominus, incidet in eam.* Humilitas remedium est invidiæ, XX, 160, 2 et seq. Est mater, conciliatrix et conservatrix donorum et gratiarum cœlestium, XIII, 408, 1. Est cortex et tegmen virtutum, 486, 1 : *Posuit vineam meam in desertum, et ficum meam decorticavit, nudans spoliavit eam, et projecit, albi facti sunt rami ejus.* Humiles solvunt quod debent Deo, proximo, sibi, IX, 125, 1. Humilia sunt stabilia, V, 542, 1.

6° *Humilitas est propria sanctorum virtus, sanctitatis nota, et prædestinationis signum*, XI, 292, 2. Est index sanctitatis, X, 126, 1, 2. Ex humilitate agnoscitur aliquis sanctus seu perfectus, XV, 109, 2. Humilitas est sanctitatis fundamentum, XIV, 363, 2. Ea dicitur omnis justitia, XV, 109, 2; 110, 1 : *Sic decet nos implere omnem justitiam.* Cur vocetur omnis justitia, XVII, 366, 1, 2 et seq. Humilitas, aliis virtutibus juncta, est evidens testimonium quod quis sit filius Dei, XVIII, 135, 1 : *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.* Prædestinationis est signum, XIX, 22, 2 et seq. Humilitas est via certa ad cœlum, XV, 399, 2; 451, 1; XXI, 372, 2 et seq. Humiles Deus usque ad cœlum attollit, XI, 671, 1 : *Hæc dicit Excelsus, et sublimis habitans æternitatem, et sanctum nomen ejus in excelso et in sancto habitans, et cum contrito et humili spiritu; ut vivificet spiritum humilium, et vivificet cor contritorum.* Humiles spiritu quomodo salventur, *Psalm.* I, 207, 1 : *Juxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit.* Humilitas est thronus Dei, XI, 759, 1 : *Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi?* Humiles sunt Dei templum, 758, 2. Humilis anima Dei et Christi velut jumentum est, XIV, 459, 1 : *Veniet tibi justus et salvator ascendens super asinam, et super pullum filium asinæ.*

7° *Humilitatis robur præsertim contra diabolum et tentationes*, IX, 189, 1 : *Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in eremo.* Humilitas hominem exaltat, et diabolum vincit, I, 486, 1, 2 : *Dixitque Dominus ad Moysen : Ecce constitui te deum Pharaonis.* Humiles diabolus summopere odit, I, 295, 1, 2. Humilitas omnes diaboli laqueos evadit et vincit, XII, 594, 2 : *Ecce ego ad pulvillos vestros, quibus vos capitis animas volantes, et dirumpam eos de brachiis vestris; et dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum*, XVII, 196, 1. Humilis est quasi alter Michael, XI, 293, 1. Mundi laqueos evadit securus, VII, 576, 1, 2. Humilitas est optima tentationum vincendi ratio, IX, 93, 2 : *Præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, et sustine.* Est animi sanitas, IX, 190, 1. Per eam homo acquirit passionum dominium, V, 516, 2.

8° *Humilitas est gloriæ fundamentum*, V, 315, 1, 2 : *Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia, ubi autem est humilitas, ibi sapientia*; 477, 2 : *Timor Domini, disciplina sapientiæ; et gloriam præcedit humilitas.* Humilitas præcedit gloriam, I, 361, 1 : *Dixitque Pharao ad Joseph : Ecce constitui te super universam terram Ægypti. Tulitque annulum de manu sua, et dedit eum in manu ejus; vestivitque eum stola byssina, et collo torquem auream circumposuit*; V, 477, 2; 478, 1, 2. Humilitas facit honoratos, XIX, 22, 1. Humilitas hominem attollit, superbia deprimit, XI, 291, 2 et seq. Humilitas gloriam sibi conciliat, V, 314, 2. Glorificat hominem, 572, 2 et seq. : *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis; et antequam glorificetur, humiliatur.* Homo si humiliationem ferat modeste et patienter, exaltabitur, IX, 329, 1, 2 : *Sapientia humiliati exaltabit caput illius, et in medio magnatorum consedere illum faciet.* Ludus Dei est humilitas, contemni homines patitur, affligi, vexari, ut si humiliter ea ferant, tanto fiant gloriosiores, quanto fuerunt abjectiores, I, 375, 1. Humiles et sancti nutu Dei affliguntur, et deprimuntur, at non ut ruant et conterantur, sed potius ut exaltentur, V, 503, 2. Humiles a Deo exaltantur, depressis superbis, IX, 550, 2 : *Est propter gloriam minoratio; et est qui ab humilitate levabit caput*; Job, 482, 2 : *Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria; et qui inclinaverit oculos, ipse salvabitur.* A Deo eriguntur, *Job*, 119, 1. Humilitas coram Deo nos exaltat, 678, 1 : *Deus potentes non abjicit, cum et ipse sit potens; sed non salvat impios, et judicium pauperibus tribuit.* Sola exaltat, IX, 329, 2; 337, 1. Cur a Deo semper exaltetur, XX, 45, 2 et seq. : *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua*; 179, 2 et seq. : *Propter quod dicit : Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*; 388, 2 : *Omnes autem*

invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis. Humiles exaltat Deus, quia solam illius gloriam quærunt, *Job*, 137,1: *Qui ponit humiles in sublime, et mœrentes erigit sospitate.* Humilitas est via ad celsa et ardua, XII, 710, 1. Est via ad sublimitatem, XVI, 262, 1.

9° *Humilitatis dignitas, magnitudo et meritum. Primo.* Humilitatis dignitas, XV, 295, 1. Decus est majestatis et ejus præmium exaltatio, XVI, 66, 2; 68, 2 et seqq. Transcendit omnem principum dignitatem, V, 315, 1. Ejus elogium, XI, 127, 2; XV, 400, 1; XVI, 36, 2; 244, 2; 523, 2 et seq.; XX, 46, 1; 325, 1; 387, 1, 2. Humilitas est honor Christiani, XV, 108, 2; XVII, 367, 1.

Secundo. Humilitas vera est magnitudo et magnanimitas, IX, 124, 2: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.* Est vera animi magnitudo, XVII, 24, 2. Humilis magnanimitas, VI, 139, 2. Humilitas semper est animosa et generosa, 360, 2 et seq.: *Fugit impius, nemine persequente; justus autem quasi leo confidens absque terrore erit*, IX, 398, 2.

Tertio. Humilitas quanti sit meriti, XVII, 59, 2. Humilis præstantior est eo qui virtutibus abundet, sed arrogans est, VI, 34, 1, 2: *Melior est pauper, quam vir mendax.*

10° *Humilitas quantum ad bonum societatis conducit.* Humilitas est concordiæ et pacis causa, V, 384, 1: *Inter superbos semper jurgia sunt; qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia.* Nutrix est pacis et dilectionis, 504, 1: *Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis;* XX, 166, 1, 2: *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis.* Radix est religiosæ pacis, quietis, sanctitatis, XXI, 400, 1. Est sedes pacis, XV, 295, 2. Inter humiles præstat agere quam inter superbos, V, 504, 1, 2. Humilitatis merces est in alios dominium, VI, 139, 2 et seq. Humilitas evincit adversarium durum, XVII, 366, 1, 2. Adversarius humilitate placatur, III, 164, 2.

Humiles regibus et principibus mire placent, VI, 258, 2 et seq.: *Ne gloriosus appareas coram rege, et in loco magnorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi: Ascende huc, quam ut humilieris coram principe;* IX, 391, 1: *Advocatus a potente discede; ex hoc enim magis te advocabit.*

11° *Humilitas est homini summopere utilis, et illi tranquillitatem præstat*, V, 504, 1, 2. Quietem et pacem parit, IX, 404, 1: *Cor hominis immutat faciem illius, sive in bona, sive in mala.* Humilis in omnibus operibus suis prosperatur, VI, 385, 2. Est omnium animi et corporis morborum medicina, XV, 295, 1 et seqq.: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.* Ejus cultura longævos reges facit, IX, 317, 1, 2: *Memoriam superborum perdidit Deus, et reliquit memoriam humilium sensu.*

III. Quinam specialiter ad humilitatem obligentur. — 1° Humilitas magna decet magnos, IX, 124, 1: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Excelsior quo homo fit, fieri debet humilior, XII, 817, 1. In honore exercita humilitas est honor honoris, XIX, 27, 2. Quam deceat Prælatos et principes, XIV, 489, 2. Ejus officia etiam a Prælatis obeunda sunt, XVI, 529, 1: *Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. Amen, amen dico vobis, non est servus major domino suo, neque apostolus major est illo qui misit illum.*

2° Pastoribus necessaria est, ne in sua doctrina insolescant, XVIII, 631, 1. Humilitas cum doctrina magni est apud Deum, XIV, 8, 1: *Si exaltatus fueris ut aquila, et si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Humilitas viri apostolici quanta esse debeat, XVII, 24, 1. Humiliter proferenda sunt sancta, XX, 368, 2: *Si quis loquitur, quasi sermones Dei.*

3° Ex humili statu ad sublimem evecti, semper memores sint prioris sortis, XII, 612, 1. Humilient se, fiantque pueri, qui a Deo ad magna evehuntur, XI, 16, 2: *Et dixi: A, a, a, Domine Deus; ecce nescio loqui, quia puer ego sum.*

4° Humilis animus in discipulo requiritur, ut doctrinam traditam admittat, X, 355, 2 et seq.: *Disciplinam in pace conservate, filii.*

IV. Humilitatis exempla et axiomata.—1° *Humilitas beatæ Virginis*, V, 210, 1. Humilitas et celsitudo in beata Virgine mire conjuncta fuere, X, 395, 2. Humilitas beatæ Virginis Mariæ mire Deo placuit, XVI, 19, 2; 21, 1.

2° *Humilitas sanctorum.* Humilitas Moysis, IV, 129, 2. Humilitas Josue, III, 94, 2. Humilitas Jesbaam et sanctorum, 528, 2. Humilitas Miphiboseth coram David, 471, 1, Humilitas B. Juniperi Franciscani, 654, 2. Humilitas S. Alexandri Carbonarii episcopi, XII, 539, 1, 2.

3° De humilitate varia axiomata, V, 478, 2 et seq. Gnomæ de eadem, XV, 401, 1, 2.

V. Media ad humilitatem adipiscendam et conservandam. — Quæ ejus via, I, 683, 2. Tria ejus comparandæ media: *primo*, considerare peccata præterita; *secundo*, perpendere passionem et humiliationem Christi; *tertio*, intuere suos quotidianos defectus, tentationes, morbos et lapsus, XVIII, 213, 2: *Non alta sentientes, sed humilibus consentientes.* Humiliatio est via ad humilitatem, XIII, 495, 2; XIX, 297, 1. Praxis et modus assequendæ humilitatis ex S. Basilio, IX, 127, 1. Humilitas convolvula est rudimentum animæ, sicut flos convolvulus est rudimentum naturæ, XIII, 219, 1. Humilitas conservatur a Deo in sanctis, per gratiæ substractionem, III, 655, 2: *Timuit ergo Elias, et surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas;..... Et perrexit in desertum, viam unius*

diei. Cumque venisset, et sederet super unam juniperum, petivit animæ suæ ut moreretur (*Vide* HUMILIATIO, MANSUETUDO, MODESTIA, SUPERBIA).

HUMOR. Humores corporis quatuor continent in se quatuor elementa, XX, 609, 1, 2. Humores quatuor in sobrio valde temperati sunt, X, 127, 2. Humor melancholicus, frigidus et ater tristes cogitationes et suspiciones parit, XIV, 86, 1. Humor radicalis deficit ex tristitia, V, 548, 2. Humor phlegmaticus, crudus, lentus et viscosus quomodo calorem naturalem alere valeat, ita ut sine cibo homo vivere queat, XIV, 215, 1. Humore vivunt aqueo pisces, aereo homines, *ibid.* Humor dulcis multus in marinis aquis mixtus est, 214, 2. Humores mali jejunio sunt dissipandi, IX, 511, 1. Quæ humores melancholicos minuunt, actionem et vexationem dæmonis infrigunt, IV, 293, 1.

HUN. Hun, Britonum rex, Romæ pie peregrinatus est, XI, 766, 1.

HUNERICUS. Hunericus, Wandalorum rex, quomodo in orthodoxos sævierit, XXI, 200, 2. Illius Africanam Ecclesiam devastantis adventus multis portentis præsignificatus est, XII, 554, 2. Christianos Afros rebaptizari ab Arianis jubebat, rebaptizatisque suum chirographum dabat, 570, 1. Ejus castigatio, pœna et feralis interitus, II, 322, 1; XI, 593, 2; XXI, 200, 2. A dæmone correptus, propriis se morsibus laniavit, XII, 774, 1. A vermibus scatentibus e toto corpore corrosus expiravit, 176, 2.

HUNGARI. Hungari ab aratro prosiliunt ad arma, IV, 239, 1. Hungarorum laus ob invocatum nomen Jesu ante conflictum, III, 162, 1. Hungari ad nomen beatæ Virginis suppliciter caput inclinant, V, 213, 2. Hungari Bremensem Ecclesiam vastantes quam graviter a Deo puniti, XI, 594, 1, 2.

HUNGARIA. Hungariæ regis inauguratio quo ritu peragatur, XXI, 35, 1. Hungaria regnum beatæ Virginis appellata, V, 213, 2. Hungariæ pars tertia ad sacerdotes spectat, XI, 710, 2.

HUNNI. Hunnorum irruptiones in Romanum imperium præsignavit cometes, XII, 653, 2. Hunni, Alani, Gothi, Wandali, et modo Turcæ, quasi erucæ, locustæ, bruchi et rubigo sibi ordine succedentes, orbem christianum depopulati sunt, et etiamnum depopulantur, XIII, 486, 1. Hunni fœdifragi quas pœnas dederint, XII, 271, 1, 2.

HUR. Hur avus Beseleel aurifabri quis fuerit, I, 719, 1.

HUS. Hus, patria Jobi, ubi sita, et qualis, *Job*, 3, 1, 2 (*Vide* JOB). Hus terra est regio Arabiæ et Idumææ, aut certe ei confinis, XII, 195, 2; 419, 2.

HYACINTHUS. 1° *Hyacinthus flos.* Hyacinthus flos unde maculosas notas habeat, et unde nomen, XXI, 395, 2. Ejus vires, 396, 1. Hyacinthus flos duas habet in se litteras, A, J; an in eum sit conversus Ajax, XII, 609, 1, 2. Hyacinthus flos tria significat, I, 633, 1. Quid tropologice significet, *ibid.*

2° *Hyacinthinus color.* Hyacinthinus color es regum color et gestamen, IX, 215, 1; XII, 609, 2 Est color cœlestis et regius, XIX, 55, 1; 431, 2. Hyacinthina tunica Christi quid denotet, XXI, 30, 1. Hyacinthinus Ecclesiæ calceus cur sit, XIX, 55, 1.

3° *Hyacinthus gemma.* Hyacinthus gemma qualis sit, variæ ejus species, colores, discrimen hodiernorum a priscis, XXI, 395, 1. Priscorum dotes, natura, vires, *ibid.* et seq. Hyacinthus gemma an amorem conciliet, V, 530, 1, 2. Hyacinthi moderni sunt chrysolithi, VIII, 129, 1.

HYACINTHUS (S.). S. Hyacinthus in cœlum a beata Virgine, ipso suæ assumptionis die ducitur, VIII, 57, 1.

HYADES. Hyades stellæ dicuntur ab ὕειν, quod pluvias adducant, V, 96, 1. Hyades stellæ symbolum sunt doctorum et prædicatorum, X, 179, 1, 2; *Job*, 225, 2.

HYÆNA. 1° Hyæna species lupi est, vel lupo affinis, ipsa describitur, IX, 398, 2; XIV, 208, 2. Noctu prædas exercet, XIV, 208, 2. Hyæna Arabica qualis sit, 208, 2 et seq. Hyæna esto proprie non sit lupus, ad lupos tamen refertur, *ibid.* Est lupo similis, an vocetur lupus vespertinus, *ibid.* Hyæna Pachonem servavit, et circumlinxit, XIII, 82, 1. Hyænæ astutia, VI, 377, 1, 2.

Hyæna adulatorum est typus, VI, 241, 1. Hyænæ assimilatur Jerusalem, XII, 108, 2.

HYANTHINUS COLOR. Hyanthinus color fuit olim impudicarum, modo est conjugatarum, XI, 141, 1.

HYBLÆUM MEL. Hyblæum mel et apes hyblææ unde dicantur, XVII, 440, 1. Hyblæi mellis præstantia, VI, 231, 1.

HYBRIDES. Hybrides quæ sint animalia, et an a Deo creata, I, 67, 1.

HYDRA, HYDRUS. Hydra serpens erat multorum capitum, quem per ignem Hercules expugnavit, IX, 221, 1, 2. An fuerit draco septem capitum, XXI, 241, 2. Hydrus serpens crocodilum interficiens, symbolum est resurrectionis Christi et nostræ, XIII, 462, 2.

HYDRARGIRUM. Hydrargiri origo, V, 297, 1. Hydrargirum quam venenosum sit, XX, 154, 2. Hydrargirum aptissimum est resurrectionis symbolum, XII, 758, 1.

HYDRIA. Hydriæ unde dictæ, cur eis sit usus Christus in faciendo miraculo in Cana, XVI, 330, 1. Quid sex illæ mystice denotent, *ibid.* Earum mensura, *ibid.*

Hydria quæ conteratur super fontem, quid, VII, 399, 1.

HYDROPICUS, HYDROPS. 1° Hydrops qualis sit morbus, XVI, 193, 1, 2. Ejus causa, effectus, remedia, curatio, VI, 444, 2; XVI, 194, 1, 2.

Hydropici cujusdam inexpectata curatio, XVI, 194, 2. Hydropicus a Christo sanatus an fuerit a

dealbata, XVII, 394, 1 : *Percutiet te Deus, paries dealbate.* Hypocrita sibi sanctimoniam vindicat, VI, 438, 1 : *Generatio quæ sibi munda videtur, et tamen non est lota a sordibus suis.* Hypocrita Deo servit in prosperis, in adversis prævaricatur, X, 165, 2 : *Sapiens non odit mandata et justitias, et non illidetur quasi in procella navis.* Hypocritæ ore præferunt amicitiam, callide celant odium, V, 293, 2 : *Abscondunt odium labia mendacia; qui profert contumeliam, insipiens est.* Amicitiam simulando, annuunt oculo, 286, 1 : *Qui annuit oculo, dabit dolorem.* Hypocrita ficte laudat, VI, 344, 1 : *Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis erit.*

3° *Hypocritæ quibus similes.* Sunt Belo Babylonio similes, XIII, 191, 1. Sunt culmus germen non habens, 395, 1 : *Culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam.* Lamiæ sunt, XII, 409, 2. Vulpes sunt, cur, 590, 1, 2 : *Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui, Israel, erant.* Hypocritæ symbolum est struthio, IX, 85, 2. Item talpa et mulus, 86, 1. Scirpo comparatur, *Job*, 211, 2 : *Numquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua?* 213, 2 : *Humectus videtur antequam veniat sol, et in ortu suo germen ejus egredietur.* Sterquilinio similis est, 422, 1 : *Quasi sterquilinium in fine perdetur, et qui eum viderant, dicent: Ubi est?* Hypocritæ an per equum pallidum Joanni visum repræsentantur, XXI, 145, 1.

II. Hypocrisis crimen. — Est iniquitas maxima, *Job*, 587, 1. Hypocrisis morum fugienda, XX, 385, 1 : *Non quasi dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* De hypocrisi apophthegmata varia, II, 67, 2 et seq. Hypocriseos squamæ auferendæ sunt, XVII, 219, 2.

III. Hypocrisis quam noxia et perniciosa. — 1° *Noxia est aliis.* Hypocritæ fellei sunt, XVII, 202, 1 : *In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.* Insidiantur laboribus operantium, V, 158, 1. Hypocrisis est aperto odio deterior, V, 294, 2. Illorum regimen est pœna peccantium, *Job*, 663, 1, 2.

2° *Perniciosa ipsi hypocritæ.* Hypocrisis a Deo alienat, *Job*, 214, 2 : *Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum et dicet; Non novi te.* Hypocrisis omnem veritatem, veramque justitiam et virtutem elidit, IX, 85, 2. Est pestis et tinea sanctitatis, *Job*, 211, 2. Hypocritæ quam multos vitiorum greges alant, XIV, 295, 2. Hypocrita sine fructu laborat, *Job*, 213, 1 : *Innitetur super domum suam, et non stabit, fulciet eam, et non consurget;* 741, 1, 2. Est diaboli martyr, 211, 2. Non habet fiduciam orandi, 536, 1 : *Aut poterit in Omnipotente delectari, et invocare Deum omni tempore?* 681, 1 : *Simulatores et callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint.* Congregatio hypocritæ sterilis, 351, 1. Hypocrisis vanitas, VII, 295, 1 : *Vidi impios sepultos, qui etiam dum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum; sed et hoc vanitas est.* Hypocrita in se fragilis est, VI, 350, 1 : *Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.*

Hypocritæ mortem habent infelicem, *Job*, 681, 1. Hic et in futuro sæculo miseri, 535, 1 : *Numquid audiet Deus clamorem ejus cum venerit super eum angustia?* Operibus suis torquentur, 423, 1, 2 : *Filii ejus atterentur egestate, et manus illius reddent ei dolorem suum.* In hypocritas cur ita sæviat Deus, XX, 275, 1. Dum homines decipiunt, interponunt Deum ipsum tanquam sceleris mediatorem, *ibid.* Eos Deus detegit, IX, 86, 1, 2 : *Attende in illis, ne forte cadas, et adducas animæ tuæ inhonorationem; et revelet Deus absconsa sua, et in medio synagogæ elidat te; quoniam accessisti maligne ad Dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia.*

HYPOSTASIS. Hypostasis divina Christi omni natura humana major et potentior est, XVI, 479, 1. Ea humanitatem sanctificavit, 481, 1 (*Vide* Christus, Incarnatio).

HYPOTYPOSIS. Hypotyposis quæ sit figura, XIX, 279, 1.

HYPPOLITUS. Hyppolitus Phædræ novercæ commisceri noluit, XVIII, 285, 1.

HYPPOLITUS (S.). S. Hyppolitus ob doctrinam creatus episcopus Portuensis et statua marmorea donatus, et capitis damnatus, XXI, 1, 1. *Apocalypsin* interpretatus est, *ibid.* Ejus elogium, non est idem cum B. Nonno, 66, 1.

HYPSICRATÆA. Hypsicratæa quantopere conjugem dilexerit, I, 94, 2.

HYRCANUS. Hyrcanus. Simonis Machabæi filius, Idumæos ad circumcisionem compulit, XIV, 540, 1; 554, 2. Josephus narrat eum e Davidis sepulcro tria talentorum millia extraxisse, XII, 73, 1. Cum Aristobulo de pontificatu et principatu decertans in causa fuit, cur cum suis a Romanis subactus sit, XIV, 486, 2; 496, 1.

HYSSOPUS. Hyssopus herba describitur, XV, 630, 1. In lustrationibus Hebraicis adhiberi solita, I, 628, 1, 2; XIX, 443, 1, 2. Ejus vires et potentia, XV, 630, 2. Ejus usus in mundatione leprosorum, *ibid.* Huic circumpositum fuit acetum quod Christo propinatum, *ibid.* Hyssopus est charitatis et humilitatis symbolum, I, 628, 2; XIX, 443, 1, 2.

HYSTEROLOGIA. Hysterologia in Jeremia crebra est, XII, 259, 2. Hysterologia mortis Eliæ et Henoch in *Apocalypsi*, XXI, 221, 2. Rara est in ea hysterologia, 9, 1; 278, 2.

I

vesci illicitum, quomodo licitum, *ibid.* et seqq.; 349, 2. Idolothytis per se vesci licet, sed olim ob varias causas non licebat, XXI, 58, 2. Iis licet vesci materialiter, per accidens tamen non licet, XVIII, 348, 1. Iis abstinendum ubi scandalum est, et præsertim in idoliis, XVIII, 324, 2; 326, 1, 2. Eis Catholicos vesci jussit Julianus, 323, 1, 2. Ea comedentes, accedentes deinde ad Eucharistiam, a Deo puniti, 347, 2. Illa qui comedunt, sacrificii idolatrici participes fiunt, 347, 1; 348, 1.

IDUMÆA. Idumea dicta a parente suo rufo Edom, ab eodem piloso Seir, XI, 333, 1; XIV, 248, 1. Edom quid significet, 730, 2. Unde dicta etiam Theman, XIV, 248, 1. Sita est in montibus, et tota montosa est, XII, 311, 1; XIV, 554, 1; XVIII, 556, 2. Ejus metropolis Bosra, XII, 310, 2.

Idumæa perpetuo fuit æmula et hostis populi Dei, XIII, 527, 2; 644, 2; XIV, 146, 2. Quomodo ab eodem attrita, XIII, 644, 2; XIV, 2, 2. Quomodo eam conciderit Deus, XII, 311, 1. Idumææ excidium per Chaldæos et Nabuchodonosorem factum est, XII, 748, 2. Post captivitatem deserta et desolata mansit, XIV, 554, 1. Postea unde homines in ea propagata sunt, *ibid.*

IDUMÆI. 1° Idumæi quando et a quo jussi circumcisionem accipere, XIV, 16, 2; 540, 1; 554, 2; 555, 1. Circumcisi erant non ex lege, sed sponte, I, 284, 1, 2. Eos verisimile est non solitos circumcidi, XII, 87, 1, 2. Apud eos viguit sapientia, XIV, 10, 2. Quomodo veram sapientiam ignorarint, XII, 442, 1. Cur in scissuris petrarum et cavernis habitabant, XII, 310, 1.

2° Idumæi primi habuere duces, mox reges, deinde iterum duces, IV, 95, 2. Regnum Idumææ non fuit hæreditarium, *ibid.* Job secundus rex fuit Idumææ, *ibid.*

3° Idumæi et Israelitæ quomodo sint fratres, et tamen hos exosos habuere illi, et cur, XIII, 544, 1. Judæorum fuerunt adversarii et antagonistæ, XII, 748, 1. Imo eorum acerrimi et perpetui hostes, XI, 450, 1. Cur dicantur a Propheta unicornes et tauri, 450, 2. Non sunt Romani, ut perperam Judæi interpretantur, XI, 450, 2; XIV, 5, 1. Judæos in vitia pertraxere, et afflictos deseruere, XII, 354, 1, 2. Quare infensi essent Israelitis, X, 447, 1. Sunt typus Judæorum modernorum X, 548, 1. Idumæi designant iracundos, XIII, 548, 1. Chaldæis se jungentes Judæos afflixerunt et exciderunt, XII, 748, 1. Erant tamen eorum affines, 750, 2 et seq.

4° Idumæorum excidii a Chaldæis quæ fuerit causa, XIV, 5, 2, 2. A Chaldæis excisi quia cladem Judæorum irriserant, XII, 419, 2. Hos adjuverunt in exscindenda Jerusalem, et ideo excisi sunt, XIV, 5, 1, 2. Quando eos Chaldæi invaserint, *ibid.* Cur se invictos putarent, 7, 2. Quomodo penitus a Chaldæis expoliati et victi sunt, 9, 2; 11, 2. Non plane ab eis excisi sunt, 11, 1. Idumæi in captivitate Babylonica manserunt, XIV, 554, 1, 2. In captivitatem a Chaldæis, abducti, Deo permittente, in patriam non sunt reversi, XVIII, 163, 1. Præ Jacobæis, etiam ante peccata, neglecti a Deo fuerunt, postea tamen proprie non sunt derelicti, 162, 2. An plane perierint, XIV, 554, 2.

5° Idumæi transfigurati in Ammonitas oppugnant Judam, IV, 167, 1. Idumæi invadere volentes fratres suos Judæos, vocabant se Ammonitas, cur, 326, 1. Idumæi, perpetui Judæorum hostes, a Juda Machabæo cæduntur, 544, 2. Quando a Judæis sunt deleti, XII, 110, 2. Fuere deinde Judæorum servi et tributarii, XIV, 554, 2; XVIII, 161, 1. Judæis a Tito obsessis venere in auxilium, XIV, 16, 1, 2; 555, 1. Ab Apostolis exculti et fidem edocti, XI, 270, 2. Quomodo evadent manus Gog et Magog Antichristi tempore, 12, 2.

IGNATIUS ANTIOCHENUS (S.). S. Ignatius, episcopus Antiochenus, Jesum vocabat amorem suum, unde Deifer et Christifer est appellatus, VIII, 16, 1; XII, 754, 1. Amorem suum aiebat esse crucifixum, XVIII, 553, 1; 579, 1. Ordo decorus in Ecclesia ei cordi fuit, XVIII, 397, 2; XIX, 84, 2. Audivit angelos alternis choris canentes, X, 172, 1. Inde psallendi ritum et chorum in Ecclesia induxit, X, 461, 1; XVII, 8, 2; XXI, 3, 2. Aversatus est hæreticos, XX, 636, 2.

Ejus zelus et ardor ad tormenda ferenda, XI, 599, 2; XIV, 616, 1; XX, 330, 1. Quam ardenter Christum desideraret, XIV, 337, 1. Ad Deum incessanter suspirabat, IX, 291, 2. Quantopere ad martyrium anhelaret, XV, 275, 1; XIX, 12, 1. Ejus mansuetudo in injuriis, XI, 639, 2. Quam mitis fuerit agnus, XII, 101, 2. Fuit Romæ in amphitheatro leonibus objectus, XIX, 488, 2. Ejus tunc constantia, XV, 152, 2. Intrepide leones ad sui devorationem provocavit, VI, 362, 2 et seq. Mortuus est sub Trajano, XVII, 8, 2. An nomen Jesu ejus cordi aureis litteris inscriptum a morte sit repertum, XII, 754, 1. Ejus corpus Antiochiam delatum secus Daphnem sepultum, sed postea Romam fuit translatum, IV, 516, 2. Salutatione *Gratia vobis et pax* in suis epistolis usus est, XXI, 17, 1. Ejus exemplaria a Græcis fuere corrupta, XVIII, 329, 1.

IGNATIUS DE LOYOLA (S.). 1° *S. Ignatii conversio.* S. Ignatius lectis vitis sanctorum conversus, V, 209, 2; XVII, 205, 1; XXI, 88, 1. Multas dæmonis illusiones in studiis passus est, XVIII, 676, 1. Divinitus in extasi mysterium SS. Trinitatis edoctus est, VIII, 144, 1; XX, 34, 2.

2° *Societatem Jesu instituit.* Cum novem sociis secedens Societatem Jesu instituit, IV, 520, 2. Cur Societatem a se nominari voluit, XXI, 15, 1. Cur suos Ignatianos appellari noluerit, XVIII, 250, 2. Quare in Societate scholas instituerit, XX, 443, 1. E tribus indiciis, an in monasterio aliquo vel collegio bona esset disciplina, perspiciebat, VI, 522, 1; XI, 417, 2.

3° *S. Ignatii quantum in oratione studium, et erga Deum amor.* In solarium domus ascendebat

cœlum contemplaturus, VI, 105, 1. Cœlum cum lacrymis aspectabat, XVII, 62, 1. Præ dulcium lacrymarum copia pene oculos amiserat, XVI, 54, 2. Totus fuit igneus, X, 503, 1; 504, 2. Sæpe visus est flammam vultu evibrare, I, 747, 2. Per singulas horas se examinare solebat, XII, 400, 1. Spiritum aquilæ cœlestis habuit, *Job*, 748, 1.

4° *Ejus pro Dei gloria et animarum conversione zelus.* Quam de Dei gloria adaugenda sollicitus esset, XVII, 227, 1; XX, 604, 2. Quam animarum zelo arserit, XX, 227, 1. Varios modos adinvenit homines a vitiis retrahendi, VI, 108, 1, 2. Quam praxim suos docuerit mundanos convertendi, V, 560, 1. Ejus in peccantem proximum charitas, II, 122, 1. Sua confessione sacerdotem impium ad confitendum induxit, II, 37, 2. Ejus in mulierculis a turpi quæstu evocandis sedulitas et studium, et quid hanc curam velut inanem carpentibus responderit, XIII, 329, 1. Fuit efficax in concitandis hominum voluntatibus, XVIII, 218, 2.

5° *Ejus erga proximum charitas.* S. Ignatii erga ægrotos charitas, XI, 484, 2. Ejus charitas in morbido inimico visitando, IX, 255, 2. Ejus erga pecuniæ suæ compilatorem amor, XVIII, 218, 2.

6° *Ejus mansuetudo, obedientia.* Etsi natura cholericus, iram mire perdomuit, VI, 439, 1. Ejus obedientia, XVII, 432, 2.

7° *Ejus castitas.* Feminas cur vitandas suaderet, X, 374, 2.

8° *Ejus mortificatio et quantus in eo crucis amor.* Vigore animi morbos superabat, IX, 78, 1. Quanti cruces et ærumnas faceret, XXI, 180, 2. Ejus in carcere gaudium, XVII, 158, 1. Quam in vinculis exultaret, XVII, 422, 1. In continua vixit quasi persecutione, XV, 152, 1. Aiebat tamdiu Societatis rem bene processuram quamdiu adversis exagitaretur, XII, 127, 1, 2.

9° *Quanta in eo spes in Deum.* Quid de spe in Deum senserit, XVIII, 87, 2. Ejus de spe in Deum gnomæ, XIV, 227, 1. In rebus peragendis Deo nitebatur, V, 505, 1. Spe in Deum nixus res arduas moliebatur, V, 431, 1. Ejus monitum circa prudentiam in rebus agendis, XIII, 143, 2.

10° *Ejus prædicationis efficacitas.* Ejus sermo efficax erat, XVI, 218, 2. Publice pueris catechismum tradebat, XVI, 546, 1.

IGNATIUS AZEBEDUS. Ignatius Azebedus e Societate Jesu, a Calvinistis piratis cæsus, testatus est se cum suis pro fide Christi occumbere, XIII, 444, 1, 2.

IGNATIUS MARTINEZ. Ignatius Martinez, Societatis Jesu concionator, occasione linguæ S. Antonini de Padua quam vidit, aliam concionandi methodum usurpavit, XII, 342, 2.

IGNAVIA, IGNAVUS (*Vide* PIGER, PIGRITIA).

IGNIS. I. IGNIS PROPRIETATES ET USUS NATURALIS. — Ignis nobilitas et proprietates, XIX, 511, 1, 2. Ignis an vivat et vivax sit, VI, 70, 2. Ignis per flammam sese agitans, videtur vivere, IV, 297, 2. Ignis non satiatur, sed semper appetit ut ardeat, VI, 441, 2. Ignis utilitas maxima, *Job*, 546, 1. Quos habeat effectus, XV, 105, 2. Quatenus hominum vitæ sit necessarius, X, 316, 1. Igne probatur auri argentique bonitas, VI, 352, 2. Ignis potentia et vis in auro conflando, XIV, 590, 1. Ignes in castris excitantur ad fallendum hostes, IV, 477, 1, 2. Ignis addebatur extensis in tortura, VI, 81, 1. Ignis vocatur a poetis purpureus, cur, XIV, 178, 2.

II. IGNIS USUS SACER APUD ANTIQUOS. — Ignem Persæ ut Deum coluerunt, cur et quomodo ei sacrificarent, II, 406, 2; IV, 502, 1; XIV, 590, 1. Templum igni fecit rex Persarum, IV, 502, 2. Per eum gentes Deum repræsentarunt, XVIII, 511, 1. Ignis Stoicis erat pro Deo et spiritu, XVII, 320, 2.

Ignis reges Persarum in hasta elatus instar vexilli præcedebat, XI, 571, 2. Præferri solebat regibus et principibus Assyriorum, et postea imperatoribus Romanis, aliquando in olla vel concha, IV, 322, 1; XI, 288, 1; XII, 19, 2; XIII, 493, 1, 2; 591, 2. Cur olim regibus et imperatoribus præferretur, I, 601, 1, 2; XIV, 408, 1.

III. IGNIS SACER APUD JUDÆOS. — Ignis duplex erat in atrio, sacer et profanus, II, 55, 1. Igne alieno quare usi Nadab et Abiu, *ibid.* Ignis iste alienus hæresim significat, 55, 2. Significat item cupiditatem charitati contrariam, *ibid.* Ignem alienum offerentes, quomodo a Deo puniti, *ibid.* Ignis missus a Deo hostias Aaron devoravit, et quare, 52, 1. Debebat hic ignis semper ali a sacerdotibus, *ibid.* Ita de festo dati ignis, *ibid.* De hoc igne Hebræorum fabulæ, *ibid.* Ignis hic quamdiu duravit, 52, 2. Non defecit in deserto, *ibid.* Mystice significat castitatem, *ibid.* Significat Spiritum sanctum et charitatem, ob septemdecim rationes, 53, 1. Ignis sacer qui sacrificia prima Aaronis consumpsit, perpetuo in tabernaculo alitus est, X, 460, 2; XIX, 511, 1. Ignis altaris erat perpetuus, XII, 790, 2. Ignis sacer a sacerdotibus in puteo absconditus, primitus Aaroni fuit datus, IV, 500, 1. Ignis sacer absconditus a Jeremia et Nehemia loco inventus quo fuit piscina, XVI, 372, 1. Quando missus Nehemiæ fuerit de cœlo, IX, 509, 2. Et cur Nehemiæ præ aliis suis coævis, *ibid.* Ignis sacer in secundo templo non defuit, XIV, 325, 2. Ignis sacer aqua non extinguebatur, sed pascebatur et augebatur, XI, 738, 2.

IV. IGNIS DEI SYMBOLUM EST, ITEM DEI VOLUNTATIS SIGNUM VEL JUSTITIÆ INSTRUMENTUM. — 1° Ignis cur Deo præferatur, XIV, 408, 2. Ignis Deum decet, VI, 71, 1. Ignis est majestatis Dei insigne et symbolum, I, 601, 1; III, 651, 1; IV, 502, 1; XVII, 86, 2. Ignis Dei et angelorum aptissimum symbolum est, XVI, 181, 1. In quo sit symbolum Dei, XX, 523, 1, 2. Per ignem gentes Deum repræsentarunt.

2° Quomodo Deus symbolice sit ignis consumens, II, 406, 2. Per ignem se Deus exhibuit in Scriptu-

ris, XIX, 510, 2. Per ignem ostendit sibi placere Abelis sacrificium, I, 115, 2; XIX, 473, 1. Idem sæpe in aliorum sacrificiis ostendit, I, 115, 2; III, 538, 2; 649, 2; XIX, 473, 1. Quomodo in rubo fuerit ignis et non eum combusserit, I, 452, 1 (*Vide* MOYSES). Per ignem auctorati sunt prophetæ, XVII, 82, 2.

3° Igne id est peste percussi ab angelo Assyrii Jerusalem obsidentes, XI, 246, 1, 2; 468, 1. Ignis e cœlo delapsus Judæos impedivit templum suum Hierosolymæ restaurare, XV, 508, 1. Quis ignis in die Domini revelandus, XVIII, 270, 2. An ignis tribulationum ut hæretici fingunt, 270, 2. Ignis conflagrationis mundi judicium præibit, XX, 476, 2 et seqq. Ejus effectus, 477, 4. Erit in noctu, 482, 2. Ignis conflagrationis mundum impium comburet, IX, 452, 2. Ignis conflagrationis mundi a Christo præmittetur, ut omnem mundi concupiscentiam et peccatum perdat, XIII, 466, 2. Iste ignis judicii extremi symbolum, XI, 763, 1. Quis ignis sæviet tam in mundi conflagratione quam in inferno contra reprobos, XVIII, 271, 2; XIX, 461, 2. Ignis potest cœlos corrumpere, quo sensu, XI, 449, 1. Ignis non potest agere in cœlos, XX, 484, 1. Quinam hoc igne interituri sunt, XIX, 145, 1. Quis ignis Christo assidet in judicio particulari, XVIII, 273, 1. Quomodo per ignem salvus quis erit, 272, 2. Quomodo uniuscujusque opus igni probari dicatur, *ibid.*

4° *Ignis inferni* (*Vide* INFERNUS).

V. IGNIS VARIÆ ACCEPTIONES SYMBOLICÆ. — 1° Ignis symbolum est amoris carnalis et libidinis, V, 175, 2; X, 553, 1; XX, 685, 2. Symbolum est mulieris, X, 370, 2. Ignis in sinu quid sit, V, 175, 2. Ignem libidinis qui vicerit, facile corporeum ignem vincet, 178, 2. Ignis symbolum est ambitionis et ambitiosi, VI, 445, 1. Item avaritiæ, 445, 2; 446, 1. Ignis symbolum est iræ, X, 54, 1. Ignis nomine peccata indicantur, XII, 552, 1, 2. Ignis imago est Apostolorum, XVII, 31, 1, 2.

2° Ignis, Scripturæ phrasi capitur pro supplicio, excidio et strage, XIII, 541, 2; 544, 1; XIV, 326, 2. Ignis nomine vocatur extrema et acerrima pernicies, XII, 601, 1. Ignis sumitur sæpe pro acri dolore et cruciatu, X, 553, 1. Ignis in visione prima Ezechielis quid significet, XII, 497, 2. Designat Dei punitionem, et urbis ac templi inflammationem, 478, 1. Ignis in forma hominis insidentis currui Cherubim, quid designet, 511, 2. Ignis in omnem domum Israel egrediens quis sit, 541, 2. Ignis super civitatem Jerusalem effusus quid denotet, 573, 1. Ignis est vindictæ quam Deus de Romanis, tam fidelibus quam infidelibus, diversimode sumpsit, symbolum, XI, 452, 2. Ignis optime exprimit ardorem furoris divini in damnatos, IX, 237, 2. Hinc pœnarum gehennæ symbolum est, 451, 2.

3° Ignis et animæ analogia, IX, 237, 2. Igni comparatur amor et ardori; XIII, 381, 2. Quo igne Deus corda probet, V, 523, 2; 524, 1. Ignis verborum Dei, quam sit efficax, VI, 430, 1, 2. Ignis divini exempla in infidelibus, XVI, 181, 2. Quis sit ignis quem venit Christus mittere in terram, XVI, 181, 2. Quo sensu suos igne Christus baptizet, XV, 105, 2. Ignis Spiritus sancti, XI, 246, 2. Ignis zeli quis mystice sit, XIII, 260, 2. Ignis imago est Apostolorum, XVII, 31, 1. An vere super Apostolos descendit, 86, 1. Idem significat effectus Spiritus sancti in animas fidelium, item tribulationem et lumen fidei, 82, 2; 83, 1. Ignis charitatis symbolum, XXI, 85, 1; 191, 2. Item symbolum sapientiæ, *Job*, 550, 2. Ignis quo sapiens examinat dicenda, est circumspectio, et gratia Christi et charitas, V, 298, 2.

IGNOBILIS. Ignobilis conditionis homines prosperitatem ferre nequeunt, VI, 409, 1.

IGNOMINIA. Ignominia sequitur superbum, V, 314, 1: *Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia;* VI, 410, 2. Nascitur proprie ex peccato, V, 326, 2. Ignominia via ad gloriam est, XVI, 591, 2.

IGNORANTIA. 1° Ignorantia est orta ex peccato, XVIII, 141, 1. Est filia et necessaria appendix peccati, XIX, 391, 2. Per eam peccatum omne denotatur, 437, 1: *In secundo autem* (tabernaculo) *semel in anno solus Pontifex non sine sanguine, quem offert pro sua et populi ignorantia.*

2° Ignorantia alia invincibilis, alia vincibilis; alia crassa, alia affectata, XVI, 180, 1. Ignorantiæ quatuor gradus, *ibid.*: *Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non præparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Quæ ignorantia peccatum excuset, 466, 2: *Dixit eis Jesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc vero dicitis: Quia videmus, peccatum vestrum manet.* Ignorantia et neglectus Dei magnum est malum, XVIII, 54, 2: *Sicut non probaverunt Deum habere in notilia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt.* Ignorantia crassa mandatorum Dei est velut scutum cordis, XII, 405, 2: *Reddes eis vicem, Domine, juxta opera manuum suarum. Dabis eis scutum cordis laborem tuum.* Ignorantia affectata pessima, *Job*, 664, 1: *Qui quasi de industria recesserunt ab eo, et omnes vias ejus intelligere noluerunt.* Ignorantia et inconsideratio semper alicui peccato conjuncta est, XIV, 240, 1, 2. Ignorantia Judæorum Christum necantium an fuerit excusabilis, XVII, 120, 1: *Auctorem vero vitæ interfecistis.... Et nunc, fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut et principes vestri.* Ignorantia peccatum Pauli imminuit, non excusavit, XIX, 186, 2: *Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Ignorantiæ hæreticorum tres sunt causæ, XX, 669, 2: *Hi autem, quæcumque ignorant, blasphemant.*

3° Ignorantia insignis hominum ignorare se, VII 156, 1. Ignorantia sui sanctos semper reddit pavidos, XIX, 32, 1 : *Cum metu et tremore salutem vestram operamini.* Ignorantia docta est scientia hominis, VII, 78, 2 : *Eo quod in multa sapientia, multa sit indignatio, et qui addit scientiam, addit et laborem.*

IGNOSCERE (*Vide* INJURIA).

IGNOTUS. Ignotus Deus Athenis quis esset, XVII, 24, 2. An Deus verus, 325, 1 ; 327, 1.

Ignoti domo non sunt excipiendi, IX, 326, 2: *Non omnem hominem inducas in domum tuam ; multæ enim sunt insidiæ dolosi.*

ILIAS. Ilias Homeri cortici unius nucis inclusa, IV, 507, 1.

ILLECEBRÆ. Illecebræ ad lapsum procurandum potentes sunt, V, 36, 2 : *Fili mi, si te lactaverunt peccatores, ne acquiescas eis.* Illecebræ meretriciæ, 188, 2 ; 189, 1 (*Vide* MERETRIX).

ILLUMINARE, ILLUMINATIO. Illuminatio Dei duplex, II, 221, 1 : *Ostendat Dominus faciem suam tibi, et misereatur tui.* Illuminantur omnes a Christo, quantum in ipso est, XVI, 303, 2 : *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Illuminatio vitæ religiosæ quæ dicatur, XIV, 353, 1. Illuminanda quomodo dicatur Jerusalem, et quæ Jerusalem, XI, 700, 1, 2 : *Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum.* Illuminator pauperum est Deus, V, 402, 1, 2 : *Pauper et creditor obviaverunt sibi : utriusque illuminator est Dominus.* Illuminatio mentis et intellectus a Deo petenda est, IX, 595, 2 : *Quis superponet in cogitatu meo flagella, et in corde meo doctrinam sapientiæ, ut ignorationibus eorum non parcant mihi, et non appareant delicta eorum ?* (*Vide* ILLUSTRATIO).

ILLUSIO, ILLUSOR. Illusiones quinque Christo a Pontificum famulis per tres noctis horas illatæ, XV, 539, 1.

Illusor vocatur omnis impius, et cur, V, 99, 2 : *Abominatio Domini est omnis illusor.* Illusores illudet Deus, 102, 1 : *Ipse deludet illusores et mansuetis dabit gratiam.*

ILLUSIO (sumpta pro *mentis deceptione*). Illusio diabolica unde dignoscatur, XIII, 227, 1.

ILLUSTRATIO. Illustrationes sunt quædam gratiæ prævenientes, XII, 247, 1. Sunt identidem a Deo petendæ, *ibid.* Illustrationes divinas sæpe sentiunt viri spirituales in oratione ; item peccatores, quibus in peccatorum suorum agnitionem veniunt, *ibid.* Illustratio peccatorem in justitia promovens et ad perfectionem deducens, ac præsertim donum perseverantiæ, est velut imber serotinus, 504, 1, 2 : *Filii Sion, exultate et lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiæ, et descendere faciet ad vos imbrem matutinum et serotinum.* Illustrationum divinarum sunt capaces ii qui curis carent, XVII, 232, 2.

IMAGINATIO. 1° Imaginatio in concipiendo quam sit fortis, docetur multis exemplis, I, 304, 2 et seq. Viget in calore, 305, 1.

2° Imaginationes rerum etiam nunquam futurarum mire hominem torquent, X, 326, 1 : *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam..... Cogitationes eorum, et timores cordis, adinventio expectationis, et dies finitionis.* Imaginatio ærumnæ ipsamet ærumna gravior, *Job*, 194, 1 : *Terrebis me per somnia, et per visiones horrore concuties.*

3° Imaginatio fortis rei concupitæ consensum parit, XX, 56, 2 : *Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum.* Ipsa cohibenda tentationes vincere volenti, 57, 1. Imaginationis vitiatæ exempla, XIII, 58, 1.

IMAGO (sumpta pro *similitudine*). Imago et similitudo Dei ad quam homo creatus non distinguitur, XVIII, 641, 1. Imago Dei in quo in homine sita est, *ibid.*, 1 : *Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.* Ea est tam in viro, quam in angelo et femina, *ibid.* Imago Dei in homine tum naturalis est, tum supernaturalis, XIX, 105, 2 : *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit illum.* Imago Dei naturalis in hominis anima est, sed supernaturalis in gratia et virtutibus, IX, 475, 1, 2 et seq. : *Deus creavit de terra hominem, et secundum imaginem suam fecit illum.* Imago Dei in homine manet, quamdiu est homo, 449, 2 : *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui.* Imago Dei supernaturalis sita est in justificatione, gratia, sanctitate, visione Dei, XVIII, 641, 2 et seq. Ab hominis voluntate dependet, 642, 1. In baptismo accipitur, *ibid.* Imago Dei naturalis peccato amitti non potuit, *ibid.* Quomodo et quando portemus imaginem Christi, XVIII, 412, 1 : *Sicut portavimus imaginem terreni ; portemus et imaginem cælestis.*

Imaginem suam quomodo pinxerit Deus in mente Danielis, XIII, 92, 2.

Imago viri mulier est, XVIII, 354, 2 : *Vir non debet velare caput suum, quoniam imago et gloria Dei est; mulier autem gloria viri est.*

IMAGO (sumpta pro alicujus rei repræsentatione). 1° *Imago quid sit*, XVIII, 325, 2. Imago dicitur *imitago*, XI, 500, 2. Imago est quid reale et stabile, XVII, 150, 2. Imago et idola quomodo distinguantur, XX, 625, 2 ; 626, 1 : Eas astrologi olim loquentes conficiebant, et quomodo, XIII, 330, 2.

2° *Imaginum usus apud Judæos.* Imagines sacræ Judæis vetitæ non erant, sed tantum profanæ et idololatricæ, XIII, 330, 1. Eæ apud ipsos vix fiebant nisi idolis, 331, 1. Imagines raræ erant apud Judæos, II, 412, 2.

3° *Imaginum cultus.* Imaginum in ecclesia et in altaribus ponendarum usus quam antiquus, I, 605, 2. Eæ ab initio in ecclesia fuere, XIX, 160, 1.

Imagines vetustissimarum ecclesiarum Christum quasi pastorem depingunt, XIV, 100, 1.

Imaginum cultus non est contra primum præceptum, II, 411, 1, 2. Imago Dei non cedit in ejus injuriam, *ibid.*, 2. Imagines Christianorum non sunt idola gentium, nec coluntur ut dii, nec a fidelibus adæquantur Deo, XI, 500, 1, 2; *Psalm.* II, 274, 2. Eas per Prophetas non carpit Deus, nec prohibet, *ibid.* Imagines sanctorum et etiam Dei facere fas est, 565, 1. In ea Deus potest coli, XVII, 327, 2. Eas cur initio vetarent Patres, *ibid.* Imaginum usus licitus, XVI, 343, 2. Earum cultus astruitur, XIX, 425, 1. Aliter eas veneramur ac gentes, XVIII, 52, 1. Eas cum veneramur, sanctos veneramur quorum imagines sunt, XIX, 482, 2. Hæretici quomodo eas tacite venerentur, 368, 1.

Imaginis ab hæmorrhoissa erectæ vis, ea eversa suam ejus loco posuit Julianus Apostata, sed hæc fulmine icta dissiluit, XV, 684, 1.

IMBER. 1° Imbris dominatus apud Deum, *Job*, 523, 1. Imber serotinus et matutinus in Scriptura qui dicatur, XII, 38, 2; XX, 206, 1. Imber temporaneus in Palæstina in autumno cadit jactis in terra seminibus; serotinus in vere cadit, ut segetes incrasset: dicitur ille temporaneus, quia est sementis, hic serotinus, quia est messis, XIII, 367, 1; 504, 1, 2.

2° Imber errorum et vitiorum, VII, 581, 1. Imber qua in re sapientiæ sit symbolum, X, 304, 2. Imber matutinus et serotinus quis sit allegorice, XX, 206, 1 (*Vide* PLUVIA).

IMITARI, IMITATIO. Imitari qua in re possimus Deum, 649, 1, 2: *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi.* Imitatione Dei fimus filii Dei, 135, 1: *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.* Imitari semper oportet primos, XIX, 52, 1, 2: *Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.*

IMMENSITAS DEI, *vide* DEUS, cap. III, art. II, § V.

IMMERSIO. Immersione in aquam baptismi configuramur Christo morienti, emersione resurgenti, XVIII, 109, 1.

IMMISERICORDIA, IMMISERICORS. 1° *Immisericordiæ crimen.* Immisericordiam Hebræi vocant impietatem, X, 255, 1. Immisericors dicitur crudelis, V, 327, 1: *Benefacit animæ suæ vir misericors; qui autem crudelis est, etiam propinquos abjicit.* Omnia sua abligurit, et in propinquos crudelis est, *ibid.* Non ad preces solum, sed et ad clamorem pauperum aures obturat, VI, 108, 2: *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur.* Quantopere immisericordia Deo displiceat, XII, 685, 2. Immisericordia nolentis proximo offensam dimittere, est peccatum mortale, ideoque culpam remissam revocat, XV, 416, 1 et seqq.

2° *Immisericordiæ mala et punitio.* Immisericordiæ mala, viam sternit et parat ad libidinem, XII, 619, 2: *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ,... superbia, saturitas panis et abundantia, et otium ipsius et filiarum ejus; et manum egeno et pauperi non porrigebant.* Immisericordia est genuina voluptatis filia, XIII, 599, 2: *Bibentes vinum in phialis, et optimo unguento delibuti, et nihil patiebantur super contritione Joseph.* Immisericordia et crapula conjuncta plerumque sunt, XX, 202, 2: *Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis. Addixistis, et occidistis justum, et non restitit vobis.* Immisericors in pauperes a Deo non admittitur, V, 280, 2 et seq.: *Benedictio Domini super caput justi, os autem impiorum operit inquitas.* Quam pœnam sit subiturus, VI, 109, 1. Immisericordes non reperient misericordiam, *Job*, 497, 2; 506, 1: *Obliviscatur ejus misericordia, dulcedo illius vermes; non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.* Peribunt in die iræ, 169, 1: *Tempore quo fuerint dissipati, peribunt; et ut incaluerit, solventur de loco suo.* Immisericordes ob opera misericordiæ neglecta damnantur, XV, 538, 2: *Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non dedistis mihi potum; hospes eram, et non collegistis me; nudus et non cooperuistis me; infirmus, et in carcere, et non visitastis me.*

Immisericors etiam seipsum lædit, V, 327, 1, 2: *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Alios experitur immisericordes, *ibid.*, 2. Cum immisericorde non est tractandum de misericordia, X, 255, 1 (*Vide* ELEEMOSYNA, PAUPER).

IMMODESTIA. Immodestia gestuum et morum suggillatur, V, 164, 1. Immodestia in templis quantum malum sit, *Job*, 34, 1.

IMMOLATIO. Immolatio unde dicta sit, X, 542, 2. Immolatio Christi in cruce fuit pulcherrima et Deo dignissima, XIV, 468, 1 (*Vide* JESUS CHRISTUS, SACRIFICIUM, VICTIMA).

IMMORTALITAS ANIMÆ. 1° Immortalitas animæ ex creationis suæ modo probatur, VII, 403, 1, 2: *Revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Deus creavit primos homines immortales, ita ut mori non possent, quamdiu in obedientia Dei et justitia persisterent, VIII, 293, 1: *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Creavit enim, ut essent omnia; et sanabiles fecit nationes orbis terrarum; et non est in illis medicamentum exterminii*; 295, 2: *Justitia enim perpetua est, et immortalis*; 324, 2 et seq.: *Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.*

2° Immortalitas animæ juncta cum fide in Deum, et in ejus providentiam et justitiam, VII, 158, 2. Merces justorum est plenitudo immortalitatis, VIII, 331, 1, 2: *Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.* Im-

mortalitatis stola sanctis in cœlo est parata, IX, 216, 1.

3° Immortalitas animæ e famæ appetitu patescit, X, 354, 2 : *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi et magni.* Eam optant omnes, 88, 2.

4° Immortalitatem animæ cognoverunt gentiles, XIII, 18, 2 : *Rex, in sempilernum vive.* Eam negabant Epicuræi, XVII, 319, 2.

5° Immortalitas animæ necessario cum corporum resurrectione conjuncta est, IV, 554, 2 : *Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis.* Immortalitas est flos resurrectionis, XII, 758, 1 : *Hæc dicit Dominus Deus ossibus his : Ecce ego intromittam in vos spiritum, et vivetis.* Immortalitas animæ docet resurrectionem, XVIII, 407, 2 : *Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Ut quid baptizantur pro illis? Ut quid et nos periclitamur omni hora?*

IMMUNDITIA, IMMUNDUS. 1° *Immunditia e peccato contracta.* Immunditia tam avaritiam quam luxuriam significat, XX, 78, 1 : *Propter quod abjicientes omnem immunditiam et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum.* Immundum per se nullam rem mundare potest, X, 192, 2 et seq. : *Ab immundo quis mundabitur?* Immunditiam vocat Paulus mollitiem qua se molles contra naturam polluunt, XVIII, 508, 2 : *Ne iterum humiliet me Deus apud vos et lugeam multos qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam super immunditia, et fornicatione, et impudicitia quam gesserunt;* 567, 1 : *Manifesta sunt autem opera carnis; quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria.* Immundities peccati et adulterii, V, 176, 2 : *Qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum teligerit eam* (*Vide* Luxuria).

2° *Immunditia legalis apud Judæos.* Immunditia legalis apud Judæos erat duplex, II, 97, 1. Regula de immunditia legali, *ibid.* Immunditia tactu maxime contrahitur, *Job*, 616, 1. Immunda tangentes in lege veteri, immundi habebantur, XI, 619, 2. Immundi erant Judæis qui mortuum tangebant, aut funeri intererant, aut ex epulo funebri comedebant, XIII, 401, 1. Immundi de Judæorum sacrificiis non comedebant, XII, 461, 1. Immunditia legalis per aspersionem aquæ lustralis tollebatur, X, 210, 2 et seq. Immundus quomodo cinere vitulæ russæ expiaretur, XIX, 440, 2. Immundorum contactus, quia inquinabat, hinc crebro Judæi se lavabant, XV, 349, 2, et seq. Qualem immunditiam adhuc hodie Judæi servent, II, 97, 1.

IMMUNITAS. 1° *Immunitas sumpta pro impunitate.* Immunitatem maleficio concedentes, sæpe sibi et domui suæ damnum creant, V, 544, 2.

2° *Immunitas sumpta pro exemptione.* Immunitas a tributis aliisque oneribus publicis, a rege Persarum sacerdotibus aliisque templi ministris concessa, IV, 221, 2. Immunitas ecclesiastica initio Ecclesiæ non erat introducta, XVII, 412, 2.

IMMUTABILITAS, (*Vide* Deus, cap. III, art. II, § vii).

IMPASSIBILIS. IMPASSIBILITAS. Impassibilem quomodo se homo præbere possit, VI, 179, 1.

Impassibilitatis corporum beatorum quæ sit causa, XX, 487, 1 (*Vide* Resurrectio corporum).

IMPATIENS, IMPATIENTIA. 1° *Quid sit impatientia.* Impatientis et patientis discrimen, V, 422, 2 et seq. : *Impatiens operabitur stultitiam; et vir versutus odiosus est.* Alia eorum quoad iram antithesis, 434. 2 : *Qui patiens est, multa gubernatur prudentia; qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.* Impatiens possidetur ab ira sua et Satana, XVI, 258, 2 : *In patientia vestra possidebitis animas vestras;* XX, 26, 2. Impatientiam docet diabolus, 207, 1. Unde impatientia in adversis proveniat, VI, 224, 2 : *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.*

2° *Impatientiæ damna.* Impatientia temeraria urgens sæpe damnum creat, VI, 30, 2 : *Qui impatiens est, sustinebit damnum; et cum rapuerit, aliud apponet.* Sibi est carnifex, *ibid.* Impatiens sustinebit damnum : ac si in impatientia alium rapitat et vellicat, majora damna incurret, 29, 2 et seq. Impatiens duplicat malum, malique sensum, VI, 13, 1. Impatiens in tentatione non purgatur, IX, 98, 2 : *In humilitate tua patientiam habe.* Impatientia extinguit in nobis Spiritum sanctum, X, 108, 2 : *Zelus et iracundia minuunt dies, et ante tempus senectam adducet cogitatus.* Impatiens a variis malis et hostibus vincetur, VI, 74, 2. Impatientiam expellit timor Dei, IX, 70, 1 (*Vide* Patientia).

IMPECCABILIS. Impeccabiles quomodo fieri possimus, XX, 571, 2: *Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit; quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.*

IMPERARE. Imperare qui vult, discat prius obedire imperanti, XV, 223, 2 (*Vide* Dux, Obedientia).

IMPERATIVUS (*Vide* Hebræa lingua).

IMPERATOR. I° Imperator pro duce usurpatus. — Imperator sedulus et non cessator quid efficiat, IV, 206, 2 et seq. Imperatoris bellici consilio et arte regitur exercitus, VI, 220, 2.

II. Imperator pro rege, principe sumptus. — 1° *Imperatores prisci Romani vel alii.* Imperatores Græcorum in inauguratione solemniter jurabant se veritatem dicturos, V, 529, 1. Imperatoribus olim lampas vel ignis præferebatur, et cur, V, 172, 1; XIV, 408, 2. Cur olim imberbes pingerentur, XIX, 435, 1.

Imperatores Romani prisci, recens creati nova nomina capiebant, XIII, 295, 1. Quam affectarent Alexandri Magni nomen et gloriam, 148, 2. Cur censum provinciarum fieri juberent, XVI, 154, 2. Quæstui et lucro etiam sordido serviebant, XXI,

ex certa et destinata malitia peccant, quales sunt infideles et athei, qui impie negant omne numen, X, 353, 1 : *Væ vobis, viri impii, qui dereliquistis legem Altissimi!* Quomodo distinguantur ab iniquis, V, 115, 1 : *Comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis bibunt.*

N. B. Plerumque vox *impius* in Scriptura, *improbum, injustum, iniquum, peccatorem, infamem, omnibus vitiis addictum*, magis significat.

II. Impiorum mores et agendi ratio. 1° *Erga Deum.* Impius est apostata a Deo et lege, V, 163, 1 : *Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso.* Impii non reverentur Deum, *Job*, 473, 2 : *Qui dicebant Deo : Recede a nobis, et quasi nihil posset facere Omnipotens æstimabant eum ; cum ille implesset domos eorum bonis.* Impius timorem Dei excussit, V, 402, 2 : *Ambulans recto itinere, et timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via.* Despicit timentes Deum, et ipsum Deum, *ibid.* et seq. Dei timorem et sapientiam despiciunt impii, 31, 1 : *Timorem Domini principium sapientiæ : sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt.* Dei et sanctorum amicitiæ renuntiant, et quo prætextu, 559, 1. Solam mortem timent, 51, 2 et seq. Deum a se repellunt, *Job*, 450, 2 ; *Qui dixerunt Deo : Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est Omnipotens ut serviamus ei ? et quid nobis prodest si oraverimus illum ?* Negant se a Deo videri, XI, 408, 1, 2 : *Væ qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis consilium : quorum sunt in tenebris opera et dicunt : Quis videt nos et quis novit nos ?* XIII, 181, 2 : *Everterunt sensum suum, et declinaverunt oculos suos, ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum justorum ;* Job, 471, 1 : *Et dicis : Quid enim novit Deus? et quasi per caliginem judicat : nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, et circa cardines cœli perambulat ;* Psalm. I, 56, 2 : *Non est Deus in conspectu ejus : inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore ;* Psalm. II, 138, 2 : *Et dixerunt : Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.* Impii Deum oppugnant, *Job*, 345, 1 : *Tetendit enim adversus Deum manum suam, et contra Omnipotentem roboratus est.* Eorum de Dei providentia querela, XIV, 582, 1 : *Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, et dixistis : In quo eum fecimus laborare?* Affligunt et delassant Deum, 581, 2. Tamdiu Deum laudant, quamdiu eis benefacit, *Psalm.* I, 325, 1 : *Anima ejus in vita ipsius benedicetur : confitebitur tibi, cum benefeceris ei.* Non cogitant Dei judicia, VI, 367, 1 : *Viri mali non cogitant judicium ; qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia.* Negant futurum judicium, XVI, 241, 1 : *Verumtamen Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?* Vivunt adeo insolenter ut de morte non cogitent, quasi semper victuri, et nunquam morituri, VII, 309, 2 : *Hoc est pessimum inter omnia quæ sub sole fiunt quia eadem cunctis eveniunt ; unde et corda filiorum hominum implentur malitia, et contemptu in via sua, et post hæc ad inferos deducentur.* Lucem fidei et gratiæ nolunt admittere, 302, 1 : *Et lux in tenebris lucet ; et tenebræ eam non comprehenderunt.* Negant vel carpunt miracula, etiam mortuorum resurrectionem, 228, 1 : *Ait autem* (Abraham) *illi : Si Moysen et Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Miracula Dei magiæ ascribunt, IV, 513, 1. Imperium Dei excutere vellent, si possent, XVIII, 170, 1. Impii et insipientes hujus sæculi Deum esse negant, XI, 408, 2 (*Vide* Athei, Atheismus).

2° *Erga proximum.* Primo. *Erga justos et sanctos.* Justos oderunt, VI, 414, 2 : *Abominantur justi virum impium, et abominantur impii eos qui in recta sunt via.* Visis sanctis indignantur, 262, 2. In probos probra et contumelias jaciunt, 560, 2. Nolunt justis auscultare, 300, 1. Justos et sanctos a se abdicant, XII, 618, 1 : *Filia matris tuæ es tu, quæ projecit virum suum et filios suos.* Semper piis nocere volunt, VI, 140, 2 : *Arma et gladii in via perversi ; custos autem animæ suæ longe recedit ab eis.* Eorum spinæ et laquei passivi qui sint, *ibid.* Justos opprimere et bonis spoliare student, V, 359, 2 : *Desiderium impii munimentum est pessimorum, radix autem justorum proficiet.* Pios student privare vita, 351, 1 : *Verba impiorum insidiantur sanguini, os justorum liberabit eos.*

Impii ante a se dissidentes, postea conspiratione simul facta, justos oppugnant, XI, 241, 2 : *Unusquisque carnem brachii sui vorabit, Manasses Ephraim, et Ephraim Manassen, simul ipsi contra Judam.* Sunt in malo concordes, *Job*, 775, 2 : *Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Una uni conjungitur, et ne spiraculum quidem incedit per eas ; una alteri adhærebit, et tenentes se nequaquam separabuntur.*

Cur justos ad peccatum sollicitent, VI, 289, 2 : *Fons turbatus pede, et vena corrupta, justus cadens coram impio.* Cupiunt omnes reddere sibi similes, 372, 2 et seq.: *In exultatione justorum multa gloria est, regnantibus impiis, ruinæ hominum.* Desiderant alios impios roborari, V, 359, 1. Cur vocentur scandala, XV, 332, 2 : *Mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala.* Eorum impietatem omnes assectantur, VI, 373, 1, 2.

Sibi ipsis, persequendo pium, magis nocent, VIII, 314, 2. Nec solum non obsunt, verum etiam prosunt pio, *ibid.* Impiorum mala illata justis impiis solum nocent, *Psalm.* I, 41, 1, 2 : *Lacum aperuit, et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit. Convertetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.* Justos affligendo, pœnas sibi adaugent, V, 319, 1 : *Justus de angustia liberatus est, et tradetur impius pro eo.* Dum justos offendunt, Deum potius offendunt, *Psalm.* I, 30, 2 : *Judica illos, Deus, decidant a cogitationibus suis ; secundum multitudinem*

impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te, Domine. Si in pios immites, a Deo acriter in die judicii punientur, XIII, 519, 1; 522, 2.

Secundo. *Erga pauperes.* Eorum superbia pauperes affligit, *Job*, 377, 1. Eorum in pauperes immisericordia, V, 535, 2. Sunt illiberales et duri, 287, 1: *Vena vitæ, os justi; et os impiorum operit iniquitatem.*

Tertio. *Erga omnes homines.* Impius est vir noxius, V, 163, 2: *Homo apostata... pravo corde machinatur malum, et omni tempore jurgia seminat.* Est omnibus gravis et intolerabilis, IX, 585, 1: *Super plumbum quid gravabitur? et quod illi aliud nomen quam fatuus?* Eorum ira quam sit gravis, VI, 327, 2: *Grave est saxum, et onerosa arena, et ira stulti utroque gravior.* Sunt quasi leo, *Psalm.* I, 84, 2: *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, et sicut catulus leonis habitans in abditis.* Similes sunt feris, II, 112, 2. Lupo assimilantur, IX, 397, 1: *Si communicabit lupus cum agno aliquando, sic peccator justo.* Sunt in alios iniqui et violenti, V, 375, 1. Sunt quasi procella, 304, 2. Sed id postea, Deo vindice, luent, *ibid.* Semper furorem in alios exerere student, 334, 1, 2: *Desiderium justorum omne bonum est; præstolatio impiorum furor.* Et plura mala facere quam faciant, *ibid.* Scrutantur modos et artes proximo nocendi, V, 510, 2 et seq.: *Vir impius fodit malum, et in labiis illius ignis ardescit.* Ei etiam lingüa et manu nocent, sed simul sibi ipsis, *ibid.* Per filios rebelles repræsentantur, VI, 450, 1.

3° *Erga seipsos.* Primo. *Sunt stulti et cæci.* Non sequuntur rationis ductum, V, 533, 1: *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.* Impium Salomon vocat stultum, 271, 1: *Filius sapiens lætificat patrem; filius vero stultus mæstitia est matris suæ.* Impii sunt stulti et ignobiles, *Job*, 588, 2: *Filii stultorum et ignobilium, et in terra penitus non parentes.* Sunt alieni a recto, dignitate hominis, Deo, convictu hominum, seipsis, VI, 102, 2: *Perversa via viri aliena est; qui autem mundus est, rectum opus ejus.* Non habent veram sapientiam practice practicam, IX, 84, 1: *Sapientia enim et disciplina, timor Domini.* Veram sapientiam habere non possunt, V, 541, 1. Impius avide insulsas fabulas et nugas excipit, 458, 1: *Cor sapientis quærit doctrinam, et os stultorum pascitur imperitia.* Impii dolent ubi lætari deberent, et lætantur ubi dolere, 370, 2: *Iter... impiorum decipiet eos.* In seipsos crudeles sunt, 356, 2.

Impiorum cæcitas, V, 561, 1: *Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Multiplex impiorum cæcitas: *prima*, quod voluptatem rationi, vitium veritati, bona caduca æternis præferant; *secunda*, quod per hæc mortem et gehennam sibi accersant; *tertia*, quod credant hominem instar bestiæ in morte plane interire; *quarta*, quod Justum, puta Christum, oderint et crucifixerint, VIII, 323, 1: *Hæc cogitaverunt, et erraverunt, excæcavit enim illos malitia eorum.* Hujus cæcitatis gravitas et effectus, *ibid.*, et 2. Error impiorum duplex, *ibid.*, 2: *Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem speraverunt justitiæ, nec judicaverunt honorem animarum sanctarum.* Impii omnes, mendaces esse convincuntur et cæci, *Psalm.* I, 373, 1: *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum.* Sibi dissimiles censent improbos, ac similes probos, V, 553, 1. Nil sublime cogitant, V, 359, 1. Nonnisi terrena bona spectant, 551, 2: *In facie prudentis lucet sapientia, oculi stultorum in finibus terræ.* Carnem pascunt, et animam negligunt, *Job*, 507, 1: *Pavit enim sterilem quæ non parit, et viduæ bene non fecit.* Longissime absunt a virtute, V, 551, 2.

Secundo. *Impii sunt malo et omnibus vitiis pertinaciter addicti.* Impii cupiditatum æstu assidue jactantur, XX, 43, 1. Eorum voluntas variis cupiditatibus invaditur, V, 359, 1: *Desiderium impii munimentum est pessimorum.* Plures occasiones bene agendi elabi sinunt, 260, 1, 2. Sequuntur vias suæ concupiscentiæ, 551, 2. In quæ scelera proruat impius, 165, 2 et seq.: *Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus: oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.* Sunt velut helluones scelerum, VI, 40, 1: *Os impiorum devorat iniquitatem.* Bibunt vinum iniquitatis et edunt panem impietatis, V, 115, 1. Trahunt funes peccatorum, XI, 160, 2; 161, 1: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Impii sunt quasi bruta, IX, 585, 2: *Arenam, et salem, et massam ferri facilius est ferre, quam hominem imprudentem et fatuum, et impium.* Ex indole sua desiderant improbitatem, VI, 105, 2: *Anima impii desiderat malum.* Arant impietatem, 98, 1. Sunt propensiores ad malum, quam pii potentes ad eos convertendum, 107, 2. Semper intenti sunt ut noceant, V, 114, 1, 2: *Non enim dormiunt, nisi malefecerint; et rapitur somnus ab eis, nisi supplantaverint.* Toto mundo abutuntur ad suas concupiscentias, 526, 1. Excogitant modos implendi suas cupiditates, VI, 354, 1: *Cor iniqui inquirit mala.* Cogitationibus suis parent, etsi malis, VI, 223, 2: *Cogitatio stulti peccatum est.* Sæpe delinquunt cogitatione, cum se re mala pascere nequeunt, *ibid.*

Ex malitia peccant et peccato gaudent, IX, 531, 1: *Qui gaudet iniquitate denotabitur, et qui odit correptionem, minuetur vita.* Peccant ex malitia et obstinatione, V, 533, 1, 2. Delectantur rebus malis, 393, 2: *Desiderium, si compleatur, delectat animam; detestantur stulti eos qui fugiunt mala.* Per risum operantur peccatum et scelus, 302, 1, 2:

Quasi per risum stultus operatur scelus; sapientia autem est viro prudentia. Ipsum studio captant et quasi recreationis causa, *ibid.* Rident viam virtutis quia suo genio inconvenientem, 560, 1 : *Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde ejus.* Gaudent videri ab aliis in sua impietate, XI, 571, 1.

Tertio. *Impiorum verba omnem spirant iniquitatem*, V, 286, 2 ; 287, 1 : *Vena vitæ os justi; et os impiorum operit iniquitatem.* Habent os perversum, 320, 1. Quidquid in corde habent, ore effutiunt, 300, 1 : *Argentum electum lingua justi, cor autem impiorum pro nihilo;* 473, 2 : *Mens justi meditatur obedientiam ; os impiorum redundat malis.* Sunt in verbis infidi, 529, 1 : *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.* Loquuntur fraudulenta, 163, 2. Loquuntur insipientia et impura, 298, 1. Nonnisi vitiosa præferunt, IX, 677, 2 : *Narratio peccantium odiosa, et risus illorum in deliciis peccati.* Hinc mortem sibi accersunt, V, 300, 1. Sua garrulitate sibi malum et ruinam creant, 359, 2 : *Propter peccata labiorum ruina proximat malo, effugiet autem justus de angustia.*

Quarto. *Sunt inconstantes et hypocritæ.* Sunt inconstantes, V, 302, 2. Sunt instabiles et vagi, V, 452, 1, 2 : *Labia sapientium disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit.* Impius vagus est in cogitationibus et verbis, X, 167, 1 : *Præcordia fatui, quasi rota carri, et quasi axis versatilis cogitatus illius.*

Vitia virtutum nomine palliant impii, V, 540, 1 : *Qui justificat impium, et qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Dominum.* In omni peccato impius dissimulat et connivet, 377, 1, 2 : *Verbum mendax justus detestabitur ; impius autem confundit et confundetur.* Incedunt ut cancri oblique, 65, 1, 2 : *Quorum viæ perversæ sunt, et infames gressus eorum.*

Quinto. *Impius quasi diabolus est*, IX, 575, 1 : *Dum maledicit impius diabolum; maledicit ipse animam suam.* Semper habet diabolum in ore, *ibid.*, 2. Impii vocantur filii diaboli, cur, X, 353, 2 : *Omnia quæ de terra sunt in terram convertentur, sic impii a maledicto in perditionem;* XV, 332, 1 : *Zizania autem filii sunt nequam.* Appropinquant solio Luciferi, XIII, 597, 1 : *Qui separati estis in diem malum, et appropinquatis solio iniquitatis.* Eorum corpora et mentes non sunt aliud quam dæmonum tentoria, XIV, 256, 2 : *Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ.* Impii vocantur maledicti, 414, 2. Quo sensu in maledictione nascantur, X, 351, 1 : *Filii abominationum sunt filii peccatorum, et qui conversantur secus domos impiorum.* Quo sensu dicantur a Deo perverti, V, 259, 1.

Sexto. *Correptionem sustinere nequeunt impii.* Impii sunt indociles, VI, 354, 2 : *Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.* Impius odit correptionem et corripientem, V, 258, 2 : *Noli arguere derisorem, ne oderit te.* Vultum impii obfirmant in malum, VI, 128, 1 : *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum; qui autem rectus est, corrigit viam suam.* Reprehendentem non ferunt, et peccata sua tuentur, *ibid.* Antitheses sex justi et impii dum corripiuntur, *ibid.* Corripi recusant, V, 282, 2 : *Sapiens corde præcepta suscipit, stultus cæditur labiis.* Ideo cæditur labiis, id est plagas sibi accersit, *ibid.*, et seq. Configitur verbis hominis sapientis, magis quam sagittis, 410, 1 : *Vade contra virum stultum, et nescit labia prudentiæ.* Impius præceptis obluctatur, et cum arguitur, obmurmurat, 474, 1 : *Mens justi meditatur obedientiam, os impiorum redundat malis.* Dum concionatores vitia quorum sibi sunt conscii, taxant, censent sibi injuriam fieri, XVI, 165, 1 : *Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi : Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis.* Impiorum via est dura et sæva, et difficillime corrigitur; V, 390, 1 : *Doctrina bona dabit gratiam ; in itinere contemptorum vorago.* Impius si sit obstinatus, cur non arguendus, 258, 2. Impii sæviores sunt ursa cum corripiuntur, 534, 2 : *Expedit magis ursæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti in stultitia sua.* Utrorumque analogia, 535, 1, 2.

Septimo. Impii pene incurabiles sunt, VI, 37, 2: *Pestilente flagellato, stultus sapientior erit; si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.* Quotidie impius fit deterior, V, 378, 1, 2 : *Justitia custodit innocentis viam; impietas autem peccatorem supplantat.* Usque ad mortem male agere non desinit, VI, 224, 1. In gravia mala et peccata impii facile incidunt, et vix resurgunt, 233, 2 : *Septies... cadit justus, et resurget, impii autem corruent in malum.* Impie vivendo, volunt aliquando pie mori, II, 320, 2 : *Moriatur anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similia.* Abutuntur patientia Dei, *Job*, 507, 2 : *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, et ille abutitur eo in superbiam, oculi autem ejus sunt in viis illius.* Assiduo peccandi usu in profundum impietatis barathrum dilabuntur, V, 560, 2. Quibus gradibus in tartarum ruant, 562, 2. Si in peccatis perdurent, resurgere nequeunt, XV, 576, 2. Peccatis suis ignem inferni succendunt, XI, 601, 1 : *Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, et in flammis quas succendistis,* XIV, 606, 1 : *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus, et erunt omnes superbi, et omnes facientes impietatem stipula, et inflammabit eos dies veniens.* Flagellis indurantur, VI, 298, 1 : *Flagellum equo, et camus asino, et virga in dorso imprudentium.* In oneribus quibus in vita gravantur, gustare incipiunt æterni exilii instantis et carceris infernalis supplicia et angustias, XIII, 397, 1. Eorum sera pœnitentia, V, 51, 2. Impii in fine mundi, visis tot

signis, nihilominus in sceléribus persistent, XXI, 312, 2 : *Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum.*

III. Quantum impii Deo displiceant. — Deus ab iis longe adest, cur, V, 475, 1 : *Longe est Dominus ab impiis, et orationes justorum exaudiet.* Impiorum gloria et excellentia est peccatum, quale, VI, 97, 2 : *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis; lucerna impiorum, peccatum.* Eos et impietatem detestatur sapientia, V, 206, 2 : *Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium.* Eorum victimæ et oblata Deo placere nequeunt, V, 454, 1 ; 453, 1 : *Victimæ impiorum abominabiles Domino, vota justorum placabilia;* X, 205, 1 : *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt beneplacitæ subsannationes injustorum;* 206, 2 : *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum; nec in multitudines sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis;* 210, 1. Nihil ipsi ex iisdem acquirunt, 209, 2 : *Unus ædificans, et unus destruens, quid prodest illis, nisi labor? Unus orans, et unus maledicens, cujus vocem exaudiet Deus?* Imo ipsa dona destruunt, *ibid.* Eorum hostiæ triplex habent vitium, VI, 122, 1 : *Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.* Cur Deo non placeant, *ibid.*, 2. Eorum victimæ quo sensu malæ, VII, 193, 1 : *Multo enim melior est obedientia quam stultorum victimæ.* Impii aliqua opera bona non prosunt ad salutem æternam, XII, 634, 2.

IV. Impiorum pœna. — 1° *Impiorum pœna in hac vita.* Primo. *Pendent a Providentia divina, quæ eis utitur prout vult,* III, 502, 1, 2. Quomodo Dei gloriæ serviant, V, 488, 2 : *Universa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum.* Qua in re piis subserviant, 342, 1 : *Qui conturbat domum suam, possidebit ventos, et qui stultus est, serviet sapienti.* Eorum molitiones in pios a Deo evertuntur, 365, 2 : *Dolus in corde cogitantium mala; qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.* Eorum etiam corda in Dei sunt manu, IX, 455, 1. Iis Deus interdum utitur pro flagellis, I, 325, 1. Sunt Dei lictores ad punienda peccata justorum, III, 502, 1, 2. Sunt virga et flagellum Dei quibus piorum peccata quasi pater castigat, XIV, 204, 1 : *Quia impius prævalet adversus justum, propterea egreditur judicium perversum.* Impii in pios, Deo protegente, nihil poterunt, XVI, 146, 2 : *Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* Impios per impios punire solet Deus, XII, 673, 2 : *Viri ergo justi sunt* (Babylonii) ; *hi judicabunt eas judicio adulterarum, et judicio effundentium sanguinem, quia adulteræ sunt, et sanguis in manibus earum.* Impii a sacris non defenduntur, sed puniuntur, III, 287, 2. Puniti, Deum invocantes pro remissione pœnæ, non culpæ, non exaudiuntur, cur, V, 52, 1, 2 : *Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me. Eo quod exosam habuerint disciplinam, et timorem Domini non susceperint, nec acquieverint consilio meo, et detraxerint universæ correptioni meæ.*

Secundo. *Cur impiis Deus in hac vita divitias et dominationem concedat.* Sæpe carent bonis tum temporalibus, tum spiritualibus, subinde tamen temporalibus abundant, V, 101, 1, 2 : *Egestas a Domino in domo impii ; habitacula autem justorum benedicentur.* Eorum prosperitas, XVIII, 47, 1. Cur hic prospere agant, V, 518, 1 : *Sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur.* Impii cur prosperentur, boni piique affligantur ; propter duas causas, VII, 300, 1. Impiis noxia prosperitas est, 301, 1, 2 : *Sunt impii qui ita securi sunt quasi justorum facta habeant; sed et hoc vanissimum judico.* Cur Deus iis divitias concedat, 461, 2 : *Melius est parum cum timore Dei, quam thesauri magni et insatiabiles.* Divitiæ iis non prosunt, cum ex iis non fiant sapientiores, 540, 2 : *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit?* Suam hic habent diem, in eaque habent pacem, XVI, 253, 2 et seq. : *Si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi.* Bona in hac vita recipiunt, at cœlestibus carent, 225, 1, 2 : *Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala.* Impius, adepta mundana gloria, quam quæsivit, juste privatur cœlesti quam non quæsivit, *Psalm.* I, 325, 2 : *Introibit usque in progenies patrum suorum, et usque in æternum non videbit lumen.* Impios hic non puniri, malum est signum, *Job*, 443, 2 : *Domus eorum securæ sunt et pacatæ, et non est virga Dei super illos.* Impii a Deo tolerantur ut salventur, XVIII, 166, 2. Impiorum portio maledicta, 504, 1 : *Maledicta sit pars ejus in terra, nec ambulet per viam vinearum.*

Impios sæpe dominari, pios premi sinit Deus, cur, XIV, 203, 1, 2 ; 497, 1, 2. Cur impius in impietate sua dominetur et laudetur, VII, 295, 2 et seq. ; *Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.* Impii in hoc sæculo justis, justi in futuro dominabuntur impiis, *Psalm.* I, 324, 1 : *Et dominabuntur eorum justi in matutino, et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.* Quam brevi tempore regnent super justos, I, 353, 2 et seq. : *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum, ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.* Sæpe fiunt supplices justis etiam in hac vita, V, 424, 1 : *Jacebunt mali ante bonos, et impii ante portas justorum.*

Tertio. *Impii miseri sunt, sive in prosperitate, sive in infortunio vitam degant.* Impios Deus interdum punit in media prosperitate, hac de re exempla, I, 724, 1, 2. In multis divitiis semper sunt

inquieti, V, 220, 2. Anxie ducuntur, 301, 1, 2. Impii vita tota misera est, V, 458, 2 : *Omnes dies pauperis* (insipientis, impii), *mali: secura mens quasi juge convivium.* Ejus felicitati non est invidendum, VI, 194, 2 et seq. : *Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die;* 237, 1, 2: *Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios : quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.* Nunquam habent solidum gaudium, V, 417, 2 : *Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat.* Eorum fames non satiatur, et cur, 400, 1: *Justus comedit, et replet animam suam; venter autem impiorum insaturabilis.* Impii ne panem quidem securi comedunt, *Job*, 344, 1 : *Cum se moverit ad quærendum panem, novit quod paratus sit in manu ejus tenebrarum dies.* Commiseratione potius digni sunt, quam æmulatione, VI, 237, 1, 2. Non habent spem, *ibid.*, et 225, 2. Vera carent beatitudine etiam in hac vita, IX, 586, 1. Impiorum desideria nunquam explentur, *Psalm.* I, 64, 2; 65, 1 : *In circuitu impii ambulant.* Esto dominentur, in vita sua infelices et erunt, X, 507, 1, 2. Tunc miseri sunt, cum appetitui satisfaciunt; et tunc felices, cum puniuntur, IX, 586, 1. Ambulant vias difficiles, frigidas et periculosas, VI, 140, 1 : *Arma et gladii in via perversi.* Magno cum labore pariunt iniquitatem, XVI, 583, 2. Impius, laborando sibi tormentum adauget, V, 292, 1 : *Opus justi ad vitam; fructus autem impii ad peccatum.* Impius magis non est quam est, ratio, VIII, 301, 2. Vita impii est ipsa mors, 297, 2 : *Impii autem manibus et verbis accersierunt illam* (mortem) : *et æstimantes illam amicam, defluxerunt, et sponsiones posuerunt ad illam, quoniam digni sunt qui sint ex parte illius.* Sunt sine pace animi, XI, 579, 2: *Non est pax impiis, dicit Dominus.* A sua conscientia, velut a carnifice et furiis nocte dieque torquentur, idque probant fabulæ poetarum, 768, 2; 769, 1. Impio omnia sunt adversa, V, 410.

Impiis plerumque mala occurrunt, non piis, X, 165, 1 : *Timenti Dominum non occurrent mala.* In tribulatione deficiunt, V, 524, 1. Adversis oppressi, Deum incusant, VI, 5, 1, 2 : *Stultitia hominis supplantat gressus ejus ; et contra Dominum fervet animo suo.* Quomodo tradantur linguis maledicis, X, 59, 2: *Qui relinquunt Deum, incident in illam* (linguam nequam), *et exardebit in illis, et non extinguetur, et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos.* Deus sæpius eis terrores panicos immittit, VI, 361, 2 : *Fugit impius nemine persequente: justus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Sunt ob peccata sua plerumque timidi, dolentes et pusillanimes, V, 551, 1; VI, 96, 2; 360, 2. Impius malis suis circumdatur, sicut rex satellitio stipatur, *Job*, 344, 2 : *Terrebit eum tribulatio, et angustia vallabit eum sicut regem qui præparatur ad prælium.* Semper sunt timidi, IX 587, 1, 2 : *Sicut pali in excelsis, et cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt; sic et cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet.* Timent semper et ubique, V, 309, 1, 2 : *Fortitudo simplicis via Domini : et pavor his qui operantur malum; Psalm.* I, 70, 2 ; 71, 1 : *Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore ubi non erat timor.* Cur trepidant timore ubi non est timor, *ibid.* Tres causæ metus impiorum, VIII, 615, 1, 2 : *Nihil enim est timor nisi proditio cogitationis auxiliorum.*

Quarto. *Impiorum consilia et studia fere nunquam prosperos successus habent*, V, 53, 1 : *Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos ;* 317, 1 : *Justitia simplicis diriget viam ejus, et in impietate sua corruet impius.* Eorum merces et fructus operis est mendax et evanidus, 328, 2 : *Impius facit opus instabile, seminanti autem justitiam merces fidelis.* Similes ergo sunt araneæ, *ibid.* Sunt arbores steriles, 340, 2 : *Qui confidit in divitiis suis, corruet; justi autem quasi virens folium germinabunt.*

Quinto. *Eorum impietas etiam in terra secundum demerita castigatur*, V, 53, 1. Verbis non moventur, virgis et plagis corripiendi sunt, V, 533, 1 : *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.* A Deo et hominibus castigantur, tum in hoc mundo, tum in alio, VI, 41, 1 : *Parata sunt derisoribus judicia; et mallei percutientes stultorum corporibus.* Nequitiæ suæ duplicem pœnam luunt, 140, 1, 2 : *Arma et gladii in via perversi; custos autem animæ suæ longe recedit ab eis.* Prout in alios sævierunt, puniuntur a Deo vel judice, 147, 1, 2: *Qui seminat iniquitatem, metet mala, et virga iræ suæ consumetur.* Incidunt in laqueum quem aliis tetenderunt, V, 315, 2 : *Simplicitas justorum diriget eos, et supplantatio perversorum vastabit eos.* Tribus suppliciis a Deo mulctantur, 89, 2 : *Livor vulneris absterget mala ; et plagæ in secretioribus ventris.* Et gradatim majoribus, 90, 1. A tribulatione et clade abripitur impius, V, 304, 2. Exitii sedes propria est anima et domus impiorum, VI, 101, 2: *Egestas a Domino in domo impii : habitacula autem justorum benedicentur.* Impii quomodo in exitium præcipitantur, et qualis via illorum, *Psalm.* I, 213, 2 : *Fiat via illorum tenebræ et lubricum, et angelus Domini persequens eos.* Regnis suis depelluntur, X, 174, 1. Exterminantur, *Job*, 214, 2. Impius a lege punitus, est lex viva inclamans cæteris ut impietatem fugiant, XIII, 1, 2 : *Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt.*

Sexto. *Impiorum gaudium et vita brevia sunt.* Sæpe in hac vita prosperitas impiorum extinguitur, *Job*, 452, 1 : *Quoties lucerna impiorum extinguitur, et superveniet eis inundatio, et dolores dividet furoris sui!* Impiorum gaudium breve est, IV, 460, 2; VI, 404, 2 : *In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, et justi ruinas eorum*

videbunt. Iniquorum prosperitas quasi somnium, *Psalm*. I, 479, 2 : *Velut somnium surgentium, Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges*. Eorum sapientia, virtus, lætitia, prosperitas, lucernæ comparatur, V, 282, 2 et seq. : *Lux justorum lætificat : lucerna autem impiorum extinguetur*. Eorum gloria brevis est, V, 351, 2 : *Verte impios, et non erunt : domus autem justorum permanebit*. Et eorum subsistentia tenuis, quia mox evertuntur, et cito deficiunt, 352, 1. Eorum regna brevia, III, 636, 1. Habent civile tantum rerum suarum dominium, V, 526, 2. Impius in altum elatus ad infimum deprimetur, *Job*, 421, 1 : *Si ascenderit usque ad cœlum superbia ejus, et caput ejus nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur ; et qui ea viderunt, dicent : Ubi est ?* Nequit esse stabilis, V, 347, 1: *Non roborabitur homo ex impietate, et radix justorum non commovebitur*. Eorum vexatio quam parvo tempore durat, XIV, 405 2.

Impiorum vita brevis, V, 304, 1 : *Quasi tempestas transiens non erit impius, justus autem quasi fundamentum sempiternum ;* XII, 328, 1 : *Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ*. Non implent dies suos, *Job*, 350, 1 : *Antequam dies ejus impleantur, peribit, et manus ejus arescent*. Plerumque præmature moriuntur, V, 374, 2: *De fructu oris sui homo satiabitur bonis : anima autem prævaricatorum iniqua*. Dies eorum transeunt ut umbra, VII, 299, 1: *Non sit bonum impio, nec prolongentur dies ejus, sed quasi umbra transeant qui non timent faciem Domini*. Tacite pereunt, et subito succiduntur, *Job*, 118, 2 : *De mane usque ad vesperam succidentur : et quia nullus intelligit, in æternum peribunt ;* 119, 2 : *Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis; morientur, et non in sapientia*. Sæpe repentina ruina opprimitur impius, V, 165, 1: *Huic extemplo veniet perditio sua, et subito conteretur, nec habebit ultra medicinam*. Sunt sicut paleæ ante faciem venti, 453, 2 : *Erunt sicut paleæ ante faciem venti, et sicut favilla quam turbo dispergit*. Cur non mereantur diu vivere, V, 342, 2. Impiis Deus facit misericordiam, cum cito eos de hoc mundo tollit, *Psalm*. II, 401, 2: *Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum, quoniam in æternum misericordia ejus*. Eorum congrua pœna, VII, 298, 2. Pereunt quasi non fuerint, X, 435, 2 : *Et sunt quorum non est memoria, perierunt quasi non fuerint, et nati sunt quasi non nati, et filii ipsorum cum ipsis*. Eorum fama post mortem extinguitur, V, 305, 1, 2. Eorum nomen non perennat, 281, 1: *Memoria justi cum laudibus, et nomen impiorum putrescet*.

Septimo. *Impii plerumque mala et acerba morte moriuntur*. Eorum mors ipsis acerba, piis autem læta accidit, V, 516, 2 ; 817 : *Non proderunt divitiæ in die ultionis : justitia autem liberabit a morte*. Male pereunt, *Job*, 350, 1. Impiorum justa retributio est, ut male pereant, quia alios perdere student, *Psalm*. I, 346, 2 : *Propterea Deus destruet te in finem, evellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium*. In malitia sua impius sæpe expellitur de vita, V, 440, 1, 2 : *In malitia sua expelletur impius ; sperat autem justus in morte sua*. Impii inviti a terra avelluntur utpote terrenis affixi, 71, 1 : *Impii vero de terra perdentur ; et qui inique agunt auferentur ab ea*. Dum in vita Deo et Prophetis obsequi nolunt, obsequuntur moriendo, XII, 738, 1. Impiorum horrenda mors, XVI, 254, 2 : *Venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te, et coangustabunt te undique ; et ad terram prosternent te..... eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ*. Quomodo maturi sint ut a falce divini judicii demetantur, XIII, 521, 2 : *Mittite falces, quoniam maturavit messis : venite et descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia ; quia multiplicata est malitia eorum*. In morte spem omnem priorem amittunt, V, 318, 1 : *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes, et expectatio sollicitorum peribit*.

Octavo. *Moriuntur illiberes, vel miseri sunt in posteris*. Sunt plerique illiberes, XIII, 407, 2 : *Da eis Domine. Quid dabis eis ? Da eis vulvam sine liberis, et ubera arentia*. Nullos vel paucos relinquunt hæredes, eosque miseros, V, 347, 2: *Non roborabitur homo ex impietate, et radix justorum non commovebitur*. Impii radix exscinditur, *Job*, 349, 1 : *Non ditabitur, neo perseverabit substantia ejus, nec mittet in terra radicem suam*. Impiorum filii egestate atterentur, *Job*, 127, 2 : *Longe fient filii ejus a salute, et conterentur in porta, et non erit qui eruet*, 423, 1 : *Filii ejus atterentur egestate, et manus illius reddent ei dolorem suum*. Sæpe thesaurizant justis, 128, 1 : *Cujus messem famelicus comedet, et ipsum rapiet armatus, et bibent sitientes divitias ejus;* 538, 2 : *Si comportaverit quasi terram argentum, et sicut lutum præparaverit vestimenta ; præparabit quidem, sed justus vestietur illis, et argentum innocens dividet*. Eorum opes non raro cedunt justis, V, 395, 2 : *Bonus relinquit hæredes et filios, et nepotes ; et custoditur justo substantia peccatoris*. Eorum posteri non perennabunt, 232, 2 et seq. : *Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, et radices immundæ super cacumen petræ sonant*.

2° *Impiorum pœna post mortem*. Primo, *in judicio sive particulari, sive generali*. Sunt obnoxii vindictæ Dei, XVIII, 49, 1 : *Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in injustitia detinent*. In die judicii maxime a Deo plectentur, V, 51, 1 : *Cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit ; quando venerit super vos tribulatio et angustia*. Impiis in die judicii grave erit videre flammantem faciem irati judicis, XII, 237, 2 : *Loquetur os ejus cum*

ore illius, et oculi ejus oculos illius videbunt. Cur plangent mortem Christi in die judicii, XIV, 514, 2. Fulmina in die judicii insilient in reprobos, non vero in electos, VIII, 392, 2 : *Ibunt directe emissiones fulgurum, et tanquam a bene curvato arcu nubium exterminabuntur, et ad certum locum insilient.* Disrumpet eos Deus multipliciter, 386, 1, 2: *Quoniam disrumpet illos inflatos sine voce.* Quatuor acies insurgentium in eos, 391, 1 : *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Tabescent in judicio, *Job*, 454, 2 : *Videbunt oculi ejus interfectionem suam, et de furore Omnipotentis bibet.* Eorum in judicio stupor et confusio, XIX, 146, 1. Impiorum exitium hoc tempore in Judæis impletur, sed manifestius in die judicii, *Psalm.* I, 213, 2 (*Vide* JUDICIUM).

Secundo, *in inferno.* Impii quomodo scribantur in terra et in inferno, XII, 144, 2 : *Recedentes a te, in terra scribentur.* Quomodo transeant ad mortem primam et secundam, XXI, 352, 1. Nati ex maledicto parentum semine, in maledictionem gehennalem transibunt, X, 353, 2 : *Omnia, quæ de terra sunt, in terram convertentur : sic impii a maledicto in perditionem.* Eorum post mortem vita in tormentis, V, 51, 2. Non effugient supplicium Dei, 330, 1, 2. Pro suis sceleribus graviter in gehenna castigabuntur, V, 343, 2 : *Si justus in terra recipit, quanto magis impius et peccator.* Impius inferno gratus accedit hospes, *Job*, 461, 2 : *Dulcis fuit glareis Cocyti, et post se omnem hominem trahet, et ante se innumerabiles.* Impii erunt in gehenna socii dæmonum, VI, 112, 2 : *Vir qui erraverit a via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.* Quasi stuppa collecta a Deo consumentur, IX 566, 2 : *Stuppa collecta synagoga peccantium, et consummatio illorum flamma ignis.* Sunt in gehenna colligati, *ibid.*, 2. In inferno quomodo futuri quasi cinis, XIV, 613, 1 : *Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum.* Ad eorum supplicium omnes creaturæ conspirabunt, V, 487, 1. Quomodo habeant in inferno sua sepulcra, XII, 730, 2 : *Quorum data sunt sepulcra in novissimis laci : et facta est multitudo ejus per gyrum sepulcri sui.* Lamenta eorum in inferno, VIII, 381, 2 : *Ergo erravimus a via veritatis, et justitiæ lumen non luxit nobis, et sol intelligentiæ non est ortus nobis.* Sibi ipsis subvenire nequeunt, *Job*, 118, 2 : *De mane usque ad vesperam succidentur ; et quia nullus intelligit, in æternum peribunt.* Eorum vita in gehenna mors potius dicenda quam vita, XVI, 490, 2. Impii et tyranni in inferno positi alios terrent adhuc viventes, XII, 731, 2 (*Vide* INFERNUS).

V. QUOMODO CUM IMPIIS AGENDUM. 1° *Impiorum conversatio fugienda*, IV, 286, 2 : *Noli ex eo* (pane suo) *manducare et bibere cum peccatoribus*, V, 114, 1 : *Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam : declina, et desere eam.* Eorum societas non est ambienda, VI, 215, 1 : *Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis ; quia rapinas meditatur mens eorum, et fraudes labia eorum loquuntur.* Cavenda sunt eorum consortia, VIII, 219, 2 : *Abstinet se a viis nostris tanquam ab immunditiis.* Eorum societas noxia, XI, 177, 1 : *Væ mihi... quia pollutus labiis ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Iis servire periculosum est, IX, 677, 2 : *Beatus qui..... non servivit indignis se.* In iis non est ponenda spes, VI, 278, 1 : *Dens putridus et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ, et amittit pallium in die frigoris.* Quatenus odio prosequendi sunt, IX, 676, 1. Impium in judicio præponere, grave scelus est, V, 564, 2 : *Accipere personam impii non est bonum, ut declines a veritate judicii.*

2° *Aliquando sunt plectendi et expellendi*, XIII, 219, 1. Eos princeps suo regno expellat, VI, 258, 1 : *Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum ; aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur justitia thronus ejus.* Iis regnantibus pereunt respublicæ, 372, et seq. : *In exultatione justorum multa gloria est : regnantibus impiis, ruinæ hominum.* Quærunt rebellionem, V, 534, 1 : *Semper jurgia quærit malus ; angelus autem Domini crudelis mittetur contra eum.* Malis suis consiliis, rixis, dolis, respublicas evertunt, V, 320, 2 : *Benedictione justorum exaltabitur civitas ; et ore impiorum subvertetur.* Iis regnantibus fugiunt justi ; at iis pereuntibus, multiplicantur, VI, 389, 1, 2 : *Cum surrexerint impii, abscondentur homines : cum illi perierint, multiplicabuntur justi.* Eorum multitudo quam sit reipublicæ noxia, 404, 2 : *In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera : et justi ruinas eorum videbunt.* Ob unius impii scelus, sæpe totus populus castigatur, 327, 1 : *Grave est saxum, et onerosa arena : et ira stulti utroque gravior.* Civitates reddunt desolatas, IX, 459, 1, 2 : *Ab uno sensato inhabitabitur patria, tribus impiorum deseretur.*

IMPLERE. 1° *Implere* capitur pro *continere*, IX, 659, 1. Et pro *consecrare*, X, 460, 2 et seq. Item pro *plenum afferre*, 85, 1. *Implere* Hebræis sæpe idem est quod *plene dare*, V, 220, 1.

2° Impleri ab ore ad os quid significet, IV, 224, 2. Implere arcum est plene intendere, XIV, 462, 2. Implere omnem justitiam quid sit, XV, 108, 1. Implere peccata quid significet, XIX, 122, 2. Implere verbum Dei est plene illud prædicare, 81, 1. Quid sit implere Evangelium, XVIII, 239, 2.

IMPŒNITENTIA. Impœnitentiæ peccatorum describitur, V, 561, 2 et seq. (*Vide* PECCATOR).

IMPONERE MANUS, IMPOSITIO MANUUM. Imponere manus idem est quod ordinare, XVIII, 473, 2. Impositio manus est de essentia Ordinis, XVII, 165, 2. Per eam datur gratia, *ibid.* Ea in tribus sacramentis adhibetur, 197, 2. Impositio

manuum super ordinandos quid significet, XIX, 233, 2. Per eam unctio intelligitur, XVII, 198, 1. Ea significat ordinationem, 276, 1 (*Vide* ORDINIS SACRAMENTUM).

IMPORTUNITAS. Importunitas ubique noxia, *Job*, 114, 1, 2. Importunitatis hieroglyphicum apud Ægyptios fuit musca, VII, 333, 1, 2,

IMPOSSIBILIS, IMPOSSIBILITAS. 1° Impossibile sæpe vocat Scriptura, quod admodum est difficile, XV, 431, 1, 2: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cœlorum*, XVIII, 312, 1. Item id quod raro aut nunquam fit, XIX, 402, 1: *Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste... et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam.*

2° Deo nihil impossibile, XV, 431, 1, 2. Impossibilium impotentia divinæ potentiæ est argumentum, IX, 455, 2.

3° Impossibilitas duplex est: una actum antecedens, altera consequens, XVII, 95, 1, 2. Impossibilia aliquando videmus fieri possibilia, XIII, 604, 1: *Numquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubulis.* Impossibilia physice Deus non præcipit, XVII, 301, 1: *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* XVIII, 343, 2: *Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* Impossibilitas resipiscendi annexa stupori mentis, 190, 2: *Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.*

IMPOSTOR. Impostores, Evangelii causa, se in pericula non conjiciunt, XIX, 119, 2. Impostores Judæorum varii enumerantur, XV, 509, 1. Impostor quidam blasphemus in Peru sese redemptorem orbis esse jactabat, XXI, 259, 1.

IMPRECATIO. Imprecari mala licet malis, VII, 298, 2. Imprecationes piorum exaudit Deus, III, 176, 1. Imprecatio Pauli contra Ananiam prophetam qualis fuerit, XVII, 393, 2; 394, 1.

IMPROBITAS, IMPROBUS. 1° Improbitas unde dicatur, *Job*, 353, 1. Improbitas studio assumpta pejor est feritate naturali, V, 535, 2. Ejus natura et indoles describitur, VI, 105, 2 et seq.: *Anima impii* (hebraice *rasca*, *improbi*) *desiderat malum, non miserebitur proximo suo.* Improbi et probi tres notæ, IX, 415, 2: *Oculus malus ad mala, et non satiabitur pane, sed indigens, et in tristitia erit super mensam suam.* Improbus accipitur pro *importunus*, 391, 2: *Ne improbus sis, ne impingaris, et ne longe sis ab eo, ne eas in oblivionem.*

2° Improbitas modica magnam virtutem inficit, cum contra, magna virtus parvam improbitatem mutare non possit, XIV, 345, 1: *Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur? et responderunt sacerdotes, et dixerunt: Contaminabitur.* Improbis dulcescit malum, *Job*, 424, 2: *Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi, et non derelinquet illud; et celabit in gutture suo.* Improbitatis impotentia insatiabilis, IX, 262, 2 (*Vide* IMPIUS, MALUS, PECCATOR).

IMPROPERIUM. Improperium abrumpit amicitiam, X, 590, 1, 2.

Improperium Christi quod respexit Moses, sunt opprobrium et tribulationes, XIX, 484, 1. Improperia Christi in Parasceve unde petita sint, XIV, 130, 1, 2.

IMPRUDENS, IMPRUDENTIA. Imprudentiam causat ebrietas, X, 139, 2: *Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, et faciens vulnera.* Imprudentiæ actus et vitia, XX, 352, 2: *Estote ergo prudentes, et vigilate in orationibus.* Imprudens sibi præfidens, alios renuit consulere, V, 360, 2: *Viri stulti recta in oculis ejus; qui autem sapiens est, audit consilia.* In suis actionibus sæpe impingit, VI, 3, 2; 4, 1: *Ubi non est scientia animæ, non est bonum; et qui festinus est pedibus, offendet.* In damna incidens, Dei providentiam accusat, non se, 5, 1: *Stultitia hominis supplantat gressus ejus; et contra Dominum fervet animo suo.* Temere omnia effutit, et nihil secreti servat, 9, 1: *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit; qui autem possessor est mentis, diligit animam suam; et custos prudentiæ inveniet bona.* Imprudens studiose congesta a parentibus statim consumit prodigaliter, 117, 1, 2: *Thesaurus desiderabilis, et oleum in habitaculo justi, et imprudens homo dissipabit illud* (*Vide* STULTUS).

IMPUDENTIA. 1° Impudentia nascitur ex gula et libidine, IX, 598, 2: *Aufer a me ventris concupiscentias, et concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, et animæ irreverenti et infrunitæ ne tradas me.*

2° Ejus effectus et noxa, IX, 598, 2. Mater est impudicitiæ, X, 13, 1. Impudentia mater est scelerum, VI, 28, 1. Impudentia propria meretricum est, V, 264, 1. Abjicit pudorem et virtutem, V, 392, 2: *Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam; qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.* Impudentia socia est incorrigibilitatis, XVIII, 190, 2. Impudentiæ exempla, XII, 38, 2; 39, 1: *Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Impudentia hæreticorum, XXI, 203, 1.

3° Impudentes aliter admonendi, aliter verecundi, V, 533, 2: *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.*

IMPUDICITIA, IMPUDICUS (*Vide* LUXURIA, LUXURIOSUS).

IMPULSUS. Impulsus Spiritus sancti vis, VII, 292, 2: *Non est in hominis potestate prohibere spiritum.* Impulsus cordis ad bonum assidue a Deo petendus, IX, 595, 2: *Quis superponet in cogitatu*

meo flagella, et in corde meo doctrinam sapientiæ, ut ignorationibus eorum non parcant mihi, et non appareant delicta eorum?

IMPUNITAS. 1° Impunitas peccandi magnum malum est, IX, 586, 1. Impunitas gravis Dei punitio est, XII, 540, 1. Impunitas luctuosa et gravis peccanti est, XIV, 201, 2. Impunitas infelicitatem affert, XVIII, 215, 2. Ipsa maxima peccandi illecebra est, XIII, 529, 2. Impunitas peccandi est peccatoris lectus, et signum reprobationis, XXI, 58, 2.

2° Impunitas impiorum plurimos offendit, *Job*, 499, 1: *De civitatibus fecerunt viros gemere, et anima vulneratorum clamavit, et Deus inultum abire non patitur.* Impunitum nihil relinquit Deus, IX, 175, 1: *Ne dixeris: Peccavi, et quid mihi accidit triste?*

IMPURITAS, IMPURUS. Impuritas animi Deo placere nequit, VI, 18, 2. Impuritas comes hæresis et falsæ religionis, IV, 414, 1. Impuri puros impuros esse judicant, VI, 3, 2.

IMPUTARE. Imputantur nobis Christi opera quomodo, XVIII, 21, 2. Imputare fidem *ad justitiam*, vel *pro justitia*, aliud est quam imputare justitiam, 81, 1. Deum non imputare alicui peccatum, est aliquem peccato carere, 82, 1, 2 (*Vide* FIDES, JUSTITIA).

INANIMA. Inanima tribus modis se movent, XII, 462, 1. Inanima laudant Deum non ore, sed opere, XIII, 47, 2 et seq.

INAURIS. 1° Inaures proprie quid sint, et cur primo adhibitæ, XI, 140, 2. Inauris super os erat monile e fronte in nasum dependens, XII, 611, 1, 2. Cur dicatur inauris, *ibid.* Inaures priscorum quales essent, VI, 267, 1. Eis insculpebatur nomen Dei vel rei summe amatæ, *ibid.*, 2. Inaures deorum imaginibus ornabantur, I, 328, 1. Erant insigne nobilitatis, VI, 267, 2.

2° Inaures quid tropologice significent, XII, 611, 1, 2. Symbolum sunt correptionis, VI, 267, 2. Item obedientiæ, VI, 268, 1; *Job*, 792, 2. Et pacis, *ibid.*

INCARNATIO (*Vide* JESUS CHRISTUS).

INCENDIUM. Incendia multa modo sub terra latent, quæ in fine mundi erumpent, XXI, 204, 2. Incendium peccatorum quale futurum in die judicii, XI, 246, 2.

Incendium animæ quam noxium, XIII, 445, 2.

INCENSUM. Incensum idem est quod thymiama; id Deo bis per diem offerebatur, X, 461, 2. Incensum sunt victimæ incensæ, XI, 112, 1. Incensum quomodo elevatio manuum vocetur, XIX, 202, 1.

INCERTITUDO. 1° Incertitudo amoris et odii Dei, VII, 305, 1, 2: *Sunt justi atque sapientes, et opera eorum in manu Dei, et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit.* Incertitudo gratiæ et perseverantiæ, XIX, 45, 2: *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, ... ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis ejus et societatem passionum illius, configuratus morti ejus. Si quomodo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis.* Incertitudo gratiæ et prædestinationis in Paulo, XVIII, 335, 2: *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo: ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Incertitudo gratiæ magna, *Job*, 235, 1: *Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, et tædebit me vitæ meæ.* Nemo potest sine speciali Dei revelatione scire se esse in gratia, *ibid.* Hæc incertitudo semper pios timere cogit, XVIII, 343, 1: *Qui se existimat stare, videat ne cadat;* XIX, 32, 1, 2: *Itaque, charissimi mei, non ut in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore vestram salutem operamini.* Ob gratiæ incertitudinem merito sanctos tædet vitæ hujus, *Job*, 235, 2 (*Vide* GRATIA).

2° Incertitudo voluptatis, VII, 20, 1.

3° Incertitudo diei mortis, XIX, 135, 2 et seqq.: *De temporibus autem et momentis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis, ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet.* Incertitudo mortis Dei timorem suadet, *Job*, 228, 2.

INCESSUS. Incessus magna cura habenda, quia ex eo colligitur animus, XIII, 594, 1. Incessus pompaticus a Prophetis suggillatur, *ibid.*: *Væ qui opulenti estis in Sion, et confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel.* Incessus gravis vel vagus index est animi maturi vel inconstantis, X, 15, 1: *Columnæ aureæ super bases argenteas, et pedes firmi super plantas stabilis mulieris.* Incessus sit verecundus et modestus, IX, 542, 2: *Amictus hominis et risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de illo.*

Incessus bonus et felix quid denotet, VI, 467, 2. Incedentia feliciter quatuor, 466, 1. Quid denotent, 467, 2: *Tria sunt quæ bene gradiuntur, et quartum quod incedit feliciter; leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum: gallus succinctus lumbos suos: et aries, nec est rex qui resistat ei.*

INCESTUS. Incestus habet quadruplicem enormitatem, II, 115, 2 et seq. Ex lege Moysis ei erat constituta pœna ignis, 130, 2. Ejus vindicati per parricidium et sui ipsius occisionem, exempla, *ibid.* Incestus a Deo punitus, IV, 488, 2. Puniit eum Deus sæpe orbitate, II, 131, 2.

INCIPERE, INCIPIENTES. Incipiendum a Deo, III, 29, 1. Incipienda sunt a Deo omnia, XVIII, 43, 2: *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum.* Sed bene incipere non sufficit, nisi bene finiatur, 356, 1, 2. Incipiendum semper in studio virtutum, IX, 502, 2 et seq.: *Cum consummaverit homo, tunc incipiet; et cum quieverit, operabitur.*

Incipientibus in via perfectionis, quæ sectanda,

XV, 428, 1. Incipientes in fide et virtute, quando prophetent moraliter, XIII, 508, 1 : *Et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ ; senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt.* Incipientium tentatio est putare se esse perfectos, XIX, 46, 1 : *Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim ; sequor autem, si quomodo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Jesu.* Eorum status animalis est, proficientium rationalis, perfectorum spiritualis, XVIII, 265, 1 : *Quæ et loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei.*

INCIRCUMCISUS. Incircumcisus in Scriptura idem est quod immundus, durus et ineptus, II, 180, 2. Incircumcisus et immundus quid mystice et symbolice significent, XI, 615, 1, 2. Ab incircumcisis occidi probrosum erat apud Judæos, XII, 705, 1.

INCLEMENTIA. Inclementia in alios signum est animi imperfecti, XVIII, 574, 1 : *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.*

INCLINATIO. Inclinationes animæ quare indagandæ sunt, antequam quis alicui officio aut statui applicetur, X, 264, 2 et seq. : *Fili, in vita tua tenta animam tuam : et si fuerit nequam, non des illi potestatem.* Eæ noscendæ ad perfectionem aspirantibus, IX, 50, 1, 2. Inclinationes vitiosas sentire coguntur et justi, XVIII, 126, 1 : *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati.* Inclinatio hominum circa divites et miseros, VII, 177, 2.

INCLUSOR. Inclusores qui dicantur, XII, 189, 1.

INCOGITANTIA. Incogitantia numinis est origo omnium scelerum, XI, 570, 1 (*Vide* Deus).

INCOGNITUS. Incognitus nobis cur sit Deus, XVII, 326, 1 (*Vide* Deus, cap. III, art. II, § V). Incogniti multi mundo, noti sunt Deo, V, 289, 1 ; XVIII, 458, 2 : *Sicut qui ignoti, et cogniti.*

INCOMPREHENSIBILITAS (*Vide* Deus, cap. III, art. II, § V).

INCONSIDERATIO. Inconsideratio et incontinentia loquendi sæpe causant peccatum, IX, 602, 2 : *Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum, est enim in illa verbum peccati* (*Vide* Lingua, Loquela).

INCONSTANS, INCONSTANTIA. 1° Inconstantia solis, ventorum et fluminum, VII, 57, 1.

2° Inconstantia hominum, III, 387, 1. Inconstantia appetitus hominum VII, 137, 2 : *Tempus dilectionis et tempus odii, etc.*; *Job*, 318, 2 et seq. : *Qui quasi flos egreditur et conteritur, et nunquam in eodem statu permanet.* Inconstantia quanta sit in homine cogitationum et appetituum, XX, 371, 2 : Inconstantia mulieribus est familiaris, XIX, 295, 1. Item hæreticis in suis dogmatibus, XVIII, 634, 1, 3 : *Ut jam non simul parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Inconstantia hominum a peccato originali accessit, IX, 351, 2 : *Sta in testamento tuo, et in illo colloquere, et in opere mandatorum tuorum veterasce.*

3° Inconstantes similes sunt avibus vagis, X, 244, 1, 2 : *Quis credit ei qui non habet nidum, et deflectens ubicumque obscuraverit, quasi succinctus latro exiliens de civitate in civitatem?* Sunt velut lunatici, XV, 135, 2. Et similes arenæ, 216, 2. Sunt labruscæ, XI, 153, 2. Inconstantiæ typus, XV, 283, 1 : *Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?* Inconstantiæ et mutabilitatis adagia, IX, 182, 1 : *Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui et scientia, et prosequatur te verbum pacis et justitiæ*, XV, 283, 2. Inconstantes tempore Antichristi futuri, per atrium templi Salomonis denotantur, XXI, 222, 2.

4° Inconstantia et temeritas quantopere vitandæ sint, II, 268, 1. Inconstantes in verbis sibi et aliis noxam creant, VI, 323, 2 : *Lingua fallax non amat veritatem : et os lubricum operatur ruinas.* Inconstantes misere pereunt, IX, 352, 1, 2.

5° Inconstantia et instabilitas mundi et mundanorum, VII, 29, 1 ; XII, 727, 1, 2. Inconstantia fortunæ et felicitatis hominum, VII, 186, 2 et seq. Inconstantia et instabilitas voluptatis hujus mundi, VII, 19, 1.

INCONTINENS. Incontinentes cur velit Paulus nubere, XVIII, 304, 1, 2.

INCORRIGIBILIS, INCORRIGIBILITAS. Incorrigibilitas signum est obstinatæ mentis, XVIII, 190, 2. Incorrigibiles etiam ad meliora trahendi, XX, 686, 1 : *Et hos quidem arguite judicatos : illos vero salvate, de igne rapientes. Aliis autem misereminì in timore, odientes et eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.* Incorrigibiles an et quando docendi et corripiendi sint, V, 258, 1 : *Qui erudit derisorem, ipse injuriam sibi facit : et qui arguit impium, sibi maculam generat.*

INCORRUPTIO. Incorruptio est causa æternitatis, XIX, 188, 2.

INCREDIBILIS. Incredibilis sæpe in Scriptura sumitur pro *incredulus*, V, 558, 1.

INCREDULITAS, INCREDULUS. I. Incredulitatis causæ. — 1° *Pusillanimitas*, I, 483, 1 : *Narravit ergo Moyses omnia filiis Israel, qui non acquieverunt ei, propter angustiam spiritus, et opus durissimum*; 557, 1 : *Dixerunt ad Moysen:... Nonne est iste sermo quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes : Recede a nobis ut serviamus Ægyptiis? Multo enim melius erat servire eis, quam mori in solitudine* ; IX, 106, 1, 2 : *Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo, et ideo non protegentur ab eo* ; XX, 461, 1 : *Pellicientes animas instabiles.*

2° *Cæcitas*, XII, 56, 1 : *Audi, popule stulte, qui*

XI, 683, 2. India ·eatæ Virgini est a Lusitanis dedicata, V, 214, 1.

INDIFFERENTIA. Indifferentia opera media sunt inter virtutem et vitium, VIII, 21, 1, 2. In indifferentibus cuique liberum suam opinionem sequi, XVIII, 230, 1..

INDIGENS (*Vide* PAUPER).

INDIGNATIO. Indignatio significat aliquando justum Dei judicium, *Psalm.* I, 170, 1, 2. Indignatio Christi Lazarum resuscitaturi erat in mortem et diabolum, et contra Judaicam perfidiam, XVI, 492, 1. Causa ejus erat Lazari mors, et sororum et aliorum ploratus, 492, 2.

Indignatio indignantem non sinit quiescere, IV, 379, 2 (*Vide* IRA).

INDIGNUS. Indigni non sunt ad prælaturas promovendi, VI, 301, 2 : *Claudus pedibus, et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.* Indignum ordinans, ejus peccatorum fit particeps, XIX, 248, 2 et seq.: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* (*Vide* ORDINIS SACRAMENTUM, SACERDOS). Indignis non sunt conferendi honores, IX, 372, 1. Indignis non est benefaciendum, 367, 2: *Si benefeceris, scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa.* Id tamen quandoque fieri solet, 368, 2.

INDISCRETUS. Indiscretus et nimius in corpore edomando et mortificando cur dici possit sacrilegus, XVIII,. 202, 1 : *Rationabile obsequium vestrum.*

INDOCTUS. Indocti nomen meretur superbus, VI, 120, 1 : *Superbus et arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* Indoctis docendi munus committi non debet; 295, 2: *Quomodo nix in æstate, et pluviæ in messe, sic indecens est stulto gloria.* Indocti pii potiores sunt doctis impiis, V, 353, 2. Indoctus probus melior est docto improbo, IX, 538, 2 et seq.: *Melior est homo, qui minuitur sapientia, et deficiens sensu in timore, quam qui abundat sensu, et transgreditur legem Altissimi* (*Vide* DOCTUS, IGNORANTIA, SCIENTIA).

INDOLES. Indoles prolium a matre potissimum pendet, XIII, 285, 1. Indoles melior an sit sortis melioris et fortunæ causa, X, 168, 1: *Quare dies diem superat, et iterum lux lucem, et annus annum a sole?* Secundum suam indolem quisque est regendus, 94, 2. Indoles in consilio ejus qui consulitur spectanda est, 255, 2 : *Cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei: cujus anima est secundum animam tuam, et qui cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi.*

INDUERE, INDUMENTUM. *Induere* Hebræis significat copiose aliqua re perfundi et imbui, XVIII, 27, 2; 547, 2: *Quicumque enim in Christo, baptizati estis, Christum induistis.* Verbum *indui* quid proprie significet, *Job*, 185, 1: *Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris.* Induere novum hominem et veterem, Christum et Adamum, quid sit, XVIII, 226, 1 : *Induimini Dominum nostrum Jesum Christum*; 640, 1 : *Induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.* Indumentum christiani est externa virtus, 226, 1.

INDULGENTIÆ. Indulgentiæ ecclesiasticæ astruuntur, XVIII, 427, 2. Non dabantur olim, nisi bona pars pœnitentiæ esset expleta, *ibid.* Dantur e thesauro Ecclesiæ, XIX, 80, 2. Indulgentias dare potest Romanus pontifex, XVI, 646. 2. Indulgentiæ dantur defunctis per modum suffragii, XV, 371, 2 et seq. Indulgentias cur multi non lucrentur, 320, 2.

INDUSTRIA. Industria et industrius quid proprie sint, V, 25, 1; VII, 344, 1, 2. Industriæ emblema, VII, 344, 1, 2. Industria in bello plus valet robore, VI, 68, 1. Ipsa domum ædificat, 216, 1. (De industria, *vide* ECCL., cap. XXXVIII, vers. 28-36).

INEXISTENTIA. Inexistentia divinarum personarum, XVI, 646, 2 (*Vide* TRINITAS).

INERS, INERTIA. Iners quis proprie sit, IX, 577, 1. Iners mavult mendicare, quam honesto labore victum sibi comparare, X, 343, 2 : *Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victus; alit enim animam suam cibis alienis.*

Inertia corporalis et spiritualis est fugienda, V, 161, 2 et seq.: *Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, ut dormias. Et veniet tibi quasi viator egestas, et pauperies quasi vir armatus.* Inertia quæ paret mala, X, 343, 2 : *In ore imprudentis conculcabitur inopia, et in ventre ejus ignis ardebit.* Quam sit periculosa, IX, 516, 3 : *Homo sapiens in omnibus metuet, et in diebus delictorum attendet ab inertia.* Inertia hominis vires addit diabolo, XX, 395, 2 (*Vide* OTIUM, PIGRITIA).

INFALLIBILITAS. Infallibilitas fidei orthodoxæ, XVIII, 518, 2 : *Licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.*

INFAMIA, INFAMIS. Infamia impiorum putredo est, V, 281, 2 : *Memoria justi cum laudibus; et nomen impiorum putrescet.* Unde ipsa oriatur, *ibid.* Infamia ex lucro injusto contracta apud viros bonos nunquam eluitur, XIII, 449, 2. Infamiæ metus angit iniquarum opum possessores, VI, 101, 1: *Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere judicium.* Infamia parentum etiam in filios redundat, et vice versa, V, 528, 1 : *Corona senum, filii filiorum; et gloria filiorum, patres eorum.* Infames generant posteros serpentinos, V, 282, 1. Infamiæ in honore secuturæ memor esto, IX, 355, 1 : *In die bonorum ne immemor sis malorum; et in die malorum non immemor sis bonorum.*

INFANS, INFANTIA. 1° Infans quis proprie et abusive dicatur, XX, 543, 2. Infans dicitur qui fari non potest, XVIII, 393, 1. Infans dierum quis dicatur litteraliter et mystice, XI, 743, 1, 2.

2° Infantes Aristoteles docet in utero attrahere alimentum per umbilicum et inde nutriri et augeri, VIII, 421, 1; XII, 605, 1, 2. Infans nascens primo caput emittit, VIII, 421, 2. Causæ vagitus infantium recens natorum, 422, 1. Infantes masculi recenter nati juxta quosdam ingeminant A, quæ est prima littera Adæ; femellæ vero vagiendo ingeminant E, quæ est prima littera Evæ, XV, 653, 1, 2. Juxta Ariam Montanum infantes in quacumque gente vocem hebraicam יה, *iah*, sonant, quod est nomen Dei, et abreviatum *Jehova*, XV, 466, 2. Prima infantium vox sit pia, XV, 466, 2. Infantes loqui nescii Christo triumphanti etiam acclamarunt, 466, 1. Infantes recens nati cur excipiat terra, XVI, 58, 1; XII, 607, 1. Romani pueros recens natos deponebant in terram quatuor de causis, VIII, 421, 1. Infans cur fasciatur, 422, 2. Infantes similes sunt ranis, in quo, I, 501, 1. Infantes nutricum indolem et vitia sugunt, XIII, 285, 1, 2. Infantibus proprie nocet fascinum, XVIII, 527, 1 (*Vide* PUER).

3° Infantes nascuntur in peccato originali, XVI, 340, 2. In Adamo peccarunt, etsi non actualiter, XVIII, 97, 2. Ejus peccatum actuale ipsis proprium, 450, 2 et seq. Infantes ob peccatum originale obnoxii pœnæ damni, 102, 1. Infantes in peccato originali mediam sententiam accipiunt, XV, 534, 1, 2. In judicio circa opera non examinabuntur, XVIII, 451, 1 (*Vide* PECCATUM ORIGINALE).

4° Infantibus fidelium baptismus non est minus necessarium quam aliis, XVIII, 192, 2. Infantes baptizandi sunt, licet rationis usu carentes, XVI, 339, 1, 2. Infantes per sacramentum Baptismi ex opere operato justificantur, XII, 226, 2. Infantes plures martyres, 226, 2; 393, 2. Olim eis dabatur Eucharistia, XV, 401, 2; 403, 2. Id jam vetitum est, *ibid.* Infantes fidelium olim *Alleluia* proferre docebantur, XXI, 333, 2. Infantes fuere sæpe innocentiæ falso accusatorum judices, XIII, 185, 2. Infantes quare Deus interdum in communi clade et strage interfici sinat, XII, 571, 2.

INFANS CHRISTUS. Infans Patris an Christus proprie dicatur, XXI, 124, 1. Liber *De Infantia Salvatoris* est apocryphus, XVI, 85, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS).

INFANTFS INNOCENTES. Infantes Bethlehemetici cur cæsi a bimatu, XV, 85, 1. Quantum hoc tempus complectatur, XV, 2. Eorum cædes contigit decimo quinto mense a nato Christo, *ibid.* In *Commentario in Lucam* Cornelius asserit istud infanticidium duobus mensibus post purificationem beatæ Virginis contigisse, XVI, 81, 1. Quo pacto omnes necati, 86, 2 et seqq. Idque circa Pascha, 87, 1. Occisi sunt quatuordecim millia, 87, 2; XXI, 271, 1. Sunt martyres, *ibid.* Innocentes martyres non habuerunt voluntatem martyrii, sed ex opere martyrii mercedem consecuti sunt, XII, 326, 2. Iis usus rationis non est acceleratus, XV, 88, 2. Fuere quasi agni paschales, quia circa Pascha cæsi, 88, 1. Et flores martyrum, *ibid.*, 2. Infanticidium Herodis a Jeremia describitur ad litteram, XII, 225, 2. Innocentium cædes fuit causa obsidionis Jerusalem, 676, 1.

INFERI. Inferi qui flectant genua Jesu, XIX, 31, 1.

INFERIORA. Inferiora terræ ad quæ Christus descendit, sunt infernus, non sepulcrum, XVIII, 627, 1, 2. Quæ hæc sint spiritualiter, XIX, 55, 2.

INFERNUS. 1° VARIÆ VOCIS INFERNI IN SCRIPTURA ACCEPTIONES. — *Inferni* nomine quid in libro *Job* significetur, *Job*, 325, 1 : *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me donec pertranseat furor tuus?* Infernus quintupliciter dicitur, XII, 433, 2 : *Aperi oculos tuos et vide, quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est a visceribus suis, dabunt honorem et justificationem Domino.* Inferni nomine dicitur limbus, purgatorium et infernus proprie dictus, X, 58, 2 : *Mors illius, mors nequissima, et utilis potius infernus quam illa*; XVIII, 627, 2 : *Quod ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ?* Psalm. I, 79, 1 : *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* An infernus et mors aliquando pro una re sumantur, XIV, 228, 2 : *Qui dilatavit quasi infernus animam suam; et ipse quasi mors, et non adimpletur.* Infernus et mors apud Oseam mortuorum statum significant, XIIII, 462, 1, 2 : *Ero mors tua, o mors; morsus tuus ero inferne;* XVIII, 414, 2 : *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus ?* Ipse et mors velut socii pene semper conjunguntur, XXI, 360, 2 : *Et mors et infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant.* Quomodo dicantur missi in stagnum ignis, *ibid.*, 2 : *Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.* Infernus cur dictus gehenna et Topheth, XX, 336, 1. Cur vocetur orcus, XIV, 228, 1. Dicitur allegorice vallis ad orientem maris, XII, 771, 2. Ipse est anagogice pila, XIV, 281, 1. Anagogice Babylon est, 422, 2. In *Apocalypsi* inducitur velut persona per prosopopœiam, XXI, 38, 2. Inferni clavis quæ sit, 38, 1; 73, 1. Infernus pro limbis sumptus, vocatur silentium, unde, X, 99, 2. Item profundissimus, *Job*, 383, 2 : *In profundissimum infernum descendent omnia mea.*

II. INFERNUS QUANDO CREATUS, ET UBI SITUS. — 1° Infernus quomodo et quoto die mundi sit creatus, I, 49, 2; XI, 423, 1 : *Præparata est enim ab heri Topheth, a rege præparata, profunda, et dilatata.*

2° Infernus est ultima et ima pars mundi, V, 469, 1 : *Semita vitæ super eruditum, ut declinet de inferno novissimo.* Infernus est in centro terræ, XVI, 226, 1 : *In his omnibus, inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possunt, neque inde huc transmeare.* Infernus est sub terra, XX, 661, 2 ;

Angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni Dei, vinculis æternis sub caligine reservavit. Ejus situs describitur, XXI, 287, 2. Inferos veros et locales negant Lutherani multi, XXI, 202, 1.

III. Inferni pœnæ. — 1° *Inferni pœnæ omnia mala omnesque dolores comprehendunt.* Inferni pœna duplex, XV, 333, 1 : *Ibi erit fletus et stridor dentium.* Ejus atroces pœnæ, V, 200, 2 : *Viæ inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis.* Inferni pœnarum gravitas, XIX, 145, 1 : *In revelatione Domini Jesu de cœlo cum angelis virtutis ejus, in flamma ignis dantis vindictam iis qui non noverunt Deum.* Ejus pœna major est deliciis hujus vitæ, XXI, 326, 2 : *Quantum glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum.* Infernus est lacus iræ Dei, 286, 1, 2 et seqq. Est locus miseriæ, confusionis et horroris, *Job*, 259, 2 et seq, : *Antequam vadam ad..... terram miseriæ et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Est officina dolorum, 326, 1. Comparatur torculari uvis et botris pleno, XIII, 522, 1. Ollæ assimilatur, XII, 675, 2. Ejus horror quantus, XXI, 288, 1.

2° *Pœna ignis.* Primo. *In inferno est verus ignis.* Non solo igne cruciabuntur impii in gehenna, X, 320, 2 ; 321, 1 : *Ignis, grando, fames et mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt.* Sed is cruciatus primarius et essentialis est, *ibid.* Non fuit primario ad vindictam impiorum creatus, *ibid.* Primo et per se dæmonibus fuit paratus, postea consequenter etiam hominibus eos imitantibus, XV, 538, 1 : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus.* Ignis est in gehenna, XX, 149, 2; 663, 1 : *Sicut Sodoma et Gomorrha....... abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum ignis æterni pœnam sustinentes.* Ignis verus in inferno damnatos torquebit, XI, 423, 2 : *Nutrimenta ejus* (Topheth), *ignis et ligna multa : flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.* Calvinus asserit, sed falso, damnatos in inferno non alio igne aut pœna torqueri, quam quod apprehendant Deum sibi esse offensum, IX, 235, 1; XIX, 195, 1. Ignis impiorum quintuplex, IX, 567, 1 : *Stuppa collecta synagoga peccantium, et consummatio illorum flamma ignis.* Ignis optime exprimit furoris divini ardorem in damnatos, IX. 81, 2 ; 237, 2, Hinc pœnarum gehennæ symbolum est, IX, 451, 2 : *Apposuit tibi ignem et aquam : ad quod volueris, porrige manum tuam.* Ignis apte peccatorum luxuriam castigat, X, 321, 2.

Secundo. *Ignis inferni qualis naturæ*, Job, 437, 2 : *Devorabit eum ignis qui non succenditur*, XV, 537, 2. Ignis infernalis an corporeus sit, IX, 235, 1 et seq. : *Vindicta carnis impii, ignis et vermis.* Esse corporeum multis argumentis affirmatur, 236, 1 et seq. Quomodo agat in spiritus et animam adurat, IX, 237, 1 ; XVI, 224, 2 : *Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma*, XVIII, 443, 2. In distantissima agere potest, XV, 236, 2. Incendiorum gehennæ descriptio, XIV, 163, 1. Quo sensu a quibusdam Patribus dicatur spiritualis, XX, 663, 1, 2. Ignis noster a quo differt a gehennali, IX, 236, 2. Incorruptibilis est, 237, 2. Est et sulphureus, cur, IX, 237, 2; XXI, 341, 2. *Et apprehensa est bestia, et cum ea pseudopropheta..... Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure;* 361, 2 : *Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Igni infernali quam vim Deus indiderit in dæmones et in damnatos, XXI, 209, 2. Est maxima pœnarum, IX, 238, 1. Ignis inferni et ignis purgatorii quomodo differant, XVIII, 273, 2. Inferni ignis est sine fumo, XXI, 279, 2. Inferni æstus et frigus qualia, *Job*, 504, 2; 505, 1 : *Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium, et usque ad inferos peccatum illius.*

Tertio. *Ignis inferni est inextinguibilis.* Ignis æternus Sodomæ quis', XX, 602, 2. Ignis inferni æternus et inextinguibilis, XI, 362, 1; XV, 106, 1 : *Paleas autem comburet igni inextinguibili.* Idem numero durat in æternum, XV, 106, 1 et seqq. Reprobos non absumet, 539, 2 : *Ibunt hi in supplicium æternum; justi autem in vitam æternam.* Erit velut sal corpora a corruptione præservans, 701, 1 : *Omnis enim igne salietur, et omnis victima sale salietur.*

3° *Pœna vermis*, An in inferno sint veri vermes, XI, 762, 2. Esse proprie dictos vermes multis argumentis probatur, XI, 767, 2 ; 768, 1, 2 : *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur: et erunt usque ad satietatem visionis omni carni.* In inferno probatur esse vermes corporeos, IV, 355, 2 : *Dabit enim ignem et vermem in carnes eorum ut urantur et sentiant in sempiternum;* IX, 238,2 et seq. : *Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis;* 311, 1 : *Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes, et bestias et vermes.* Tropologice, vermis est remorsus conscientiæ, 239, 1.

4° *Pœna tenebrarum.* Infernus est regio tenebrarum, VIII, 616, 1. In eo nulla est dies, XXI, 279, 2. Inferni tenebræ quadruplices, *Job*, 259, 2 : *Antequam vadam ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine, terram miseriæ et tenebrarum.* Unde infernus sit tenebrosus, XV, 226, 1 : *Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Quare vocentur tenebræ exteriores, XV, 225, 2 et seq.

5° *In inferno sunt odia, rixæ, pugnæ perpetuæ tam dæmonum quam hominum inter se*, VI, 374, 1.

6° *Infernus carcer est*, XX, 336, 1.

7° *Pœnæ inferni sunt æternæ.* Infernale tormentum inde adaugetur, quod nunquam inde egredi

liceat, XII, 178, 1: *In terram, ad quam ipsi levant animam suam ut revertantur illuc, non revertentur.* Inde anima nulla egredi potest, nisi speciali privilegio, XVIII, 121, 1, 2. Et tunc suum infernum secum fert, *ibid.* In inferno nulla est redemptio, V, 318, 1: *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes; et exspectatio sollicitorum peribit;* XX, 336. 1. In eo non est pœnitentia, X, 349, 2: *Non est autem in inferno accusatio vitæ.* Nemo ibi vitæ brevitatem vel longitudinem potest accusare, nec ob eam damnabitur, *ibid.* Infernus est regio mortis, V, 199, 2 et seq.: *Viæ inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis.* Cur dicatur perditio, 455, 1: *Infernus et perditio coram Domino.* Infernus est sepulcrum, XI, 159, 2 et seq. Cur vocetur abyssus, XXI, 199, 2: *Vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, et data est ei clavis putei abyssi*, 287, 1.

IV. Quales homines infernus suscipiat. — Infernus non est per se primitus institutus a Deo, sed post, ad punienda peccata hominum, VIII, 295, 2: *Non est in illis* (nationibus) *medicamentum exterminii, nec infernorum regnum in terra.* Infernus scopus impiorum est, V, 39, 1: *Deglutiamus sicut infernus viventem, et integrum quasi descendentem in lacum.* Domus est libidinosorum, 68, 1: *Inclinata est ad mortem domus ejus, et ad inferos semitæ ipsius.* Et sentina malorum, 140, 1, 2. In inferno impietas cum omnibus impiis quasi in amphora constipata est, XIV, 421, 1. Infernales ignes multi in vita sibi et aliis paratos viderunt, XII, 732, 1, 2: *Dedi terrorem meum in terra viventium.*

V. Quam multos contineat infernus. — Inferni capacitas, profunditas, insatiabilitas describitur, XI, 159, 2: *Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino;* 423, 1, 2: *Præparata est ab heri Topheth, a rege præparata, profunda, et dilatata.* Inferni anima est capacitas sua, 159, 2. Ejus longitudo et latitudo quanta, XXI, 286, 2: *Et exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.* Infernus et mors sunt insatiabiles, VII, 46, 2. Infernus est insaturabilis, VI, 441, 2.

VI. Quibus mediis infernus vitari possit. — Ignis inferni quantopere sit timendus, I, 251, 1. Inferni consideratio est arx fortissima adversus peccatum, Job, 325, 2: *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus?* Nos ad inferni cogitationem admonent montes ignivomi, *ibid.*, et 326, 1. Item febres et morbi, 326, 1. Ejus cogitatio stimulus est ad vitiorum fugam et studium virtutum, XV, 540, 1, 2. Infernus ab obediente vincitur, VI, 127, 1. Ejus oblivio causa damnationis multorum, *ibid.* Inferni pericula qui non advertant, Psalm. II, 279, 1: *Circumdederunt me dolores mortis, et pericula inferni invenerunt me; tribulationem et dolorem inveni.* Inferni dolores subire quidam optabant justi, ut ex eo animas liberarent, VIII, 220, 2: *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.*

INFIDELITAS, INFIDELIS. 1° Infideles veras virtutes non habent, IX, 10, 2. Omnia tamen eorum opera non sunt peccata, X, 207, 1; XIV, 345, 1; XVI, 561, 1, 2; XVIII, 235, 1; 350, 1, 2; XIX, 327, 1. An nihil boni facere possint, XIX, 327, 2. Infideles solo concursu generali possunt de Jesu habere cogitationem bonam, sed non prout ad remissionem peccatorum, gratiam et finem supernaturalem necesse est, XVIII, 372, 1. Cur iis nullus cibus mundus, XIX, 327, 2. Infideles non pertinent ad fideles, in die judicii non justificabuntur, XV, 435, 1. Omnes damnationem incurrunt, XVI, 190 2. Infideles ab Ecclesia puniri vel excommunicari nequeunt, XV, 407, 2. Infideles mystice sunt Idumæi, XIV, 5, 2. Infideles sunt civitates diaboli, Psalm. I, 53, 1. Infideles fidem et fideles persecuti sunt, XVI, 181, 1. Infidelitas hominum Dei fidem non evacuat, XVIII, 67, 2. Infidelitas per luxuriam punitur, V, 268, 1, 2. Infidelitatis pœna, libidinum monstra, XVIII, 54, 1, 2.

Infideles etiam angelum bonum custodem habent, XVII, 233, 1. Infideles per aquas baptismi sanitatem et salutem mentis recipiunt, quam non habebant, XII, 852, 1.

2° Infidelium commercia vitanda, XIII, 460, 1. Cum infidelibus perversisque hominibus non conversandum, IV, 286, 2. Quatenus odio prosequendi sint, et de eorum malo quatenus gaudendum, IX 676, 1. Pro iis orandum, XIX, 194, 2 (*Vide* Gentiles).

Infidelem uxorem non ducat Christianus, VI, 20, 1. Infidelis cum fideli conjuge juxta legem Ecclesiæ habitare nolens, censetur hoc ipso velle discedere, XVIII, 308, 2. Quando infidelem conjugem liceat dimittere, 307, 2. Infidelitas jam impedit et dirimit matrimonium (*Vide* Matrimonium).

3° Infidelitas per oppositionem fidelitati sumpta. Infidelitas dicitur in Scriptura adulterium, XV, 311, 1: *Generatio mala et adultera signum quærit.* Infidelitas in omnibus creaturis invenitur, VII, 19, 2 et seqq. Infidelis pauper est, etsi totum possideat mundum, V, 525, 1, 2. Infidelitas rempublicam evertit, 529, 2.

INFIDUS. Infidus fidentem in se fallit die angustiæ, VI, 278, 1. Nemo ei fidit, *ibid.* Infidus ob perfidiam in lites et graves pœnas incidet, V, 546, 2.

INFIRMITAS, INFIRMUS. 1° *Infirmitas sumpta pro ægritudine.* Infirmitas sæpe merita adauget, X, 273, 2: *Fili, in tua infirmitate non despicias teipsum; sed ora Dominum, et ipse curabit te*, 276, 2. Infirmitas docet hominem orare, XI, 669, 2. Quomodo infirmus corporaliter, spiritu sit firmus, et cœlestibus se totum addicat, XVIII,

506, 1. Quomodo Lazari infirmitas fuit ad gloriam Dei, XVI, 485, 1. Infirmi non est medico præscribere modum quo curetur, *Job*, 143, 2 : *Ipse vulnerat et medelur : percutit, et manus ejus sanabunt* (*Vide* ÆGER, MORBUS).

2° *Infirmitatem phrasi hebraica pro omni dolore sumit Paulus*, XVIII, 503, 1, 2. Infirmitas non est molesta patienti, sed pati nolenti, XVIII, 441, 2.

3° *Infirmitates spirituales. Primo.* Infirmitates novem ortæ ex peccato, 141, 1 : *Similiter autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Infirmitates quomodo placere debeant, 506, 1 : *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.* Earum utilitas, 506, 1. Infirmi vocantur quorum conscientia erronea, XVIII, 227, 1 : *Infirmum in fide assumite.*

Secundo. Infirmitates nostras in se suscepit Deus ut eas curaret, XVI, 510, 1 : *Nunc anima turbata est, et quid dicam?* Infirmitatum quatuor genera suscepit Christus, XIV, 391, 2 : *Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.* Unde id colligatur, 394, 1, 2 : *Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.*

Tertio. Infirma mundi elegit Deum, ut confundat fortia, XIII, 27, 1, 2; 616, 1; 617, 1; XVIII, 257, 1. In infirmis Deus robur suum constituit, XIV, 506, 2 : *Salvabit Dominus tabernacula Juda, ut non magnifice glorietur domus David.* Infirmi contra eos quibus Deus irascitur, robusti sunt, XIII, 485, 2. Infirmi spem suam in Deo constituant, X, 473, 2.

Quarto. Infirmitates proximi ferendæ sunt, XVI, 375, 1 : *Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum, et ambula*; XVIII, 573, 1 : *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.* Infirmitatem proximi sui portet fidelis, XIV, 353, 2. Infirmitatem suorum ferant confessarii et concionatores, XVII, 373, 2 et seqq. : *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos.* Infirmiores quomodo regendi, XVIII, 555, 1 : *Vellem autem esse apud vos modo, et mutare vocem meam.*

Quinto. Infirmitatis nostræ cum potentia Dei collatio, *Psalm.* II, 394, 2. Infirmitas humana etiam strenuissimos et peritissimos artis suæ aberrare facit, IV, 457, 1, 2. Infirmitatis propriæ agnitio est optima tentationes vincendi ratio, IX, 93, 2; 94, 1. Infirmitatis propriæ agnitio est fortitudo mentis, XVIII, 505, 2 et seqq. : *Nam virtus in infirmitate perficitur.*

INFORTUNIA. Infortunia dextre ferre est felicioris ingenii, quam ingentem prosperitatem regere prudentia, XIV, 204, 1.

INFRUNITUS. Infrunitus quid sit, et unde vox derivetur, IX, 598, 1, 2; X, 126, 1.

INFUSORIA. Infusoria candelabri erant parvi canales, per quos ex lampade oleum defluebat in lucernas; eorum numerus, situs, descriptio, XIV, 396, 2 et seqq. Septem infusoria mystice sunt septem sacramenta, 397, 1.

INGENIOSUS. Ingeniosi sunt verbis parci, sed factis efficaces, V, 297, 1 : *In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.* Ingeniosi quæ sint signa, 551, 1: *In facie prudentis lucet sapientia : oculi stultorum in finibus terræ.*

INGENIUM. Ingenium a quo dicatur, VIII, 478, 1: *Puer autem eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam.* Ingenium in calore consistit, XIII, 248, 1. Ingenii vis, potentiæ et effectus, V, 25, 1. Ipsum est habitus prudentiæ, *ibid.* Sæpe ex oculorum et vultus physiognomia cernitur, 551, 1. Ingenium hominis in ira, calice, crumena agnoscitur, XVIII, 648, 1. Ingenii velocitas laudatur in inveniendis consiliis in subito periculo, VI, 173, 1 : *Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.* Ingenia subtilia habent interdum aliquid amentiæ, I, 12, 2. Ingenia præcocia raro ad maturitatem perveniunt, XIII, 395, 1 : *Culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam.* Ingenium non est nimis vehementer urgendum, 475, 1 : *Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum; et qui vehementer emungit, elicit sanguinem.* Ingenio et scientiæ non est præfidendum, *Job*, 623, 1 : *Si putavi aurum robur meum, et obrizo dixi : Fiducia mea. Si lætatus sum super multis divitiis meis, et quia plurima reperit manus mea.* Ingenii genius quis, VIII, 478, 1.

INGLORIUS. Inglorius qua re quis fiat, X, 475, 2. Ingloria morte mortui, III, 178, 2.

INGLUVIES (*Vide* GULA).

INGRATITUDO, INGRATUS. 1° *Ingratitudinis vitium*, XVI, 234, 2: *Respondens autem Jesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? et novem ubi sunt? Non est inventus qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Ingratitudo maxime infame vitium, *Job*, 32, 1. Ingratitudo Israelitarum in Deum, 474, 2: *Qui dicebant Deo: Recede a nobis; et quasi nihil posset facere Omnipotens æstimabant eum; cum ille implesset domos eorum bonis.* Ingratitudo Judaici populi suggillatur, XI, 105, 1, 2 : *Filios enutrivi, et exaltavi : ipsi autem spreverunt me.* Ingratitudo nostra in non respondendo Christi erga nos charitati, XIX, 199, 2. Ingratitudo nostra fuit ex parte causa tristitiæ quam Christus in horto passus est, XV, 568, 2; 570, 2. Ingratitudo maxime æstimatur in quatuor peccatorum speciebus, scilicet in odio, apostasia, obstinatione et impœnitentia, 416, 2. Ingrati in benefactores columbis comparantur, XIII, 384, 2 : *Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor.*

2° *Ingratitudinis effectus et punitio.* Ingratitudo

siccat fluenta gratiarum, *Job*, 210, 2 : *Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Sic viæ omnium qui obliviscuntur Deum, et spes hypocritæ peribit.* Quanta animæ mala afferat, XIII, 408, 1. Ingratitudo post acceptam remissionem valde peccatum adauget, quomodo peccata præterita revocet, XV, 416, 1. Ingratitudo peccatorum mortalium est causa, 416, 2. Ob ingratitudinem venialem Deus hominem in peccatum mortale labi sinit, XI, 736, 2 : *Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis; indurasti cor nostrum ne timeremus te?* Ingratitudo in beneficium a Deo punitur, V, 536, 1, 2 : *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus.* Ingratitudinem impiorum sanctis compensat Deus, III, 410, 2. Ingrato an benefaciendum, IX, 367, 1; 368, 2 : *Si benefeceris, scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa.*

INGUNDIS. Ingundis regina maritum ab arianismo convertit, X, 13, 2.

INGURGITATIO (*Vide* GULA).

INIMICITIA, INIMICUS. 1° *Inimicitiæ inter homines causa et natura.* Inimicitia auctore diabolo in orbem prodiit, X, 248, 1, 2 : *O præsumptio nequissima; unde creata es cooperire aridam malitia et dolositate illius?* Inimicitia est ærugo ob septem analogias, IX, 375, 1 : *Non credas inimico tuo in æternum; sicut enim æramentum, æruginat nequitia illius.* Ejus virulentia, *ibid.*, et seq. Est serpens et fera, 379, 1 : *Quis miserebitur incantatori a serpente percusso, et omnibus qui appropiant bestiis? et sic qui comitatur cum viro iniquo, et obvolutus est in peccatis ejus?* Inimicitiæ fraternæ sunt aliis graviores, IX, 229, 2. Inimicitia inter amicos orta, est irreconciliabilis, molestissima est et periculosissima, VI, 262, 1. Inimicus ex amico factus, est truculentissimus, X, 248, 1, 2. Inimici Dei sunt inimici justorum, *Psalm.* I, 39, 1. Inimico manifesto pejor est fraudulentus amicus, *Psalm.* I, 358, 2; 359, 1. Inimici aperti minus nocent quam occulti, VI, 317, 2 : *Sicut noxius est, qui mittit sagittas et lanceas in mortem; ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, et cum fuerit deprehensus dicit: Ludens feci.* In quo nobis prosunt inimici, 235, 2. Prosunt etiam dum vitia nostra carpunt, 331, 1, 2 : *Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus.* Inimicos Deus justis amicat, V, 490, 2. *Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem*, V, 490, 2. Inimici justorum latrare possunt, mordere non possunt, *Psalm.* I, 21, 2 : *Percussisti omnes adversantes mihi sine causa; dentes peccatorum contrivisti.*

2° *Quomodo cum inimicis agendum.* Primo. *Non sunt odio habendi*, XVIII, 222, 2. De eorum ruina quatenus laudandum, VI, 235, 1, 2 : *Cum ceciderit inimicus, ne gaudeas, et in ruina ejus ne exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, et displiceat ei.* Inimici de morte et malis non est lætandum, IX, 267, 1 : *Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens quod omnes morimur, et in gaudium volumus venire.* Quando id liceat, *ibid.*

Secundo. *Inimici sunt diligendi*; IX, 676, 1; XI, 639, 1, 2 : *Et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit*; XVII, 37, 1. Inimicos diligere jubet lex naturæ, XV, 175, 2. Lex de diligendis inimicis visa Gentilibus impossibilis, sed est valde rationabilis, et per Dei gratiam servari commode potest, *Job*, 686, 2. Etiam lex evangelica, *ibid.* Eam docet Christus patiens, XV, 575, 1, 2. Inimici etiam proximi nostri sunt, XVI, 153, 1, 2 et seq. Inimicorum dilectio animum excelsum et regium facit, XX, 111, 1 : *Si tamen legem perficitis regalem secundum Scripturas : Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis.* In eorum dilectione sita est perfectio, et quare, XV, 177, 2 : *Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est.* Inimicos diligere est perfectionis cumulus, XIII, 498, 1.

Tertio. Inimici quomodo diligendi, *Job*, 627, 1 : *Si gavisus sum ad ruinam ejus qui me oderat, et exultavi quod invenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam ejus*; 686, 2. Diligendi sunt sicut Deus suos diligit, IX, 614, 1 : *Gloria magna est sequi Dominum; longitudo enim dierum assumetur ab eo.* Exemplo Christi in Eucharistia, nobis diligendi sunt, VI, 180, 1, 2. Amoris inimicorum novem sunt gradus, XV, 176, 1. Inimicorum dilectionis emblema est silex, 622, 2. Inimicitiæ sint mortales, amicitiæ immortales, IX, 195, 2.

Quarto. Inimici beneficiis afficiendi sunt, VI, 285, 2 : *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, da ei aquam bibere; prunas enim congregabis super caput ejus, et Dominus reddet tibi*; XVIII, 215, 2 et seq. Inimici quomodo sint cibandi, *ibid.* Inimicum vincendi optima ratio est eum vincere amore vel beneficiis, XIII, 430, 1 : *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Vincendi sunt patientia, XVIII, 216, 2 : *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* Inimicis benefacere apex est patientiæ et charitatis, XVI, 565, 1, 2. Pro iis vitam exponere summa est charitas, *ibid.*

Quinto. *Pro inimicis orare nos oportet exemplo Christi*, XV, 622, 2. Oratio quæ pro inimicis effunditur efficacissima est, XVII, 187, 1 : *Positis autem genibus, clamavit* (Stephanus) *voce magna : Domine, ne statuas illis hoc peccatum.*

Sexto. *Ab inimico cavendum*, IX, 377, 2 : *Non credas inimico tuo in æternum; sicut enim æramentum, æruginat nequitia illius*; 379, 1; 380, 1, 2: *Una hora permanebit tecum; si autem declinaveris, non supportabit. In labiis suis indulcat inimicus, et in corde suo insidiatur, ut subvertat te in foveam. In oculis suis lacrymatur inimicus, et*

si invenerit tempus, non satiabitur sanguine; et si incurrerint tibi mala, invenies illic eum priorem. Inimici quare cavendi sint, IX, 198, 1, 2: *Ab inimicis tuis separare, et ab amicis tuis attende.* In malis proximi gaudent, 374, 1.

Inimico reconciliato non facile credendum, IX, 375, 1, 2. Ejus virus, 376, 2. Ei vere in amicum converso credendum, 377, 1. Et si benefeceris, eum amicum reddes, *ibid.*, 2. Inimici in gratiam redeuntes se osculo excipiunt, XVIII, 512, 2.

3° *Inimici Dei, Ecclesiæ et animæ.* Inimici sunt Deus et mundus, XX, 176, 1 : *Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur.* Inimici nostri nihil magis oderunt quam Ecclesiæ propagationem. *Psalm.* II, 360, 2. Inimici animæ quinam sint, IX, 377, 2 (*Vide* ANIMA, ECCLESIA, MUNDUS).

INIQUITAS, INIQUUS. 1° *Quid sint iniquitas et iniqui.* Iniquitas an plus significet quam peccatum, XX, 530, 2 et seq. : *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate;* 567, 1: *Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas.* Iniquitas sæpe pro peccato quolibet et scelere capitur, 621, 1 : *Omnis iniquitas peccatum est; et est peccatum ad mortem.* Iniquitas sæpe capitur pro effectu et pœna iniquitatis, V, 272, 1, 2 ; XII, 536, 2 ; 748, 1. Iniqui et impii quomodo differant, VI, 115, 1 : *Pro justo datur impius, et pro rectis iniquus.* Iniquitates cogitare quid sit, *Psalm.* II, 423, 2 : *Qui cogitaverunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia.* Iniqui fœno, justi palmæ, cedro comparantur, *Psalm.* II, 131, 1 : *Justus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.* Iniqui sunt corpus mysticum dæmonis, *Job*, 762, 2. Iniqui in Scriptura vocantur *divites*, justi vero *pauperes*, 456, 2 : *Iste moritur robustus et sanus, dives et felix, viscera ejus plena sunt adipe, et medullis ossa illius irrigantur : alius vero moritur in amaritudine animæ absque ullis opibus , et tamen simul in pulvere dormient, et vermes operient eos.*

2° *Iniquitatis actus et indoles.* Iniquitatis origo in pauperibus et divitibus, *Psalm.* I, 476, 2 : *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis.* Iniquitates virum venantur, *Job* , 204, 2. Iniquitas bibitur ut aqua, 340, 2. *Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis ;..... Quanto magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem ?* Iniquitas est tenebricosa, 719, 1 : *Indica mihi..... in qua via lux habitet, et tenebrarum quis locus sit; ut ducas unumquodque ad terminos suos, et intelligas semitas domus ejus.* Iniquitas subservit electorum probationi, 488, 2 : *Ipse vero scit viam meam, et probavit me quasi aurum, quod per ignem transit.*

3° *Iniquitatis effectus et pœna.* Iniquitas non prosperat, V, 347, 2 : *Non roborabitur homo ex impietate, et radix justorum non commovebitur.* Iniquitas parit dolorem, 365, 2 : *Dolus in corde cogitantium mala; qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium; Job*, 106, 1 : *Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos ;* 288, 1. Iniquus semper dolet, 342, 2. Iniquitas semper est timida ; 343, 2 : *Sonitus terroris semper in auribus illius : et cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.* Iniquum mala conscientia perturbat et cruciat, 343, 1. Iniquitatis patratio facit ut non videatur bonum, V, 306, 2 et seq. : *Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum.* Ipsa impiorum viam reddit curvam, 317, 1 : *Justitia simplicis diriget viam ejus, et in impietate sua corruet impius.* Iniquus facile desperat , *Job*, 344, 1 : *Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspectans undique gladium.* Iniqui in alios, sævos etiam alios experientur, VI, 147, 1, 2 : *Qui seminat iniquitatem, metet mala, et virga iræ suæ consummabitur.* Iniquorum finis, *Psalm.* II, 130, 2 : *Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.* Iniquitas æternam semper, et sæpe præsentem mortem affert, V, 328, 2 et seq. : *Clementia præparat vitam, et sectatio malorum mortem.*

4° *Quomodo cum iniquis agendum sit.* Iniqui quomodo odio habendi et diligendi, *Psalm.* II, 325, 2 : *Iniquos odio habui, et legem tuam dilexi.* Inimicorum consortium meditationem verbi divini impedit, 326, 1: *Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei.* Iniquorum insidiæ dicuntur laquei, *Psalm.* I, 93, 1 : *Dolores inferni circumdederunt me : præoccupaverunt me laquei mortis* (*Vide* PECCATUM).

INITIUM. 1° Initium sæpe est idem quod origo et causa, IX, 313, 2. *Initium* vocat Scriptura quod erat ante tempora, IX, 629, 1; XIV, 117, 2. Initium significat etiam *summam*, *præcipuum*, item *principatum*, X, 79, 2 ; 80, 1. Initia mundi quæ vocentur, IX, 470, 2.

2° Initium sapientiæ est timor Dei, quo sensu, IX, 69, 1 et seq. Quæ initia sanctorum offerenda Deo, IX, 253, 2 ; 254, 1. Initio operis Dei opem implorant servi Dei, XIV, 117, 2. Initia omnia sunt ardua, V, 489, 2.

INJURIA. 1° *Injuriæ natura et effectus.* Injuria interdum capitur pro superbia, XI, 393, 1 : *Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim.* Injuria major est injuriam inferre, minor injuriam ferre, XIV, 201, 2 : *Usquequo, Domine, clamabo, et non exaudies ? Vociferabor ad te vim patiens, et non salvabis ? Quare ostendisti mihi iniquitatem et laborem, videre prædam et injustitiam contra me ?* Injuriæ potentiorum pauperi ferendæ, IX, 386, 1 : *Dives injuste egit et fremet, pauper autem læsus tacebit.* Injuria a fratre illata videtur esse acerbior, cur, V, 582, 1. Ab inimico illata gravis est, IX, 682, 2, et seq. Injuriæ judicibus illatæ principi quodammodo inf-

runtur, V, 553, 1 : *Non est bonum damnum inferre justo, nec percutere principem qui recta judicat.*

Injuria universis est periculosa, etsi facienti nihil afferat periculi, VI, 42, 1. Injuria prior subinde invitat, subinde vitat novam, 280, 2. Injuria solvit amores, V, 558, 2. Injuriarum illatio eversionis regnorum est causa, IX, 302, 2 : *Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias et injurias, et contumelias, et diversos dolos.*

2° *In injuriis acceptis quomodo nos gerere debeamus.* Primo. *Injurias repetere et referre pusillorum est*, Job, 400, 2. Injuria frangitur submissione mitique responso, V, 445, 1, 2: *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.* Qui injurias tacendo sustinet, Deum habebit defensorem, *Job*, 706, 2. Injurias vindicare dogma gentilium est, XI, 639, 1. Eas vindicare putabant gentiles esse heroicum, X, 48, 2.

Secundo. *Injuriæ sunt contemnendæ*, III, 319, 2 : *Filii vero Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera ; ille vero dissimulabat se audire;* 416, 1, 2 : *Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal, quoniam secundum nomen suum stultus est.* Sapiens injurias parvi pendit, VI, 14, 2 : *Doctrina viri per atientiam noscitur.*

Tertio. *Quomodo sint ferendæ*, III, 411, 2. Injurias patienter ferre debemus, I, 308, 1. Injurias allatas æquo animo perpeti gloriosum est, VI, 141, 2. Earum tolerantia quam sit heroïcum quid, docetur exemplis, I, 515, 1 et seq. Ejusdem exempla etiam erga hostes, 515, 2. Eas perferre quam sit illustris sanctitatis, ac de ea re sententiæ, et exempla insignia, II, 252, 2 et seq. Injurias patienter ferens variam refert victoriam, sed eam non sustinens, vincitur, VI, 74, 1, 2 : *Ne dicas : Reddam malum ; expecta Dominum, et liberabit te.* Injuriarum perpessio porta cœli est, X, 49, 2 : *Memento novissimorum, et desine inimicari ; tabitudo enim et mors imminent in mandatis ejus.* Aliorum injurias tolerare, pacem in congregationibus conciliat, II, 244, 1, 2.

Quarto. *Injuriæ condonandæ sunt*, XVIII, 648, 2 : *Donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis* Injuriæ condonandæ septem stimuli, X, 44, *in synopsi*; 45, 1, 2 ; 46, 1, 2 ; 47, 1, 2 ; 48, 1, 2 ; 49, 1, 2 ; 50, 1, 2; 51, 1, 2 ; 52, 1, 2; 53, 1 : *Qui vindicari vult a Domino inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, et a Deo quærit medelam? quis exorabit pro delictis illius? Memento novissimorum, et desine inimicari; tabitudo enim et mors imminent in mandatis ejus. Memorare timorem Dei et non irascaris proximo. Memorare testamentum Altissimi, et despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite, et minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna silvæ, sic ignis exardescit, et secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam*, etc. Condonare debet peccato et injuriæ, qui sua petit a Deo condonari, X, 46, 1; 47, 1; 48, 2 ; 51, 2. Injurias non dimittens peccatorum remissionem non obtinebit, XV, 193, 1 : *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Injuriarum condonatio, vera magnanimitas, III, 410, 2 : *Quis enim cum invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me.* Ignoscere injuriam inferenti, regium est, IX, 300, 1 : *Omnis injuriæ proximi ne memineris, et nihil agas in operibus injuriæ.* Injurias remittere divinum est, XIII, 434, 1 : *Non faciam furorem iræ meæ ; non convertar ut disperdam Ephraim; quoniam Deus ego, et non homo.* Eas condonare, sancta est ultio. VI, 14, 1. Eas remittentium insignia exempla, I, 274, 1. Earum condonatio significatur per jubilæum, II, 171, 1.

Quinto. *Injurias acceptas oblivisci oportet.* Injuriæ acceptæ species oculis objecta animos in hostem acuit, XIV, 178, 2. Injuriæ memoria vindictam et iram in iracundo accendit, V, 372, 2; 463, 1, 2 : *Vir iracundus provocat rixas ; qui patiens est, mitigat suscitatas.* Injuriæ memor est homo iniquus, cur, VI, 120, 1 : *Superbus et arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* Injurias oblivisci heroicum est, IX, 299, 2; 300, 1; XVIII, 217, 1; 644, 2 : *Irascimini, et nolite peccare ; sol non occidat super iracundiam vestram.*

3° *Ab injuriis abstinere, injuriaque affectum liberare debemus.* Injuria in amicum cavenda, IX, 589, 1 : *Pungens oculum deducit lacrymas, et qui pungit cor, profert sensum.* Ea est irreconciliabilis, *ibid.*

Injuria affectum liberare actus est insignis misericordiæ, IX, 147, 2 : *Libera eum qui injuriam patitur, de manu superbi, et non acide feras in anima tua.* Idque faciendum generose, 148, 1.

INJURIOSUS (B.). Beatus Injuriosus quam graviter Clotharium regem sit allocutus, quod ecclesiis regni vectigal indixisset, XII, 174, 2.

INJUSTITIA, INJUSTUS. 1° Injustitia generaliter sumpta omne peccatum complectitur, X, 214, 1 : *Sacrificium salutare est attendere mandatis, et propitiationem litare sacrificii super injustitias, et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia ;* XX, 621, 1. Injustus est qui vel unum scelus admittit, V, 366, 1 : *Non contristabit justum quidquid ei acciderit; impii autem replebuntur malo.* Injustis gravia sunt verba justorum, *Job*, 203, 1.

2° Injustitia non est amico et socio irroganda, X, 358, 2 : *Erubescite... a socio et amico de injus-*

titia. Injustitia in statera et pondere est cavenda, X, 365, 1 : *Ne confundaris.., de æqualitate stateræ et ponderum, de acquisitione multorum et paucorum.*

3° Injustitia quæ damna pariat, VII, 149, 1 : *Vidi sub sole in loco judicii impietatem; et in loco justitiæ iniquitatem.* Injustitiæ justus judex et vindex est Deus, IV, 379, 2. Injusti opum corrasores a Deo castigantur, V, 272, 2 : *Nil proderunt thesauri impietatis, justitia vero liberabit a morte.* Injusti quæ pararunt, alieni rapiunt, *Job*, 612, 1. Injustitia regnorum et regum est ruina, V, 442, 2: *Justitia elevat gentem; miseros autem facit populos peccatum.* Injustitia causa est cur regna de gente in gentem transferantur, IX, 302, 1 et seq.: *Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias et injurias, et contumelias, et diversos dolos.*

4° Ab injustis non est capiendum consilium, IX, 255, 1 : *Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate... non attendas his in omni consilio.*

INNOCENS, INNOCENTIA. 1° *Quid sit innocentia.* Innocentia vera quæ sit, XII, 36, 1 : *Et dixisti : Absque peccato et innocens ego sum.* Innocentia cordis in quo consistat, *Psalm.* II, 172, 2 : *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Innocentia oculorum quæ, 172, 2 et seq. : *Non proponebam ante oculos meos rem injustam : facientes prævaricationes odivi.* Innocentia vitæ est velut candida vestis animæ, XX, 69, 2 : *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua; et ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.* Innocentia et robur raro conjunguntur, *Psalm.* I, 98, 2; 99, 1: *Deus qui præcinxit me virtute, et posuit immaculatam viam meam. Innocens* per metalepsin subinde est quod impunitus, VI, 6, 2 : *Testis falsus non erit impunitus*, IX, 288, 1.

2° *Innocentiæ symbola.* Innocentia tropologice significatur per onychem gemmam, I, 684, 1. Ejus symbolum est salamandra, V, 284, 2. Ejus lemma, *ibid.* Innocentia lacte designatur, X, 317, 2; XVIII, 268, 1 : *Tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam*, XX, 277, 2 : *Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum,..... sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.* Innocentes Oriente designantur, XII, 797, 2.

3° *Innocentiæ fructus.* Innocentiæ encomium, I, 354, 2. Innocentia justos dirigit ne decipiantur, V, 315, 2 : *Simplicitas justorum diriget eos, et supplantatio perversorum supplantabit eos.* Innocentia nihil timet, sed confidens est, 283, 2 et seq. : *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter : qui autem depravat vias suas, manifestus erit.* Innocens inter vitæ pericula securus agit, 309, 1 : *Fortitudo simplicis via Domini; et pavor his qui operantur malum.* Innocentes cur potentes sint et vocentur, XVIII, 512, 1 : *Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis.* Innocentiæ quanta vis, X, 485, 1 : *Cum leonibus lusit quasi cum agnis : et in ursis similiter fecit sicut in agnis ovium, in juventute sua.* Ipsa innocentia azylum est, VI, 167, 2. Est quasi galea, 168, 1. Innocens ab omnibus videri gaudet, XXI, 362, 2.

4° *Innocentes in probationibus qualiter se gerere debeant.* Primo. Innocentes cum iniquis cur Deus puniri sinat, *Psalm.* I, 288, 1. Innocenter pati præstat quam nocenter, *Job*, 371, 2 : *Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus.* Innocentes hic multi patiuntur, 237, 2. Innocentes pauci volunt pati, *Job*, 53, 1.

Secundo. Considerandum quod nemo coram Deo innocens est, IX, 223, 1 : *Non te justifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est.* De innocentia sua nemo vere gloriari oportet, VI, 56, 2 : *Quis potest dicere ; Mundum est cor meum, purus sum a peccato?* Innocens non se jactet de innocentia, nec aliis peccata exprobret, XVI, 125, 2 et seq. Innocentiæ securitate torpenti, præfertur ardens pœnitentia, XVIII, 401, 1. Innocentia semel amissa, irreparabilis est, XVI, 211, 1 : *Cito proferte stolam primam, et induite illam.*

Tertio. Innocentiæ silentium vocalius est omni defensione, XV, 601, 2 : *Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et seniorum, nihil respondit.* Innocentes, quatenus ab impiis graviter læsi, possunt cum iis judicio contendere, VI, 237, 2: *Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios : quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.*

Quarto. Innocentiam tandem Deus tuetur et ulciscitur, X, 58, 2 : *Perseverantia illius* (linguæ nequam) *non permanebit : sed obtinebit vias injustorum, et flamma sua comburet justos.* Innocentem Deus damnare nequit, VIII, 534, 2 : *Cum ergo sis justus, juste omnia disponis; ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas a tua virtute.* Innocentes sæpe vident suos oppressores pœnas dare Deo vindice, VI, 167, 2 et seq. : *Judicabit Dominus causam ejus, et configet eos qui confixerunt animam ejus.* Innocentium liberatio est actus veræ fortitudinis, 227, 1, 2 : *Erue eos qui ducuntur ad mortem : et qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses.*

INNOCENTIÆ STATUS. Innocentiæ status dotes septem, I, 95, 2. An innocentiæ statu iidem numero futuri essent homines qui nunc prædestinati sunt, IX, 247, 1. Et an viri et feminæ pari numero tunc nasciturі, 247, 2.

INNOCENTES MARTYRES (*Vide* INFANTES INNOCENTES).

INNOCENTIUS I. Innocentius I Pontifex ob Joannem Chrysostomum male habitum, Arcadium imperatorem excommunicat, I, 119, 1. Ante excidium Romæ per Gothos, a Deo ex hac vita ereptus, 229, 2. Ejus elogium, *ibid.*

INNOCENTIUS IV. Innocentius IV Pontifex cur primus galerum purpureum creatis a se Cardinalibus dederit, XII, 609, 2.

INNOCENTIUS. Innocentius quidam hospitalis miraculose a vulnère curatus, XI, 302, 2.

INNOVATIO (*Vide* RENOVATIO).

INOBEDIENS, INOBEDIENTIA. 1° Inobedientia oritur a vitiis, XVIII, 653, 1 : *Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Inobedientia similis idololatriæ et magiæ, III, 359, 1 : *Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* Propria inobedientis voluntas ejus est idolum, *ibid.* Inobedientia signum est infidelitatis et hæresis, XX, 297, 2 : *Subjecti igitur estote omni creaturæ.* Inobedientes vocantur filii Belial, id est sine jugo, X, 567, 1 : *Collum vestrum subjicite jugo, et suscipiet anima vestra disciplinam; in proximo est enim invenire eam.*

2° Inobedientiæ mala, III, 359, 1, 2. Inobedientia inobedientem parte divina frustrat, XVI, 526, 1, 2: *Respondit ei* (Petro) *Jesus : Si non lavero te, non habebis partem mecum.*

Inobedientes sibi ipsis periculum creant, XII, 280, 2 : *Nolite intrare in Ægyptum ; scientes scietis quia obtestatus sum vos hodie, quia decepistis animas vestras.* Ejus mala tam in subditum quam in superiorem manantia XIX, 522, 2 : *Obedite præpositis vestris et subjacete eis, ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes, hoc enim non expedit vobis.* Inobedientia punita, III, 625, 2; 626, 1 : *Qui cum abiisset* (propheta), *invenit eum leo in via et occidit* (*Vide* OBEDIENTIA).

INOPIA (*Vide* PAUPERTAS).

INSANIA (*Vide* STULTITIA).

INSATIABILITAS. Insatiabilitas opum tristitiæ omnis causa, XIX, 260, 1. Insatiabilitatis avaritiæ ratio, VII, 209 2 et seq. Insatiabilitas illicitæ voluptatis, 19, 1 (*Vide* AVARITIA, DIVITIÆ, VOLUPTAS). Insaturabilia quatuor quæ sint, VI, 441, 1. Quid ethice et symbolice denotent, 442, 2.

INSCRIPTIO. Inscriptio legis et disciplinæ religiosæ quomodo fiat in cinere a Christo, XIV, 453, 1. Inscriptio templi Isidis in Ægypto, IX, 61, 1.

INSECTA. Insecta unde dicantur, oleo fricta emoriuntur, I, 65, 2.

INSENSIBILITAS. Insensibilitas non est virtus, *Job*, 165, 1. Insensibilitas voluptatis creatæ, VII, 19, 2 : Insensibilitas sequitur ex peccato consuetudine roborato, VI, 214, 1, 2.

2° Insensibilitas Christi in Eucharistia tum passiva, tum activa, quanquam non supernaturaliter, VI, 179, 2. Eam et homo consectari studeat, *ibid.*

INSIDIÆ, INSIDIATORES. Insidiæ impiorum adversus pium a Deo dissipantur, V, 274, 1, 2 : *Non affliget Dominus fame animam justi, et insidias impiorum subvertet.* Insidiæ quomodo nocent insidiatoribus, *Psalm.* I, 214, 1 : *Veniat illi laqueus quem ignorat; et captio, quam abscondit, apprehendat eum ; et in laqueum cadat in ipsum* Insidiatores suis retibus capiuntur, *Job*, 139, 2 : *Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, et consilium pravorum dissipat.* Insidiatores cavendi sunt, et quare, XV, 267, 2 : *Cavete autem ab hominibus*, Insidiarum exempla, III, 50, 1.

INSIGNIA. Insignia illius quem rex apud Persas honorare voluisset, quæ, IV, 579, 6. Insignia regalia quæ milites Christo exhibuerint, XV, 612, 1.

INSINUARE, INSINUATIO. Insinuare quam variam habeat significationem, XX, 386, 2. Insinuare proprie quid sit, XVII, 316, 1: Insinuatio oratoribus quæ sit figura, XX, 386, 2.

INSIPIENS, INSIPIENTIA. Insipiens quis sit et dicatur in Scripturis, XVIII, 71, 1. Insipiens a stulto quomodo discrepet, *Psalm.* I, 322, 2. Insipiens in *Proverbiis* capitur pro impio, V, 163, 2. Insipientes semper jurgantur, et proprium sequuntur cerebrum, 384, 1. Habent innatam malitiam, nec sinunt se ab ea avelli, ea gaudent et fruuntur, eamque aliis communicant, 423, 2. Insipiens est garrulus et graculus, VI, 10, 1. Dicitur saxeus igneusque Mercurius, 303, 1. Insipientia naturæ humanæ peccato vitiatæ, XVIII, 71, 2 (*Vide* STULTUS).

INSERI, INSITIO. Inserantur quomodo fideles Christo, XV, 80, 1 : *In mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest salvare animas vestras.* Insitum verbum quod a nobis suscipi velit Jacobus, *ibid.* In insitione arborum quæ servanda sint, eadem in verbi divini in animam instillatione locum habent, *ibid.*, et 81, 1. Insitio Gentium in Judæos duo continet mira, XVIII, 194, 1 : *Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, et contra naturam insertus es in bonam olivam, quanto magis ii, qui secundum suam naturam inserantur suæ olivæ ?*

INSPIRATIO. Inspiratio divina provenit a Spiritu sancto, XX, 82, 1. Inspiratio divina est verbum absconditum, *Job*, 110, 1 : *Porro ad me dictum est verbum absconditum, et quasi furtive suscepit auris mea venas susurri ejus.* Inspirationes sanctæ murenulis aureis denotatæ, VII, 520, 1 : *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Inspiratio divina tropologice stella est, XV, 76, 2. Inspirationes Dei quanti faciendæ sint, XIV, 317, 2.

2° Inspirationibus divinis obediendum, III, 283, 1: *Loquere, Domine, quia audit servus tuus.* Inspirationes sanctas respuere grave est scelus, XV, 265, 2. Inspirationes Dei negligens in gravia multa labi permittitur, VI, 121, 2. Inspirationibus divinis obedire multa parit bona, IX, 159, 1. Inspiratio Spiritus sancti illico auscultanda, XVI, 515, 1, *Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.*

INSTABILITAS (*Vide* INCONSTANTIA).

INSTITA. Instita proprie quid sint, XVI, 496, 2.

Instita erat tenuissima fasciola stolæ extremitatem ambiens : qua utebantur matronæ honestæ, V, 191, 1.

INSTITOR. Institor cur dicatur mercator, VI, 497, 2 et seq.

INSTITUTIO. Institutio pueri similis militum tirocinio, VI, 142, 2. Institutio parentum magni momenti est in filiis, V, 168, et seqq. Institutio filiorum commendatur, IX, 243, 1, 2 : *Filii tibi sunt? erudi illos, et curva illos a pueritia illorum.* Ea quanti sit momenti, X, 86, 2 : *Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, et non palpet proximorum ostia.* Institutio bona reddit homines gratiosos, V, 390, 1 : *Doctrina bona dabit gratiam; in itinere contemptorum vorago.* Hæc a puero inchoanda est, 87, 2. Institutio cur debeat esse severior, XIX, 498, 2 : *Et obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini* (*Vide* EDUCATIO, FILII, PARENTES, PUERI).

INSTRUMENTA. 1° *Instrumenta moraliter sumpta.* Instrumentis et flagellis suis postquam usus est Deus ad impios castigandos ipsamet punit, XI, 555, 2.

2° *Instrumenta musica.* Instrumentorum musicorum in sacris usus bonus et legitimus est, I, 572, et seq. Variæ rationes, XVIII, 392, 1. Instrumentis omnibus musicis laudari se Deus præcipit, *Psalm.* II, 477, 1, 2. Instrumenta musica nisi sonum dent ut intelligantur, nemini prosunt, XVIII, 389, 1. Instrumenta musica in cœlo fore probatur, XXI, 128, 1 (*Vide* MUSICA).

INSUFFLARE, INSUFFLATIO. Cur Christus in Apostolos insufflarit, XVI, 632, 2 et seq. Quid hoc symbolice et tropologice significet, 633, 1. Insufflatio qua Episcopus ordinatos insufflat, gratia quædam est, quæ per traditionem ordinatis infunditur, XIX, 233, 2.

INSULA. *Insula* unde dicatur, X, 412, 1. Insulæ in aquis vel firmæ consistunt, vel fluitant, 411, 2. Sunt in mari quodammodo plantatæ, item firmatæ, eæque sunt fertiles, 412, 1. Insulæ nonnullæ factæ sunt, quæ antea continenti adhærebant, 414, 1. Insulæ quomodo impleant mare, XI, 524, 2. Insulæ Hebræis vocantur omnes regiones remotæ trans mare sitæ, etiamsi essent terræ continenti adhærentes, IV, 411, 2 et seq.; IX, 494, 1 ; XI, 499, 1; 510, 1; XII, 196, 1. *Insulæ maris* quæ dicantur in Scriptura, XI, 269, 2. Insulæ in fine mundi de loco movendæ sunt, XXI, 303, 2. An in fine mundi a mari, e quo enatæ, sint absorbendæ, 157, 2.

INSUPERABILE. Insuperabilia tria : Deus, angelus, vir christianus, XV, 216, 2.

INSUSPICABILE. Insuspicabilia cordis quæ vocentur, IX, 674, 1.

INTEGER, INTEGRITAS. Integer spiritus quis sit, XIX, 142, 1. Integritas est tutum asylum, VI, 167, 2 et seq.

INTELLECTUS. 1° *Intellectus natura et operationes.* Intellectus est animæ potentia nobilissima, ejus operationes, XVI, 378, 2 : *Pater enim diligit Filium, et omnia demonstrat ei quæ ipse facit.* Intellectus prior est voluntate et potentia, IX, 55, 2 : *Prior omnium creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo.* Intellectus habitus sunt quinque, juxta Aristotelem, nimirum ; sapientia, scientia, intellectus, ars et prudentia, V, 19, 1. Intellectus non tendit extra se, sed res intellectas per species et cogitationes sibi imprimit, XIII, 405, 2 : *Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* Intellectus est animæ oculus, XV, 197, 1 : *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Intellectus corde significatur, XVIII, 178, 1 : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Intellectus idem est cum sapientia apud *Ecclesiasticum*, IX, 57, 1. *Intelligere* in *Ecclesiastico* idem est quod *sapere* et prudenter agere, *ibid.*

2° *Intellectus ad errorem proclivitas.* Intellectus sæpe errat speculative, V, 427. 2 : *Errant qui operantur malum; misericordia et veritas præparant bona.* Intellectus error fuit fons vanitatis Gentium, XVIII, 637, 2 : *Hoc igitur dico et testificor in Domino, ut jam non ambuletis sicut et Gentes ambulant in vanitate sensus sui; tenebris obscuratum habentes intellectum.* Intellectu difficilia sunt quatuor, VI, 450, 2 et seq. *Tria sunt difficilia mihi, et quartum penitus ignoro ; viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, et viam viri in adolescentia.*

3° *Intellectus debilitas a Deo adjuvatur.* Intellectus ad omnia videnda et audienda a Deo sustolli potest, XXI, 359, 1. Intellectus justorum a Deo illuminatur, ut virtutis dignitatem magis cognoscat, V, 427, 2. Intellectus justorum a Deo illuminatur, ut virtutis dignitatem magis cognoscat, V, 427, 2. Intellectus donum olim in baptismo Christiani accipiebant, XX, 553, 2 : *Sed vos unctionem habetis a Sancto, et nostis omnia*; 558, 2: *Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus.*

INTELLIGENTIA. Intelligentia lux est, ea in impiis extinguitur, V, 382, 1, 2 : *Lux justorum lætificat; lucerna autem impiorum extinguetur.* Intelligentia spiritualis maxime in venerabili Eucharistia requiritur, XVI, 411, 2 et seq. : *Spiritus est qui vivificat: caro non prodest quidquam; verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.*

INTEMPERANS, INTEMPERANTIA. Intemperantiæ damna tria, IX, 126, 2. Intemperantia phlegma adauget, et torporem inducit, XIX, 328, 1, 2: Intemperans est hebes ut brutum, VI, 45, 1 (*Vide* EBRIETAS, GULA).

INTENTIO. 1° *Intentio in omni opere ad Deum*

2° Interrogatio sapiens animi sapientis indicium est, V, 556, 1 : *Stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur; et si compresserit labia sua, intelligens.* Interrogare sapienter tam docti est, quam sapienter respondere, XVI, 82, 2 et seq.: *Post triduum invenerunt illum* (puerum Jesum) *in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem eos.* Interrogatio tota audienda, antequam responsum detur, IX, 183, 2: *Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas; et cum sapientia proferas responsum verum.*

INTINCTUS. Intinctus panis Judæ porrectus, non fuit Eucharistia, sed panis residui buccella jusculo intincta, XVI, 531, 1 (*Vide* Judas).

INTOLERABILE. Intolerabilia quatuor quæ sint, VI, 456, 2.

INTREPIDUS. Intrepidus quomodo quis evadat. X, 163, 2 (*Vide* Fortis).

INTROITUS. Introitus et exitus in Scriptura idem est quod forma et dispositio, XII, 817, 2.

INTUITUS. Intuitus omnis futurorum est in Deo ex vi comprehensionis essentiæ, IX, 51, 2 (*Vide* Deus, cap. II, art. III, § 3).

Intuitus fixus juvenis aut puellæ illecebrosus est, X, 369, 2 (*Vide* Oculus).

INVALETUDO. Invaletudo velut lenta mors est, X, 96, 2 et seq.

INVENIRE. *Invenire* sæpe idem est quod *impetrare, eruere, comparare, assequi*, XV, 277, 2. *Invenire* capitur sæpe pro *esse*, XIX, 45, 1; XX, 251, 1. *Invenire* et *videre* quomodo differant, XII, 377, 2: *Invenire animam* quid sit, XV, 277, 2. *Invenire*, subinde idem est quod *quærere*, 278, 1. Invenire gratiam in oculis Dei quid sit, XIV, 508, 1.

INVENTA. Inventa an inventori cedant, an pauperibus danda, X, 69, 1 : *Multi quasi inventionem æstimaverunt fœnus, et præstiterunt molestiam his qui se adjuverunt.*

INVERECUNDUS. Inverecundus multa facit ob quæ in confusionem incidit, X, 363, 2 et seq. (*Vide* Impudens).

INVICTUS. Invicta tria, Deus, angelus, justus, VI, 233, 1.

INVIDIA, INVIDUS. I. Invidiæ definitio, natura et proprietates. Invidia quid sit, VII, 167, 1; IX, 414, 1. Unde dicatur, dolet de aliena prosperitate, 685, 2. Invidia dicitur quasi non videns, *ibid.* Invidus dicitur, quasi invite videns, 412, 2. Quot modis accipiatur, VII, 167, 1, 2. Invidiosus quisnam sit, 169, 2. Invidiæ descriptio, IX, 412, 2. Invidiæ hypotyposis XX, 573, 2 : *Non sicut Cain, qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum. Et propter quod occidit eum? Quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem ejus justa.* Invidiæ epitheta, VIII, 326, 1; XX, 275, 1, 2. Invidiæ octo proprietates, I, 339, 1: *Videntes autem fratres ejus* (Joseph) *quod a patre plus cunctis filiis, amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.* Ejus conditiones, XX, 159, 2 et seqq. Invidiæ et amoris antitheses, VIII, 221, 1 : *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* Invidi et pacifici antitheses, XX, 275, 2. Invidia subinde capitur in bonam partem, XX, 177, 2.

II. Invidiæ symbola et emblemata. Invidiæ emblema, VII, 167, 2. Ejus symbola varia, IX, 412, 2 et seq. Invidia vipera, VII, 168, 1. Ejus symbolum est basiliscus, V, 437, 1, 2. Invidia per aspidem adumbratur, XIV, 370, 2. Invidia similis est ophthalmiæ, et rebus valde splendidis et lucentibus offenditur et læditur, XIX, 10, 2. Invidi similes sunt muscis, ærugini, viperæ et pantheræ, X, 123, 1. Eorum imago sunt locustæ, XXI, 204, 2. Invidos repræsentant Ammonitæ, XIV, 289, 1.

III. Invidiæ subjectum. 1° Invidia non cadit in Deum, sed in hominem, XX, 177, 1, 2: *An putatis quia inaniter Scriptura dicat : Ad invidiam concupiscit Spiritus qui habitat in vobis?* Invidia non est in cœlo, *Job*, 91, 1 : *Parvus et magnus ibi sunt, et servus liber a domino suo.* Angeli non sunt invidi, 124, 1.

2° An primum peccatum diaboli fuerit invidia, VIII, 325, 2 : *Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Est proprium diaboli peccatum, XX, 275, 1, 2. Invidia diaboli in homines, XX, 392, 1.

3° Invidia est vitium pusillorum, *Job*, 124, 1 : *Vere stultum interficit iracundia, et parvulum occidit invidia.* Invidus omnis est avarus, VI, 383, 1 : *Vir qui festinat ditari, et aliis invidet, ignorat quod egestas superveniet ei.* Invidia est comes avaritiæ, X, 122, 2 : *Nequius oculo quid creatum est? Ideo ab omni facie sua lacrymabitur, cum viderit.* Principum invidia quam sit noxia, V, 437, 1. Invidia hæreticorum, XX, 670, 2: *Væ illis, quia in via Cain abierunt.*

IV. Invidiæ objectum. — Invidia quosnam petat, VII, 167, 1, 2: *Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, et industrias animadverti patere invidiæ proximi.* Sicut cantharides rosis, sic virtuti invidia innascitur, XIX, 8, 2 et seq.: *Quidam quidem et propter invidiam et contentionem, quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prædicant.* Sola Paulum occidit, 9, 2. Est comes virtutis, III, 401, 2. Invidia magnos invadit, II, 275, 1 : *Ecce autem Core... et Dathan atque Abiron... surrexerunt contra Moysen.* Ei quinam non sunt expositi, I, 340, 2. Absentia invidiam sopit, *ibid.*

IV. Invidiæ causa, VII, 168, 1. Eam causat malitia, XIX, 306, 1 : *Eramus enim et nos aliquando insipientes, increduli, errantes... in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem.* Invidia ex hæreticorum logomachia sequitur, XIX, 254, 2: *Si quis aliter docet... superbus est, nihil sciens, languens circa quæstiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphe-*

miæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum.

V. INVIDORUM EFFIGIES, FORMA ET MORES. — 1° *Invidi effigies et forma*, V, 435, 2 : *Vita carnium, sanitas cordis : putredo ossium, invidia.* Invidi virus in oculis maxime gestant, VI, 148, 1. Invidus livet, XX, 160, 1. Invidi luteo sunt colore, XXI, 304, 2.

2° *Invidorum indoles et mores.* Invidus cur complicat manus, et edat carnes suas, VII, 169, 2 et seq.: *Stultus complicat manus suas, et comedit carnes suas.* Invidi multa suspiciosa imaginantur, VI, 187, 1; 188, 2 : *Ne comedas cum homine invido, et ne desideres cibos ejus ; quoniam in similitudinem arioli et conjectoris, æstimat quod ignorat. Comede et bibe, dicet tibi, et mens ejus non est tecum. Cibos quos comederas, evomes ; et perdes pulchros sermones tuos.* Invidus incipientem converti acribus verbis, et subinde verberibus insectatur, IX, 91, 2; 92, 1. Invidus in rebus alienis acutum cernit, XIX, 10, 2. Invidi palpant in meridie, Job, 140, 1 : *Per diem incurrent tenebras, et quasi in nocte sic palpabunt in meridie.*

VI. INVIDIÆ CRIMEN. — Invidiæ malum, XVIII, 565, 1 : *Si invicem mordetis et comeditis, videte ne ab invicem consumamini.* Invidiæ nequitia, IX, 412, 2 : *Nequam est oculus lividi, et avertens faciem, et despiciens animam suam.* Quam sit nequam et maligna, 413, 2 et seq.; X, 123, 1 : *Ne extendas manum tuam prior, et invidia contaminatus erubescas.* Invidia est peccatum ad mortem, XX, 620, 2 : *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis.* Hominem reddit dæmonem, XIX, 10, 2. Invidi sunt imitatores diaboli, et subito pereunt, Job, 56, 2 : *Alioquin mitte manum tuam, et tange os ejus et carnem, et tunc videbis quod in faciem benedicat tibi.* Invidia est scelus diabolicum, III, 381, 2 et seq. Invidia est amarulenta, XX, 159, 2 : *Quod si zelum amarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem.* Invidia mentem excæcat livore et odio, X, 327, 2 : *Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio, et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus.* Invidia est ferina, non humana, IX, 413, 2. Est gravior ira et furore, VI, 328, 2 ; 329, 2 : *Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor; et impetum concitati spiritus ferre quis poterit ?* Invidi regnum Dei possidere non possunt, XVIII, 567, 1, 2 : *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt... inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ... et his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.*

VII. INVIDIÆ DAMNA, VI, 383, 1, 2; VIII, 326, 1. Omnium malorum est causa, VIII, 326, 1 ; XV, 451, 2; 452, 1 : *Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus;* XX, 163, 2 : *Ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum ;* 275, 1. Invidia et odium nomine doloris cur, *Psalm.* I, 41, 1 : *Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem, et peperit iniquitatem.* Invidia non tantum aliis, sed et invido ipsi mala est, V, 437, 1. Est putredo ossium, 437, 2. Aliis invidet commoda quibus ipsa non utitur, IX, 414, 1. Est vipera et serra animæ, I, 339, 1. Ejus miseria et infelicitas, *ibid.* Zelotypi seu invidi fiunt maniaci, VI, 329, 1. Invidia hominem conficit et exedit, V, 435, 2 ; X, 107, 2 et seq.: *Multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in ea;* XX, 160, 1, 2. Hominem mire rodit et cruciat, in tinea denotatur et ærugine, VI, 284, 2 et seqq.: *Sicut tinea vestimento, et vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.* Invidi gaudentes malo alieno, sæpe, Deo puniente, in illud incidunt, 236, 2 : *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, et in ruina ejus ne exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam.* Invidia suum possessorem destruit, Job, 123, 1 : *Vere stultum interficit iracundia, et parvulum occidit invidia.* Invidus est sui interfector, IX, 412, 2. Invidia invidum ignominia afficit, IX, 188, 1 : *Improperium enim et contumeliam malus hæreditabit, et omnis peccator invidus et bilinguis.*

VIII. INVIDIÆ EXEMPLA. — Invidia diaboli contra Deum, VIII, 325, 2. Caini contra Abelem, I, 116, 1 et seqq. Philistinorum contra regem Abimelech, 272, 2. Rachelis contra Liam, 297, 1. Filiorum Jacob contra Josephum fratrem, 339, 1, 2 et seqq. Aaronis et Mariæ contra Moysen, II, 251, 1, 2 et seq. Saülis contra Davidem, III, 381, 1, 2 et seqq. Amanis contra Mardochæum, IV, 377, 2 et seq. Achitophelis contra Davidem, IV, 506, 2. Principum et satraparum Darii contra Danielem, XIII, 78, 1, 2 et seqq. Principum sacerdotum, et scribarum contra Christum, XV, 466, 1; 604, 1, 2; XVI, 498, 1; XVII, 124, 1, 2 et seq.; XVIII, 190, 1. Eorumdem contra apostolos, XVII, 124, 1, 2 et seq. Invidia Judæorum propter gentium conversionem, XVIII, 183, 1.

IX. INVIDIÆ REMEDIA. — 1° *Remedia ad vincendam invidiam in nobismetipsis.* Invidia difficulter ex anima evelli potest, VI, 329, 1, 2. Invidiæ remedia septem, I, 339, 2; XV, 452, 1. Nihil rerum humanarum magnum, aut supra naturam æstimemus, non opes, non gloriam, *ibid.* Remedium invidiæ est humilitas, modestia et gloriæ contemptus, XX, 160, 2; 276, 1. Invidiæ remedium est terrenorum contemptus, Job, 125, 1. Invidia cavenda in amore amicorum, V, 588, 2 et seq.

2° *Remedia ad superandam aliorum invidiam.* Invidiæ remedium est animi constantia et celsitudo, ut omnem calumniam, non tam dictis quam factis heroicis, confutes, IX, 413, 1. Tres modi vincendi invidiam, VII, 168, 2. Triplici ratione invidiam superandam esse, scilicet humilitate, charitate, auc-

toritate, S. Bernardus non tam verbo quam facto docebat, 169, 1, 2. Invidiam superat qui timet Deum, *Psalm.* II, 266, 2. Efficax remedium ad eam in aliis superandam est unius Dei gloriam quærere, XIX, 10, 1. Invidiam virtus ulciscitur, 237, 1. Invidi æmulos suos magis illustrent, quod exemplo Josephi probatur, I, 341, 1.

X. Quomodo cum invidis agendum. — Cum invidis non comedendum, etsi invitent, VI, 187, 2; 189, 1. Nec ipsi sunt invitandi, 189, 1, 2. Sunt declinandi, non irati, cur, 329, 2. Iis non sunt aperienda consilia, X, 251, 1 : *Noli consiliari cum socero tuo, et a zelantibus te absconde consilium.* Maxime de gratiis agendis, 254. 1 : *Cum viro irreligioso tracta de sanctitate... cum viro livido de gratiis agendis.*

INVISIBILIS. Invisibilia dicuntur a Paulo, non adhuc entia, æternæ rationes et idea rerum in mente Dei, et materia prima, et aquarum abyssus, XIX, 472, 2 : *Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent.* Invisibilia Dei, quæ dicantur, XVIII, 50, 1 : *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* An Dei attributa spiritualia, *ibid.* Invisibilis est Deus, XIX, 189, 1 (*Vide* Deus, cap. III, art. II, § 3).

INVITARE, INVITATIO. 1° Invitatio Dei ad pœnitentiam et vitæ emendationem, XII, 637, 2; 638, 1, 2. Invitantur omnes ad Christum, XV, 294, 2.

2° Invitare amicos ad cœnam licitum est, imo meritorium, si fiat ex charitate, XVI, 196, 1. Invitans ad convivium sæpe mentitur amorem, vel ad suum commodum, VI, 182, 1, 2 (*Vide* Convivia).

INVITATORIUM. Invitatorium Ecclesiastici officii unde desumptum, XIX, 189, 1,

INVITUS. Invitus dans, corrumpit beneficium suum, IX, 508, 1, 2 (*Vide* Beneficia, Dare, Datum). Invite nihil faciendum est, X, 265, 2.

INVOCARE, INVOCATIO. 1° *Invocare nomen Dei*, apud Hebræos significat omnem Dei cultum, publicamque fidei veræ professionem in ejus Ecclesia, XIII, 512, 1 : *Et erit: omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Invocare Deum nemo potest in quem non credit, XVIII, 179, 2 : *Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt ?* Invocatio Dei opponitur fidei internæ apud Paulum, *ibid.*: *Idem est Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum.* Deus semper invocandus, XIII, 512, 2. Invocatio Dei justo est velut turris fortissima, V, 570, 2 : *Turris fortissima, nomen Domini; ad ipsum currit justus, et exaltabitur* (*Vide* Deus). Invocare sapientiam quid sit, V, 58, 1, 2: *Si enim sapientiam invocaveris et inclinaveris cor tuum prudentiæ.*

2° Invocatio beatæ Virginis nunquam fit frustra, V, 243, 1, 2 : *Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino* (*Vide* Maria).

3° Invocatio Sanctorum contra hæreticos astruitur, XII, 599, 1 : *Et si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel et Job, ipsi justitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.* Invocatio sanctorum et Dei quomodo distinguatur, XVIII, 179, 2. Illos invocare fas esse ostenditur, 241, 2 : *Obsecro vos ut adjuvetis me in orationibus vestris ad Deum.*

IPHIGENIA (S.) S. Iphigenia hortatu S. Matthæi virginitatem coluit, XVIII, 319, 1.

IRA, IRACUNDIA, IRASCI, IRATUS. I. Iræ definitio et variæ acceptiones.— *Iræ definitio*, XV, 677, 1, 2 : *Et circumspiciens eos* (Jesus) *cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum.* Ira differt ab indignatione, XVIII, 59, 1 : *Iis qui sunt ex contentione, ira et indignatio.* Ira et furor quomodo differant, X, 44, 1. Ira differt a furore sicut genus a specie et sicut imperfectum a perfecto, *ibid.* Ira furor brevis est et velut momentum, IX, 80, 2; 81, 1. Iracundia vocatur ipse iræ excessus, XVIII, 644, 1 : *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Ira in sinu proprie quid sit, VI, 110, 1 : *Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam*; VII, 253, 2 : *Ira in sinu stulti requiescit.* Iracundus quare dicatur latus anima, VI, 385, 2 : *Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat.* Ira pro mœrore ac animi ægritudine sumitur, *Job*, 154, 2. Ira metonymice pœnam et castigationem significat, XVIII, 220, 2 : *Dei.... minister est* (princeps) *vindex in iram ei qui malum agit*; Psalm. I, 170, 1 : *Quoniam ira in indignatione ejus, et vita in voluntate ejus.*

II. Variæ iræ species. — Iram ad quid nobis Deus dederit, XX, 32, 2; *Psalm.* I, 25, 1 : *Irascimini et nolite peccare.* Ira bona et mala quæ sit, IX, 161, 1. Quænam sit ira bona, et quænam præstat risu, VII, 242, 2; 243, 1 : *Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis.* Si ratione regatur ira, cos et acies virtutis est, III, 322, 1; XVII, 313, 2; XVIII, 643, 1; *Psalm.* I, 25, 1. Irasci quibus et quomodo liceat, XVIII, 643, 1 : *Irascimini et nolite peccare.* Quæ ira sit licita, quando sit peccatum, quando non, XV, 159, 2; 160, 1. Ira aliqua laudabilis, 159, 2. Ira habet aliquid magnanimi, V, 445, 2. Iram in se ipsis excitant qui res arduas aggrediuntur, XVI, 492, 1. Ira satelles rationis, 492, 2. Irasci peccatis laudabile est, non alias, X, 44, 2 : *Ira et furor utraque exsecrabilia sunt, et vir peccator continens erit illorum.* Irascendum in sola vitia, XX, 76, 2.

III. Iræ effigies et forma, natura, proprietates et gradus. — 1° *Iræ descriptio*, VI, 169, 1. Iracundi describuntur, IX, 274, 1 : *Cum iracundo non facies rixam, et cum audace non eas in desertum, quoniam quasi nihil est ante illum sanguis; ubi non est adjutorium, elidet te.* Iratorum gestus, schema, imago, V, 361, 2 : *Fatuus*

statim indicat iram suam, VI, 311, 1. Iræ sedes et materia est fel, XVII, 202, 1. Iræ origo ex anima, sed mox in corpus descendit, XVIII, 28, 2. Ira ex corde in caput et nares ascendit, V, 445, 1. Vultu et naribus maxime se prodit, VI, 11, 2; XVIII, 622, 2. Iracundorum in vultu turpitudo, V, 337, 1. Iratus dicitur corrugare nasum et suspendere, XIX, 307, 2. In ira cur oculi flammescant, XXI, 31, 2 : *Et oculi ejus tanquam flamma ignis.*

2° *Iræ natura et proprietates;* Psalm. I, 56, 1 : *Exacerbavit Dominum peccator; secundum multitudinem iræ suæ non quæret.* Ira omnium passionum est vehementissima, V, 515, 2. Ira est belluina, VI, 273, 1. Per eam omnia animalia suam feritatem exasperant, 16, 1. Est quasi furia, *ibid.*

3° *De ordine et modo in assumptione naturæ humanæ per incarnationem a Verbo servato.* Incarnatio Christi simul, non sensim est a Spiritu sancto peracta, XVI, 261, 2. Humana natura in Christo fuit elevata, ut in Verbo existeret, X, 233, 2. Qualiter Verbum in Christo cum humana natura substiterit, *ibid.* Complexio mutua intimaque est naturæ divinæ et humanæ in Verbo per unionem, XIV, 392, 2. Incarnatio filii Dei similis est arboris insitioni, XX, 80, 1: *In mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest salvare animas vestras.* Humanitas in Christo quasi ramus inserta est divinitati quasi trunco, *ibid.* et 2. Humanitas fuit a divinitate velut sigillata, XVI, 393, 1: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis, hunc enim Pater signavit Deus.* Humanitas ejus divinitatem tegebat, XV, 380, 2; 383, 2; XVI, 302, 2: *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.* Ejus humanitas est umbra deitatis, XII, 419, 1: *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris; cui diximus: In umbra tua vivemus inter gentes.* Ejus corpus est nubes levis, XI, 316, 1: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Ægyptum.* Humanitas fuit ei velut columna nubis, IX, 623, 1: *Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis.* Item beatæ Virginis uterus, *ibid.* Est Deus absconditus in humanitate et vita obscura, XI, 557, 1, 2. Humanitas est symbolice domus Verbi divini, VI, 247, 1, 2: *Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem.* Humanitas Christi symbolice domus et vestis dicitur, *Psalm.* I, 296, 1, 2: *Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis.* Humanitas est paries Verbi incarnati, VII, 575, 1: *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Christi humanitas divinitatis scabellum fuit, XII, 369, 1: *Non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui*; Psalm. II, 166, 1: *Exaltate Dominum Deum nostrum et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est.* Humanitas fuit a Christo assumpta velut corona, V, 349, 1. Velut equus est cui divinitas inequitavit, VI, 131, 1, 2. Humanitas Christi plumbo assimilatur, XII, 369, 1. Incarnatio Christi est velut ros, X, 411, 2.

4° *De utriusque Christi naturæ hypostatica conjunctione.* Primo. *Unica in Christo admittenda, eaque divina persona*, XVI, 31, 2: *Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?* 306, 1, 2: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*; XIX, 23, 9: *Qui cum in forma Dei esset..... exinanivit semeptipsum formam servi accipiens*; XX, 345, 2: *Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini.* Humanitas in Verbo non habet subsistentiam humanam, XVI, 534, 2: *Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso; et continuo clarificabit eum.* In Christo est unica persona, tamen illa virtute duplex est, XIV, 585, 1.

Unde beata Virgo vere et proprie deipara vocetur et sit (*Vide* MARIA).

Secundo. *Duæ sunt in Christo naturæ, integræ, distinctæ, inconfusæ atque impermixtæ*, XVI, 31, 2; 306, 1, 2; XX, 345, 2. Ejus natura humana ortum habuit in Bethleem, divina fuit ab æterno, XVI, 423, 2: *Hunc scimus unde sit, Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit*; 428, 1: *Nonne Scriptura dicit: Quia ex semine David, et de Bethleem castello, ubi erat David, venit Christus?*

Tertio. *Duæ naturales operationes et voluntates indivisæ et inconfusæ in Christo sunt confitendæ*, XV, 571, 1, 2: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Voluntates suas habuit Christus, uti et mentem duplicem, divinam et humanam, XVI, 306, 1; 397, 1: *Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me*; XIX, 454, 2, 455, 2: *In capite libri scriptum est de me: Ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Voluntas humana in Christo virtute fuit duplex, XV, 571, 1. Voluntas Christi et Patris eadem est, XVI, 382, 2: *Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* In voluntate sua Christus passionem suam exhorruit, 567, 1: *Assumpto Petro, et duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari et mæstus esse.* Et in qua voluntate, 571, 1, 2.

Christi actiones erant duplices, aliæ puri hominis, aliæ Dei hominis; in prioribus erat parentibus subditus, in posterioribus soli Patri cœlesti, XVI, 83, 2 et seq.: *Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* In eo fuere triplices actiones, divinæ, humanæ et theandricæ, quæ ultimæ partim Dei, partim hominis erant, et in his soli Deo Patri subditus erat, XI, 201, 2. Apud Joannem Christus nunc ut homo, nunc ut Deus loquitur, idque solerter ex adjunctis distinguendum, XVI, 289, 2.

5° *De communione idiomatum.* In Christo fuit idiomatum unio et communicatio ex hypostasis

unitate, XII, 445, 2 : *Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* Ei mixtim tribuit Scriptura divinitatis et humanitatis attributa, XVIII, 40, 2 : *Paulus..... segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis, de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute.* In eo, propter communicationem idiomatum, dici potest Deus, natus, passus et mortuus, XVI, 343, 1 : *Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo.* Sic dici potest in cœlo per divinitatem, *ibid.* Etiam qua homo dici debet Filius Dei propter gratiam unionis, XVIII, 148, 1 : *Qui etiam* (Deus) *proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum,* V, 224, 1.

Hæc idiomatum in Christo communicatio admitti debet tantum in *concreto*, ita ut quæcumque de naturis mutuo prædicantur, aut de Christo contraria proferantur, ea ad suppositum seu personam referantur, non vero in *abstracto*, ita ut referantur ad naturas seorsim sumptas; proinde Christi humanitati omnipotentia, ubiquitas, seu omnipræsentia tribui nequit, XVI, 487, 1 : *Et gaudeo propter vos, ut credatis quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum;* XV, 717, 1 : *Jesum quæritis Nazarenum crucifixum; surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum;* XVIII, 120, 2 et seq. : *Quem* (Christum) *oportet quidem cœlum suscipere, usque in tempora restitutionis omnium.*

IV. De gratia sanctificante, seu justitia creata animæ Christi. — 1° *Quia conceptus est de Spiritu sancto, non habuit peccatum originale,* XVI, 22, 2 : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabiturFilius Dei.* Ex vi conceptionis fuit sanctus, 65, 1 : *Antequam convenirent, inventa est* (Maria) *in utero habens de Spiritu sancto.* A primo conceptionis instanti fuit Deo unctus et consecratus, XIV, 389, 1. Ab hora conceptionis instillata ei omnis gratiæ dulcedo, XI, 203, 2. Est semen sanctum, 184, 1, 2 : *Semen sanctum erit id quod steterit in ea.* Fuit immaculatus et incontaminatus, XX, 266, 2 : *Redempti estis..... pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati.* A divina Verbi unione omnino sanctificatus est, XVI, 481, 1 : *Quem Pater sanctificavit, et misit in mundum, vos dicitis : Quia blasphemas, quia dixi : Filius Dei sum.* Quomodo a Patre sanctificatus, 480, 2. Invisibiliter fuit unctus a Spiritu sancto in incarnatione, visibiliter in baptismo, XI, 715, 1 : *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me.* Christi duplex unctio, VII, 481, 1 : *Oleum effusum nomen tuum.* Ter unctus fuit, 448, 2. Quomodo super eum requiescere dicatur Spiritus Domini, XI, 256, 1, 2 : *Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum Spiritus Domini.* Omnia dona Spiritus sancti habuit, XIV, 391, 1 : *Quia ecce lapis quem dedi coram Jesu : super lapidem unum septem oculi sunt.* Fuit sanctus sanctitate perfecta et connaturali, XVI, 24, 2; 39, 1. Ut homo, triplicem habuit sanctitatem, 598, 2. Ejus innocentia, XI, 635, 2. Habuit Spiritus gratiam sine mensura, XVI, 351, 2 : *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur; non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.* Non tamen infinitam, *ibid.* Ejus proprium est habere omnes gratias Spiritus sancti, 309, 2 et seq.; 318, 2. Est Sanctus sanctorum, XIII, 117, 2 : *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt.... ut consummetur prævaricatio, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio et ungatur Sanctus sanctorum;* XV, 671, 2 : *Quid nobis et tibi, Jesu Nazarene, venisti perdere nos. Scio qui sis, Sanctus Dei.* Fuit Sanctus sanctorum, et sapiens sapientium, IV, 230, 1. Est justus justorum, XI, 666, 1, 2: *Justus perit, et non est qui recogitet in corde suo;* XIII, 550, 2 : *Super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non convertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento justum.* Antonomastice dicitur justus, et Sanctus sanctorum, XI, 118, 2 : *Et restituam judices tuos ut fuerunt prius, et consiliarios tuos sicut antiquitus : post hæc vocaberis civitas justi, urbs fidelis.* Vocatur justus ob tres causas, XII, 183, 1 : *Suscitabo David germen justum.* Est Dominus justus noster, 183, 2; 184, 1: *Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster.* Est benedictus præ omnibus creaturis, XVI, 31, 1 : *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.* Ubique et ab omnibus fuit benedictus, I, 410, 2.

2° *Christus fuit expers peccati et impeccabilis,* XVI, 451, 1 : *Quis ex vobis arguet me de peccato?* 554, 2; XX, 304, 2 : *Qui* (Christus) *peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.* Christi humanitas peccare non poterat, XX, 304, 2. Quomodo Christus non nosset peccatum, XVIII, 445, 1: *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Etsi videretur habere peccati venenum, non habuit, 130, 2 : *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne.*

3° *Christus fuit expers concupiscentiæ rationem prævenientis,* XIX, 391, 1 : *Non enim habemus Pontificem, qui non possit condolere infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.* Quomodo in se assumeret passiones, XVI, 493, 1. In ipso fuere passiones, non tamen propassiones, *ibid.* Omnes motus a Christo libere assumpti, *ibid.* Fuerunt in eo passiones, sed domitæ, XV, 677, 1 : *Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum.* An in eo fuerit ira, XX, 77, 2. Quo-

modo ira in eo se exeruerit, XV, 677, 2. Non fuit tristis, neque turbulentus, sed passionum suarum dominus, XI, 522, 1.

V. De scientia et sapientia animæ Christi. 1° *Scientia*. Primo. Qua Deus omnia videt, qua homo, omnia cognoscit per scientiam infusam et beatificam, XIV, 595, 1. Habuit ab initio suæ incarnationis usum rationis et voluntatis, XI, 204, 2. Ab initio incarnationis suæ in eo fuit duplex scientia, beatifica scilicet et infusa, 204, 2. Christus fuit in vita viator simul et comprehensor, XV, 567, 1; XVII, 99, 2. Habuit præter divinam scientiam, triplicem aliam qua homo, XV, 224, 1. An in eo fuerit admiratio, *ibid*. *Audiens autem Jesus, miratus est*. In ipso non fuit ignorantia, XIX, 391, 2. Quæ ignorantia experimentalis in eo possit concedi, XVI, 82, 1. Habuit experimentalem scientiam miseriæ nostræ, XIX, 377, 1, Scientia in Christo ut Verbo Dei fuit infinita, XXI, 134, 1 : *Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam*. Ejus in facie elucebat sapientia divinitatis, V, 551, 1. Christi vis penetrandi in duobus consistit, XIX, 389, 1 : *Vivus est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti*. Quomodo sit oculus tam videns omnia quam in quem videant omnes, XIV, 452, 2 : *Domini est oculus hominis, et omnium tribuum Israel*. Novit secreta cordium, XVI, 387, 1 : *Cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis*; 588, 1 : *Nunc scimus quia scis omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget, in hoc credimus, quia a Deo existi*, 636, 2. Quomodo dixerit per Prophetam se non cognovisse Judæorum insidias, XII, 101, 1 : *Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam ; et non cognovi quia cogitaverunt super me consilia*. Anima ejus nihil ignorabat in passione, *Psalm*. I, 171, 2. Christo quomodo conveniant verba *Psalmi* XXXIX : *Comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui ut viderem*. Psalm. I, 262, 1. Patrem nemo novit, nisi Filius, et Filium nemo novit nisi Pater, quid sit, XV, 294, 1. Quatenus Christus diem et horam consummationis sæculi noverit, 518, 1 : *De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi solus Pater*. In Christo non fuit fides, sed scientia et visio clara, XIX, 496, 1. Habuit proprie donum prophetiæ, II, 465, 2 : *Prophetam de gente tua, et de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus*. Jesu Christi animæ revelata fuit *Apocalypsis* in ejus incarnatione, XXI, 15, 1.

2° *Sapientia*. Christus est Sapientia Patris increata et creata, XIV, 351, 2. Qua homo est Sapientia incarnata, IX, 617, 1. Est Dei Patris Sapientia et a Patre hausit omnem sapientiam, gratiam et virtutem, V, 61, 1; 61, 1; IX, 659, 1, 2; 660, 1. In eo est omnis sapientia et scientia divina absconditæ, IX, 619, 1; XIX, 83, 2 : *In quo* (Christo) *sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi*. Humanitas Christi an sensim a Verbo majorem hauserit sapientiam, XVI, 86, 2 et seqq. : *Et Jesus proficiebat sapientia, ætate, et gratia apud Deum et homines*. In omnibus dictis et factis miram ostendit sapientiam, IX, 50, 2.

VI. De potestate animæ Christi data. Quo sensu omnia ei tradita sint a Patre, XV, 293, 1 : *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*. Data est ei qua homini potestas in cœlo et in terra, et quando, 657, 1 : *Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra*. Qua homo habet directum dominium tam temporale quam spirituale, V, 212, 1, 2. Christus ut homo præest angelis totique mundo, *ibid*., 2. In hac vita jure suo uti noluit, *ibid*. Idem operatur quod Deus Pater, XVI, 377, 2 : *Amen, amen dico vobis; non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem : quæcumque enim ille fecerit, hæc et Filius similiter facit*. Cur quæ ipse facit, Patri ascribat, XIV, 584, 2. Quomodo suum esse neget dare sessionem ad dexteram vel ad sinistram suam filiis Zebedæi, XV, 450, 2. Cur Patri hoc assignet, 451, 1. Quomodo dicat se nihil dicere aut facere ex seipso, sed per Patrem, 289, 2. Accepit a Patre mandatum dicendi et agendi omnia quæ dixit et egit, 519, 1 : *Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, et quid loquar*. Peccata remittit non tantum qua Deus per omnipotentiam, sed etiam qua homo auctoritative et meritorie, XV, 240, 2 : *Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem dimittendi peccata* (*tunc ait paralytico*) : *Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam*. Potestas excellentiæ ejus quadruplex, *ibid*. Christus magnus est qua homo et qua Deus, XVI, 20, 2 : *Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur*. Quomodo Deus ei honorem suum communicarit, IX, 299, 1.

VII. De tempore quo facta est incarnatio, ejusque convenientia. — 1° *Christus cur tam sero fuit incarnatus*, XX, 267, 2: *Redempti estis... pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati; præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus, propter vos*. Incarnatus est in tempore calamitosissimo, XIV, 242, 2. Tunc venit in mundum, cum esset corruptissimus, XI, 192, 1. Tunc venit, cum ad summum malorum et peccatorum venerat mundus in statu legis, XVIII, 105, 1: *Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia*. Tunc venit in mundum cum res Israelis essent deploratæ, XVI, 42, 1 : *Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ*.

Christus incarnatus est in plenitudine et consummatione annorum a Deo præstitutorum, XIV, 242, 2: *Domine, opus tuum, in medio annorum vivifica illud*. Natus est durante lege Moysis, quæ est lex media inter legem naturæ et legem gratiæ, 243. 1. Item tempore gratiæ, quod medium est inter tempus legis et gloriæ, *ibid*. Est horizon tem-

poris et æternitatis, *ibid.* Ejus tempus cur dicatur novissimum, XI, 121, 2 : *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium.* Adventus Christi expectabatur deficiente sceptro in domo Juda, XV, 61, 1.

2° *Quo die incarnatus sit Christus*, X, 220, 2. Christus incarnatus est die martii vigesima quinta, eo die quo crucifixus fuit, et quo mundus creatus fuerat, VIII, 626, 1 ; XVI, 14, 2. Incarnatio Christi tunc est in beata Virgine facta, cum illa ad angeli verba consensum dedit, 26, 1.

VIII. INCARNATIONIS EFFECTUS ET FRUCTUS. — 1° *Connubium Christi cum humana natura in incarnatione Christi initum est*, XVI, 322, 2. Per incarnationem Deus nobiscum est, XV, 68, 2. Carnem humanam assumendo factus est noster frater, proximus, cognatus, VI, 190, 2. Christus incarnatus nobis est patrimater, XX, 509, 1. Sua incarnatione magnam rebus omnibus attulit dignitatem, XVIII, 592, 1. Dum factus est homo, factus est velut piscis hujus sæculi, ejus nomen fuit ἰχθὺς, id est piscis, XIV, 215, 2.

2° *Christi adventus primus est vera justificatio, et verissima pax cum Deo et cum omnibus hominibus*, Psalm. I, 466, 2 : *Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis.* Incarnatus Christus fecit Ecclesiam esse : *primo*, habitaculum justitiæ ; *secundo*, montem sanctum ; *tertio*, concordiam omnium hominum, XII, 231, 2.

3° *Viam novam et viventem nobis initiavit Christus per carnem suam*, XIX, 458, 1. Christus novum hominem et novam progeniem fecit, XVIII, 580, 2 ; 640, 2. Ideo natus est tempore, ut nos æternitati vivamus, XIV, 118, 2.

4° *Quæ alia bona spiritualia nascens attulerit*, XIII, 504, 2 ; XIV, 389, 1, 2. Suo ortu non tantum attulit pacem et opes spirituales, sed et temporales, XIV, 394, 1, 2. Sua incarnatione adduxit aureum jubilæi sæculum, 242, 2.

5° *Incarnatio est basis charitatis*, XX, 596, 1. Per incarnationem omnes homines sibi amore obstrinxit, IX, 630, 2.

6° *Incarnatio quibus rebus comparetur.* Incarnatio Christi est velut ros, X, 411, 2. Incarnatio apte iride repræsentatur, 642, 2. Dei mensa repræsentatur, VI, 174, 1 ; 176, 2. Verbum caro factum est quasi ferrum ignitum, X, 293, 1. Incarnationis et adventus Spiritus sancti analogiæ, XVII, 84, 2. Incarnationis mysterium et Eucharistia inter se comparantur, XI, 201, 2.

7° *Quid a nobis exigat incarnatio Christi.* Cur incarnationem S. Joannes tam impense inculcet, XX, 509, 1. Quatuor circumstantiæ in ea nobis sunt considerandæ : *primo*, quis est ille qui carnem nostram induit, imo assumpsit ; *secundo*, quid fit Deus in incarnatione ; *tertio*, cur Verbum factum est caro ; *quarto*, cur Verbum factum est homo, 509, 2 ; 510, 1, 2 ; 511, 1, 2. Ejus beneficii magnitudo, 511, 1, 2. Cur ea nobis præ oculis habenda, 512, 1. Ipse Christus sanctos permovit ut se incarnatum jugiter contemplarentur, XVI, 59, 2. Quam gratiarum actionem a nobis exigat, XIV, 268, 2. Incarnatio Christi omnes invitat ad sanctitatem, XII, 231, 2. Ipsa poscit a nobis novam disciplinam, puritatem et novam vitam, 231, 1.

Considerandum insuper quod incarnatio Christi infinita fuit humiliatio, XIV, 213, 2. Ejus in humanitate assumpta demissio, XIII, 95, 2. Quomodo per incarnationem Dei Filius se demiserit, IX, 626, 1. Quomodo fuerit minoratus, XIX, 369, 1. Ex omni factus est quasi nihil, 24, 1. Verbum divinum caro factum, factum est fœnum, XI, 494, 1. Verbum incarnatum est Verbum abbreviatum, 248, 1, 2. Verbum abbreviatum est Deus infans, XIII, 218, 2. Humiliatus non deposuit, sed occultavit Dei naturam, XIX, 24, 2.

CAPUT QUARTUM.

JESU CHRISTI GENEALOGIA, NATIVITAS, CIRCUMCISIO, NOMEN, PRÆSENTATIO, FUGA IN ÆGYPTUM, INFANTIA.

ARTICULUS PRIMUS.

JESU CHRISTI GENEALOGIA.

1° Jesus Christus fuit semen benedictum Abrahæ promissum, XVIII, 160, 1 ; 543, 1. Ex Abraham continua serie natus est, XIX, 475, 1. Symbolice, Christus est puer centum annorum, quia de Abrahami stirpe natus, XI, 754, 2.

2° Natus est ex tribu Juda, non Levi, XIX, 417, 1. Descriptio et census Bethleemi ostendebant Christum esse Messiam ex tribu Juda, XVI, 56, 1. Hæc descriptio ostendebat etiam illum venisse ut nos a servitute diaboli liberaret, *ibid.*

3° Natus est ex stirpe David, XII, 628, 2. Fuit filius David, IX, 658, 2. Cur vocetur filius David, XV, 53, 2. Duplici titulo fuit filius David, et regni ejus hæres, XVI, 96, 1. Per Joseph successit in regnum Juda, XV, 56, 2. Vocatur radix David, et David, XIII, 470, 2 ; 643, 2. Est Dominus Davidis, etiam qua homo, XVII, 100, 2. Per eum reges Juda regnarunt, et ipsum decebat e regibus nasci, V, 212, 1, 2. Stirpem David restituit suo ortu, XIV, 389, 1. Ejus stemma fuit illustre, XVI, 99, 2. Deducitur usque ad Deum, *ibid.* Mystice est generosissimus et nobilissimus, VIII, 467, 2.

4° Natus est ex familia et stirpe Zorobabel, XIV, 347, 1, 2. Descendit tam a pontificibus quam a regibus, XVI, 97, 2. Est progenitus ex Judæis, XVIII, 158, 2. Fuit Israelitici populi pars et propago, eaque nobilissima, XIII, 427, 1, 2. Natus est ex habitatoribus Sion, XVIII, 195, 1. Cur in Sion dicatur natus, *Psalm.* II, 77, 2 ; 78, 1. Quomodo fuerit vere filius Joseph, XI, 214, 1. Ejus genealogiæ conciliatio, XVI, 94, 2 et seqq.

ARTICULUS SECUNDUS.

JESU CHRISTI NATIVITAS.

1° *Quotuplices et quales adventus et generatio-*

nes *Christi*. Tres ejus adventus sunt, XIII, 364, 2. Quos in mundo fecerit ingressus, IX, 60, 2. Christi egressus est triplex, temporalis, æternus, et partim temporalis, partim æternus, XIV, 116, 1, 2. Ut homo, bis egressus est: *primo*, cum venit in hunc mundum per incarnationem; *secundo*, cum post mortem e mundo egressus est in cœlum, *ibid*. Christi generatio triplex, *Psalm*. I, 16, 1, 2, *Psalm*. II, 255, 1, 2. Generatio ejus quadruplex enarrari non potest, XI, 634, 2. Duplex ejus nativitas, una temporalis ex Virgine, altera æterna ex Deo Patre, XIII, 260, 1, 2. Tres habet nativitates, XVI, 62, 2. Ejus adventus qualis fuerit, XI, 738, 1, 2. Eo veniente in carnem, cur facta sit cœli terræque commotio, et qualis, XIV, 332, 2.

2° *Christi nativitatis tempus*. Natus est, cum bellis omnibus sopitis, pax in toto orbe esset, XVI, 54, 1. In quota Danielis hebdomade natus sit, XIII, 126, 2. Est ortus et natus sub Augusto Cæsare, XIV, 97, 2. Quo anno Augusti sit natus, XVI, 54, 2 et seqq. Quo anno Herodis Magni natus, XV, 70, 2. Natus est post solstitium hiemale, vigesima quinta die decembris, cum crescere dies incipiunt, XVI, 57, 1; 63, 1. Quæ circa eum diem fiunt, ei adaptantur, 57, 1. Noctu natus est Christus, cur, VIII, 626, 1. Natus est nocte silenti, XXI, 184, 1. Cur natus sit post mediam noctem, XVI, 63, 1. Noctu ante luciferum natus, XIII, 366, 1, 2.

3° *Variæ nativitatis Christi circumstantiæ*. Cur natus sit in Bethleem, XIV, 112, 1, 2. Vilem patriam cur elegit, *ibid*., et 113, 1. Nascens in Bethleem humilitatem nos docuit, XV, 79, 1 (*Vide* BETHLEEM). Terram sanctam sua nativitate et conversatione magis sanctificavit quam omnes Patriarchæ et Prophetæ, XIV, 378, 2. Natus est in antro, cur, 108, 1; XVI, 60, 1. Et rure, XIV, 108, 1. Digna illo fuit ipsa sui demissio, 112, 1. Medium locum nascens, vivens, moriens semper elegit, 243, 2. In quorum animalium medio sit et fuerit cognitus, 244, 2. In præsepio reclinatus est inter bovem et asinum, 245, 1. Variæ causæ cur sit reclinatus in præsepio, XIV, 245, 1 et seq.; XVI, 60, 2. Est verus pastor ovium, XIV, 245, 2. Regnum ejus consistit in mundi contemptu, et illius signum est paupertas, *ibid*. Ejus concio e præsepio, XIV, 113, 1; 245, 2; 246, 1; XVI, 61, 2. Ejus paupertas ditissima fuit, quomodo factus sit jumentum nobis, XIV, 246, 1. Ejus nativitas maxime fuit admirabilis, XI, 233, 1, 2. Iste puer quomodo natus et datus est nobis, 231, 1, 2. Dum nasceretur erat princeps, 232, 1. Ipse natus potentes omnes de sede deposuit, XVI, 41, 2. Fuit civis Romanus, 56, 2. Descriptus ostendebat se venisse ut nos a servitute diaboli liberaret, *ibid*. Mox ut natus, ab Angelis in brachia matris deponitur, vel sponte sua in ea venit, 58, 1. Quare natus vagiit et lacrymatus est, 58, 2. Lacrymas has ac seipsum Deo pro nobis in holocaustum obtulit, *ibid*. Cur fasciis involutus, causa tropologica, 60, 1. Nascens non fuit colligatus stellis, nec sub eorum fato, XV, 74, 2. Quomodo se abscondens, a Deo sit manifestatus, XVI, 62, 2. Eum inviserunt pastores, 64, 1, 2. Pastores ad Christum in Bethleem visendum, ab angelo exciti, fuere tres, et eximii evaserunt sancti, 63, 1. Cur ii primi ad Christum vocati sint, variæ dantur causæ, 63, 2: 64, 1. Cur valde timuerint, 64, 3. Quod ab angelo signum Christi accipiant, *ibid*. et seq. Interius ab angelo illuminati, cognovere eum esse Deum ac mundi redemptorem, 66, 2. Ibi fuere justificati, aut, si jam justi erant, magnum sanctitatis incrementum acceperunt: cur festinarint, *ibid*. Quæ ab angelo de Christo acceperunt, etiam aliis narrarunt, sed hi soli in eum crediderunt, 67, 1.

Christi ortus et nativitas sunt instar auroræ, propter analogias, XIII, 366, 1, 2. Ejus generatio et ortus comparantur rori, imbri serotino et tempestivo, XI, 551, 2; XIII, 367, 1. Ejus ortus hominibus optatissimus fuit, XIII, 367, 1. Sub Christi nativitate fons olei Romæ scaturiit, ex quo per integrum diem, continuo oleum fluxit, VII, 482, 1. Christi in specie parvuli variæ apparitiones, VIII, 207, 1.

ARTICULUS TERTIUS.

CHRISTI CIRCUMCISIO, NOMEN JESU EI IMPOSITUM, ET ALIA NOMINA EI DATA.

I. CIRCUMCISIO. — Circumcisionis lege Christus non obligabatur, XVI, 67, 2. Ea instituta erat ad abolendum peccatum originale, *ibid*. Christus igitur circumcisus fuit libere et sponte, non ex obligatione, *ibid*. Idque novem de causis, 68, 1. Atque in spelunca in qua natus; magnum sensit in ea dolorem, *ibid*. In ea summopere se humiliavit, *ibid*. Cur census sit post circumcisionem, 56, 2. Circumcisus prima die januarii, designatur per Moysen eadem die promulgantem Decalogum, II, 395, 2.

II. NOMINI JESUS IMPOSITIO. — 1° Christi ab utero vocatio, et nominis *Jesu* acceptio, XI, 581, 2. Nomen infanti dabatur in circumcisione, XVI, 43, 2. Maxime cognatorum et patrum illustrium, 44, 1. Nomen *Jesu* Christo datum in circumcisione, 68, 2.

2° *Jesus* est nomen hebræum, non syrum, II, 257, 2. Non est idem cum Jehova, *ibid*. Includit nomen Jehova sed non est illud nomen, XIX, 28, 2; 29, 1. *Jesu* nomen sanctius est quam *Jehova*, II, 258, 1; XVI, 40, 1. Est venerabilius nomine Dei, II, 415, 1. *Jesus* est nomen novum Christi, XXI, 79, 1. *Jesus* idem est quod Salvator, II, 257, 2; XIV, 265, 1, 2. Jesus est Salvator in actu perfecto, XVI, 68, 2. *Jesus* est nomen proprium Verbi incarnati dans salutem omnibus ad se confugientibus, V, 570, 2; XIX, 29, 2. Id nomen prædixerant Prophetæ, Rabbini et Sibyllæ, II, 258, 1; XIX, 30, 2. *Jesu* nomen multis ante annis prænominavit Habacuc, XIV, 265, 1, 2. Quid et quantum significet, II, 258, 1. Significat id nomen omnia bona et dona ab eo nobis donari, *ibid*. et seqq.

ARTICULUS QUARTUS.

PRÆSENTATIO CHRISTI, EJUS ADORATIO A MAGIS, FUGA IN ÆGYPTUM, INFANTIA.

CAPUT QUINTUM.

VITA PUBLICA JESU CHRISTI.

ARTICULUS PRIMUS.

A BAPTISMO CHRISTI, ET PRIMO PASCHATIS FESTO, MINISTERII PUBLICI EJUSDEM, *Joann.*, II, 12; USQUE AD SECUNDUM PASCHA, *Joann.*, V, 1.

ARTICULUS SECUNDUS.

A SECUNDO PASCHATE MINISTERII PUBLICI JESU CHRISTI, USQUE AD TERTIUM PASCHATIS FESTUM.

recreavit, XV, 345, 1. Cur Petrum ob vim ventorum diffidentem mergi permiserit, 346, 1. Quatuor in hac navigatione trans fretum miracula contigerunt, 347, 1.

11° *Sermo de cibo cœlesti.* Quis est cibus permanens in vitam æternam, XVI, 392, 1, 2. Quo animo Christum rogaverunt Judæi, quomodo opera Dei operaretur, 393, 1. Docet se esse Moyse majorem, 394, 2. Ipse dat panem de cœlo verum, *ibid.* Christus ad prædestinationis secretum sermonem attollit, cur, 396, 2. Primo faciliora, deinde difficiliora rudibus proponebat, 402, 1. Scala qua vita ab æterno Patre ad nos usque descendit, 409, 2. Durus incredulis videtur sermo Christi, 410, 1. In synagoga Capharnaum de Eucharistia egit, *ibid.* (*Vide* Eucharistia). Ex ascensu suo in cœlum futuro divinitatem suam probat, 410, 2. Multi ex discipulis Christi eum deserunt propter sermonem præcedentem, 412, 2. An ex eis qui defecerunt hic a Christo, fuerit S. Marcus, 413, 1. Cur Christus quærat ab Apostolis an et ipsi eum deserere vellent, *ibid.* Petrus pro cæteris Christo respondet, *ibid.*, 2. Finiuntur hic acta secundi anni prædicationis Christi, 415, 2.

ARTICULUS TERTIUS.

A TERTIO PASCHATIS FESTO MINISTERII PUBLICI CHRISTI, USQUE AD QUARTUM ET ULTIMUM PASCHA ET CHRISTI PASSIONEM.

1° *Prædicatio Christi in templo, in festo Scenopegiæ.* Cur Christus, rogantibus fratribus ejus, in Judæam redire abnuerit, XVI, 417, 1, 2 et seq. Cur tertio prædicationis anno, nec in Paschate, nec in Pentecoste Hierosolymam adierit, 417, 1. Cur ei fratres ejus dixerint ut in Jerusalem transiret, 417, 2 et seqq. Cur clanculo deinde Jerusalem iverit, 418, 1, 2. Varia populi de eo opinio, 419, 2. An initio festi venerit Jerusalem, sed latuerit et templum non adierit nisi die quarto festi, *ibid.* et seqq. Cur Christus Jerusalem ascendens, non statim in templum ascendit, 420, 2. Convitium a Pharisæis illatum patienter dissimulavit, 421, 2. Ipsius in respondendo iis magnanimitas, 425, 2. Comprehensores suos majestate vultus sui terruit, 428, 1, 2. Quam efficax ejus fuerit sermo, *ibid.* Hortum in monte Oliveti quasi nocturnum hospitium et oratorium elegit semestri ante mortem, 431, 1, 2 et seq.

2° *Chananæa mulier.* Cur Christus abierit subinde Gentiles, neglectis Judæis, XV, 355, 1. Quomodo Chananæa mulier Christum ad filiæ suæ energumenæ miserendum excitavit, *ibid.*, 2 (*Vide* Chananæa Mulier).

3° *Secunda panum multiplicatio.* Cur Christus in monte sederit, XV, 357, 2. Cur deinde in septem panibus miraculum fecerit, 359, 1. Eos benedixit, orans Deum, *ibid.*, 2.

4° *Petitio signi de cœlo secunda.* Christus a Pharisæis pro mago habetur, nam signum de cœlo ab eo petunt, XV, 361, 1. Signa temporum quæ, 362, 1.

5° *Cæci a Bethsaida curatio.* Cur Christus hinc cæcum curaturus eum extra turbam duxerit, XV, 696, 1. Cur sensim eum curarit, 697, 1, 2.

6° *Petri confessio, et passionis Christi prædictio prima.* Cur Christus putatur fuisse Joannes Baptista, aut Elias, aut Jeremias, aut aliquis ex priscis Prophetis, XII, 15, 2; XV, 364, 1. Petrus præ cæteris, utpote sapientior et ferventior, Christo interroganti respondet, 365, 1. Ejusdem confessio, *ibid.* An Petrus primus confessus sit Christum esse Deum, *ibid.*, 2 (*Vide pro iis quæ subsequuntur,* Ecclesia, Petrus). Cur Apostolis Christus vetuerit cuiquam revelare quod ipse esset Messias, Jesus Christus, 372, 1. Cur eos de morte sua præmoneat, 373, 1. Quo sensu Petrus a Christo vocatus est Satanas, 373, 2. Christus discipulis suis abnegationem docet, 374, 1, 2 et seqq.

7° *Transfiguratio Christi.* Christus discipulis suis transfigurationem suam prædicit, XV, 378, 2. Quod sit regnum Christi, *ibid.* Transfiguratio Christi, ejus velut regnum fuit, *ibid.* Cur transfigurationem suam ad sex dies distulerit, 380, 1. Cur Petrum, Jacobum et Joannem secum assumpsit Christus, ut coram eis transfiguraretur, 380, 2. Cur facta sit transfiguratio in monte, et in quo monte, 381, 1, 2. Christus transfiguratus non in Libano, sed in Tabor, *ibid.* Quo die et anno sit transfiguratus, 383, 2. An mane, an nocte contigerit, 388, 2. Primum Christus in monte oravit, 382, 1. Quomodo transfiguratio sit peracta, 382, 2 et seqq. Non fuit phantastica, *ibid.* Totum corpus Christi resplenduit, 382, 2 et seq. Assumpsit ad tempus corporis gloriosi dotes, 382, 2. Christus in ea non ostendit apostolis suis divinitatem suam, nec mutavit vultus formam, essentiam, figuram; sed assumpsit ingentem splendorem quasi divinum, qui in vultu et toto corpore resplenduit, 382, 1, 2. Dotes gloriosæ a Christo repressæ, *ibid.* Ejus essentiam divinam in monte Tabor non viderunt Apostoli, XX, 419, 1. Cur Christus transfiguratus sit, XV, 383, 2. Quater Christus fuit transfiguratus, 384, 1. Christus non sedens, nec genuflexus, sed stans transfiguratus est, 384, 2. Fulgor vestimentorum Christi in transfiguratione, *ibid.* et seq. Cur Moses et Elias apparuerunt, 385, 2. An in propria persona apparuerint, 386, 1, 2 Quemnam excessum dicebant, 386, 2. Unde agniti Moses et Elias a Petro, 387, 1. Petrus nescit præ gaudio quid petat, 387, 2. Cur in transfiguratione nube tectus fuerit, XII, 574, 2. Nubes obumbrans quos et cur, XV, 388, 1, 2. Nubis officium quale hic, *ibid.*, 2. Nubes fuit lucida, cur, 389, 1. In transfiguratione SS. Trinitas repræsentata fuit, *ibid.* Quomodo Christus sit dilectus Dei, XV, 389, 2; XX, 429, 2. Est unicornis, XX, 430, 1, 2. In eo Deus Pater sibi complacet, 430, 2. Ipse audiendus, et quare, XV, 389, 2; XX, 431, 1. Cur tres Apo-

20° *Prædictio mortis tertia, et iter in Jerusalem*, XV, 446, 1, 2.

21° *Filii Zebedæi*. Quid a Christo eorum mater petierit, XV, 447, 2 et seq. Excusanda mater filiorum Zebedæi, 448, 1. Filii Zebedæi quare nescierint quid peterent, 448, 2 et seqq. Passio est calix, 449, 1. Cur S. Joannes pingatur cum calice, *ibid.*, 2. Cur passio vocetur baptismus, *ibid.* An recte dicant posse se calicem bibere, 450. Unde duorum fratrum petitionem audierint cæteri Apostoli, 451, 2. (*Vide* Jacobus, Joannes).

22° *Zachæus*. Zachæus erat princeps publicanorum, XVI, 247, 1, 2. Erat dives, *ibid.*, 2. Cur cuperet Jesum videre, *ibid.* Jesus ei se videndum et fruendum obtulit, 248, 1. Ejus aspectus est operosus et efficax, *ibid.* Quomodo eum Dominus viderit, *ibid.* Prompta ejus obedientia, 248, 2. Hospitio excipit Dominum, *ibid.* Quid Zachæo ejusque domesticis proponeret, *ibid.* Restituit injuste parta, et pauperibus dimidium bonorum distribuit, 248 et seq. Octavam tantum bonorum suorum partem Zachæus fraude acquisierat, 249, 1. Ejus domui tunc facta est salus, 249, 2 (*Vide* Zachæus).

23° *Cæci post egressum e Jericho*, XV, 454, 1, 2 et seqq. Cæcos duos an unum Christus veniens in Jericho curarit, 454, 1. Et an is idem cum eo quem Lucas a Christo Jericho ingrediente curatum ait, *ibid.* Sexies cæcos curavit Christus, 455, 2. Cæcorum duorum importunus clamor, 454, 2.

24° *Unctio pedum Christi secunda. Ante sex dies Paschæ*, cum Jesus Bethaniam venit, quid sit, XVI, 503, 1. Cur instante morte prius Bethaniam venerit, *ibid.* Maria unguentum pretiosum super caput Christi effudit, item super pedes, 504, 1, 2. Pistica nardus quæ, 503, 2. Judas in Magdalenam murmurat, 505, 1. Cur Christus Judam furem elegerit, *ibid.* Pharisæi de Christo et Lazaro interficiendis cogitant, 507, 1.

25° *Christus e Bethania in Jerusalem venit, et eam quasi rex cum triumpho ingreditur*, XV, 457, 1, 2 et seqq. Cur ex Bethphage cum triumpho per portam Auream in Jerusalem et templum deduci voluerit, 458, 1; 464, 1. Cur transire vallem Josaphat, 458, 1. Duo discipuli a Christo missi qui sint, *ibid.* An in suo triumpho sedit super asinam, non super asinum, et cur, XIV, 458, 1. Christus tam pullo quam asinæ vicissim insedit, XIV, 459, 1; XV, 459, 2. Jumentum in brevi hoc itinere mutavit ob mysterium, XIV, 459, 1. Cur cum pompa in urbem ingredi voluerit, 460, 1 et seq. Variis de causis insolita cum pompa Jerusalem in die Palmarum invectus est. 457, 1, 2. Per portam Gregis invectus est in Jerusalem in die Palmarum, 100, 2. Faustis acclamationibus turbæ excipitur, 460, 2 et seq. Palmarum rami de arboribus cæsi, et Christo substrati, erant signum triumphi quem de morte, dæmone, peccato et inferno relaturus erat, 461, 1. Agnoscit hæc turba eum pro Messia, 462, 1. Christus regnum suum in cruce adiit, 462, 2 et seq. Effecit ut nemo Judæorum et Romanorum hoc ejus triumpho irritatorum manus in eum miserit, 463, 2.

26° *Fletus super Jerusalem*. Cur Christus videns Jerusalem flevit super illam, XV, 253, 1. Vehemens Christi dolor et indignatio, 253, 2. Jerusalem eversionem prædicit, 254, 1, 2.

27°. *Ingressus in templum, et secunda ejectio vendentium a templo*, XV, 464, 1 et seq. Cur urbem ingressus primo adierit templum, 464, 1. Christus non intrabat in Sanctum, nec in atrium sacerdotum, quod non esset sacerdos Leviticus, *ibid.* Nullam aliam templi partem aut atrium ingressus est quam atrium laicorum, XII, 781, 2. Christus ejecit vendentes et ementes e templo ob duas causas, XV, 464, 2. Bis ejecit vendentes e templo, *ibid.* Non sinebat ut quis onustus vase vel sarcina extremum atrium templi transiret, 706, 1, 2. Mensas et cathedras evertit, 464, 2. Collyba et collybistæ quid, *ibid.*

28° *Indignatio Pharisæorum, Gentiles ad Christum, et infidelitas Judæorum*. Ob mirabilia Christi, ei acclamant pueri, XV, 466, 1, 2. Populus mutabilis et ingratus, 466, 2. Gentiles ad Christum per Philippum accedentes, XVI, 507, 2, 508, 1. Prædictio glorificationis Christi, 508, 1. Tonitru e cœlo Christi divinitatem testatur, 511, 1. Infidelitas Judæorum, 515, 1, 2. Tres causæ cur Judæi non credant Christo, *ibid.* Abscondit se Jesus a Judæis, 515, 1. Exhortatio Christi ad fidem, 517, 1.

29° *Maledictio ficus*. Christus maledixit ficui, XV, 467, 1. Ficus arefacta mystice quid, 467, 1; 2. Quo die ficus arefacta est, 467, 2. Observatio ficus arefactæ, *ibid.*, 2.

30° *Interrogatio de potestate Christi*, et odium principum in Christum, XV, 468, 1, 2. Christus per scribarum reprehensiones sibi viam paulatim ad passionem stravit, 472, 2. Quomodo Pharisæis significat se brevi moriturum, XVI, 514, 2.

N. B. — Variæ parabolæ quas exinde usque ad passionem suam Christus tum discipulis, tum Judæis proposuit, infra per ordinem indicantur (*Vide* Parabola.)

31° *Census an dandus Cæsari, et duo minuta viduæ*, XV, 477, 2 et seqq. Deo et Cæsari sua reddenda, 480, 1; Gazophylacium et duo minuta quid, 708, 2. Vidua pauper a Christo laudata, 709, 1, 2.

32° *Prædictio eversionis Jerusalem, finis mundi et judicii extremi*. Cur discipuli Christo ædificationes templi ostendant, XV, 501, 1. Templum funditus evertendum prædicit Christus, *ibid.*, 2. Interrogatio discipulorum quando hæc evenient, 504, 1. Signa excidii urbis et orbis, 503, 2. Signa excidii Jerusalem, *ibid.*, 2. Signum finis mundi instantis quod, 505, 1. Signa duo prævia excidio Jerusalem, 505, 1, 2. Væ prægnantibus et nutrientibus in illis diebus, cur, 506, 1. Difficultas circa

sabbatum fugæ, *ibid.*, 2. Judæorum clamores ob Christum occisum, 507, 1. Ob eum crucifixum eversa est Jerusalem, *idid.* Jerusalem danda Gentibus, *ibid.*, 2. Propter electos breviati dies quid, 508, 1. Impostores et seductores varii, 509, 1. Sex analogiæ fulguris et Christi, 510, 2: *Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilæ*, quid? 511, 1. Tribulatio hic quid, 512, 2. Solis obscuratio unde, 513, 1. Sole obscurato luna necessario obscuratur, *ibid.*, 2. Stellæ cadent, *ibid.* Virtutes cœlorum movebuntur, *ibid.* Quodnam est signum Filii hominis, 514, 1. Nubes cur in adventu Filii hominis, 515, 2. Dies et hora judicii ignota, 517, 2 et seq. (*Vide* JERUSALEM, JUDICIUM).

33° *Populi concursus ad Christum, et concilium secundum contra Christum*, XVI, 259, 2; XV, 543, 1. Consilium dolosum de capiendo Christo, XV, 544, 1.

34° *Prædictio iterata passionis*, XV, 542, 2, et *unctio capitis Christi apud Simonem Leprosum*, XV, 544, 2 et seq. Excusat Christus et defendit Magdalenam a qua inunctus erat, quod ad sepeliendum eum id fecerit, 546, 1.

35° *Pactum proditionis Christi*, XV, 547, 1, 2. Mors Christi a proditione Judæ erat inchoanda, XVI, 528, 1. Satanas quomodo in Judam intravit, XV, 547, 2. Triginta argenteis venditur Christus, *ibid.* Triginta argentei quid, *ibid.* Venditus fuit triginta argenteis, atque hinc meruit esse pretium peccati, XIV, 492, 2. Vili pretio a Juda est venditus, XV, 548, 2. Aliæ hujus venditionis circumstantiæ, XIV, 493, 1, 2. Christi proditionis indignitas, *Psalm.* I, 208, 1. Judas decimam partem pretii unguenti Magdalenæ accipit, XV, 548, 2. Christus vili pretio venditus meruit fieri pretium mundi, *ibid.*

36° *Quartum Pascha, ablutio pedum, et institutio Eucharistiæ.* Dies azymorum quinam, XV, 549, 1. Chronotaxis ultimorum dierum Christi, *ibid.* An Christus Pascha decimo quarto die celebrarit, XVI, 521, 1. Christus lavat pedes discipulorum, cur, 521, 2 et seq.; XVIII, 180, 2. Tres causæ lotionis pedum a Christo, XVI, 523, 1, 2. Et cur primo pedes Petri, 524, 1. Resistit Petrus lotioni pedum suorum, 526, 1. Ad humilitatem exhortatio, 527, 2 et seq. Prænovit diu Christus proditionem Judæ, 412, 2; 414, 1. Quando prædixit Christus se prodendum, XV, 529, 1, 2 et seq. Probabilius est Christum prædixisse proditionem Judæ, tam ante Eucharistiam quam post eam illam iterasse, 530, 1. Christus turbatus est spiritu ob proditionem Judæ, 529, 2. Cur Judæ peccatum nollet divulgare, XV, 552, 1. Proditionem sui apostolis detegit Christus, 552, 2. Cur Judam non nominarit, *ibid.*; XVI, 412, 2; 414, 1. Ordo detectionis Judæ proditoris, 553, 1. Joannes in sinu Christi recumbit, 530, 2. Petro suggerente, interrogat Christum de proditore Joannes, 531, 1. Intinctus panis quis, *ibid.* Satanas in Judam intrat, *ibid.*, 2.

Quo die Christus Eucharistiam instituit, XV 549, 2 et seq. Ad passionem iturus, cur Eucharistiam instituerit et sumpserit, XIV, 470, 2. Pascha non poterat immolari nisi in Jerusalem, XV, 550, 2. Hora tertia pomeridiana agnus paschalis mactabatur, *ibid.* Christus in agno se in cruce intuebatur, 551, 2. Judas sumpsit S. Eucharistiam, *ibid.* Triplex cœna Christi, XV, 554, 1; XVI, 522, 2. Sub horam noctis secundam Christus instituit Eucharistiam, XV, 554, 2. Ejus actiones quinque in institutione Eucharistiæ, *ibid.* Christus benedixit panem, cur, 555, 1. Quomodo eam dederit, 555, 2; 557, 2 (*Vide* pro aliis quæstionibus, EUCHARISTIA). Suis valedicit Christus dicendo se non amplius cum eis comesturum, 562, 2. Objectio de comestione Christi post suam resurrectionem, *ibid.* Satanas in Judam intrat, XVI, 531, 2. *Quod facis, fac citius*, quo sensu Judæ dixit Christus, 533, 1. Juda egresso ad proditionem consummandam, Christus dicit se clarificatum, 533, 2 et seq. Quare post cœnam, hymnum cecinerit, XIX, 452, 2.

37° *Sermo Christi post cœnam.* Christi in suos teneritudo, XVI, 534, 2. Suis ultimum dicit vale, *ibid.* Dicit eos non posse venire quo ipse vadit, 535, 1. Mandatum dilectionis novum, *ibid.* et 2. Prædicit Christus Petro trinam negationem, XV, 565, 1, 2; XVI, 537, 2. Quomodo apostoli Christo eorum lapsum prædicendo non crediderunt, si eum prophetam et Messiam credebant, XV, 565, 2.

Christus solatur et corroborat suos turbatos, XVI, 538, 1, 2. In domo Patris cœlestis mansiones multæ, 539, 1. Quomodo Christus vadit parare locum apostolis, cum in cœlo sint mansiones multæ, 540, 1. Dicit se abiturum in cœlos, *ibid.* et seqq. Petit Philippus a Christo ut sibi Patrem ostendat, 543, 1. Qui videt Christum, videt et Patrem, quo sensu? 543, 2. Qui credit in Christum opera Christo majora faciet quo sensu, 545, 1, 2. Cur Christus voluit majora per apostolos quam per se operari, 546, 1. Promittit apostolis Paracletum, 547, 1. Promittit se non relicturum discipulos orphanos, 548, 2. Resurrectionem suam iis prædicit, *ibid.*; 552, 2. Pacem relinquit suis Christus ex hoc mundo discessurus, 552, 1. An Christus hic a mensa surrexerit, domoque exierit, et dixerit ea quæ sequuntur in via, 555, 1, 2.

Exhortatio ad perseverandum in dilectione Christi sub allegoria vitis, XVI, 556, 1, 2 et seqq. Christus abiens e mundo, multa apostolis revelavit, 566, 2. Ejus in illos amor, 567 2. Eos contra instantem persecutionem præmunit, 568, 2; 581. 2. Promittit eis iterum Spiritum sanctum, 570, 1, 2. Ratio cur persecutiones quas sufferre debent, prænuntiet, 573, 1, 2. Quodnam scandalum ab apostolis hic arceat Christus, *ibid.* Causæ persecutionis in apostolos, 574, 1. Quænam hæc nova quæ Christus antea apostolis non dixit, 575, 1. Prædicit eis se brevi tempore ab iis abfore, 580, 2. Quodnam hic: *Modicum, et non videbitis me?* *ibid.* Promissio

gaudii æterni, 581, 2 et seq. Dolori parturientis cur dolor discipulorum compararetur, 583, 1. Promissio Christi de impetratione orationum expenditur, 384, 2 et seqq.

38° *Christi ad passionem ituri cygnæa oratio.* Oratio Christi pro sua glorificatione, XVI, 590, 1 et seqq. Oratio pro salute Apostolorum, 595, 2 et seqq. Oratio pro salute omnium fidelium, 598, 1 et seqq.

CAPUT SEXTUM.

JESU CHRISTI PASSIO, CRUCIFIXIO, MORS, SEPULTURA.

ARTICULUS PRIMUS.

CHRISTI PASSIONIS SERIES HISTORICA.

Passio Christi per articulos paucis digeritur, XV, 212, 2 et seqq.; 646, 1. Ejus tres fuere partes primariæ, 446, 2. Passionem Christus a circumcisione inchoavit, XVI, 68, 1. Ab infantia cœpit, *Psalm.* II, 85, 2. 1° *Oratio Christi in horto.* Cur Christus in montem Oliveti exierit, XV, 562, 2. Cur secesserit in villam Gethsemani, 566, 1. Ejus tristitia in horto, 566, 2 et seq. Tristitia vera fuit in Christo, 567, 1. Non solum in appetitu sensitivo, sed etiam in voluntate, *ibid.* et 2. Quomodo in passione cœperit tædere et pavere, VI, 363, 1. 2. Christi tristitiam et sudorem sanguineum causavit: *primo*, instans passio et mors; *secundo*, prævisio martyrum; *tertio*, ingratitudo hominum; *quarto*, afflictio matris suæ, XV, 567, 2; 568, 1. Hæc tristitia in Christo fuit voluntaria, *ibid.* Simul dolebat et gaudebat summe de sua passione, 567, 1. Causæ iterum finales Christi passionis, quinque, 568, 1, 2; 569, 1. Tristatus est usque ad mortem, 569, 1. Cur Apostolos sustinere jusserit, *ibid.*, 2. Quinque ob causas procidit in terram orans, *ibid.* Agoniam et horrorem vicit orando intensius et extensius, XVI, 265, 1. Vere sanguinem in ea sudavit, et unde hoc factum, *ibid.*, 2. Cur ad discipulos dormientes venerit, XV, 571, 2. Eos acerbe non increpat, 572, 1, 2. Secunda ejus oratio in horto, et tertia, *ibid.*, 2. Cur tertio orarit, *ibid.* Quo sensu dixerit discipulis: *Dormite jam, et requiescite*, 573, 1.

2° *Apprehensio Christi.* Christus ultro Judæis processit, XVI, 606, 2. Christus obviam prodeundo hostibus, tria nobis notanda dedit, XV, 573, 2. Osculantem Judam non respuit, sed amice reosculatur et blande compellat, 575, 1 et seq. Christus osculum Judæ tribus de causis dedit, 575, 1. Mira Christi in Judam mansuetudo, *ibid.*, 2. Ordo comprehensionis Christi, 576, 1. Quæ miracula patrarit jam comprehendendus, 576, 1, 2. Prosternit Judæos in terram, XVI, 607, 1. Prostratio Judæorum significat eorum casum, XV, 576, 2. Petri gladium fuisse cultrum censent aliqui, 577, 1. Fuisse ensem censent Patres, *ibid.* 2. Aurem Malcho Christus restituit, 578, 2. An Christus Malchum converterit, *ibid.* Petri gladium stringentis temeritatem castigat, 578, 2. Qui acceperint gladium, gladio peribunt, *ibid.* Rationes cur Christus se defendi vetet, *ibid.* et seq. Angelorum ope ad sui defensionem non habebat opus, 579, 1, 2. Cum Judæi impleverint Scripturas de occidendo Christo, an peccaverint, 579, 2; 580, 1. Christi capturæ ordo, 580, 2. Et atrocitas, 581, 1. Cur ligari voluerit, XVI, 607, 2. Cur Apostolos a Judæis tangi noluerit, 607, 1. Anf uga discipulorum licita, XV, 581, 2.

3° *Christus ad Annam et Caipham ductus.* Per torrentem Cedron ductus fuit, an in eumdem præcipitatus, XVI, 605, 2. Ad quem primum ductus fuerit, XV, 582, 1. Cur primo ductus ad Annam, XVI, 608, 1. Petrus a longe Christum captum sequitur, XV, 582, 2. An discipulus sequens Christum cum Petro fuerit S. Joannes, *ibid.* Christus a Caipha interrogatur, 583, 1. Animose et intrepide ei respondet, *ibid.* et 2. Christo alapa impingitur, XV, 583, 2; XVI, 608, 1, 2. Alapa a colapho quomodo differat, XV, 587, 2. Quæ fuit Christo impacta, quam atrox fuerit, 583, 2. Cur percussus alteram maxillam non dederit, XVI, 608, 2. Falsi testes in Christum, XV, 584, 1. Quare a testibus accusatus tacuerit, 584, 2. Adjuratur a Caipha per Deum vivum, 584, 2 et seq. Eique tunc respondet clare, VI, 412, 1; XV, 585, 1. Christi coram judicibus suis magnanimitas, XV, 585, 2. Caiphas vestimenta sua scindit, *ibid.*, 2. Blasphemare censetur a Caipha, 586, 1. Hinc tanquam blasphemus a concilio reus mortis judicatur, *ibid.* Ob nostra peccata reus erat, 586, 2. Bis examinatus et rogatus in concilio fuit, *ibid.* Quomodo a ministris et senatoribus fuerit illusus, 587, 1. Eorum in Christum barbara sævities, *ibid.* Ejus facies fuit consputa, et barba vellicata, *ibid.* Palmis facies ejus cæditur, *ibid*, 2. Illuditur Christus quasi scurra et ludio, *ibid.* et seq. Ejus barba in passione et pili vellicati, XI, 598, 1. Velata facies ejus, duabus de causis, XV, 588, 1. Sibylla de Christo consputo, *ibid.* Causa delusionis Christi, *ibid.*, 2. Quid ea velatio mystice et tropologice denotaret, *ibid.* Sua passione Deum honoravit, ejusque injuriæ satisfecit, *ibid.* Martyres ad opprobria, tormenta, et mortem animavit, 589, 1. Christus fuit adamas patientiæ, *ibid.* Quinque illusiones Christi per tres horas, *ibid.* et 2.

4° *Negatio Petri.* Petrus an steterit, an sederit ad ignem, XV, 589, 2. Quomodo esset in atrio foris, *ibid.* Ancilla Petrum agnovit ex pavore, 590, 1. Cur Christus vocetur ab ancilla ostiaria Galilæus, *ibid.* Ad vocem ancillæ Petrus cecidit, *ibid.* Ejus prima negatio, *ibid.* Negando mentitus est in re fidei, *ibid.* Ter tantum negavit, non septies, aut sexies, ut vult Dionysius Carthusiensis, 590, 2. Negationum ejus ordo, *ibid.* An Petrus fidem perdidit, *ibid.* An excusari ejus responsio, et negatio in bonum sensum capi possit, *ibid.* Negando peccavit mortaliter et Dei gratiam amisit,

cur permissus tam graviter labi, 591, 1. Primo galli cantu a lapsu non est excitatus, *ibid.* Negavit secundo cum juramento, *ibid.* Item tertio cum detestatione, 591, 2. Respexit Christus Petrum, quo sensu et quo modo, 592, 1. Galli cantu excitus vocis Domini est recordatus, *ibid.*, 2. Cur egressus sit foras ut fleret amare, 593, 1 (*Vide* PETRUS).

5° *Christus ad Pilatum ductus primo et Judæ desperatio.* Sanedrim convocat Caiphas ad damnandum Christum, XV, 595, 1, 2. Amici Christi e principibus an interfuerint concilio quod Caiphas ad damnandum Christum convocarat, 595, 2. Vinctus ad Pilatum trahitur, ut ab eo ad mortem damnaretur, XV, 596, 1; XVI, 608, 2. Tres causæ ob quas Christus Pilato traditus, XV, 596, 2. Judas male pœnitens triginta argenteos refert, 597, 1. Desperabundus Judas se suspendit, *ibid*, 2. Judas in ficu se suspendit, 598, 1. Avaritia Judam perdidit, *ibid.* (*Vide* JUDAS). Jesus coram Pilato sistitur, 599, 2 et seq. Tria crimina ei coram illo objecta, 600, 1. Cur dixerit Pilato se natum ad veritatem testandam, XVI, 609, 2 et seq. Quid ei de suo regno responderit, XV, 600, 2; XVI, 609, 2. Cur tacuerit accusatus apud Pilatum, silet quatuor de causis, XV, 601, 2. Miratur Pilatus, *ibid.* Christi confessio coram Pilato, XIX, 262, 2.

6° *Christus ad Herodem.* Veste alba ab Herode illuditur, cur, XV, 692, 1.

7° *Christus ad Pilatum secundo, et Barabbæ liberatio.* Propensio et instantia Pilati ad liberandum Christum, XV, 602, 1. Cum Barabba componitur, 602, 2 et seq.; 604, 2. Uxor Pilati ad maritum mittit pro liberando Christo, 603, 1. Uxoris Pilati somnium a quo immissum, *ibid.* et 2. Barabbas Christo præfertur, 604, 2,

8° *Christi flagellatio.* Christus a Pilato flagellari jubetur, XV, 605, 2; XVI, 612, 1. Fuit flagellatus antequam ad mortem damnaretur, XV, 606, 1, 2. Idque semel tantum, sed atrociter ad columnam ligatus, *ibid.*, 2.

Columna flagellationis Christi, XV, 606, 2. Flagellationis Christi atrocitas, *ibid.* Quibus instrumentis fuerit flagellatus, 607, 2. Cur tam atrociter voluerit cædi, 607, 1. Ipsius in ea flagellatione patientia et constantia, *ibid.* Passus est per omnia, *ibid.*

9° *Christi condemnatio et coronatio.* Sententia lata a Pilato in Christum, XV, 608, 2. Pilatus de Christo Romanis scribit, *ibid.* Chlamydem coccineam induitur per ludibrium, 609, 2; XVI, 612, 2. Purpura regnum Christi notat, XV, 609, 2. A militibus spinea corona coronatur, 610, 1. Corona spinea qualis, *ibid.* Coronæ spineæ acutissimus dolor, *ibid.* Cur Christus spinis coronatus sit, V, 349, 1; XV, 609, 2. Arundo ei in manus datur per contemptum, et qualis, XV, 611, 2. Quid ea symbolice designet, *ibid.* Ejus insignia regalia simul referuntur, 612, 1. Cur caput ejus percussum arundine, *ibid.*, 2. Ad populum in hoc schemate producitur, *ibid*, Quid de eo Pilatus ad Tiberium imperatorem scripserit, XV, 655, 2.

10° *Crucis delatio, mulieres plangentes.* Cur Christus, cum ad crucifigendum educeretur, suis sit vestimentis indutus, XV, 612, 1. Quam longis itineribus fatigatus in die mortis suæ, *ibid.* Quomodo crucem suam portarit, 614, 1. Simon crucem Jesu gestavit, cur, *ibid.*, 2. Hæresis Basilidis et Marcionis de Christo cruci subducto, *ibid.*, 2. Mulierum Christum ad mortem euntem sequentium lamenta, *ibid.* Quid dixerit ad mulieres super se lamentantes, *ibid.* Veronica sudarium Christo exhibet, *ibid.* Golgotha quænam vox, 615, 1. Calvaria dicta a cranio Adæ ibi sepulto et reorum, 615. 1, 2. Cur Christus in loco infami et supplicii voluerit crucifigi, 615, 2. Cur extra Jerusalem, II, 27, 1; XV, 615, 2.

11° *Crucifixio Christi.* Vinum felle mixtum Christo ante mortem propinatur, XV, 616, 1. Bis ei potus in Calvariæ monte oblatus, *ibid.* Vinum myrrhatum quid, *ibid.* Cur gustatum bibere noluit, *ibid.*, 2. Clavis cruci suæ fuit affixus, sed et funibus simul alligari potuit, IX, 914, 1; XV, 616, 2. Quot clavis fuerit affixus, XV, 617, 1. Sunt ei per volam manus adducti, vel per carpum brachii, et cur, *ibid.* Quem cruciatum in ea fixione senserit, maxime in pectore, *ibid.* Clavorum Christi typus, clavus ferreus quo percussus Sisara, III, 136, 2. Acerbitas multiplex crucis Christi, XV, 617, 1. Quis summus dolor Christi, *ibid.* Crucifixionis hujus circumstantiæ, 617, 2. An nudus pependerit, *ibid.* An fuerit humi cruci affixus 618, 1. Nudus prorsus in cruce pependit, et cur, XI, 324, 1. Cur fuerit crucifixus, variæ dantur causæ, XV, 618, 1 et seqq. In cruce pendens Evæ peccatum luit, 628, 2. Et sic cœlum terræ reconciliavit, *ibid.* Sensit in ea omnium martyrum tormenta, 619, 1. Crux Christi ex quo ligno, *ibid.*, 2 (*Vide* CRUX). Die vigesima quinta martis crucifixus est, 620, 2. Et in meridie, facie versa ad occidentem, 621, 1; 632, 2. Ita ejus crucem Judæi collocarunt, ut dorso urbem Jerusalem et orientem, facie occidentem respiceret, idque alio sensu factum est, XII, 152, 2; 563, 1. Facie aversa a Jerusalem et Romam spectans crucifixus est, et postea in cœlum ascendit, XIV, 528, 1. Cur Christus dicitur crucifixus hora tertia, XVI, 513, 2. Affectus septem e Christo crucifixio nobis eliciendi, XV, 622, 1.

12° *Christi oratio prima in cruce, vestimentorum divisio, titulus crucis.* Christus illico ut fuit crucifixus, pro crucifigentibus Patrem rogavit, XV, 622, 1. Oravit ex charitate pro crucifixoribus, X, 50, 2; XV, 177, 2. Vidit vestes suas sorte dividi, XV, 622; 2. Tunica Christi inconsutilis, qualis, *ibid.* Tres Christi vestes quales, 623, 1. Christus fuit in cruce a militibus servatus, *ibid.* Titulus crucis Christi, *ibid.*, 2. Titulus fuit elogium Christi, *ibid.* Damnatis ad mortem affigi titulus solebat; *ibid.*

13° *Latrones cum Christo crucifixi, blasphemiæ contra Christum.* Christus medius pependit inter latrones, XV, 624, 1. Blasphematur a prætereuntibus, *ibid.*, 2. Maxime a principibus, *ibid.* Si rex Israel, de cruce eum descendere nefas, potius in eam ascendere oportet, 625, 1. Cur de ea non descenderit, *ibid.* et 2. Etiam ab uno latrone crucifixo atrocia convicia pertulit, XV, 626, 2; XVI, 268, 1. Latro bonus alterum blasphemantem contra Christum, increpat, XVI, 268, 1. Christum confitetur Deum, *ibid.*, 2. Ejus contritio, pœnitentia: Christi innocentiam confitetur, *ibid.* et seq. Verba ejus ad Christum quem sensum includant, *ibid.* Conversio ejus plane admirabilis fuit, *ibid.* An prius blasphemaverit, *ibid.* Qua ratione fuit conversus, 269, 1. Conversus est motivo tum externo, tum interno, *ibid.* Hujus latronis sanctitas liquet ex eximia ejus fide, spe, charitate, 269, 2. An fuerit martyr, *ibid.* Elogia ipsius e SS. Patribus, 270, 1, 2. Quem paradisum ei Dominus promiserit, 271, 1. Descendit in limbum patrum, *ibid.* et 2. Nomen ejus fuit Dismas, *ibid.*, 2.

14° *Verba Christi ad matrem.* Commendat Christus Joannem matri suæ, et matrem S. Joanni, XVI, 616, 2. Nos moriens suæ matri commendavit, IX, 435, 2. Cur Joannes beatæ Virgini commendatur, variæ rationes, XVI, 616, 2; 617, 1. Unice matrem dilexit et honoravit, V, 213, 1.

15° *Tenebræ, Christi derelictio, sitis, mors, prodigia in morte, lateris apertio.* Tenebræ per universam terram in morte Christi, XV, 626, 2. Miracula septem in eclipsi Christi, 627, 1. S. Dionysius Areopagita eclipsin Passionis Christi vidit, 627, 2. Christus in cruce *Psalmum* XXI recitavit, et cur, 628, 1. Quomodo a Patre fuerit derelictus, *ibid.* et 2. Sitiebat Christus in cruce, cur, XVI, 618 et seq. Datum ei pro vino acetum, XV, 629, 2. Damnatis ad mortem dari solebat vinum, *ibid.* Acetum datum Christo quatuor de causis, *ibid.* In passione sua felle potatus fuit, XII, 384, 1. Septem in cruce Christi verba, XV, 631, 1, 2; XVI, 619, 1. Quomodo in manus Patris animam tradat, XVI, 271, 2 et seqq. Et mox expiravit, 272, 2. Clamavit antequam expiraret, idque magna voce, et qua de causa, XV, 631, 2. Clamor Christi in cruce fuit miraculum, *ibid.* et seq. Emisit spiritum capite inclinato, cur, 632, 4. Idque feria sexta circa horam nonam, *ibid.* Quo anno mundi et vitæ sit mortuus, XVII, 1, 1. Quot vixerit annis, XVI, 455, 2. Quid eo mortuo contigerit, XV, 633, 1, 2 et seq. Quæ prodigia in ejus morte acciderint, XIII, 509, 2. Tota terra tremuit in morte Christi, et causæ hujus terræmotus, XV, 634, 1. Petræ scissæ in Golgotha, *ibid.*, 2. Et in monte Alverniæ, *ibid.* Christo moriente, templi portæ apertæ fuere, XIV, 485, 1. Sancti ex monumentis exierunt, XV, 635, 1, 2. An rursum sint mortui, 635, 2. Quinam resurrexerunt, 636, 1. Centurio conversus in morte Christi quis, 636, 2. Christus mortuus multorum corda movit, 637, 1. Ejus mors deploratur, XII, 417, 2. In ejus morte qui planxerint, quæ sint quatuor illæ familiæ quæ in ejus morte planxerunt, XIV, 513, 2. Et cur quælibet illarum plangere debuerit, 514, 1, 2. Christo non fracta fuere crura, XVI, 620, 1. Christo mortuo latus apertum, et ea apertione nobis multum meruit, *ibid.* et 2. Vulnus totum latus Christi penetravit, *ibid.*, 2. Ejus latus dextrum fuit hasta perfossum, non sinistrum, XII, 852, 1. Exivit e latere Christi aperto sanguis et aqua, XVI, 621, 1. An naturaliter, *ibid.* Cur sanguis et aqua ex latere Christi, *ibid.* Cur Christo ossa frangi non debuere, 622, 1.

16° *Christi sepultura.* Sepultura Christi expenditur, XVI, 622, 2. Joseph ab Arimathæa petit a Pilato corpus Jesu, XV, 639, 1. Pilatus reddi jubet corpus Jesu, 639, 2. Cur ante vesperam ea die qua crucifixus, de cruce depositus, XVIII, 542, 1. Quomodo involutum corpus Jesu, XV, 640, 1. Cur sepultum in horto urbi vicino, XV, 641, 1; XVI, 623, 1. Cur in monumento novo ex petra exciso sepultus sit, XV, 640, 1. Cur in monumento novo positus, et cur in alieno sepulcro, *ibid.*, 2. Forma sepulcri Christi, *ibid.* Anima Christi descendit in limbum, 641, 1. Cur sepulcrum Christi saxo magno obseratum fuerit et a Judæis obsignatum, *ibid.* Mariæ contra sepulcrum sedentes, *ibid.*, 2. Unum tantum lapidem habuit, quo clauderetur, non duos, 648, 1. Petunt a Pilato Judæi ut Christi sepulcrum jubeat custodiri, 641, 2. Sepulcrum Christi munitur, 642, 2.

17° *Christi descensus ad inferos.* Christus vivificatus Spiritu quomodo dicatur, XX, 334, 2. Inferiora terræ ad quæ Christus descendit, sunt infernus, non sepulcrum, XVIII, 627, 1, 2. Vere descendit in infernum, XVII, 98, 2; XVIII, 628, 2: *Quod ascendit, quid est nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ?* Cur eo descenderit, *ibid.* An in inferno dolores sit passus, XVII, 96, 2. Nihil passus est post mortem, 97, 1. Inferni nomine dicitur limbus, XVIII, 627, 2. Quomodo et qualiter ad limbum patrum descenderit, IX, 665, 2. Personaliter non descendit ad infernum damnatorum, IX, 666, 1; XVIII, 628, 1. Suo ad inferos descensu nullos damnatorum liberavit, XIII, 464, 2. In limbo patribus Christus prædicavit, et quomodo, XX, 337, 2. Quamdiu ibi fuerit, *ibid.* et seqq. Triduo ibi mansit, XIV, 461, 1. Cur eo descenderit, XX, 337, 2. Ejus animæ ad inferos descendenti an insultarint dæmones, XI, 286, 1. Ad limbum descendens primum dedit jubilæum, IX, 666, 2; XIII, 464, 2. Quomodo patres antiquos vinctos e limbo post mortem liberarit, XIII, 464, 2 (*Vide* LIMBI).

ARTICULUS SECUNDUS.

QUÆSTIONES DOGMATICÆ ET MORALES AD PASSIONEM CHRISTI PERTINENTES.

I. PASSIO CHRISTI FUIT SPONTANEA ET VOLUNTARIA, LICET A PATRE PRÆCEPTA; QUINIMO A CHRISTO SUMME DESIDERATA FUIT. 1° *Passio Christi fuit vo-*

luntaria, non coacta; XVI, 424, 1 : *Quærebant ergo eum apprehendere; et nemo misit in illum manus, quia necdum venerat hora ejus.* Libere et sponte mortem subiit, XI, 631, 2 : *Oblatus est quia ipse voluit.* Est volens et conscius mortuus, XV, 546, 1 : *Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit*; 552, 2 : *Et edentibus illis, dixit : Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est*; 565, 1 : *Tunc dicit illis Jesus : Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte, scriptum est enim : Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis*; 573, 2 : *Surgite, eamus; ecce appropinquavit qui me tradet*; 634, 2 : *Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum*; XVI, 476, 1 : *Nemo tollit eam* (animam meam) *a me; sed ego pono eam a meipso, et potestatem habeo ponendi eam; et potestatem habeo iterum sumendi eam*; XVIII, 94, 1, 2. Poterat non pati nec mori, XVI, 476, 1. Proposito sibi gaudio, crucem elegit, XIX, 496, 2 : *Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta.* Eam sustinuit præ gaudio et gloria ut mercede, *ibid.* Nonnisi certo tempore et die mori voluit, XVI, 424, 1, 2; 430, 2. Quomodo tradiderit se judicanti se injuste, XX, 305, 1 : *Qui cum malediceretur, non maledicebat... tradebat autem judicanti se injuste.* Sponte se obtulit ad verbera et alapas, XI, 597, 2 et seq. : *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus : faciem meam non averti ab increpantibus, et conspuentibus in me.*

2° *Christus accepit a Patre præceptum in cruce moriendi.* Præceptum moriendi fuit Christo a Patre impositum, XI, 597, 2 : *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus, etc.*; XIX, 26, 2 : *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* In eo vera fuit obedientia, et habuit præceptum sic nos redimendi, XVIII, 103, 2 : *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem justi constituentur multi.* Ipsius obedientia in morte oppetenda, XVI, 85, 2; 475, 2 : *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam.* Passio Christi quomodo Deo Patri placuisse dicatur, XVII, 95, 1. Passionem Christi Deus decrevit, non actionem necis ejus, *ibid.* : *Hunc definito consilio et præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis.* Passio Christi a voluntate et potestate Dei processit, sed non sine culpa Judæorum, *Psalm.* II, 250, 2: *Et scient quia manus tua hæc, et tu, Domine, fecisti eam.* Ipsum cur Deus Pater Judæis objecerit, ut ab ipsis occideretur, XIV, 521, 2 : *Framea, suscitare super pastorem meum, et super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum.*

3° *Passionem et mortem suam Christus summe desideravit.* Mortem non exhorruit, sed generose ad illam properavit, XVI, 140, 2. *Factum est autem, dum complerentur dies assumptionis ejus, et ipse faciem suam firmavit ut iret in Jerusalem*; 191, 2 et seqq. : *Ite, et dicite vulpi illi : Ecce ejicio dæmonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor?* 252, 2 : *Et his dictis, præcedebat, ascendens Hierosolymam*; 605, 1 : *Hæc cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, et discipuli ejus.* Cur passionem suam voluerit accelerari, XVI, 512, 1; 532, 2: *Et dixit ei* (Judæ) *Jesus : Quod facis, fac citius.* Passionem suam calicem vocat, XV, 449, 1 : *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* XVIII, 442, 2. In calice passionis bibendo alacritas et promptitudo, XIII, 241, 2. Amarum passionis et tribulationis calicem bibit, quo nos ab eo non deterreremur, 362, 1. Quomodo calicem a se transferri petierit, XV, 570, 1, 2. *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu*, XX, 56, 1. Ipse passionem baptismum vocat, XV, 449, 2 : *Potestis... baptismo quo ego baptizor, baptizari?* 704, 2. Passio est illi ut balneum æstuans, XVI, 183, 1 : *Baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor, usque dum perficiatur?* Quomodo ad eam anhelarit, *ibid.* Ea velut parturitio fuit, 582, 2. Quomodo salutem nostram operari expetierit, XVI, 183, 1. Ad mortem anhelabat, XII, 506, 1, 2. Commoda et vitam suam pro nostra salute exposuit, XVIII, 236, 1, 2 : *Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est : Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.*

II. Causæ passionis Christi. — Christus ob tres causas pati debuit : *primo*, ut hominibus tum patientiæ et charitatis exemplo præiret, dando pro eis vitam suam in pretium; *secundo*, ut sanciret justitiam, illique satisfaceret; *tertio*, quia decebat ut non angelus, sed homo pro hominibus satisfaceret, XIX, 372, 1, 2 : *Decebat enim eum, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex eo omnes.* Expediebat eum mori pro mundi salute, XVI, 499, 2 et seqq. : *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit; sed, cum esset pontifex anni illius, prophetavit quod Jesus moriturus erat pro gente.* Propter humana peccata vulneratus est, XI, 630, 1 : *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Disciplina pacis nostræ quomodo super eum, 630, 2 : *Disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanati sumus.* Luit quæ nos promeruimus, 631, 1. Quomodo sit captus in peccatis nostris, XII, 418, 2; 419, 1 : *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est*

in peccatis nostris. Cur in passione sua leprosi formam assumpserit, XI, 629, 2 : *Et nos putavimus eum quasi leprosum et percussum a Deo, et humiliatum;* XV, 221, 2. Causa cur Christus fuit crucifixus, ex parte Judæorum eum crucifigentium fuit immane eorum odium in Christum; ex parte vero Adæ et hominum fuit quod Adam peccavit in ligno, quare in ligno crucis hoc inobedientiæ scelus a Christo expiari decuit et debuit; ex parte vero Dei offensi causa fuit amor justitiæ, ut per crucem ostenderetur gravitas offensæ Adæ et hominum in Deum; ex parte Christi, causa fuit immensitas amoris, ut per crucem Christus ostenderet quantum nos amarit, VIII, 322, 1, 2 : *Morte turpissima condemnemus eum.* Christus passus est ex valida fortique in nos dilectione, XIV, 252, 1. Ejus in passione amor, XXI, 389, 1. Passio ejus fuit fornax amoris, XV, 447, 1. Ejus vulnera sunt fenestræ per quas transparet amor, XII, 812, 1. Ejus redemptio tribuitur Dei et Christi zelo, XI, 525, 2 : *Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir prælialor suscitabit zelum.* Gustavit mortem ut eam non horreat Christianus, XX, 371, 1 : *Eum autem, qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria et honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.*

III. Quibusnam et a quibus traditus fuit in passione, quid in ea, et quomodo passus sit. — 1° *Quibus traditus et quo fine,* XV, 446, 2 : *Ecce ascendimus Jerosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, et condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum, et crucifigendum,* XIX, 333, 2 : *Qui* (Christus) *dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.*

2° *A diversis et diversimode traditus fuit,* XVII, 96, 2. Ab omnibus ordinibus fuit damnatus et occisus, XI, 634, 1, 2. Afflixerunt, et tradiderunt eum peccata in Deum commissa, XVIII, 236, 2.

3° *Quid passus sit.* Victima fuit multiplex et multas sustinuit mortes, V, 251, 2. Passiones Christi cur plurimæ fuere, *Psalm.* I, 262, 1. Passionis Christi magnitudo, *Psalm.* II, 83, 2 : *Super me confirmatus est furor tuus, et omnes fluctus tuos induxisti super me.* Flagellis circumdatus fuit, *Job,* 352, 1 : *Circumdedit me lanceis suis, convulneravit lumbos meos, non pepercit, et effudit in me viscera mea ;* 362, 1 : *Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas.* Christus etiam post mortem vulneratus est, *ibid.* In passione sua Christus positus in signum, 360, 1 : *Repente contritus sum; tenuit cervicem meam, confregit me, et posuit me sibi quasi in signum.* Fuit quasi signum ad sagittam, dum in cruce fixus fuit, XII, 386, 1 : *Tetendit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.* Fuit in cruce quasi scopus in quem Judæi sua tela verborum ejaculat sunt, X, 20, 1. Quas infirmitates in se susceperit, XIX, 391, 2. Quomodo ægrotationes et languores nostros tulerit, XI, 628, 1, 2 : *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit.* Non fuit ei species neque decor in passione, 624, 2 : *Non est species ei, neque decor, et vidimus eum et non erat aspectus, et desideravimus eum.* Cur dicatur novissimus et cessatio virorum, 625, 2 : *Despectum et novissimum virorum.* Factus est novissimus ut hominum superbiam retunderet, *ibid.* et 626, 1. Fuit vir dolorum in anima et corpore, 626, 2 : *Virum dolorum, et scientem infirmitatem, et quasi absconditus vultus ejus et despectus, unde nec reputavimus eum.* Cur sceleratus reputatus est, 637, 2. Ejus labores et infirmitates, multiplices infirmitates in passione præsertim, 626, 2; 627, 1, 2. Et scivit eas ferre, 628, 1. Potuit curare morbos nostros, quia eos in se solvendos suscepit, 629, 1. Morbi nostri ei peculiarem dolorem addiderunt, *ibid.* Voluit pati omne genus tormentorum et ab omni hominum genere, XV, 257, 2. Quomodo factus sit pro nobis maledictum et peccatum, II, 475, 1; XII, 160, 1; XVIII, 455, 1 : *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit,* 541, 1 : *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est : Maledictus omnis qui pendet in ligno.* In quibus a Deo fuit derelictus, XIX, 395, 1.

4° *Quomodo et quando passus sit.* Christus non in phantastico, sed in carneo corpore passus est, XIX, 78, 2 : *Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem.* Naturalem mortis horrorem habuit, XVI, 510, 1, 2 : *Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora.* Christus in passione, fuit rex et dominus tormentorum et dolorum, XV, 172, 2. Spiritus robore, carnis infirmitatem in passione roboravit, V, 573, 2. Christus de solis contumeliis in passione queritur; *Job,* 398, 1. Spe futuræ resurrectionis et ascensionis sustinuit crucem, IV, 275, 2. Passus est in medio ultimæ hebdomadæ Danielis, XIV, 243, 1. Item anno ætatis trigesimo quarto, quæ est media vitæ humanæ, *ibid.* Allegorice, quomodo passus est in plenilunio, I, 528, 1. Quomodo passus in fine sæculorum, XIX, 448, 2 : *Nunc autem semel in consummatione sæculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit.*

IV. Quas in passione virtutes Christus ostenderit et docuerit. Quam vita, mors, passio et resurrectio ejus virtutibus resplenduerit, XIV, 250, 2. In cruce Christus ostendit omnium virtutum excessum, XVI, 140, 1 : *Et dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.* Fuit in passione portentum omnium virtutum, 569, 2. Quæ in cruce virtutes eluceant, XVIII, 255, 2 et seq.; XX, 305, 2; XXI, 389, 1. Crucifixus quid nos doceat, XVIII, 256, 1. In cruce perfectus est in patientia, gratia et gloria, XIX, 397, 1 : *Et quidem, cum esset Filius Dei, didicit ex eis quæ passus est*

obedientiam, et consummatus, factus est omnibus oblemperantibus sibi causa salutis æternæ. Fuit patientiæ perfectissimus typus, XII, 395, 2 : *Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.* Ipse patiens est dux omnium patientium, XXI, 22 1. Est antesignanus martyrum et confessorum Dei, XIII, 441, 1. Quomodo sit primus martyr, XXI, 23, 1. Ipse est dux martyrum, XV, 171, 1, 2; 275, 2. Passio Christi et martyrum, omniumque fidelium una est, XIX, 79, 2. In omnibus sanctis est semper passus, I, 440, 1. Ejus incredibilis patientia, VI, 13, 2. Est patientiæ prototypus, XIX, 495, 2 : *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum.* Fuit in patientia velut adamas, XI, 599, 1 : *Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus ; ideo posui faciem meam ut petram durissimam.* Ejus mansuetudo, patientia, et silentium in passione, 632, 1 : *Sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Fuit mutus sicut agnus tonsus, *ibid.* Quo magis tormentis pressus, eo suaviorem virtutis odorem sparsit, XVIII, 429, 1 : *Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt.* Fuit in cruce dolore et amore tostus, I, 665, 2. Christi virtutes quas in passione spiravit, dicuntur myrrha, aloe et casia, *Psalm.* I, 296, 1 : *Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis.* Ipse crucifixus idea veri religiosi est, XVIII, 579, 1 : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Christus quomodo crucem in suo corpore honoravit, XX, 366, 2. Ut martyr, inter omnia mundi tormenta triumphat, XVIII, 151, 1.

V. Passionis Christi effectus et fructus. 1° *Passionis effectus et fructus generaliter sumpti.* Christus passionem et mortem suam vocat consummationem, XVI, 191, 2 : *Ecce ejicio dæmonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor*; 619, 1 : *Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit : Consummatum est.* Ejus passio fuit consummatio abbreviata, XVIII, 173, 1 : *Verbum enim consummans et abbrevians in æquitate ; quia verbum breviatum faciet Dominus super terram.* Christi passionis fructus generalis, conversio Gentium, *Psalm.* I, 126, 2 et seq. Ejus crucifixi dotes et fructus, X, 204, 2 et seq. Passionis Christi efficacia, XXI, 389, 1. In passione sua comparat se messori, I, 710, 1.

2° *Per passionem suam et mortem Christus peccata nostra expiavit et plene pro iis satisfecit.* Ipse solus pro peccatis satisfacere poterat, IX, 563, 2. Pro nostris debitis apud Patrem fidejussit, V, 153, 1, 2; X, 76, 2. Extitit sponsor pro debito Adam et hominum, VI, 65, 2. Quantum pro nobis satisfecerit, XI, 489, 2 : *Loquimini ad cor Jerusalem et advocate eam ; quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius, suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* Per seipsum expiavit peccata nostra, XIX, 354, 2 : *Purgationem peccatorum faciens*, (Christus) *sedet ad dexteram majestatis in excelsis.* In eo quomodo peccatum acceperit finem, XIII, 117, 1. Peccato mortuus est effective, nos subjective, XVIII, 111, 1 : *Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel.* Passioni Christi ascribitur satisfactio, 89, 2 : *Qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram.* Ejus satisfactio, merita, voluntas, Deo volente, nostra est satisfactio, merita, voluntas, XII, 631, 1, 2. A Patre datus est ut peccato ex justitia satisfaceret, XVIII, 75, 2 : *Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.* Ejus propitiatio quam sit valida, XX, 534, 1 : *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris ; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Ejus merita infinitis peccatis delendis sufficiunt, XIX, 456, 2 : *Una enim oblatione, consummavit in sempiternum sanctificatos.* Est hostia infiniti pretii, XIV, 236, 2 : Ejus propitiatio, veteri propitiatorio designatur, XVIII, 74, 2. Ejus mors verum fuit sacrificium, XI, 631, 2 : *Oblatus est quia ipse voluit.* Fuit holocaustum, *Psalm.* I, 110, 1 : *Memor sit omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat.* Ejus redemptio vocatur justitia ob quatuor causas, XI, 119, 1 : *Sion in judicio redimetur, et reducent eam in justitia.* Justitiam sæculorum adduxit tripliciter, XIII, 117, 2. Christi Jesu satisfactio an ita sufficiens sit, ut pro nostris peccatis satisfacere non debeamus, XIV, 167, 1 : *Quid cogitatis contra Dominum ? consummationem ipse faciet : non consurget duplex tribulatio.* Ex ejus parte ad nostram justificationem nihil deest, XIII, 251, 1. Ejus redemptio fuit plena et sufficiens, sed deest illi in nobis communicatio, XIX, 79, 2 : *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia.* Ejus redemptio sufficiens fuit ad omnes salvandos, XIII, 436, 1. Ejus reparatio et casus Adæ inter se comparantur, XVIII, 102, 1 : *Sed non sicut delictum, ita et donum : si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.* Nobis plura præstitit quam Adam abstulit, *ibid.* Peccata nostra sustulit et exhausit, XIX, 449, 2 et seq. : *Sic et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata.* In carne patiens et moriens damnavit peccatum, XVIII, 130, 2; 131, 1 : *De peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis.* Morte sua peccatum occidit, *ibid.* Quomodo omnia peccata aboleverit, et sub eo justitia, pax, sanctitas toto in orbe sit germinatura, XIII, 251, 1. Ab ipso solo

petenda est remissio peccatorum, XIX, 457, 1. Ejus sanguis clamat misericordiam, 508, 1 : *Accessistis.... ad Testamenti Novi mediatorem Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel.* Quomodo a nobis jugum peccati, dæmonis et concupiscentiæ auferat, XIII, 431, 2 : *Et ero eis quasi exaltans jugum super maxillas eorum.* Quomodo in scientia sua justificet multos, XI, 638, 1 : *In scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit.*

3° *Passione sua et morte vicit ipsam mortem et diabolum*, IV, 456, 2. Quando mortem in mortalibus destruxerit, XIX, 277, 2 : *Qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium.* Quomodo fuerit mors mortis, et morsus inferni, XIII, 462, 1, 2 : *Ero mors tua, o mors; morsus tuus ero, inferne.* Morsus momordit infernum, XVIII, 414, 2 : *Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus ?* Ab inferno et morte per eum redempti sumus, XIV, 18, 2. Cruce mortem et diabolum debellavit, XIV, 252, 2 : *Ante faciem ejus ibit mors, egredietur diabolus ante pedes ejus.* Qualiter dæmonem religaverit, IV, 298, 2. Quomodo caput impii percusserit, 260, 2 : *Percussisti caput de domo impii, denudasti fundamentum ejus usque ad collum.* Quomodo dicatur gentes percussisse, II, 334, 1. In cruce velut triumphum egit, XV, 446, 2. Ejus crux quam potens sit, XVIII, 255, 2. Cornua ejus sunt crux seu fortitudo crucis, XIV, 251, 1, 2 : *Cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus.* Crux quomodo in manibus ejus fuerit, *ibid.* Crucifixus in cruce visibiliter, diabolus invisibiliter, III, 52, 2. Quomodo veniens ad redimendos homines, sicut miles cataphractus inducatur, hostes suos trucidans, XI, 696, 1, 2 : *Indutus est justitia ut lorica, et galea salutis in capite ejus ; indutus est vestimentis ultionis, et opertus est quasi pallio zeli ;* XII, 649, 2. Sanguine quomodo vestes ejus rubricatæ sint, XI, 731,1 , 2 : *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra ?..... Quare ergo rubrum est vestimentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari ?* Ejus passio fuit torcular quod ipse calcavit, 732, 1. Quomodo Christus nos a servitute liberarit, tam spirituali quam temporali, XI, 489, 1. Gratis solvit captivitatem generis humani, XI, 555, 1 : *Ipse..... captivitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus.*

4° *Passione et morte sua Deo homines reconciliavit et illis cœlum reseravit.* Quomodo omnia sibi reconciliarit, XIX, 78, 1 : *In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt.* Nos sua cruce et gratia obsignat, XIV, 352, 2. Est reconciliatio mundi totius, *ibid.* Trahit e cruce omnes ad se, XVI, 512, 2 : *Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* Ruinas dæmonum hominum redemptione instauravit, XVIII, 591, 2 : *Instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt in ipso.* Suo sanguine novum fœdus sancivit, XVIII, 366, 2: *Hic calix novum testamentum est in meo sanguine.* Ejus sanguis cur vocetur sanguis testamenti, XIV, 460, 2 : *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.* Christus allegorice nobis est sponsus sanguinum, I, 174, 2. Oblatione sua nobis cœlos reseravit, XIX, 437, 1. Morte sua cœlum hominibus patefecit, XXI, 190, 1. Ejus injuria nostra est gloria, XVIII, 542, 1. Merito passionis accepit potestatem revelandi cui vellet futura circa regimen Ecclesiæ, XXI, 131, 2: *Dignus es, Domine, accipere librum, et aperire signacula ejus, quoniam occisus es.* Item assumendi sibi in populum quoscumque vellet, *ibid.*: *Et redemisti nos Deo ex omni tribu, et lingua et populo.*

5° *Passione sua Christus gloriam maximam tum Deo Patri vindicavit, tum sibimetipsi peperit.* In cruce tormenta patiendo maxime glorificavit Deum, XI, 273, 2. Passio cessit Christo in gloriam, XVI, 590, 2 : *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Per mortem Christus erat glorificandus, XV, 508, 1. *Jesus autem respondit eis dicens : Venit hora ut clarificetur Filius hominis;* 510, 2 : *Venit ergo vox de cœlo : Et clarificavi, et iterum clarificabo.* Quotuplicem sibi mercedem a Patre promissam semper præ oculis habuerit, XI, 496, 2. Ea insigni gloria fuit compensata, XIX, 370, 1 : *Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria et honore coronatum*, XX, 376, 2. Meruit sibi et nobis, XIX, 27, 1. Quam famam sibi meruit moriendo, 28, 1. *Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium et infernorum.* Christi corporis beneficia propter passionem quænam, *Psalm.* I, 114, 2; 115, 1. Requies Christi, cur dicatur gloria et varie intelligitur, XI, 265, 1, 2 : *Et erit sepulcrum ejus gloriosum.*

5° *Pro quibus Christus passus sit.* Christus passus est pro omnibus, XVI, 596, 1; XX, 482, 1. Fuit expiator et redemptor non tantum Novi Testamenti, sed et Veteris, et legis naturæ, XIX, 442, 1: *Ideo Novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori Testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis.* Mortuus est pro inimicis suis, XVI, 565, 2. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Passus est innocens pro nocentibus, XX, 333, 2 : *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis.* Ipse justus pro omnibus impiis est pas-

sus, VI, 116, 2. An etiam angelis fuerit causa gratiæ et gloriæ, XVIII, 597, 2: *Ipsum* (Christum) *dedit caput supra omnem Ecclesiam*. Quomodo pro angelis etiam mortuus sit, XIX, 370, 2.

6° *Quomodo passionis fructus participare possimus*. Quomodo Christi passionibus aliquid desit, XIX, 79, 1: *Adimpleo quæ desunt passionum Christi in carne mea*. Quomodo eas adimpleret Apostolus, 79, 1, 2. Passionem Christi nos decet sequi et imitari, XX, 303, 2: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus*. Quomodo Christus nos hortetur ad calicem passionis bibendum, I, 696, 2. Quomodo Christo concrucifigi possimus, XVIII, 532, 2. *Christo confixus sum cruci*, 579, 2, Etiam sæculares, *ibid*. Quod qui faciunt, congforificabuntur, 109, 1 et seq.: *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est*.

Passionem Christi recolere Christo est gratissimum, XX, 307, 2. Ejus sanguis conspectus et cogitatus Christianos exstimulat ad fortiter cum hostibus spiritualibus pugnandum, XIV, 178, 1, 2. Ejus memoria excitandi sunt fideles, XX, 376, 2. Passionis Christi memoria quid efficiat, VII, 240, 1: *Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii*. Passionis Christi meditatione omnia sunt contemnenda, *Psalm*. I, 390, 1, 2 Ejus mors in Missa verbo et facto repræsentatur, XVIII, 367, 2; *Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis*; XX, 241, 1. Ejus sepultura et baptismus quomodo inter se differant, XVIII, 107, 2: *Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem*.

VI. Passionis Christi typi et figuræ.— Passio Christi comparatur serpenti a Moyse in deserto erecto, XVI, 77, 1. Est vera petra ex qua fluxit sanguis sitim concupiscentiæ nostræ restinguens, XVIII, 340, 1 et seqq. Passio denotatur in probatica piscina, XVI, 373, 2. Vite designatur, 557, 1. Smaragdo comparatur, XXI, 96, 1; 389, 1. Christi crux sycomoro assimilatur, XVI, 247, 2. Christus in cruce erectus, est arbor vitæ, V, 341, 1. Christi passionis et doloris vehementiam per Prophetas, ejus constantiam per Evangelistas cur Spiritus sanctus exprimi voluit, *Psalm*. I, 443, 1. Christi patientis figuram gerebat David in passionibus suis, *Psalm*. I, 370, 2.

CAPUT SEPTIMUM.

RESURRECTIO ET ASCENSIO CHRISTI.

ARTICULUS PRIMUS.

RESURRECTIONIS ET ASCENSIONIS CHRISTI CIRCUMSTANTIÆ HISTORICÆ.

I. Resurrectio.— 1° *Corpus Christi in sepulcro triduo mansit et quidem incorruptum*. Quomodo in sepulcro fuerit tribus diebus et tribus noctibus, XV, 312, 1 et seqq. Cur triduo in sepulcro manserit, 313, 1. Corpus Christi in triduo mortis ejus non fuit corruptum, XVII, 99, 1. Non passus est in sepulcro corruptionem, *ibid*. Ejus post mortem gloria, XI, 265, 1. Ejus item sepulcrum gloriosum, 636, 1. Ejus descensus et ascensus decem lineis quomodo factus, 476.

2° *Quando et quomodo resurrexit*. Resurrexit Christus die Dominica, XV, 312, 1. Cur die tertia resurrexit XIII, 374, 1, 2. Resurrexit in aurora, XV, 645, 2. Series passionis et resurrectionis Christi, 646, 1. Terræmotus resurgente Christo quæ causæ fuerint, 647, 1. Angelus ut juvenis apparuit, cur, *ibid*., 2. Christus resurrexit, clauso sepulcro, *ibid*. et seq. Unus sepulcri lapis, non duo, *ibid*. Sedit angelus quatuor de causis, 648, 2. Angelus cur ut fulgur apparuit, 649, 1, 2. Custodes sepulcri ab angelis exterriti, 650, 1. Resurrexit antequam ungeretur, cur, 651, 1. Cur angelis mandat mulieribus dicere discipulis: *Præcedet vos in Galilæam*, 651, 2 et seq.

3° *Relatio mulierum de resurrectione, et cursus Petri et Joannis ad monumentum*, XV, 652, 2; XVI, 624, 2; 62·, 1. Quare in Galilæa sæpius suis apparuerit, XV, 652, 1.

4° *Prima Christi apparitio Magdalenæ*. Maria Magdalena mulierum ad sepulcrum venientium fuit dux, XVI, 624, 2. Ejus ardens studium, et Domini quærendi desiderium, 625, 2. Christus apparet Magdalenæ, 626, 1. Videt eum, nec agnoscit, *ibid*. Varii ejus quærentis effectus, *ibid*., 2. Unde Dominum agnoverit, 627, 2. Cur is tunc ab ea tangi se noluerit, 628, 1 et seq. Magdalenæ fronti Christus digitos suos impressit, 629, 1 (*Vide* Maria Magdalena).

5° *Secunda apparitio mulieribus*, XV, 653, 1, 2. Cur se mulieribus redivivum exhibuerit, *ibid*., 1. Quid iis dixerit, *ibid*., 2. Cur discipulos suos vocet fratres, *ibid*. et seq. Sexies in Judæa die ipso Paschatis apparuit; deinde et aliis diebus, 654, 1.

6° *Tertia apparitio Petro*, XVI, 280, 1, *et quarta duobus Emmaus discipulis*, 274, 1, 2 et seqq. Primo inter viros apparuit Petro, XVIII, 399, 1. Quinam hi fuerint discipuli, euntes in Emmaus 274, 2. Quomodo non sit agnitus ab iis, 275, 2. Et qua de causa alia in forma iis appareat, 276, 1. Quomodo se eorum sermoni insinuet, *ibid*. et 2. Eorum ruditatem et tarditatem credendi castigat, 277, 2. Quomodo se finxerit longius ire, 278, 1. Consecravit Eucharistiam apud eos, 278, 2. Ex oculis eorum evanuit subito, 279, 1 et seqq.

7° *Quinta apparitio undecim*. Apparitio Christi post resurrectionem, januis clausis, XVI, 630, 1. Apparuit undecim Apostolis, XVIII, 399, 2. Eorum pavor, XVI, 280, 1, 2. Pacem apprecatur suis, et quidem iterato, 631, 1. Ostendit eis manus et pedes, *ibid*. Quomodo corpus gloriosum potest esse simul subtile et palpabile, *ibid*., 2. Cur ostenderit manus et pedes suos perforatos, 281, 1. An Apostoli revera tetigerint manus et pedes Christi perforatos, 281, 1, 2. Cur Christus post mortem vulnerum

suorum foramina et cicatrices servaverit, XIV, 521, 1, 2; XVI, 631, 1, 2. Idque non sine miraculo, XVI, 631, 1 et seq. Cur cibum petierit, 281, 2. Cur Apostolis reliquias cibi dederit, 282, 1, 2. An bis iis dixerit esse jam perfecta quæ de ipso prædixerant Prophetæ, *ibid.*, 2. Cur illis sensum aperuerit ad intelligendum Scripturas, 283, 1. Promittit eis Spiritum sanctum, 283, 2. Sicut Pater misit Christum, ita Christus mittit Apostolos, quo sensu, 632, 1. Christi insufflatio, cur, *ibid.*, 2. Spiritus sanctus quomodo hic detur Apostolis, 633, 1.

8° *Sexta apparitio Thomæ.* Thomæ absentia, XVI, 635, 2. Quare a cæteris apostolis abesset, *ibid.* Thomæ incredulitas unde orta esset, et quam gravis erat, 636, 1. Jesus iterum, januis clausis, apparet, *ibid.*, 2. Thomas vulnera Christi tetigit, *ibid.* An corpus gloriosum sit palpabile, 637, 1. Ejus verba post hunc tactum amorem spirant, 637, 2 (*Vide* THOMAS).

9° *Septima apparitio septem discipulis.* Manifestatio Christi ad mare Tiberiadis, et quomodo, XVI, 640, 1. Pulmentarium quid, 641, 2. Piscatio miraculosa, 642, 1. Unde hic Joannes primo Christum agnoverit, *ibid.* Fervor S. Petri in mare se mittentis, 642, 2. Cur centum quinquaginta tres pisces capti, 643, 2. Parat Christus discipulis in littore prandium, 643, 1. Christus cum suis manducat post resurrectionem, 644, 1. Quomodo cum suis comederit, XV, 562, 2. Ejus comestio post resurrectionem qualis fuerit, I, 223, 1. Comestio Christi post resurrectionem fuit vera, ea tamen non fuit nutritus, XVII, 51, 2. Cibus a Christo post resurrectionem sumptus, non fuit ab eo digestus, et in alimentum conversus, *ibid.* Christus Petrum ter interrogat, et rectorem totius Ecclesiæ illum constituit, 644, 2; XVI, 645, 1, 2 et seqq. (*Vide* ECCLESIA, PETRUS). Christus dicit Petro ut se præeuntem sequatur, 649, 1.

10° *Octava et nona apparitio.* Christus, octavo apparet discipulis in monte Galilææ, multis, imo plusquam quingentis fratribus, ante ascensionem, XV, 656, 1, 2; XVIII, 399, 2. Quare in Galilæa sæpius suis apparuerit, 651, 2 et seq. Christus apparuit eadem forma et figura quam habuit vivens, 656, 2. Claritatis dotem abscondit post resurrectionem apud suos, 657, 1. Nono apparuit omnibus Apostolis, aliisque fidelibus in monte Oliveti, ascensurus in cœlum, XVI, 283, 2 et seq.; XVII, 57, 2. (Hic agitur tantum de apparitionibus in sancto Evangelio relatis.)

Christus a resurrectione quadraginta diebus cum Apostolis egit, XVII, 48, 2; 49, 1. Cur per dies quadraginta eis apparuerit, *ibid.* Hisce diebus in paradiso egit, *ibid.* 2. Quæ docuerit suos tunc temporis, 49, 2.

II. ASCENSIO. — *Quo tempore et quomodo Christus in cœlum ascenderit.* Cur tam cito eo ascendit, XVII, 47, 2 et seqq. Quo die passus sit et ascenderit, 63, 2. Ascensurus in cœlum, cur cum Apostolis sit pransus, 51, 1. Ascendit sub meridiem, *ibid.* Christus ascensurus cur Apostolos in montem Oliveti duxerit, XVII, 59, 1. Ex monte Oliveti in cœlum ascendit, et cur, XIV, 528, 1; XVII, 62, 2. Ex eodem monte Antichristum in tartara deturbabit, et illuc ad judicium descendet, XIV, 528, 1; 530, 2. Quomodo se ad ascensionem disposuerit et suis valedixerit, XVII, 57, 1. Ascendens in cœlum Apostolis benedicit, XVI, 283, 2 et seqq. Quomodo Christus in cœlos ascenderit, XV, 719, 2; XVII, 47, 2 et seqq.; 57, 2; 60, 1. Quare et quomodo super omnes cœlos ascenderit, XVIII, 628, 2. Ad orientem super cœlos ascendit, XII, 563, 2. Cur in ascensione nube tectus fuerit, 574, 2. Nubes Christi qualis, XVII, 60, 1. Sponte gloriosus in cœlum ascendit, XIV, 333, 1. Christi ascensus in cœlum describitur, *Psalm.* 1, 309, 1. Triumphus ejus in cœlum ascendentis, XI, 730, 1, 2.

ARTICULUS SECUNDUS.

QUÆSTIONES VARIÆ TUM AD RESURRECTIONEM, TUM AD ASCENSIONEM CHRISTI SPECTANTES.

I. RESURRECTIONIS CHRISTI VERITAS. — 1° *Varia resurrectionis Christi argumenta et probationes*, XVI, 281, 1, 2. An palpatio Christi, comestio, etc., fuerit sufficiens argumentum resurrectionis, 281, 1. Resurrectio Christi in Scriptura stabilita est, 336, 1. Eum resurrexisse sex rationibus probat S. Paulus, XVIII, 403, 1. Resurrectio Christi et hominum maxime in *Actis Apostolorum* docetur, XVII, 41, 1, 2. Christi resurrectio a Davide prædicta fuit, *Psalm*, I, 20, 2: *Ego dormivi et soporatus sum, et exurrexi, quia Dominus suscepit me.*

2° *Quam necessaria fides resurrectionis Christi, et quinam eam non crediderint.* Ipsam Judæi non credebant, et est creditu difficilis, XVIII, 178, 1. Eam negabant Gnostici, XIX, 285, 1. Fides resurrectionis Christi est maxime necessaria, XVIII, 89, 1: *Non est scriptum tantum propter ipsum* (Abraham), *quia reputatum est illi ad justitiam; sed et propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum.* Resurrectio Christi est omnium fidei mysteriorum scopus et terminus, XVII, 70, 1. Est velut sigillum omnium ejus operum, XX, 343, 1. Est terminus passionis et meritorum Christi, XVIII, 89, 2: *Qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram.* Ipsa et passio censentur unum opus redemptionis, *ibid.*

II. QUOMODO ET CUR CHRISTUS A MORTUIS RESURREXERIT.—1° *Quomodo resurrexerit.* Templum corporis sui quomodo in resurrectione reædificarit, XIV, 319, 2. Christus ex virtute animæ suæ resuscitatus est, XVII, 48, 2. Ante mortem quatuor dotes gloriosas assumpserat obiter, XVIII, 412, 1. Semel resuscitatus amplius mori non potest, 110, 2: *Scientes quod Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.*

2° *Resurrectionis causæ et fructus.* Primo. *Pro Christo.* Resurrectio Christi mortui, eum quis esset, evidenter evincebat, XV, 311, 2 : *Generatio mala et adultera signum quærit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ.* Est in resurrectione a Patre genitus, XIX, 356, 2. Resurrexit ut gloriosam et divinitatis suæ convenientem vitam ageret, XVIII, 108, 1. Meruit sibi gloriam corporis et nominis celebritatem, XIX, 27, 2 : *Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen.* Resurrectio Christi fuit ei summa gloria, XVI, 590, 2 : *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* In ea quomodo Christus sordidas vestes velut exuerit, et indutus sit mutatoriis, XIV, 386, 1, 2. Resurrectio post passionem successit, quasi lux post tenebras, 533, 2 : *Et in tempore vesperi erit lux.* Resurrectio et glorificatio corporis sunt viæ quibus Christus ad vitam immortalem progressus est, XVII, 99, 2 : *Notas mihi fecisti vias vitæ, replebis me jucunditate cum facie tua.* Hæc uti et nostra beatitudinem et gaudium affert, XVI, 582, 2. In ea Christus accepit usum et exercitium potestatis judiciariæ, quam in actu primo habuit a primo conceptionis suæ instanti, XVII, 242, 2 : *Hunc Deus suscitavit tertia die... Et præcepit nobis prædicare populo, et testificari quia ipse est qui constitutus est a Deo judex vivorum et mortuorum.*

Secundo. *Resurrectionis causæ et fructus quoad homines.* Resurrectio Christi in causa fuit cur a morte peccati resuscitati sumus, XVIII, 399, 1 : *Tradidi enim vobis in primis quod et accepi; quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas.* Est causa nostræ justificationis, 401, 2 : *Resurrexit propter justificationem nostram;* 401, 2. In resurrectione officium et meritum passionis absolvit, 89, 2. Per resurrectionem Christus non meruit nostram justificationem, 89, 1. Particula *propter* significat hic quatuor causas, *ibid.* Humanitas Christi ejusque resurrectio est instrumentum morale divinitatis efficiens nostram justificationem, 89, 1, 2. Præpositio *propter* significat causam meritoriam, *ibid.*, 2. Passioni tribuitur satisfactio, resurrectioni justificatio, *ibid.* Nisi per resurrectionem mortem vicisset, Christus non potuisset omnino debellare peccatum, *ibid.* Resurrexit, ut mitteret Spiritum sanctum et apostolos, qui nos justificarent, *ibid.* Si non resurrexit, cur adhuc in peccatis sumus, 401, 2 : *Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra; adhuc enim estis in peccatis vestris.* Christus resurgens nos suscitavit a peccato per gratiam, XX, 244, 1. Quomodo tertia die vivificet, XIII, 363, 1 : *Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus.* In resurrectione sua plene nos vivificavit, *ibid.*, 2. Resurgens, patres ex inferno et morte liberavit, secumque resurgere fecit, XIII, 461, 2; 463, 1. Christus quomodo in die resurrectionis suæ prædatus sit gentes, limbum et infernum; in secundo adventu prædaturus sit omnes impios, XIV, 301, 2 : *Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in futurum.*

Resurrectio Christi fuit abolitio mortis, XVIII, 401, 2 : *Si Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit.* Certam ex ea nos fidem et spem nostræ resurrectionis habemus, XIII, 363, 2. Resurrectio Christi omnibus est causa resurgendi, XVIII, 403, 1 : *Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum.* Christus est primitiæ dormientium, XV, 635, 2. Cum ipso resurgente, resurrexerunt sancti, *ibid.*: *Et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.* Fuit omnium ad vitam immortalem resurgentium primus et primitiæ, XVIII, 402, 2. Et quasi primus terræ fructus Deo oblatus, *ibid.* Est primogenitus mortuorum, XXI, 22, 1. Resurrectionis nostræ causa est Christus resurgens, XVII, 125, 1; XX, 244, 1. Resurrectio Christi est nostræ resurrectionis exemplar, XVIII, 231, 2 : *In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur* (*Vide* RESURRECTIO MORTUORUM).

III. RESURRECTIONIS CHRISTI FIGURÆ. — Resurrectionis Christi typus est Jonas, XV, 311, 2; XVIII, 399, 1. Resurrectionis Christi aptissimus testis et præco poterat esse Jonas, XIV, 46, 1, 2. Ejus symbolum est phœnix et hydrus, XIII, 462, 2; XIV, 610, 1. Resurrectio Christi allegorice significata in reædificatione templi Salomonici, quam delineat Ezechiel, XII, 779, 2. Resurrectionis Christi tempus est magnus dies Jezrahel, XIII, 301, 2. Cur vocetur dies judicii, *ibid.* Christus resurgens comparatur cervæ et stellæ, *Psalm.* I, 120, *in titulo.*

IV. ASCENSIONIS CHRISTI MODUS, CAUSA, FRUCTUS ET FIGURÆ. — 1° *Christus ascendit in cœlum, quomodo*, XVII, 57, 2 et seq. Ascensus ejus quomodo peractus, *ibid.* Ascendit etiam qua homo, 58, 1. Ei ascendenti occurrerunt omnes angeli, 58, 1, 2. Cur ascenderit statim a resurrectione, *ibid.*, 2. An nudus ascenderit, vel in veste rubra, 61, 1. Ascendendo super omnia, ostendit se omnium dominum, XVIII, 629, 2. Tria miracula ascensionis Christi, XVII, 63, 1. Cur matrem in terris reliquerit, 65, 1, 2.

2° *Ascensionis causa et fructus, tum pro Christo, tum pro hominibus.* Quomodo ad dexteram Patris sedeat, XIX, 100, 2. Non est tamen eo dignior, *ibid.*: *Igitur, si consurrexistis cum Christo,*

quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. An revera in cœlo sedeat, et non potius stet, XVII, 181, 1, 2; XIX, 100, 2. Sedet ad dexteram Dei, etiam qua homo, XV, 585, 1: *Verumtamen dico vobis: Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei.* Gloriam promissam quando plene sit adeptus, XIV, 435, 1, 2: *Et ipse* (Oriens) *portabit gloriam.* Propria ejus gloria est humanitas, et opera in eo patrata, 377, 1. Non meruit beatitudinem, sed ante meritum eam adeptus est, XIX, 496, 1. Quomodo cœlorum vacuum impleat, et omnia despiciat, XVIII, 628, 2 et seqq.: *Qui descendit, ipsemet qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia.* Ejus gloria in cœlo quanta sit, XI, 584, 1: *Et glorificatus sum in oculis Domini;* XXI, 35, 2; 36, 1. Christi humilitas in carne, et exaltatio in gloria, *Psalm.* II, 257, 2: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Triplicem apud Patrem habet claritatem, XVI, 594, 2: *Nunc clarifica me, tu Pater, apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te.*

Ascendit Christus in cœlum ut nobis viam et locum pararet, XIX, 407, 2: *Quam* (spem) *sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, et incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introivit Jesus.* Est hominum auriga in cœlum, XX, 335, 2. Viam in cœlis nobis aperuit, XIV, 87, 2: *Ascendet enim pandens iter ante eos.* Cur miserit Spiritum sanctum post mortem suam et ascensum in cœlum, XVI, 427, 2 et seqq.

3° *Christi triumphantis et in cœlum ascendentis typus fuit Israel victor Pharaonis*, XVIII, 626, 1. Hic triumphus describitur, *ibid.*

4° *An post ascensionem subinde visibiliter in terris apparuit*, XVII, 121, 1. An aliquando modico tempore cœlum reliquerit, *ibid.* Post ascensum semper in cœlo manet, XXI, 338, 1. An post ascensionem S. Matthiæ apparuerit, XVIII, 399, 2.

5° *Christus qua homo est in cœlo deliciæ angelorum*, XX, 255, 2: *In quem* (Christum) *desiderant angeli prospicere.* Est amor et stupor angelorum, XVI, 61, 1.

CAPUT OCTAVUM.

DE VARIIS CHRISTI TITULIS ATQUE MUNERIBUS.

N. B. Ex unione hypostatica, ut notant Theologi, fluunt tituli illi quibus Christum in sacris Scripturis insignitum novimus, et officia, seu munera ad quæ obeunda Dei Filius humanam naturam sibi copulavit.

Præcipui tituli ac munera quæ Christo tribuuntur, sunt; Dei hominumque Mediatoris, necnon humani generis Salvatoris et Redemptoris, Sacerdotis, Regis, Ecclesiæ fundatoris et capitis, Doctoris, Magistri ac Legislatoris, Pastoris, Exemplaris omnium virtutum, Judicis. De quibusdam titulis ac muneribus jam ex parte actum est in articulis de *Incarnatione*, *Nominibus*, *Passione*, *Resurrectione* et *Ascensione Christi.*

ARTICULUS PRIMUS.

JESUS CHRISTUS DEI HOMINUMQUE MEDIATOR, ET HUMANI GENERIS SALVATOR ET REDEMPTOR.

I. Christus mediator. — *Christus est mediator, quomodo et quare*, XIX, 69, 2. Idque non qua Deus, nec qua homo, sed qua Deus homo, 199, 1: *Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus. Mediatoris* vox duo significat, 197, 2. Latius patet quam vox *conciliator*, XVIII, 545, 1: *Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est.* Mediator, cujus auctoritate lex vetus tradita, fuit Moses, non Christus, *ibid.* Quomodo mediator non sit unius, *ibid.*, 2. Mediator noster est Christus, XIX, 441, 1, 2: *Et ideo Novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori Testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis.* Mediator noster apud Deum sit sacerdos, 393, 1: *Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Dupliciter nobis est mediator, 198, 1. An solus Christus fuit mediator, an et sancti, XVIII, 545, 2; XIX, 198, 2. Moses vocatur mediator in quo sensu, XIX, 198, 2. Finis mortis et mediationis Christi, 442, 1. Christus utriusque Testamenti testator et mediator, 446, 1. Ob duas causas mediator est Novi Testamenti, 441, 1. Ejusque institutor, conditor, testator, *ibid.*, 2. Ipse est fecialis pacti inter Deum et homines, item testis, XI, 651, 1, 2: *Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.* Ipse est medium, uti SS. Trinitatis, ita et totius universi et sæculorum omnium, æque ac redemptionis et felicitatis nostræ mediator, XIV, 243, 1. Est medium duarum vitarum quadrupliciter, 247, 1. Quomodo dici possit Angelorum mediator, VI, 527, 1, 2.

II. Christus Salvator et Redemptor. 1° *Salvator proprie quomodo dicatur Christus, et quare*, XIX, 55, 2: *Nostra autem conversatio in cœlis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum;* 333, 2: *Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria, sobrie et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* Quid sit proprie salvare, 55, 2. Salvare magis est quam creare, 29, 1 (*Vide supra*,

cap. IV, artic. III). Christus fuit perfectus et adæquatus Judæorum salvator et redemptor, et lux, XIV, 87, 1; 146, 1, 2 : *Ego autem ad Dominum aspiciam, et expectabo Deum Salvatorem meum, audiet me Deus meus.* Fuit datus Judæis in fœdus, gentibus in lucem, XI,523, 2 : *Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium.* Gentilitatem derelictam et ab adolescentia a Deo repudiatam ad se vocavit, ac sibi quasi sponsam copulavit, 642, 1 : *Quia ut mulierem derelictam et mœrentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentia abjectam, dixit Deus tuus.* Quibus dotibus traxerit ad se gentes, 652, 2 : *Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis; et gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, et sanctum Israel, quia glorificavit te.* Redemptor est Israelis, XVI, 80, 2: *Et hæc* (Anna), *ipsa hora superveniens, confitebatur Domino, et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.* Christi salutare et justitia in quo sita, *Psalm.* II, 161, 2 et seq.: *Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit justitiam suam.* Duplicem attulit salutem, XVIII, 178, 1 : *Si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.* Est cornu salutis, XVI, 46, 1 : *Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui.* Omnia collapsa restauravit, 150, 1 : *Omnia tradita sunt a Patre meo.* Quomodo omnia in eo sunt instaurata, XVIII, 591, 1 : *In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt in ipso.* Est salutis et lætitiæ publicæ totius mundi auctor, XV, 246, 1. Quantum ipse propinquat, tantum propinquat salus et justitia nostra, et gloria Dei, XI, 567, 1, 2: *Audite me, duro corde, qui longe estis a justitia. Prope feci justitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et in Israel gloriam meam.* Nullum laborem aut periculum pro Ecclesiæ et animarum salute detrectavit, IV, 230, 2. Ejus sanguis est velut sapo ad eluendas animas nostras, XXI, 412, 1, 2 : *Beati qui lavant stolas suas in sanguine Agni.* Quantum ex se est, vult omnes homines salvos fieri, XVI, 592, 2 : *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.* Homines omnes vocat, XIX, 332, 1 : *Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus.* Redemptio hominum est opus gratiæ, 370, 2 : *Videmus Jesum gloria et honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* Hanc irritam faciunt quærentes justitiam ex lege, XVIII, 561, 2: *Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini, a gratia excidistis.* Redemptio nostra est duplex, inchoata in terra, et completa in cœlo, 594, 2 : *In quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.* Illa aliud non est quam peccatorum remissio, XIX, 75, 2 : *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum.* Redemptio hominum fuit Christo pretiosa, 440, 2 : *Per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa.* Redemptionis mysterium per Christum innotuit angelis, Deo illis revelante, XVIII, 613, 1 : *Ut innotescat principatibus, et potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei.*

2° *Christi Salvatoris amor erga homines, bonitas et misericordia.* Primo. *Christi erga genus humanum amor,* XVI, 59, 1; 62, 1; 536, 1 : *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos;* 565, 1 et seq.: *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Ejus erga Patrem et homines amor expenditur, XII, 506, 2; 812, 2; XVIII, 96, 1 : *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis; quoniam cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est,* 381, 1 ; 452, 2 et seq. : *Charitas enim Christi urget nos, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt,* XIX, 121, 2. Ejus immensa charitas, XV, 231, 2. Amoris ejus dimensiones, XVIII, 617, 1. Charitas et amor Christi in Deum et homines fuerunt ejus cornua, XIV, 251, 2. Est abyssus amoris et doloris, XI, 630, 1. Quomodo zelatus sit genus humanum, 237, 2. Charitas ardens Christi qua æstuans homo factus est, per austrum calidum repræsentatur, XIV, 248, 2 : *Deus ab austro veniet, et sanctus de monte Pharan.* Ejus amor erga genus humanum omnem dolorem superabat, XV, 608, 1. Quomodo se vinci ab amore passus sit, XIV, 236, 2. Quidquid egit et passus est, pro nobis fuit, XV, 634, 2. Nos homines unice diligit, V, 240, 1 : *Deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Fuit is amor major quam erga angelos, 241, 1. Amore illo quodammodo fuit ebrius, 241, 2. Ejus amor potens est, XXI, 126, 1. Tenere erga suos afficitur, XVI, 534, 2. Quomodo eos dilexerit in finem, 522, 1 : *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Quam caro ei stemus, XX, 70, 1 et seq. Ejus zelus erga nos, 178, 2 : *Ad invidiam concupiscit Spiritus qui habitat in vobis.* Quanti animarum salutem fecerit, 227, 2.

Christus suis est pater, XV, 232, 1, 2. Est verus pater et magister 490, 1 : *Et patrem nolite vocare vobis super terram; unus enim est Pater vester qui est in cœlis.* Christus non tantum est pater fidelium, sed et mater, unde vocatur, πατριμήτωρ, VII, 473, 1 : *Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis.* Est quasi mamilla Patris, *ibid.* Quomodo nos traxerit in funiculis Adam, XIII, 430, 1 : *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Est pater, mater et pastor fi-

delium, XVI, 645, 2. Etsi gloriosus, se vocat fratrem nostrum, XIX. 373, 1 : *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens : Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Christi benevolentia erga electos, *Psalm.* I, 77, 2. Christi reliquiæ sunt electi, *Psalm.* I, 115, 2 : *In reliquiis tuis præparabis vultum eorum.* Summus ejus erga suos amor in Eucharistia apparet, XIII, 430, 1 ; XV, 560, 1. Verus amicus est et amicus amicorum, et quibus in rebus, V, 588, 1; IX, 204, 2; XIV, 608, 1 : *Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium : et parcam eis, sicut parcit vir filio suo servienti sibi.* : In quo sit gallinæ similis, XV, 497, 2 et seq. *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, et noluisti!* Christi compassionis affectus erga Jerusalem, *ibid.* et seq. Quomodo laborantes reficiat, 294, 1 : *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Ejus jugum clemens est et benignum, 295, 1 : *Tollite jugum meum super vos.... Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.* Ejus benignitas in compellendis ægris, 238, 2 : *Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico : Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.*

Pueros diligebat, et iis delectabatur quod essent simplices et innocentes, XV, 400, 2 et seq. De pusillis errantibus singularem habet curam, 405, 2 : *Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis.*

Secundo. *Christi amor et misericordia erga peccatores.* Ejus charitas in animam peccantem, XV, 592, 1. Modos inopinabiles excogitavit ad impios a peccatis abstrahendos, VI, 108, 1. Ejus clementia in persequendis peccatoribus, XIX, 186. 1 : *Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.* Hominem a se fugientem insecutus apprehendit, 376, 1 : *Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Peccatorum colloquia et mensas captabat, XVI, 203, 1 : *Et murmurabant Pharisæi et Scribæ dicentes : Quia hic peccatores recipit, et manducat cum illis.* Illusos a diabolo per peccata ad pœnitentiam adducit, III, 473, 1. Ejus pathetica vox ad animam pœnitentem, XIV, 520, 1 : *Et dicetur ei : Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet : His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Peccatores ad se venientes benigne suscepit et habuit, IX, 265, 1 : *Ne despicias hominem avertentem se a peccato, neque improperes ei : Memento quoniam omnes in correptione sumus;* XVI, 203, 1; 250, 2. Animas quaslibet suscipiebat, V, 343, 1 : *Fructus justi, lignum vitæ ; et qui suscipit animas, sapiens est.* Peccantes facile in gratiam admittit, XX, 533, 1 : *Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis, sed et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum.* Ejus bonitas in nos a peccatis liberando, XVII, 128, 2 : *Et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* Quos contritos corde sanaverit, XI, 716, 2 : *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me : ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde.* Est medicus et chirurgus, *ibid.* Est medicus peccatorum, XV, 244, 1 : *Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis ejus : Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester? At Jesus audiens ait : Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.* Est medicus præstantissimus, X, 269, 1. Curat nos ab omni infirmitate, XI, 631, 1.

Tertio. *Christi amor erga inimicos.* Christi amor erga inimicos excellentior quam Davidis erga Saülem, *Psalm.* I, 216, 1 : *Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic complacebam ; quasi lugens, et contristatus, sic humiliabar...* Christi affectus erga persecutores non solum est ut fratris ad fratrem, sed ut matris ad filium, *ibid.* (*Vide* CHARITAS ERGA INIMICOS).

Quarto. *Clementia et amor Christi erga Judæos in se tam atroces,* XV, 573, 2. Erat avidus salutis Judæorum, XVI, 386, 2; 387, 1 : *Et tamen non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.* Missus fuit ad solos Judæos, XV, 356, 1 : *Ipse autem ait : Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.* Judæis futurus erat ut novale pulchrum et pingue, XII, 45, 2: *Hæc enim dicit Dominus viro Juda et Jerusalem : Novate vobis novale, et nolite serere super spinas.* Quomodo sit minister circumcisionis, XVIII, 237, 2 : *Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum.* Fuit doctor Judæorum, *ibid.* Fuit Israelis gloria, XVI, 75, 1.

3° *Quæ sint præcipui fructus salutis quam mundo attulit Salvator Christus.* Primo. Christus Salvator est fidelibus auctor omnis gratiæ et virtutis, X, 417, 2 et seq. Est primus sanctorum, primitiæ sanctitatis, princeps hominum et angelorum, causa et origo omnis sanctitatis, virtutis et gloriæ, V, 225, 1. Sanctus sanctorum est, et omnes sanctificans, XIX, 372, 2 : *Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes.* Est inceptor et consummator fidei in se et in nobis, 496, 1 : *Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum.* Ipse est Christiano justitia, poderis et firmamentum, X, 26, 1, 2 : *Si sequaris justitiam, apprehendes illam ; et indues quasi poderem honoris, et inhabitabis cum ea, et proteget te in sempiternum, et in die agnitionis invenies firmamentum.* Diversimode factus est nobis justitia, XVIII, 258, 1 : *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo,*

et justitia, et sanctificatio, et redemptio. Est justitia et pax nostra non formalis, sed causalis, 605, 1 : *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Est ignis conflans quintupliciter et comparatur herbæ fullonum, XIV, 590, 1, 2 et seq. : *Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum : et sedebit conflans et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum, et quasi argentum.* Ipse est fons patens domui David, XIV, 516, 1, 2 et seq. : *In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris.* Effudit in nos Spiritum sanctum, *ibid.* Peccata omnia abluit eorumque scaturigines tollit et sopit, *ibid.* Est fons vivus qui nunquam exsiccatur, XI, 649, 1 : *Omnes sitientes, venite ad aquas;* XVI, 427, 1, 2 : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Ejus fontes et aquæ variæ, XI, 274, 1, 2 : *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Vitam mundo suscitavit, XIX, 277, 1 : *Qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium...* Velut pelicanus suo sanguine nos vivificat, IX, 150, 2 : *Sapientia filiis suis vitam inspirat.* Est suis origo omnium virtutum, 659, 2 : *In me gratia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis.* Sine ejus gratia, nemo potest bonum facere, XVIII, 72, (*Vide* Gratia). Per eum omnia sancita et odorata reddi debent, IX, 647, 1. Dirigit rectam intentionem ad Deum et salutem, XI, 374, 1. Qualem attulerit libertatem, XX, 87, 1, 2 : *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, hic beatus in suo facto erit.* Quando olim suos vocarit, jam vero vocet, V, 48, 1.

Secundo. *Homines reconciliando est princeps pacis,* XI, 236, 2; XV, 149, 2, Est pax nostra, XVI, 65, 2. Est pax causalis triplex, XIV, 121, 2 : *Et stabit, et pascet in fortitudine Domini in sublimitate nominis Domini Dei sui; et convertentur, quia nunc magnificabitur usque ad terminos terræ. Et erit iste pax.* Plenam pacem tam gentibus quam Judæis attulit, XI, 673, 1 : *Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est, et qui prope; dicit Dominus, et sanavi eum.* Pacem attulit credentibus sibi, XIV, 344, 1 : *Magna erit gloria domus istius novissimæ plusquam primæ, dicit Dominus exercituum; et in isto loco dabo pacem.* Pacem dedit discipulis hæreditatem, *Job,* 477, 1 : *Acquiesce igitur ei, et habeto pacem, et per hæc habebis fructus optimos.* Cur suis post resurrectionem pacem apprecetur Christus, XVI, 280, 1 : *Dixit eis : Pax vobis, ego sum, nolite timere.* Eam suis reliquit ex hoc mundo abiturus, 552, 1 : *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis; non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Quid ea contineat, *ibid.*, 2. Cur eam iterum discipulis apprecetur, 631, 2 : *Dixit ergo eis Jesus iterum : Pax vobis.*

Eo regnante erit in orbe pax, XII, 183, 2 : *In diebus illis, salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter.* Dicitur habitator quietis, quia pacificus rex, XI, 478, 2 : *Non aspiciam hominem ultra, et habitatorem quietis.* Gentium dissidia composuit, 123, 2. Quomodo gladios vertit in falces, 123, 2 : *Et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces.* Quomodo sustulit omnia bella, 124, 1, 2 : *Nec exercebuntur ultra in prælium.* Sub eo habitabit simul lupus cum agno, 261, 1, 2 : *Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit; vitulus et leo et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos.*

4° *Christi amabilitas, bonitas et liberalitas.* Primo. *Christi amabilitas.* Quare sit amabilis, XX, 252, 1, 2 : *Quem* (Jesum) *cum non videritis, diligitis; in quem nunc quoque non videntes creditis; credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili et glorificata.* Fuit gratiosus et dilectus et unicornis, XVIII, 590, 1 : *In qua* (gratia) *gratificavit nos in dilecto Filio suo.* Ejus naturalis pulchritudo, V, 64, 1; XVII, 176, 1. Fuit forma pulcherrimus, VI, 531, 1. Christus pulcherrimus, imo ipsummet pulchrum, VII, 539, 1 : *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus.* Christus formosus supra homines dicitur, cur non supra angelos, *Psalm.* I, 293, 2 : *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis.* Christi qualis erat vultus, VII, 591, 1 : *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, et facies tua decora.* Christus fuit coloris rosei, VIII, 118, 1 : *Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus.* Ejus oculi quam amabiles et efficaces, IX, 467, 2. Oculis ejus quædam inerat majestas, XX, 316, 1. Fulgor faciei ejus omnes ad se rapiebat, XV, 243, 1 : *Et cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, et ait illi : Sequere me, et surgens secutus est eum.* An vultus ejus habuerit aliquid sidereum, 576, 2. Est pulcher credentibus, XI, 625, 1. In Christo conveniunt majestas et amor, XIX, 220, 2.

Secundo. *Bonitas Christi.* Est velut sol, omnia beneficentiæ suæ radiis illustrans, XX, 338, 2. Omnibus benefecit, nulli male, VI, 494', 1. Passim omnibus benefacere studebat, XV, 302, 2 : *Jesus... recessit inde, et secuti sunt eum multi, et curavit eos omnes.* Dum vixit, omnibus benefecit, XVIII, 241, 2 : *Qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo.* Pro maleficio beneficium rependit, XVI, 232, 2. Ejus benignitas erga miseros, 457, 1, 2. Quomodo omnibus et cuilibet intendit, VIII, 594, 2 : *Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia.* Non imperiose mandat, sed suaviter invitat, 579, 2 : *En dilectus meus loquitur mihi : Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni.* Quam suis sit dulcis et bonus, IX, 613, 1 : *Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quam timor Dei; et nihil dulcius quam respicere in mandatis*

Domini; 656, 2 : *Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient.* Semper seipsum cum donis donat, ideo donum perfectum est, XX, 64,1: *Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.*

Tertio. *Christi liberalitas,* XI, 431, 2. Ipsius summa liberalitas, XVI, 272, 2. Ejus summa beneficentia, XVIII, 569, 1. Ejus facilitas et promptitudo ad benefaciendum, XV, 218, 1 : *Domine, ecce filia mea modo defuncta est; sed veni, impone manum tuam super eam, et vivet. Et surgens Jesus, sequebatur eum.* In æternum totum se per bonitatem et misericordiam effudit, XIII, 371, 1. Dat copiam gratiarum et virtutum, XVIII, 104, 1. Nobis majorem reddit gratiam quam illa quæ Adamo data fuit, I, 95, 2 et seq. Gratiam uberiorem effudit in sibi carne conjunctos, XX, 497, 1. Ejus benedictio multiplex est, XVIII, 586,1 : *Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo.*

5° *Christus nobis est vita nostra, bonum et omnia, et quantopere ei sumus obligati.* Tripliciter est vita nostra, XIX, 103, 2 : *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.* Triplex nobis est vita, 11, 1 : *Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.* Qua homo vita est hominum et angelorum, V, 500, 2. Nos sumus in ipso, et ipse in nobis, XVI, 549, 1 et seqq. : *In illo die, vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis.* In ipso crescimus et ipse in nobis, XVIII, 108, 2, et seqq.; 598, 2. Ei insiti sumus, ut rami arbori, 108, 2 : *Si complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus.* In nobis adolescit, et plenam acquirit staturam, donec Ecclesia ad justam perfectionem perveniat, 632, 2: *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Quomodo in omnibus compleatur, 598, 2: *Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam..... qui omnia in omnibus adimpletur.* In Christianis proficit et perficitur, *ibid.* Christus est spiritus oris nostri, XII, 417, 1, 2. Est ipse spiritus narium nostrarum, ob quatuor causas, 418, 1. Moraliter, Christus est spiritus et anima nostra, *ibid.* et 2. Est in anima, quasi rex, paterfamilias, aurigo, ratio, anima, ignis et sol, XV, 658, 2 : *Et ecce vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Varii eum induendi modi, XVIII, 226, 2 : *Induimini Dominum Jesum Christum et carnis curam ne feceritis in desideriis.* Ipse bonum nostrum est, XIII, 332, 2: *Et quærent Dominum suum..... et pavebunt ad Dominum et ad bonum ejus.* Ipse solus lucrum est, XIX, 44, 2 : *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam.* Est spes nostra, XVII, 443, 1. Quomodo spes nostra vocetur, XIX, 177, 1 : *Paulus Apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri, et Christi Jesu spei nostræ.* Est spes objectiva gloriæ nostræ, 81, 2 : *Mysterium quod absconditum fuit a sæculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ.* Est desiderium sanctorum, *Job,* 592, 2 : *Abstulisti quasi ventum desiderium meum.* Est laus nostra active et passive, XI, 274, 1 : *Fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.* In signum charitatis expositus est, *Job,* 360, 1 : *Posuit me sibi quasi signum.*

Christus nobis est omnia, XI, 148, 2; XVIII, 226, 2. In justis est omnia tripliciter, XIX, 105, 1 : *Induentes novum* (hominem), *eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus, qui creavit illum. Ubi non est Gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, Barbarus et Scytha, servus et liber, sed omnia, et in omnibus Christus.* Christus nobis est omnia, et ad eum semper refugere debemus, I, 640, 2; 641, 1. Est perfectis ceu unguentum odoriferum, X, 522, 1. Ejus memoria est sanctis gratissima, 524, 1. Eum quomodo sancti in frontibus et cordibus signatum gerant, XII, 568, 2. Est cordis signaculum, VIII, 215, 2 : *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Fideli semper esse debet in ore et in corde, XII, 447, 1. Nobis semper in ore et opere esse debet, IX, 428, 1. Quam Christo servire debeamus, XX, 265, 1. Tanquam spirituali capiti, spiritualiter ei vivere debemus, XVIII, 133, 1 : *Ergo, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Et ei vivere jure servitutis ei debito, 453, 1 : *Pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit.* Eum quomodo bonis operibus coronemus, XIV, 433, 2 : *Sumes aurum et argentum, et facies coronas, et pones in capite Jesu.*

Quantopere Christo Jesu simus obligati, XX, 265, 1, 2. Quanto eum amore prosequi debeamus, XVII, 119, 2. Amor Christi erga nos debet esse stimulus ad eum amandum, et fratres nostros, XVI, 536, 1, 2. Est ingens ad devotionem stimulus, XI, 374, 2. Quomodo a nobis amandus, XV, 571, 1. Magis diligendus est quam filii aut parentes, 276, 2 : *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus : et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.* A nobis amatus, in nos transformatur, et nos in ipsum, XVIII, 533, 1 : *Christo confixus sum cruci; vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus.* Ejus in Judæos et Christianos ingratos improperia, XIV, 130, 1, 2.

ARTICULUS SECUNDUS.

JESUS CHRISTUS SACERDOS.

1° *Christus est sacerdos.* Ei jure gentium, tanquam Patris unigenito, debebatur sacerdotium et pontificatus, XIX, 394, 1 : *Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret ; sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Christus est noster Pontifex, XXI, 29, 2. Est verus sacerdos, X, 239, 1. Est antistes totius mundi, XIV, 335, 1. Qua ratione et quando unctus sit, XVI, 102, 2: *Spiritus Domini super me : propter quod unxit me.* Quando, quomodo et in quales titulos unctus sit, XIX, 361, 2 : *Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.* Prælaturam triplicem habuit, fuit enim summus Pontifex, propheta, et doctor Ecclesiæ, XIV, 319, 2; 433, 1; 435, 2 : *Hæc ait Dominus exercituum dicens :* ECCE VIR ORIENS NOMEN EJUS : *Et subter eum orietur et ædificabit templum Domino..... et erit sacerdos super solio suo, et consilium pacis erit inter illos duos.* Ejus oleum et unctio, XI, 250, 2. Cur dicatur unctio, XX, 559, 1.

2° *Christi dotes ut Pontificis,* XIX, 420, 2 : *Talis enim decebat ut esset nobis pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus et excelsior cœlis factus.* Habet in se omnes pontificis optimi dotes et munia, 393, 1, 2 et seqq. : *Omnis namque pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Non erat sacerdos Leviticus, XV, 464, 1. Tripliciter ab Aaronicis sacerdotibus differt, 448, 1 : *Non enim in manufacta sancta Jesus introivit, exemplaria verorum : sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.* Est alius sacerdos ab Aarone et major, 379, 2 : *Unde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum et Pontificem confessionis nostræ Jesum,* 413, 1, 2 et seqq.; 417, 1. Septem argumenta quibus probatur Christum majorem Aarone, 413, 1, 2 et seq. *Primum :* Melchisedech, typus Christi, decimas sumpsit ab Abraham, 413, 1, 2 : *Et quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo, id est, a fratribus suis, quanquam et ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham.* Secundum : Melchisedech, qui fuit Christi typus, benedixit Abrahamo et toti ejus progeniei, ac consequenter etiam Levitis et sacerdotibus Aaronicis, *ibid,* 2 (Melchisedech) *Hunc qui habebat repromissiones, benedixit, sine ulla autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur.* Tertium : Sacerdotes Aaronici sunt mortales, sed Melchisedech proponitur ut immortalis, quia typus est Christi, qui est sacerdos æternus, 414, 1 : *Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt; ibi autem contestatur quia vivit.* Quartum : Aaronicum sacerdotium imperfectum fuit et insufficiens, ideoque cedere debuit sibi succedenti sacerdotio Christi, utpote longe perfectiori, 416, 2 : *Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat (populus enim sub ipso legem accepit), quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, et non secundum ordinem Aaron dici?* Quintum : Lex, testamentum, et sacerdotium Christi, non autem vetus Mosis et Aaronis, promissum fuit a Deo cum jurejurando, idque ut certius et firmius esset tam sacerdotium Christi, quam reconciliatio nostra, 417, 2 : *Et quantum est non sine jurejurando, alii quidem sine jurejurando sacerdotes facti sunt, hic autem cum jurejurando, per eum qui dixit ad illum : Juravit Dominus, et non pœnitebit eum.* Sextum : Aaronici sacerdotes erant mortales, et alter alteri post mortem in sacerdotio succedebat, Christus autem est immortalis, 420, 1 : *Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.* Septimum : Aaronici sacerdotes pro peccatis, tam suis, quam populi, hostias offerunt, idque sæpius, imo quotidie ; Christus autem non pro suis, sed alienis, scilicet totius mundi, peccatis offert, idque semel tantum, 421, 2 : *Non habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes* (Levitici) *prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi ; hoc enim fecit semel, seipsum offerendo.* Christi allegorica applicatio ad pontificem et sacra Judæorum, 438, 2.

Christus in suo pontificatu est fidelis, XIX, 379, 2. Est pontifex æternus in gratia, gloria et sacrificio, 422, 1 : *Lex enim constituit sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem jurisjurandi, qui post legem est, Filium in æternum perfectum.* Publicus sacrorum minister est, 423, 2 : *Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorum minister, et tabernaculi veri quod fixit Dominus, et non homo.* Est primus et ultimus sacerdos, 411, 1, 2 : *Melchisedech... sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.* Item sacerdos perfectus et immortalis, XVIII, 367, 1, 2 ; XIX, 420, 1 ; *Psalm.* II, 257, 1, 2 : *Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Quomodo sit assistens pontifex futurorum bonorum, XIX, 438, 2 : *Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis... introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa.*

3° *Christi sacerdotis sacrificium.* Christus induxit nova sacrificia, sacramenta, leges et promissiones Novi Testamenti, XIX, 419, 2 : *Nihil enim*

ad perfectum adduxit lex; introductio vero melioris spei per quam proximamus ad Deum. Quare vetera sacrificia in Ecclesia non retinuerit, 452, 2. Ubi per hostiam suam apparuit, 449, 1 : *Nunc autem semel in consummatione sæculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam* (Christus) *apparuit.* Fuit pontifex non solum in cruce, sed statim in incarnatione et nativitate ; non tantum in cœlo, sed etiam in hac vita, 424, 2 ; 438, 2. Æternam salutem dat, Aaronici sacerdotes tantum temporalem, 420, 2 : *Hic autem eo quod permaneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Non pro suis peccatis, sed alienis victimam obtulit, 421, 2. Unica sui oblatione dedit consummatam oblationem, 456, 2 : *Una enim oblatione, consummavit in sempiternum sanctificatos.* Ejus sacerdotium sanctificat hominem, non Aaronis, 416, 1, 2 : *Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat... quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, et non secundum ordinem Aaronis dici ?* Nos sanctificat ut pontifex, ideoque ut homo, 372, 1 : *Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes.*

In cruce sicut in sacrificio Eucharistiæ est principalis sacerdos, XVIII, 22, 1 ; XIX, 411, 2. Eucharistiam Christus instituit ut sacramentum et sacrificium, XVIII, 367, 1. Sacrificium Eucharistiæ ejusdem epulo et distributione conclusit, 347, 2 (*Vide* EUCHARISTIA).

Christus pro nobis in cœlo offert sacrificium, XIX, 424, 1 : *Omnis enim pontifex ad offerendum munera et hostias constituitur : unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat.* Orat pro nobis tanquam pontifex, XIX, 420, 2 : *Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Orat pro nobis in cœlo oratione proprie dicta, XVI, 587, 1 : *In illo die in nomine meo petetis; et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.* Orat pro nobis apud Patrem exhibendo ei se et cicatrices suas, XVIII, 149, 1 : *Christus Jesus qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Qua homo pro nobis orat, *ibid.* Visus aliquando est in cœlis jam gloriosus sacrificium Missæ celebrare, XXI, 190, 2. Est advocatus noster, XX, 533, 2 et seqq. : *Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis, sed et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum.* Et advocatus potentissimus, *Psalm.* II, 251, 1, 2 : *Astitit a dextris pauperis, ut salvum faceret a persequentibus animam meam.* An dicere liceat : *Christe, ora pro nobis,* XVIII, 149, 2.

ARTICULUS TERTIUS.

JESUS CHRISTUS REX.

1° *Christus rex jure dicitur et regnare,* Psalm. II, 152, 1, 2 : *Commoveatur a facie ejus universa terra : dicite in gentibus, quia Dominus regnavit. Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur ; judicabit populos in æquitate.* Tripliciter in regem unctus est : *primo,* gratia unionis personalis, propter quam jus adeptus est in omnes Dei electos, ut eorum princeps et caput; *secundo,* gratia redemptionis in morte, propter quam Deus exaltavit illum et donavit ei nomen, quod est super omne nomen ; *tertio,* gratia supremi triumphi, cum data est ei omnis potestas in cœlo et in terra, et Spiritu sancto misso de cœlo, omnes gentes servierunt ei, III, 448, 2. Rex etiam triplici jure fuit : *primo,* ut Deus; *secundo,* ut homo; *tertio,* ut homo Deus, 449, 1. Christus natus est rex, XIII, 32, 1, 2. Christi corona quæ, III, 486, 2. Christi quintuplex diadema, VIII, 23, 2 : *Egredimini et videte, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus.*

2° *Christi quod sit regnum.* Est rex cœlorum, XV, 73. 1. Est rex omnium angelorum et hominum, XX, 343, 2 : *Qui* (Christus) *est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur ; profectus in cœlum subjectis sibi angelis et potestatibus, et virtutibus.* Ut homo, est hominum, angelorum et cœli rex, item caput Ecclesiæ militantis et triumphantis, XVIII, 597, 1, 2 : *Constituens* (Deus Christum) *ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et omnia subjecit sub pedibus ejus; et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam.* Ejus principatus in omnes creaturas, XXI, 80, 1 : *Hæc dicit Amen, testis fidelis et verus, qui est principium creaturæ Dei.* Christi potestas in omnes gentes, *Psalm.* I, 17, 1 : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæredidatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.* A primo conceptionis instanti habuit proprie dominium totius mundi, quoad jus et potestatem, XV, 601, 1 : *Interrogavit eum præses, dicens : Tu es rex Judæorum ? Dicit illis Jesus : Tu dicis.* Quibus titulis sit omnium dominus, XIX, 362, 2 : *Ad quem autem angelorum dixit aliquando : Sede a dextris meis?* Ejus dominatio et imperium etiam qua homo, XX, 658, 2 : *Et solum Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes.* Id abnegant hæretici, 451, 1 ; 657, 1, 2. Qua de causa vivis et mortuis dominetur, XVIII, 231, 2 : *In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur.* Post mortem obtinuit exercitium dominii sui, 232, 1. Ejus merces fuit orbis possessio, XI, 728, 1, 2 : *Dicite filiæ Sion : Ecce Salva-*

tor tuus venit : ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo. Et gentes ab eo subactæ, *ibid*. Ei omnes gentes et reges servierunt, IV, 310, 2. Christus privatim cultus ab Alexandro Severo cum aliis idolis, III, 219, 2. Eum voluit Tiberius inter Deos referre, XVI, 91, 1. Est princeps regum terræ, XXI, 23, 2: *Gratia vobis et pax.....a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, et princeps regum terræ*. Est regum rex, in judicio errare nequit, V, 494, 2. Est velut rex in solio judicis sedens, VI, 55, 1. Est rex Israel et totius mundi, III, 616, 1. Est rex Israel, XV, 463, 1. Est rex Israel in medio suorum, XIV, 307, 2 : *Rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum ultra*. Est rex Sionis, XII, 629, 1 : *Hæc dicit Dominus Deus : Et sumam ego de medulla cedri sublimis, et ponam : de vertice ramorum ejus tenerum distringam, et plantabo super montem excelsum et eminentem*. Regnum ejus cur dicatur solium David, quando id cœperit et quo titulo, XI, 237, 1, 2 : *Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis ; super solium David, et super regnum ejus sedebit ; ut confirmet illud, et corroboret in judicio et justitia, amodo et usque in sempiternum*. Quomodo restituerit regnum David, XVII, 100, 2. Restituet regnum David patris sui, et augustius reddet, non dominio temporali, sed spirituali, XIII, 643, 1, 2 : *In die illa suscitabo tabernaculum David quod cecidit,..... et reædificabo illud sicut in diebus antiquis*. Quomodo dicatur rex Assyriorum, XI, 214, 1, 2,

3° *Christus qualis rex, et quale ejus regnum*. Christus est rex nobilis, XVI, 251, 1 : *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti*. Optimus fuit rex, IX, 297, 1 : *In manu Dei potestas terræ, et exsecrabilis omnis iniquitas gentium, et utilem rectorem suscitabit in tempus super illam*.

Christi regnum spirituale, XII, 182, 1; XVI, 253, 1 : *Benedictus qui venit rex in nomine Domini*. Christi regnum spirituale est et æternum, XIII, 31, 1 : *In diebus autem regnorum illorum, suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur*. Temporali regno uti noluit, etsi esset regum omnium rex, *ibid*., 2. Quomodo ejus regnum Prophetæ dicunt fore potens et abundans auro, argento, vino, oleo, 32, 1. Regnum ejus quoque temporale est, nam per reges christianos dominatur et imperat etiam civiliter toti orbi Christiano, XIII, 644, 1. Ejus solium in Ecclesia christiana, XI, 237, 1, 2. Spirituale ejus regnum in anima, *ibid*. Regnat in carnalibus gentium cordibus, III, 469, 1. Quam ejus regnum fuerit felix et pacificum, VI, 392, 2. Ejus regnum quietum et æternum futurum est, XIV, 348, 1. Christi regnum æternum, *Psalm*. II, 93, 2: *Juravi David servo meo: Usque in æternum præparabo semen tuum. Et ædificabo in generationem et generationem sedem tuam* ; 254, 1 : *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Christi regnum omnia regna consumet, *Psalm*., I, 304, 2. Ei subjicientur omnia in fine mundi, XIX, 348, 1 : *Omnia subjecisti sub pedibus ejus. In eo enim quod omnia ei subjecit, nihil dimisit non subjectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subjecta ei*. Christi regnum adumbrat propheta, *Psalm*. II, 17, *in titul*.

4° *Quomodo Christus regnum sit adeptus*. Ejus regnum inchoandum per crucem, XVI, 251, 1. Principatus ejus super humerum ejus, XI, 232, 1, 2 : *Et factus est principatus ejus super humerum ejus*. Per spinas adeptus est regnum, *ibid*.

5° *Quibus armis et victoriis diabolum Gentesque devixerit, et regnum legemque induxerit*, XI, 523, 1. *Primo*. Variæ ejus pro hominum salute contra diabolum expeditiones, XIV, 116, 1, 2. Quomodo jam inde ab initio oderit diabolus, XXI, 235, 1. Ipse agnus adhuc leonem et ursum occidit, XI, 262, 2. Ejus adhuc pueri prædæ quinque, 213, 1, 2: *Voca nomen ejus: Accelera spolia detrahere ; Festina prædari, quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, auferetur fortitudo Damasci*. Alligavit cacodæmonem veniens in mundum, XXI, 315, 1. Ejus potestas in mortem et in infernum, 71, 2. Christi cum diabolo contentio circa quid fuerit, *Psalm*. II, 363, 1. Christus superavit diabolum sapientia et prudentia, *Psalm*. I, 293, 2 : *Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna*. Christus diabolum alligavit, *Job*, 770, 1. Quomodo diabolum ligaverit, et eum solvet, XXI, 344, 2 : *Et vidi angelum descendentem de cœlo, habentem clavem abyssi, et catenam magnam in manu sua*. Ejus victoria de inimicis inferni prædicitur, XI, 253, 1 : *Ecce Dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, et excelsi statura succidentur, et sublimes humiliabuntur*.

Secundo. Christi victoriæ de gentibus, XI, 732, 2: *Calcavi eos in furore meo, et conculcavi eos in ira mea : et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinavi*; XXI, 140, 2 : *Et vidi, et ecce equus albus : et qui sedebat super illum habebat arcum, et data est ei corona, et exivit vincens ut vinceret*. Christi arma quænam sint, *Job*, 753, 1 ; *Psalm*. I, 293, 2 et seq. Ejus triumphus de gentibus et impiis, XI, 728, 1, 2. Ejus in orbe sibi subigendo potentia, XIII, 260, 2. Ejus victoria de gentibus per Evangelium, XI, 525, 2 : *Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum; vociferabitur, et clamabit; super inimicos suos confortabitur*. Mundum et mundana devicit adhuc puer, XI, 214, 2. Adhuc puer multos et varios Evangelio suo subjicere cœpit, 262, 1, 2. Fuit ipse infans vir et heros perfectus sapientia et fortitudine, XII, 230, 1. Per Apostolos et per se gentes vicinas et remotas potenter debellavit, et fidei suæ subjugavit pugnans cominus

gladio, et eminus sagitta præ aliis sanctis electa, 582, 2 : *Posuit os meum quasi gladium acutum, in umbra manus suæ protexit me, et posuit me sicut sagittam electam.* Levaturus dicitur vexillum, ad quod omnes gentes confluent, XI, 264, 2 : *In die illa, radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Est dux et vexillifer gentium, XVIII, 238, 1. Per quatuor sanctorum genera Deus Christo orbem subjecit, XIV, 427, 1. Modo vicem reddit gentibus, dum ipsorum impietatem destruit, XI, 697, 1. Impium quomodo interficiet spiritu labiorum, et in primis Antichristum, 260, 1. Ejus prælium contra gentes et Antichristum, repræsentatur prælio Machabæorum contra Græcos, XIV, 527, 1.

ARTICULUS QUARTUS.

JESUS CHRISTUS ECCLESIÆ FUNDATOR ET CAPUT.

Quæ de Christo vel ejus corpore dicuntur in Scripturis, aliquando de solo corpore, id est Ecclesia, aliquando de solo capite accipienda, XVIII, 23, 1.

1° *Christus Ecclesiam fundavit.* Ab æterno decretus est fundamentum Ecclesiæ, V, 229, 1 : *Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret.* Ædificavit templum spirituale, id est Ecclesiam, XIV, 435, 1 : Ecce vir Oriens nomen ejus..... *et ædificabit templum Domino. Et ipse extruet templum Domino.* Eam fabricavit, XIX, 380, 1 : *Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam.* Quomodo ejus sit principium, *primo*, situ; *secundo*, dignitate; *tertio*, tempore et causalitate, 77, 1 : *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens.* Est lapis angularis et fundamentum Ecclesiæ, XI, 398, 1, 2 : *Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum;* Job, 710, 1 : *Super quo bases illius solidatæ sunt, aut quis demisit lapidem angularem ejus?* Est positus in Ecclesia ceu lapis fundamentalis cui omnes credentes inædificantur, XVI, 75, 2. Est prima Ecclesiæ petra, XV, 471, 2 : *Dixit illis Jesus : Nunquam legistis in Scripturis : Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?* Est Ecclesiæ et animæ fidelis fundamentum, XVII, 269, 2 : *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.* Quomodo sit Ecclesiæ summus et imus lapis fundamentalis, XVIII, 607, 2 : *Estis cives sanctorum et domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.*

2° *Christus est Ecclesiæ sponsus.* Ter sive tribus diebus Ecclesiam sibi despondit, XIII, 322, 2 : *Et sponsabo te mihi in sempiternum : et sponsabo te mihi in justitia, et judicio, et misericordia, et in miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide.* Suo sanguine Ecclesiam sibi comparavit, VI, 490, 2; XVII, 371, 1 : *Posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* Eam velut sponsam univit, XVIII, 667, 1 : *Sacramentum hoc* (Matrimonii) *magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia.* Est Ecclesiæ sponsus, et Ecclesia ejus sponsa, XV, 245, 1 : *Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus?* 525, 1 : *Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ, accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsæ;* XVI, 349, 1 : *Qui habet sponsam sponsus est; amicus autem sponsi qui stat, et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi;* Psalm. I, 297, 1 : *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Est Ecclesiæ maritus, et quidem nobilis, VI, 514, 1. Ecclesiæ suæ sponsæ nomen et titulos communicat, XII, 244, 1 : *Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster.*

3° *Christus caput et corpus est Ecclesiæ*, XVIII, 374, 2 : *Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa; omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt : ita et Christus;* XIX, 77, 1 : *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ*, Job, 768, 1, 2. Est ejus caput quatuor modis, XVIII, 352, 2 : *Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est; caput autem mulieris vir; caput vero Christi, Deus.* Ut caput, salutem influit in Ecclesiam, 648, 1 : *Christus caput est Ecclesiæ, ipse salvator corporis ejus.* Summam potestatem habet in Ecclesia, XXI, 71, 2 : *Hæc dicit Sanctus et Verus qui habet clavem David; qui aperit, et nemo claudit : claudit et nemo aperit.* Ecclesiæ excommunicandi potestatem dedit, 286, 2 : *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu Christi tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.* Circa regimen Ecclesiæ non omnia constituit, sed multa successoribus reliquit, XIX, 323, 1 : *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi.* Cur noluerit episcopos nasci episcopos, sed elegi optimos, VII, 352, 1. Non complevit omnia per se, sed per Apostolos, XVIII, 598, 2 : *Ipsum dedit caput super Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.* Quæ dona Ecclesiæ reliquerit, in cœlum ascendens, 630, 1 : *Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores ad consummationem sanctorum.* In quo Apostolos se fecerit majores, X, 514, 1. Cur

voluerit suos opera majora facere quam quæ ipse fecit, XVI, 545, 2 et seq. : *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet.* Suos facit tonantes et fulminantes, XVI, 511, 1. Jus etiam modo dicit per suos vicarios, XI, 520, 1.

4° *Christus Ecclesiam regit, gubernat, protegit, et donis suis adimplet.* Plena ejus providentia circa Ecclesiæ suæ fabricam erigendam et conservandam, XIV, 399, 1, 2. Descripsit Ecclesiam et singulos ejus fideles in cicatricibus vulnerum quas in manibus accepit, XI, 590, 1 : *Ecce in manibus meis descripsi te; muri tui coram oculis meis semper.* In ejus manibus designatur robur et potentia, et in iis sunt fundatæ Ecclesiæ vires, *ibid.* Fideles et Ecclesiam ordinatissime regit, V, 228, 2. Nunquam Ecclesiam suam deseruit, XVIII, 519, 2. Ecclesiam suam semper proteget usque ad finem mundi, XV, 658, 1 : *Et ecce vobiscum sum, omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Suis semper se ad futurum spondet, *ibid.* Ethice semper est cum Ecclesia quasi sponsus cum sponsa, ei assistens, eam protegens, sustentans, ornans, fœcundans, 687 2 : *Et vocabunt eum Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.* Semper nobiscum corporaliter est in venerabili Eucharistia, *ibid.* Quid in ejus membris operetur, 635, 2, 2 : *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus.* Christus est umbra Ecclesiæ, VII, 554, 1 : *Sub umbra illius quem desideraveram, sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo.* Ecclesiæ suæ sponsio velut umbella est, XI, 149, 2 : *Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, et in securitatem, et absconsionem a turbine, et a pluvia.* Est vestis Ecclesiæ, VIII, 71, 1, 2 : *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Vestit Ecclesiam ut vestis, et illuminat ut sol, XXI, 236, 1 : *Signum magnum apparuit in cælo : mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus.* Ecclesiam quomodo vaporet, IX, 647, 1 : *Quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam.* Est gloria totius Ecclesiæ, V, 513, 2.

ARTICULUS QUINTUS.

JESUS CHRISTUS DOCTOR, MAGISTER, LEGISLATOR.

Christus in terras venit ut nobis esset redemptor, doctor, et vitæ exemplar, XV, 7, 2.

1° *Christus est legatus Patris ad homines et ad gentes,* XII, 311, 1 : *Auditum audivi a Domino, et legatus ad gentes missus est,* XIV, 351, 1. Est angelus et legatus tam Novi quam Veteris Testamenti, XIII, 264, 2; XIV, 587, 2 et seq. : *Ecce ego mitto angelum meum, et præparavit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis, et angelus testamenti, quem vos vultis.* Quintupliciter fuit angelus Novi Testamenti, XIV, 1, 2. Est velut angelus cœlo delapsus, XV, 10, 2. Sicut fidelis legatus et nuntius Deo Patri, V, 392, 2 : *Nuntius impii cadet in malum ; legatus autem fidelis sanitas;* VI, 269, 2 : *Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit illum, animam ipsius requiescere faciet.* Quam libere legationem suam susceperit, XI, 597, 1 : *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorsum non abii;* 620, 1 : *Ecce intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde.* Quomodo dicatur Apostolus, XIX, 379, 1 : *Unde, fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate Apostolum et Pontificem confessionis nostræ Jesum.* Christus etiam Propheta est, XV, 4, 1.

2° *Christus est nobis doctor et magister, et quidem præstantissimus.* Est doctor, pontifex, propheta, et ut talem eum confessus est S. Petrus, XV, 365, 1. Ipse noster magister per excellentiam, doctor justitiæ, et doctor doctorum XIII, 504, 1 : *Filii Sion, exultate et lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiæ.* Erit novus justitiæ doctor, XI, 520, 1 : *Ecce servus meus, suscipiam eum : electus meus, complacuit sibi in illo anima mea : dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet.* Est doctor sapientiæ, V, 206, 1 : *O viri, ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum,....... Audite, quoniam de rebus magnis locuturus sum, et aperientur labia mea, ut recta prædicent;* XII, 447, 1 : *Et post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* Est solus perfectus magister, XVI, 527, 2: *Vos vocatis me Magister et Domine, et bene dicitis; sum etenim.* Est legislator potius quam Moyses, XI, 520, 1. Moysi opponitur et anteponitur, XVI, 312, 1, 2 : *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est.* Christus præstantior omnibus legislatoribus Hebræorum, XIX, 379, 1. Christus legislator Moysen superat, 379, 2 et seq. Est auctor totius legis Mosaicæ, XV, 301, 1. Est perpetuus fidelium doctor, XI, 419, 2: *Et non faciet* (Dominus) *avolare a te ultra doctorem tuum : et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis ; hæc est via, ambulate in ea ; et non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Eum audire Pater jubet, XV, 113, 2 : *Et ecce vox de cælis dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

Est doctor stellatus, 172, 2 : *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Est lampas et fax orbis, XI, 724, 1 : *Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, et salvator ejus ut lampas accendatur.* Lux in tenebris, et sol noster est, *Job*, 4, 1 ; 213, 2. Est sol et lux mundi, XVI, 49, 1 : *Per viscera misericordiæ, in quibus visitavit nos Oriens ex alto;* 74, 2 : *Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel;* 303, 2: *Erat lux vera quæ*

lluminat omnem hominem venientem in hunc mundum; 436, 1 : *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*; 515, 1 : *Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis*; 517, 2 : *Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat*. Est lux vera, XVI, 301, 2 et seq.: *Et vita erat lux hominum ; et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt*. Est lumen de lumine, XIII, 279, 2. Qua homo et qua Deus lux est, XX, 524, 1, 2 : *Et hæc est annuntiatio, quam audivimus ab eo, et annuntiamus vobis : quoniam Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ*. Joannes Baptista erat lucerna ardens et lucens, Christus lux et sol, XVI, 383, 2 : *Ille* (Joannes) *erat lucerna ardens et lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce ejus*. Ipse sol et lux est, X, 376, 1 : *Sol illuminans per omnia respexit, et gloria Domini plenum est opus ejus*. Vere sol est, Adam tantum luna, XIV, 608, 2 : *Et orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ*. Nomen solis græcum ἥλιος secundum omnes derivationes ei accommodatur, 607, 2. Est vere sol justitiæ et quidem ob quinque, imo ob octo analogias, X, 31, 1 ; XIV, 606, 2. Christus sol justitiæ per quid gyraverit, VII, 42, 2 : *Gyrat* (sol) *per meridiem, et flectitur ad aquilonem, lustrans universa in circuitu pergit Spiritus, et in circulos suos revertitur*. Christus per solem repræsentatur, X, 390, 2 : *Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile, opus Excelsi*; 393, 2. Soli fulgenti comparatur, XXI, 35, 2 et seqq.: *Et facies ejus sicut sol lucet in virtute sua*. Oriens in animas fidelium quos ibi effectus operetur, XIV, 610, 1 : *Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus, et egrediemini, et salietis sicut vituli de armento*. Mentis oculos aperuit occæcatos, XI, 524, 1 : *Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum*. Non solum per solem, sed per lunam et stellas repræsentatur, X, 537, 2 : *Quasi stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei*. Quomodo fit stella, et quare, II, 332, 1 : *Orietur stella ex Jacob, et virga consurget de Israel*. Est stella splendida et matutina, XV, 75, 2 ; XVIII, 409, 1. Cur stella matutina dicatur, XXI, 61, 2 et seq.: *Qui vicerit... dabo illi stellam matutinam*.

3° *Jesu Christi doctrina tum dogmatica, tum moralis*. Verum testimonium de Patre reddidit apud homines, XXI, 23, 1 : *Gratia vobis et pax... a Jesu Christo qui est testis fidelis*. Se Messiam esse probavit, XVI, 103, 2 : *Cum plicuisset librum* (Isaiæ prophetæ), *reddidit ministro, et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos : Hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris*; 106, 1. (*Vide* supra De divina Christi natura). In Evangeliis cur toties ad Moysen appellet, I, 22, 1, Perfecit non tantum scribas, sed et legem, legique addidit præcepta fidei explicitæ de Deo trino et uno, deque Christi incarnatione, passione, redemptione, etc.; item consilia evangelica ; ad hæc clariorem et expressiorem legis naturæ sive Decalogi explicationem, XV, 159, 1. Nulla sanxit nova præcepta, nisi fidei et sacramentorum, 259, 2. Multa legis decreta reformavit et ad meliorem virtutis ac pietatis formam revocavit, 6, 2. Matrimonium ad primævam suam institutionem revocavit, 420, 2 et seqq. (*Vide* Matrimonium). Quid in Evangeliis doceat ac præscribat, 7, 2. Totam ethicam christianam paucis complexus est sententiis, IX, 34, 2. Dat fidelibus migma, id est, doctrinam ex utroque Testamento collectam, XI, 420, 1 : *Commixtum migma comedent, sicut in area ventilatum est*. Aperuit nobis arcana Patris, XVI, 314, 1 : *Deum nemo vidit unquam : unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit*. Apostolis duarum SS. Trinitatis personarum cognitionem revelavit, tertiæ fidem nonnisi cum jam iret ad mortem, 94, 1 : *Nemo novit Filium, nisi Pater ; neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare*. Præcepta charitatis sanxit, 163, 1 ; 171, 1 et seqq. Quæ consilia proposuerit animæ rationali, XI, 235, 1, 2 (*Vide* Doctrina christiana, Lex christiana, Mysteria, Præceptum).

4° *Jesu Christi docendi modus. Primo*. Christus nihil scripsit manu, sed ore docuit, VI, 252, 1. Fuit ei lingua erudita. XI, 596, 2 : *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo ; erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum*. Ejus lingua fuit argenti instar electi, V, 299, 1 : *Argentum electum, lingua justi*. Ejus os vena vitæ, 287, 1 : *Vena vitæ, os justi*. Ejus os gladio comparatur, XI, 581, 2 : *Posuit os meum quasi gladium acutum*. Loquebatur lingua angelica, aut potius divina, XV, 104, 1 : *Et omnes testimonium illi dabant, et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ejus*.

Secundo. Cum docebat, accommodabat se carnalibus audientium conceptibus, V, 559, 2 : *Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde ejus*. Sermonem suum magis ad mentem et sensa eorum qui secum agebant, quam ad interrogationem et verba externa accommodabat, XV, 24, 1. Crebris usus est parabolis, V, 1, 2. Cur ad turbas per parabolas concionaretur, IX, 26, 2 ; 83, 2 ; 209, 1 ; X, 295, 2 ; 494, 2. Cur Dominus in parabolis ad turbas et Pharisæos loqueretur, XV, 320, 2 et seqq. Cur iis obscuris et ambiguis utatur Christus coram Scribis, 321, 2 et seq. Ejus facta fuere parabolæ, 321, 1 (*Vide* Parabola). Quomodo dicatur verbum opportunum, V, 467, 2 : *Lætatur homo in sententia oris sui, et sermo opportunus est optimus*. Fuit forma concionatorum, 293, 1.

Tertio. Christi doctrinæ veritas et efficacia.

Christus veritas est, VI, 415, 1, 2. Veritas est et veraces amat, IX, 230, 2; XVI, 540, 2 et seqq.: *Dicit ei Jesus: Ego sum via, et veritas et vita.* Ejus sapientia, IX, 659, 1, 2; 660, 1. Ipse solus plenam sapientiam in mundum tulit, 658, 2 (*Vide* supra DE SCIENTIA ET SAPIENTIA ANIMÆ CHRISTI). Christus ita loquebatur exterius, ut interius corda moveret, XVI, 279, 2: *Et dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas?* Ejus verba vita sunt, XVI, 411, 2; 412, 1: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt;* XVIII, 362, 2. Verba ejus habebant vitam æternam, XVI, 413, 2: *Respondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Ejus prædicatio omnia crimina, passiones, et dæmones et reprobos resecat, XI, 581, 2 et seq. Omnis sermo ejus et doctrina vitæque ejus mysteria, et sacramenta boni odoris sunt, XIII, 472, 2.

Quarto. Quibus in locis, et quosnam docuerit. Ubique prædicavit regnum Dei, V, 44, 2 et seq.: *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua.* Obibat omnes locos Galilææ, XVI, 417, 1. Etiam in pagis docuit et benefecit, XV, 252, 1: *Et circuibat Jesus omnes civitates et castella, docens in synagogis eorum, et prædicans Evangelium regni, et curans omnem languorem et omnem infirmitatem.* Semper pedes per oppida evangelizavit, XVII, 365, 2. In templo hierosolymitano docuit et fecit miracula, XIV, 587, 1.

Evangelizavit tam Israelitis quam Judæis, XIII, 295, 2. Quomodo promissus tantum Judæis, prædicavit etiam Sidoniis et Tyriis, XIV, 453, 2: *Et ædificavit Tyrus munitionem suam, et coacervavit argentum quasi humum, et aurum ut lutum platearum. Ecce Dominus possidebit eam et percutiet in mari fortitudinem ejus.* Evangelizavit pauperibus, quibus et cur, XI, 716, 1. Evangelizans tum per se, tum per Apostolos, leoni comparatur, XIII, 437, 2: *Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet.*

Quinto. Zelus et libertas Christi in docendo. Christi indefessum prædicandi studium, XV, 133, 2. Zelus ejus in discipulis instruendis, XVI, 320, 1: *Conversus autem Jesus, et videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi... ubi habitas? Dixit eis: Venite, et videte. Venerunt et viderunt ubi maneret, et apud eum manserunt die illo.* Diem dabat prædicationi, noctem orationi, 259, 2: *Erat autem diebus docens in templo, noctibus vero exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliveti.* Libere veritatem prædicavit, XV, 301, 1. Ubique prædicationem veritatis captavit, etiamsi sciret propterea Scribas sibi mortem machinaturos, *ibid.* In prædicando regno Dei et salute nulla est perturbatus injuria vel calumnia Scribarum, nec ulli cessit, XII, 145, 2: *Ecce ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Domini? veniat. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens.* Quomodo stultis Pharisæis subinde responderit, VI, 299, 2. Quam acriter Pharisæos increpaverit, XI, 260, 1. Illorum hypocrisim detexit, IX, 86, 1 (*Vide* PHARISÆI). Cur Judæorum quæstioni de sua potestate non responderit, XV, 469, 1.

Sexto. Miraculis doctrinam confirmavit. Opera Christi mirabilia quæ, *Psalm.* II, 160, 1. Quo fine miracula patraret, XV, 133, 2. E miraculis cognitus est esse Messias, 282, 1: *Ait illi* (Joannes per discipulos): *Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? Et respondens Jesus ait illis: Euntes renuntiate Joanni quæ audistis et vidistis: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur.* Miraculis evicit se esse Christum, XVI, 384, 2 et seq.: *Ego autem habeo testimonium majus Joanne. Opera enim, quæ dedit Pater, ut perficiam ea; ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.* In suis miraculis, initio fidem non requisivit, XV, 134, 2. Cur miracula sua taceri voluerit, 250, 2: *Tunc tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum, et comminatus est illis Jesus, dicens: Videte, ne quis sciat.* Christus se maris et procellarum dominum ostendit, XIV, 334, 1: *Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc unum modicum est, et ego commovebo cœlum, et terram, et mare, et aridam.* Christo quomodo conveniant verba S. Marci, cap. VI, *Et non poterat ibi virtutem ullam facere, propter incredulitatem eorum, Psalm.* I, 262, 2.

Christus ægros visitavit diligenter, *Job*, 410, 1: *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos, amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Quos sanabat, perfecte sanabat, XVI, 129, 2. Ejus tactus omnes morbos sanabat, XV, 348, 2: *Et cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, et obtulerunt ei omnes male habentes, et rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent, et quicumque tetigerunt, salvi facti sunt.* Curavit sex cæcos, 458, 2. Quos corporaliter sanavit, etiam spiritualiter sanavit, 239, 1: *Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua* (*Vide* MIRACULA, et supra VITA PUBLICA JESU CHRISTI).

ARTICULUS SEXTUS.

JESUS CHRISTUS OMNIUM VIRTUTUM EXEMPLAR.

1° *Christus nobis est exemplar omnium virtutum in omni vita sua,* I, 653, 2: *Inspice, et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Est speculum morum et sanctitatis, XVI, 436, 2: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Ejus vita tota est speculum morum, XVIII, 437, 1: *Nos vero omnes, revelata*

facie, gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu. Christus habet sex radios, id est sex virtutes, II, 333, 1. Est via, veritas et vita, XVI, 303, 2; 540, 2 et seq.: *Dicit ei Jesus : Ego sum via, et veritas, et vita*; 610, 1 : *Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati; omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.* Nobis præit in viam justitiæ, doctrina, exemplo et gratia præveniente, IX, 152, 1 : *Sapientia filiis vitam inspirat, et suscipit inquirentes se, et præibit in via justitiæ.* Est via et vita, *ibid.* Viam in cœlum suo nobis exemplo præivit, V, 225, 1.

Fecit primo, deinde docuit, et opere primum præstitit quam alios verbo instruxit, XV, 158, 1, 2: *Qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum;* XVII, 46, 1, 2: *Primum quidem sermonem feci, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere et docere;* XX, 82, 1 : *Estote autem factores verbi, non auditores tantum.* Ejus virtutes nobis sunt imitandæ, IX, 396, 2. Verbo et exemplo virtutem auctoravit, VI, 530, 2.

Christi vita qualis, *Psalm.* I, 25, 1. Qualis ejus cursus fuerit, XVIII, 333, 1 : *Sic currite ut comprehendatis.* Ejus vita lucerna fuit, XIV, 283, 2. Christi virtutum fragrantia, *Psalm.* I, 296, 1, 2 : *Myrrha et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis.* Ejus vita et doctrina fuit portentum portentorum, XI, 220, 1. Cur tamen vitam egit communem, non austeram, XV, 289, 2 : *Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt : Ecce homo vorax et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus.* Omnia ejus dicta factaque non sunt conscripta, XVII, 374, 1 : *Oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit : Beatius est magis dare, quam accipere.*

2° *Religio Christi et zelus ejus pro honore Dei.* Quomodo Deum Patrem et sanctum Spiritum qua homo glorificat, X, 422, 1. Quomodo Patrem glorificarit, XVI, 591, 2 : *Sublevatis oculis in cœlum, dixit : Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Frequenter oravit cum lacrymis, XIX, 394, 2 : *Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.* Christus nos docuit exemplo suo, clauso ostio, Patrem orare, *Psalm.* I, 305, 2 : *Vacate, et videte quoniam ego sum Deus.* Orans pro nobis in cruce exauditus est, X, 226, 1 : *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit : et donec propinquet non consolabitur, et non discedet donec Altissimus aspiciat.* Gratiarum actione benedictionem mensæ inchoare solebat, XIX, 227, 2.

Zelus ejus pro honore Dei, XV, 464, 1 : *Et intravit Jesus in templum Dei, et ejiciebat omnes vendentes et ementes in templo...... Et dicit eis : Scriptum est : Domus mea, domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Ejus amor erga Patrem, XXI, 78, 2. Dilexit Deum ex puro corde, XX, 583, 1. In quo honorem Deo Patri detulerit, XVI, 453, 1 : *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, et vos inhonorastis me;* XVIII, 245, 1 : *Soli sapienti Deo, per Jesum Christum, cui honor et gloria in sæcula sæculorum.* Christi injuriæ aliquæ peculiariter ad Patrem pertinebant, *Psalm.* I, 445, 1 : *Quoniam zelus domus tuæ comedit me; et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Patri, Ecclesiæ, angelis, et toti orbi honori est et decori, XIV, 351, 2.

3° *Christi humilitas*, V, 210, 1; XV, 337, 2; XVII, 366, 2. Ejus adventus docuit humilitatem, XIV, 589, 2. Ejus initia exilia et parva fuerunt, 404, 1. Ejus immensa et in omnibus actionibus humilitas, XV, 231, 2; 453, 1: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis.* Ejus propria virtus est humilitas, IX, 315, 1; XV, 295, 1, 2: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde.* Ejus in vita obscuritas et humilitas, XI, 624, 1 : *Et ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra sitienti.* Est velut virgultum, *ibid.* Confertur cum verme, XII, 525, 2. Sæculo huic fuit contemptus, XIX, 373, 2. Cur a Gentilibus et Judæis sperneretur, XVI, 577, 1 et seq. Honores fugit, XI, 292, 2. Mire se in Eucharistia humiliat, VI, 179, 1. Ejus modestia in omnibus actionibus, XX, 324, 2. Ubique humilitatem cum majestate copulavit, XVI, 66, 2. Infirmitatem suæ humanitatis ubique inculcavit, dum vixit, VI, 255, 1. Est nobis speculum humilitatis, XIX, 22, 1 et seq. *Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset...... semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo.* Humilitas est primum, medium et ultimum in schola Christi, 26, 2 et seq. : *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* In ejus schola discuntur humilitas et charitas, IX, 124, 2. Est excitamentum humilitatis et spei, XI, 374, 2. In cœlo est primus, quia in terra novissimus, XV, 451, 1 (*Vide* HUMILITAS).

4° *Christi mansuetudo et lenitas*, IX, 123, 1; XV, 302, 2 : *Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, et judicium Gentibus proferet. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus. Arundinem quassatam non confringet, et linum fumigans non extinguet;* XIX, 296, 2. Cur comparetur aquis Siloe, XI, 215, 2 : *Pro eo quod abjecit populus iste aquas Siloe quæ vadunt cum silentio..... propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes et multas*, XVI, 460, 2. Ejus silentium et lenitas, XI, 215, 2; XVI, 460, 2. Ejus mansue-

tudo in sufferendis Scribis, discipulis, turbis et injuriis, XV, 295, 1, 2 : *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.* Ejus in injuriis patientia, VI, 273, 1. Vocatus fuit a Judæis Beelzebub, 271, 1 et seqq. Christus amat mites et mansuetos, XXI, 124, 2. Per mansuetudinem habitat in mentibus nostris, V, 517, 1 (*Vide* MANSUETUDO).

5° *Christi obedientia*, V, 474, 1. Fuit vir voluntatis divinæ, XI, 566, 2 : *Vocans ab oriente avem, et de terra longinqua virum voluntatis meæ, et locutus sum, et adducam illud; creavi, et faciam illud.* Patri potius voluit obsequi quam matri, XV, 316, 2. Quomodo didicerit obedientiam, XIX, 396, 2 : *Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est obedientiam.* Ejus obedientia usque ad mortem, XVI, 503, 1. Provocat nos ad obedientiam, XI, 374, 2.

6° *Christi castitas.* Flos campi est et lilium convallium, ipse pascit et pascitur inter lilia, id est inter animas puras et castas, VII, 596, 2. Raro seorsum cum muliere loquebatur, XVI, 363, 2 : *Et continuo venerunt discipuli ejus ; et mirabantur quia cum muliere loquebatur.* Cur vivens mulieres circumduxerit, XVIII, 328, 2. Virgines amat, 318, 2 (*Vide* CASTITAS, VIRGINITAS).

7° *Christi mortificatio.* Christus omnem voluptatem sprevit, XI, 205, 1, 2 : *Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.* Sæpe flevit, *Job*, 364, 2. Ejus frugalitas, XVI, 155, 1 : *Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima; porro unum est necessarium.* An in vita comederit carnes, XIII, 229, 2. Christo convenit jejunare et cilicio uti, prout est in membris suis, *Psalm.* I, 215, 2. Docuit vita sua in persecutione et passione sitam esse felicitatem, XX, 14, 2 : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* In tribulatione et mortificatione ei conformamur, XVIII, 441, 2 : *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.* Affectum erga parentes et affines moderandum exemplo suo docuit, XII, 835, 1. 2.

8° *Christi paupertas*, XV, 397, 2 : *Vade ad mare, et mitte hamum; et eum piscem qui primus ascenderit, tolle, et aperto ore ejus, invenies staterem; illum sumens, da eis pro me et te;* XVII, 135, 1 ; XVIII, 470, 2 et seq. : *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* Christus quomodo fuerit pauper, *Psalm.* I, 266, 1. Unicam tantum externam tunicam habuit, XV, 262, 2 : *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Pecuniam non habuit, sed Judas habebat pro eo, 261, 1. Habuit bona in communi, 231, 1. Tectum vel hospitiolum sibi proprium non habuit, 230, 1 : *Et dixit ei Jesus : Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Habuit in suo comitatu mulieres quibus alebatur, XV, 261, 1. Fuit viator et hospes in terra, XII, 121, 2 : *Expectatio Israel, salvator ejus in tempore tribulationis, quare colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum ?* Ipsius algentis questus, VIII, 103, 1 : *Vox dilecti mei pulsantis : Aperi mihi, soror mea.... quia caput meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctium.* Cur dum viveret, manibus operatus est, XII, 618, 2. Eum orbi toto nudavit Pater in præsepi et in cruce, XI, 619, 1. Christus quomodo dicatur inops, mendicus et compunctus corde. *Psalm.* II, 248, 1 : *Persecutus est hominem inopem et mendicum, et compunctum corde mortificare.* In pauperibus est adhuc velut mendicus, XX, 578, 2. Paupertatem honoravit, et in se quasi deificavit, V, 439, 1. Paupertatem evangelicam est amplexus, et eam Christianis sectandam ut consilium sanxit et proposuit, V, 439, 1 ; X, 342, 1, 2. Cur paupertatem sit professus, XVI, 505, 2 et seq. An fecerit votum paupertatis, XVII, 142, 2. Cur apud gazophylacium Judæorum avaritiam coarguit, XVI, 440, Christi pauperis et avari antitheses, VII, 121, 2 (*Vide* PAUPERTAS).

Christus est pater pauperum, hinc qui eos opprimunt, Christum quodammodo victimant, X, 208, 1. Est pauperum et pusillorum vindex, VI, 190, 2 : *Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introeas : propinquus enim illorum fortis est, et ipse judicabit contra te causam illorum.* Item pauperum est propinquus, frater, consanguineus, *ibid.* Sibi reputat factum quod pauperi impenditur, IX, 140, 1 : *Deus prospector est ejus qui reddit gratiam.* Ei datur quod ejus discipulo et justo, 369, 1 : *Benefac justo, et invenies retributionem magnam : et si non ab ipso, certe a Domino* (*Vide* ELEEMOSYNA).

ARTICULUS SEPTIMUS.

CHRISTUS, SUORUM PASTOR, CONSOLATOR ET DEFENSOR.

1° *Christus est verus pastor fidelium omnium*, XII, 760, 2 : *Et servus meus David super eos, et pastor unus erit omnium eorum;* XIV, 245, 2 ; XX, 309, 1 : *Conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.* Christus est bonus pastor, XIV, 496, 2; XVI, 472, 1, 2 : *Ego sum pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Ejus vita est idea veri pastoris, XVI, 649, 1. Est pastor bonus ovem errabundam reducens et gaudet titulo pastoris, 63, 2 ; 203, 2 et seqq. : *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves; et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam*, 472, 1, 2 et seq. Depingitur a priscis instar pastoris ovem humeris gestantis, XI, 497, 1 : *Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit*

agnos, et in sinu suo levabit, fœtus ipse portabit. Quomodo se dicat ostium ovilis, XVI, 468, 2 : *Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro;* 471, 1, 2 : *Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur; et ingredietur. et egredietur, et pascua inveniet.* Cognoscit oves suas et ipse illas, 474, 2 : *Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ.* Et vitam æternam dat eis, 478, 2 : *Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me : et ego vitam æternam do eis; et non peribunt in æternum* (Vide supra, cap. IV, art. III, VARIA CHRISTI NOMINA).

2° *Christus suorum consolator et defensor.* Ejus propensio ad miserendum et auxiliandum, XIX, 377, 2 : *In eo enim, in quo passus est ipse et tentatus, potens est et eis qui tentantur auxiliari;* 390, 2 : *Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.* Christus est nobis Noe, id est, consolator tripliciter, XI, 486, 1, *in Argum.* Consolatur desolatos et derelictos, XVI, 64, 1; 72, 1 : *Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et homo iste justus et timoratus, expectans consolationem Israel, et Spiritus sanctus erat in eo.* Christus est pulvinar laborantium, I, 285, 1 : *Cumque venisset ad quemdam locum* (Jacob), *et vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, et supponens capiti suo, dormivit in eodem loco.* Athletas suos consolatur et roborat, XVIII, 334, 2; 421, 1, 2 : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt.* Refrigerium est omnibus ad se confugientibus, IX. 642, 1. Suis affert ingens gaudium ex pace conscientiæ, XI, 147, 1 (*Vide* CONSOLATIO).

Christus est brachium Domini qui per eum peculiariter afflictis populi sui rebus succurrit, XI, 624, 1; XVI, 40, 2. *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui,* 515, 2. Ejus vis major quam omnium tentantium, XX, 589, 1, 2 et seqq. : *Vos ex Deo estis, filioli, et vicistis eum, quoniam major est qui in vobis est, quam qui in mundo.* Suos defendit contra duros et superbos, XI, 260, 1 : *Judicabit in justitia pauperes, et arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Ipse murus et antemurale nostrum, XI, 374, 1 : *Urbs fortitudinis nostræ Sion salvator, ponetur in ea murus et antemurale.* Quibus modis murus sit, *ibid.* et 2.

ARTICULUS OCTAVUS.

CHRISTUS JUDEX ET MERCES.

I. CHRISTUS JUDEX. — 1° *Christus habet potestatem judiciariam.* Judiciaria potestas ei propria est, IX, 294, 1. Habebat potestatem judiciariam, sed ea non est usus nisi tempore et loco, XVI, 168, 2. Quia se humiliavit, accepit a Deo potestatem judiciariam, 381, 1 : *Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso. Et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est.* Quomodo vocetur et sit judex vivorum et mortuorum, XVI, 379, 2 : *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio;* XVII, 242, 1, 2 : *Qui* (Christus) *constitutus est a Deo judex vivorum et mortuorum;* XIX, 133, 2. Qui sunt vivi illi quos Christus dicitur judicaturus, *ibid.*: *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi; deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera.* Quo sensu non judicet quemquam, XVI, 345, 2 : *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum;* 437, 1, 2: *Ego non judico quemquam.* Quomodo in die judicii potestatem judicandi et regnandi accipiet, XIII, 96, 1 : *Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum.*

2° *Christus est judex justus.* Quomodo faciat justitiam et judicium, XII, 183, 2 : *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet judicium et justitiam in terra... Et hoc est nomen quod vocabunt eum : Dominus justus noster.* Non est acceptor personarum, XI, 646, 1 ; 657, 1. Judicabit in justitia pauperes, 259, 2; 260, 1. Quomodo non secundum visionem oculorum judicabit, 259, 2 : *Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet ; sed judicabit in justitia pauperes, et arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Est omnium cogitationum censor et judex, XIX, 389, 1 : *Vivus est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis.* Ejus oculus omnia videt, 390, 1. Christi judicium rectissimum per virgam ferream significatur, *Psalm.* I, 17, 1 : *Reges eos in virga ferrea.* An ipse crucifixus appareat animæ cuique in morte judex, XIV, 510, 2 : *Et aspicient ad me quem confixerunt.* An per se peragat particulare judicium, XVII, 185, 1 ; 242, 1, 2.

3° *Quando et quomodo ad judicium ultimum veniet.* Quomodo peregre profectus dici possit, XV, 529, 1 ; 530, 2. Quando venturus sit ad judicium, nocte an mane, 526, 2 : *Media autem nocte, clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei.* Media nocte veniet ad judicium, I, 520, 1 : *Hæc dicit Dominus : Media nocte egrediar in Ægyptum, et morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum.*

Ejus venientis ad judicium terror et majestas, XI, 585, 1; XIII, 95, 2; 96, 1; XIV, 589, 2: *Ecce venit, dicit Dominus exercituum, et quis poterit cogitare diem adventus ejus, et quis stabit ad videndum eum?* XIX, 156, 1; XX, 678, 2: *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere judicium contra omnes, et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum.* Ejus lux et gloria in die judicii, XIII, 510, 2. Maxime in die judicii erit sol justitiæ ob septem analogias, XIV, 606, 2; 607, 1. Veniet ad judicium instar fulguris, XV, 510, 2: *Sicut enim fulgur exit ab oriente, et paret usque in occidentem; ita erit et adventus Filii hominis;* XVI, 236, 1: *Nam sicut fulgur coruscans de sub cœlo... fulget, ita erit Filius hominis in die sua.* Ejus cum fulgure sex analogiæ, XV, 510, 2. Ejus lictor in die judicii erit ignis, XIII, 611, 2: *Hæc ostendit mihi Dominus Deus, et ecce vocabat judicium ad ignem Dominus Deus, et devorabat abyssum multam, et comedit simul partem.* Comparat se aquilæ, XV, 510, 2. Item cadaveri et corpori redivivo, 511, 1. Cur in nubibus cœli venturus sit, et in gloria et majestate magna, 515, 2: *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli.* Veniet ad judicium cum omnibus sanctis et angelis, XIV, 532, 2: *Et veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo.* Descendet ad judicium in aerem valli Josaphat incumbentem et vicinum, XIII, 516, 1: *Ecce in diebus illis, et in tempore illo... congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Josephat, et disceptabo cum eis ibi.*

4° *Quomodo mundum et impios judicaturus est Christus.* Judicaturus sedebit in nube, IX, 623, 1: *Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis.* Ejus judicantis majestas in quo sita sit, XV, 533, 2: *Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ.* Eum ceu zona cingent justitia et fides, XI, 260, 1, 2: *Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus.* Eum decet gladius, *ibid.*, 2. In eo ad judicium veniente, videbuntur crucifixionis insignia et vulnera, XXI, 24, 1: *Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ.* Ad judicium veniens suo jussu occidet Antichristum, XIX, 156, 1: *Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui.* In die judicii quomodo eum visuri sint Judæi et pontifices qui eum damnarunt, XV, 585, 2: *Verumtamen dico vobis: Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cœli.*

Ejus disceptatio cum impiis in die judicii, XIII, 516, 2 et seq. Ejus exprobratio ad impios, XV, 515, 1, 2. Terribilem vultum tunc ostendet reprobis, 528, 1: *At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos.* Quomodo reprobis sua tunc beneficia, quibus abusi sunt, exprobraturus sit, XV, 537, 2; 538, 2: *Tum dicet et his qui a sinistris erunt: Discedite a me, maledicti, in ignem æternum qui paratus est diabolo et angelis ejus. Esurivi enim et non dedistis mihi manducare*, etc. Cum judicabit, duas ob causas erit omnibus admirationi, XIX, 146, 1: *In revelatione Domini Jesu de cœlo cum angelis virtutis ejus, in flamma ignis dantis vindictam iis qui non noverunt Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi. Qui pœnas dabunt in interitu æternas a facie Domini, et a gloria virtutis ejus, cum venerit glorificari in sanctis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.* Ejus in die judicii majestas et ira in impios, XIV, 379, 1: *Sileat omnis caro a facie Domini, quia consurrexit de habitaculo sancto suo.* Ejus judicantis in eosdem furor et indignatio, XIII, 523, 2: *Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem dabit vocem suam; et movebuntur cœli a terra.* Ejus ira in die judicii quam sit atrox futura, V, 498, 2: *Indignatio regis, nuntii mortis.* Erit in judicio impiis ut leo, piis ut ros lenis, VI, 17, 2: *Sicut fremitus leonis, ita et regis ira; et sicut ros super herbam, ita et hilaritas ejus.* Utroque suo adventu pios ab injuria vindicabit, et impios condemnabit, XIX, 466, 2. Christi in ultimo adventu omnis creatura exultabit, *Psalm.* II, 152, 2; 153, 1, 2: *Lætentur cœli et exultet terra; commoveatur mare et plenitudo ejus; gaudebunt campi, et omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum a facie Domini, quia venit, quoniam venit judicare terram* (*Vide* JUDICIUM EXTREMUM).

II. CHRISTUS MERCES NOSTRA.—Christus est merces nostra, I, 404, 2. Quomodo servos suos in cœlo honoret, XVI, 177, 2 et seq.: *Beati sunt servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes; amen dico vobis, quod præcinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis.* Est fidelibus perenne pabulum et gaudium, XV, 475, 1. Ejus humanitas est cœli lucerna, XXI, 401, 2: *Et civitas non eget sole, neque luna; nam claritas Dei illuminavit eam.* Est templum beatorum, 401, 1, 2: *Et templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est et Agnus.* Post Christum sunt sancti cuncti consummati et perfecti in gloria, XIX, 507, 2. *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis, et judicem omnium Deum, et spiritus justorum perfectorum* (*Vide* BEATI, BEATITUDO CŒLESTIS, CŒLUM, GLORIA CŒLESTIS, SANCTI).

CAPUT NONUM.

QUIBUS IN SCRIPTURA JESUS CHRISTUS COMPARETUR.

N. B. Hic non repetuntur quæ, jam in variis articulis, suum quemque locum obtinuere.

1° Ipse est Azarias, id est adjutor Dei, IV, 290, 1. Est velut citharœdus, X, 434, 2. Quomodo citharœdus in vita sua fuerit, XXI, 129, 2. Illi assimilatur vir vestitus lineis, XII, 565, 2. Quomodo in Lazaro adumbretur, XVI, 226, 2. Cur S. Joanni Evangelistæ vestitus apparuerit podere, XXI, 29, 1. Et cur tunica hyacinthina, 30, 1. Ejus aurea zona et cinctio ad mamillas quid denotet, 32, 2 et seqq. Cur dicatur sessor equi albi Joanni visi, 138, 1; 140, 1. Albo insidere equo visus est Joanni, Antichristum debellaturus, 338, 1. An vere ita futurum, *ibid.*, 2. An denotetur per angelum habentem thuribulum, 188, 1. An sit angelus descendens de cœlo amictus nube, et iridem in capite habens, 213, 2. Quomodo vocetur Michael pugnans cum dracone, 246, 1. Quomodo habeat cornua septem, et quid illa significent, 125, 1. An per quatuor Joannis animalia designetur, 107, 1; 108, 1. Est clavis et claviger, 71, 1. Quatuor ejus formæ comparantur faciebus quatuor Cherubim Ezechielis, XIX, 26, 2; 108, 1. Quomodo in porta templi stare allegorice intelligatur, XII, 783, 1; 793, 1.

2° Turturi comparatur, VII, 514, 1. Est quasi serpens alatus, XI, 295, 2. Est velut phœnix, XI, 637, 2; XIII, 268, 2. Piscis est, XII, 852, 1. Vocatur piscis, XV, 132, 2. Symbolice per piscem assum denotatur, XVI, 282, 1. Interdum a Patribus piscis nomine græce dicitur, XII, 346, 2. Allegorice est bos, XII, 578, 1. Cur dicatur vitulus, *Psalm.* I, 164, 2. Denotatur per vitulum saginatum, XVI, 211, 2. Vermis quomodo dicatur Vetus Testamentum corrodens, XIV, 59, 2. Est aquila, coluber, navis, VI, 453, 1. Earum viæ ei adaptantur, 453, 2 et seq. Est aquila septem de causis, II, 517. 1. Per formicam, leporem, locustam, stellionem denotatur, VI, 465, 1. Item per leonem, gallum, arietem, 472, 1. Quomodo est monoceros, II, 325, 2. Christus leo præstat cerbero infernali, VII, 311, 2. Est caprea et hinnulus, quo sensu, VII, 573, 1. Salit in montibus tripliciter, *ibid.*, 2 et seq. Salit in omnes animæ potentias, 572, 2. Est symbolice cervus gratiarum, V, 148, 2.

3° Quomodo vocetur planta, XII, 744, 2. Ipse dici potest germen quadrupliciter, *ibid.* Est velut granum frumenti cadens in terram, XVI, 508, 2. Est similis grano sinapis, XVIII, 363, 1. Christus quomodo dici possit arbor, *Psalm.* I, 12, 1, 2. Est arbor vitæ, XVI, 49, 2. Ipse est lignum vitæ, V, 91, 2. Quomodo dicatur lignum vitæ, XXI, 407, 2. Est fructus omni auro et lapide pretiosior, V, 219, 1. Comparat se viti qua homo, et quare, XVI, 555, 2; 557, 2. Cur dicatur vitis vera, 556, 1. Est velut uva, IX, 648, 2. Ficui comparatur, VII, 585, 1. Item pomo, 552, 2. Christus est rosa, X, 538, 1, 2. Est myrrha multis de causis, VII, 527, 1, 2.

4° Fons est, V, 141, 2. Est nardus, et quare, VII, 525, 2. Electro et igni comparatur, XII, 509, 1. Est noster adamas, XII, 525, 1, 2: XIII, 614, 1. Sapphiro assimilatur, XXI, 386, 1. Hujus natura ei secundum deitatem applicatur, *ibid.* Est margarita pretiosissima, 399, 1 et seqq. An intelligatur per librum signatum septem sigillis, 118, 2. Cur monti assimiletur, XII, 783, 1; 792, 1; 819, 1. Allegorice nobis est Ariel, id est mons, leo, lux, aries Dei, factusque pro nobis maledictum, 826, 2. Cur sit turris gregis nebulosa, XIV, 100, 1, 2. Austro calido et fervido comparatur, XIII, 466, 1; 502, 1. Quomodo sit tonitru, XII, 488, 1, 2. Lunæ assimilatur, X, 30. 1. Variæ partes templi ab Ezechiele descripti, ei a S. Gregorio adaptantur, XII, 792, 1; 793, 1 et seq.

JESUS, filius Josedech. Jesus tres celebres in Veteri Testamento fuere, IX, 20, 2 (*Vide* JOSUE). Jesus lius Josedech, pontifex, quando floruerit, *ibid.* Jesus filius Josedec vixit cum populus e captivitate Babylonica rediret, XIV, 380, 1. Fuit Jesus pontifex tum nomine, tum officio typus Christi Jesu, 319, 2; 380, 1, 2, 388, 1; 399, 2. Populi e Babylone in Jerusalem reducis dux fuit in Ecclesiasticis, IV, 212, 1. Consistit reus coram S. Michaele, accusante Satana, XIV, 380, 2. Cur Satan stet a dextris ejus, 381, 1. Quod ejus fuerit peccatum, cujus eum Satan accusat, 382, 2. Ejus filii alienigenas duxerunt uxores, non autem ipse, nec meretricem, 383, 1. Cur ei Satan adversatus, *ibid.* Ejus partes Deus defendit, *ibid.* Cur dicatur torris erutus de igne, 384, 1, 2. Quæ ejus vestes sordidæ, *ibid.* His ipse indutus repræsentat Christum carne humana vestitum, 385, 1. Cur ab angelo opem exposcat, 385, 2. Mutatoriis et cidari induitur, *ibid.* Elicuit actum contritionis de peccato suo, 386, 1. Est cum sociis vir portenti quintupliciter, 387, 2. Ei revelatus est Christi ortus, 389, 2. Ejus corona e donariis Judæorum efformata qualis fuerit, 432, 1, 2. Repræsentat regnum Christi, 433, 1. Jesus et Zorobabel cur vocentur filii olei, 410, 2 et seq. Cherubinis templi comparantur, 411, 1.

JESUS filius Sirach senior. Sirach senior genuit Jesum Siracidem qui composuit *Ecclesiasticum*, X, 18, 2. Sirach duplex, avus et nepos. Jesus filius Sirach senior, est alius a Jesu filio Josedech, 20, 2. Item a Ben-Sira, 21, 1. Fuit de stirpe sacerdotali, 20, 2. Non fuit Eleazari pontificis nepos, 20, 1; X, 548, 2. Quando vixerit et quot annis ante Christum, IX, 19, 1, 2. Floruit sub Ptolemæo Philadelpho, X, 533, 1; 548, 2. Præcessit multis annis Simonem II pontificem, X, 533, 2. Fuit Hierosolymita, IX, 17, 2. An fuerit ex septuaginta interpretibus SS. Scripturæ, 19, 2; X, 95, 1. Fuit præcoci ingenio, 20, 1. Per varias regiones est peregrinatus, multa vidit et audivit, et sæpe pericu-

cibo aut potu vixit, XIV, 585, 1. Comedit locustas, XV, 96, 2 et seq. Et licet cibus hic noxius sit, ipsi tamen non nocuit, non bibit nisi aquam, 91, 1. Edit quoque mel silvestre, *ibid.*, 2.

5° *Fuit præcursor Salvatoris.* Joannes Baptista fuit horizon Veteris et Novi Testamenti et velut fibula legis veteris et novæ, XI, 56, 2; XIV, 586, 1. Missus fuit tam a Christo quam a cæteris SS. Trinitatis personis ante faciem Christi, 584, 2. Est medium totius SS. Trinitatis, 584, 1. Missus a Deo in mundum, et quomodo, 585, 1; XVI, 302, 1. Fuit a Deo electus ob præclaras virtutes, XII, 51, 2. Velut lucifer et aurora præivit Christum solem justitiæ, XIII, 361, 2. Cur dictus sit lucerna, VI, 71, 1. Fuit lucerna Christo venturo, *Psalm.* II, 386, 1. Paravit venturo Messiæ viam, XIV, 584, 1; 586, 2; XVI, 51, 1. Christum mundo indicavit, *Job*, 550, 1. Bonus nuntius fuit, et quare, V, 476, 1.

6° *Ejus prædicatio.* Ad litteram ab Isaia per vocem clamantem significatur, XI, 490, 2. Vox est ob novem causas, *ibid.*, et 491, 1. Hac voce significabatur Evangelii prædicationem longe audiendam et late dilatandam, *ibid.* Joannes Baptista fuit vox triplex, *ibid.*, 2. Fuit vox Dei, XV, 95, 2. Habitavit et clamavit in deserto, et id carpunt hæretici, XI, 492, 1, 2.

Quo anno cœperit prædicare jussus cœlitus, XVI, 91, 2. Pœnitentiam prædicabat, 92, 1. S. Joannes Baptista fuit turtur, VII, 581, 1. Singulis hominum statibus commoda præcepta dabat, 92, 2 et seq. Ejus concio quam fuerit efficax, II, 235, 1. Quam fervens fuerit concionator, XII, 343, 1, 2. Fuit forma concionatorum, V, 293, 1. Quomodo Judæos docuerit et converterit, XIV, 586, 1. Quomodo corda patrum in filios converterit, 617, 1. Libere et acriter corripuit Pharisæorum vitia et hypocrisin, XII, 735, 2; XV, 99, 1.

7° *Ejus baptismus.* Magnus ad eum fiebat hominum ex urbibus confluxus, XVI, 97, 2. Baptismus ejus qualis esset, *ibid.* Baptismi ejus forma, XVII, 350, 2. Quos baptizarit, XVII, 53, 1. Quare solos adultos baptizarit, 350, 2. Cur baptizaret, XV, 106, 2. Totum corpus baptizabat, XVI, 348, 1. Usque ad incarcerationem baptizavit, *ibid.* Ipse baptizabat, nec potestatem eam discipulis delegandi jus habebat, 354, 1. An fuerit a Christo baptizatus, XV, 107, 2. Ipse Christum baptizavit, ab eo jussus id facere, 108, 1. Se humilians, a Christo exaltatus est, XIII, 616, 2.

8° *Varia testimonia quæ S. Joannes de Christo perhibuit.* Missus est et venit in mundum ut Christum testaretur esse lumen mundi, XVI, 302, 2. Non erat Christus, sed ejus tantum testis, *ibid.* Negat se esse Messiam, etsi ut talem eum populus haberet, XV, 104, 1, et seq.; XVI, 94, 1. Ejus humilitas, mansuetudo et prudentia, XV, 105, 1; XVI, 315, 2; 316, 2; 317, 1. Ejus de Christo testimonium, XVI, 310, 2; 318, 2 et seq.; 383, 1. Ex Dei revelatione Christum cognovit, XVI, 318, 2. Non cogit discipulos ad Christum sequendum, sed tantum iis indicat, 319, 1. Discipulorum ambitionem reprimit, et Christum sibi præponit, 348, 2 et seq. Subinde baptismi sui locum mutavit, 348, 1; 481, 2. Fuit Christi paranymphus, 349, 1. Cur se vocet amicum ejus, *ibid.*, 2. Libenter ei locum cessit, 350, 1. Quomodo ob illum gavisus sit, 350, 1. Quo sensu ipse minui, Christus vero crescere debeat, *ibid.* et seqq.

9° *S. Joannis Baptistæ incarceratio, et testimonia quæ vicissim Christus illi reddit.* Cur Judæi Joannem Baptistam spreverint postea, ita ut eorum invidia sit in carcerem conjectus, XVI, 354, 1. Cur et ubi in carcerem sit conjectus, XV, 689, 2. Quare discipulos suos ad Christum miserit, 281, 1 et seq. Non dubitavit num Jesus esset Messias, nec an esset iturus ad limbum, 281, 2. Ipsius prudentia, 282, 1. Laudatur a Christo a constantia in dictis, 283, 1. Ab abstinentia et victus asperitate, XV, 284, 1; XIX, 225, 1. In quo a cæteris Prophetis differat, XIV, 586, 2. Vocatur plusquam Propheta a Christo, *ibid.* Fuit reipsa plusquam propheta, XV, 284, 1. Omnium Veteris Testamenti fuit maximus, 284, 2. In quibus major fuerit Moyse, 285, 1. Nullum edidit miraculum, 284, 2 et seq. Fuit quasi continuum miraculum, aliaque ejus elogia, 285, 1. Viam aperuit ad regna cœlorum, 286, 1. Israeli fuit quasi Lucifer Evangelii, 287, 2. A Christo vocatur lucerna ardens et lucens, XVI, 383, 2. Cur vocetur Elias, XIV, 614, 2; XV, 288, 1. In quo Eliæ fuit similis, XIX, 614, 1. Fuit typus Eliæ, et Elias typus ipsius, 586, 2.

10° *Ejus mors.* Præscivit suam necem, XV, 690, 1. Fuit vere martyr, *ibid.* Pro justitia et castitate martyr occubuit, IX, 168, 2; XIV, 584, 2. Ob increpationem incestus Herodis cum uxore fratris martyrio est laureatus, XI, 661, 2. Moriens triplicem evasit angustiam, V, 359, 2. Ejus caput in disco epulis illatum, XV, 690, 2. Septem ejus laureæ, *ibid.* Quando sit occisus, et quo mense, *ibid.* Sepultus est in Sebaste, ubi plurima patravit miracula, 691, 2.

JOANNES (S.) EVANGELISTA. I. Ejus vita. — 1° *Quis fuerit, et ejus vocatio.* S. Joannes fuit Christi consanguineus, XX, 496, 2. An fuerit discipulus Joannis Baptistæ, et illo Christum indicante, eum sit secutus, XVI, 319, 1, 2. Non fuit sponsus in Cana, quia semper fuit virgo, 327, 1. Juvenis secutus est Christum, XIX, 303, 2. Est socius S. Petri, XX, 497, 1. Cur ipse et Jacobus petant Samaritanos fulgure afflari, idque ex nimio zelo, XVI, 141, 1.

2° *Dilectus Domino fuit et beatæ Virgini,* XV, 256, 2. Fuit præ cæteris Apostolis Christo familiaris, XX, 498, 1. Cur a Christo præ cæteris Apostolis diligeretur, 500, 2 et seqq. Sæpius Christi corpus contrectavit, 508, 2. Ejus prærogativæ apud Redemptorem nostrum, XXI, 3, 1. In sinu

optant, idque laudabiliter, 236, 2. Job in figuram Christi impius reputatus fuit, 241, 1. Job non vult cum Deo congressus, 242, 2. Petit a metu liberari, ut Deo respondere valeat, 243, 2. Job exemplum hominis afflicti solatium quærentis, 244, 1, 2. Rogat a se criminis suspicionem amoveri, 245, 1, 2. A Deo petit licentiam liberius loquendi, 245, 2. Petit cur nullius sibi criminis conscius ita affligatur, *ibid.* Deum rogat ut a tortura cesset, cum ipsum exacte noverit, 248, 2. Rogat Deum ut operi suo parcat, 249, 1, 2. Prudenter sibi prospicit ante mortem pœnitendo, 259, 2.

9° Sophar Jobo indignatur temere, *Job*, 262, 1. Job maxime sincerus et rectus ac mundus in conpectu Dei, 263, 1. Sophar optat Deum loqui Jobo ipsumque convincere, 263, 2. Censet Jobum Dei alloquio indignum, *ibid.* Sophar Jobo ad Deum converso omnia prospera pollicetur, 274, 1, 2. Quasi vaticinando prædicit Jobi felicitatem, 276, 2.

10° Job amicorum insolentiam comprimit, *Job*, 279, 1. Tempore Jobi erat etiam philosophia et scientiæ æmulatio, 297, 1. Quomodo dicatur Job *cum Deo disputare*, 297, 2. Amici Jobi quomodo dicuntur *fabricatores mendacii*, 298, 1. Consolatores Jobi erant medici futiles, *ibid.* Imprudentiam suam verbis manifestant, *ibid.*, 2. Job attentionem renovat, 304, 1. Ipsam mortem spei fundamentum ponit, 305, 2. Spes Jobi divina providentia nititur, *ibid.* In summa calamitate quam maxime sperat, 307, 2. Job petit doloris et timoris imminutionem, 309, 2. Job eloquens et artis rhetoricæ peritus, *ibid.* Jobi singularis in dicendo modestia, *ibid.* Vitiorum suorum cognitionem petit, 310, 2. Quomodo Jobi gressus in nervo dinumerari dicantur, 313, 2. Job Dei judicium verebatur, 319, 2. Petit dolorum aliquam intermissionem, 323, 1. Ligno præciso comparatur, *ibid.*, 2. Mortem optat, 325, 1. Deum supplicat ut ipsum abscondat, *ibid.*, 2. Job spe resurrectionis se sustentat, 326, 2. Semper de occultis sollicitus Deum propitiabat, 328, 2.

11° Tres sessiones sunt in disputatione amicorum cum Jobo, *Job*, 335, 1. Eliphaz Jobum arguit audaciæ et temeritatis, 335, 2; 336, 2. Non bono zelo contra Jobum movetur, 336, 1. Male Jobum arguit impietatis et blasphemiæ, 336, 1, 2. Job suam puritatem non sibi, sed Deo referebat, 340, 1. Cur Job non possit scire se esse justum, 340, 2.

12° Jobi amici erant consolatores onerosi, *Job*, 354, 1, 2. Job optat ut amici aliquid miseriæ experiantur, ut rectius munus consolandi discant, 356, 1. Jobi doloribus neque loquela, neque silentium, aptum remedium erant, 356, 2; 357, 1. Malignus Eliphazi in Jobum animus, 358, 1, 2. Job in lamentis memor fiduciæ in Deum, 359, 2. Repente a summa felicitate ad extremam miseriam dejectus est, *ibid.* et seq. Ut signum expositus ad corporis calamitates et ad animæ tentationes, 360, 1. Circumdatus fuit afflictionibus, 360, 2. Jobi viscera simul cum sanie, felle, etc,, præ morborum vehementia effusa, 361, 1. Job vulnera super vulnus accipit, 362. Job in summis doloribus cilicium et cinerem adhibebat, 363, 1. Jobi oculi et facies intumuerunt a fletu, 364, 1. Venter combustus a planctu, *ibid.* Facies conlutulata præ fletu, *ibid.* Qualis fuerit Jobi fletus, 365, 2. Jobi fletus non fuit cum iniquitate conjunctus, 366, 1. Jobi in oratione attentio, *ibid.*, 2. Job Dei testimonio probatur, 368, 2. Optat ante mortem discerni causam suam, 370, 1. Significat sibi extremum vitæ imminere, 371, 1. Protestatur se non ob peccata sic affligi, *ibid.* Dei invocat patrocinium, 372, 1. Job propter infelicitatem abiit in proverbium, 375, 2. Ob populi derisionem ira commovebatur, quam violenter reprimebat, 376, 1. Iterum resumit lamentationes, 379, 1. Neque die neque noctu quietem ullam capiebat, 380, 1. Jobi vita mortis est meditatio, 381, 1. Jobi parentes et cognatio vermes, *ibid.* Jobi consolatio in sepulcro.

13° Baldad Jobum et Eliphazum increpat, 384, 1. Cur Baldad cum Jobo et Eliphazo stomachosius ageret, *ibid.*, 2. Baldad Jobum stultæ iracundiæ arguit, 385, 1. Significat parum referre an Job pereat, 386, 1. Amici contra Jobum rabiebant 388, 1.

14° Queritur Job de amicorum inhumanitate, 397, 1. Magis de duris verbis quam de verberibus conqueritur, 397, 2. Ostendit secum agi per formam judicii, 399, 2. Job frustra pacem invocat, antequam plene omnia amicorum convicia superaverit et exhauserit, 400, 1. Vita Jobi undique ærumnis circumdata, 401, 1. Job se arbori evulsæ comparat, 402, 1. A propriis servis neglectus et despectus, 405, 2. Cum rex esset, servos suos rogavit, 405, 2. Ab iis quos maxime dilexerat desertus et odio habitus, 407, 2. Cur Jobi labiis Satan pepercerit, 409, 2. Job labiis non ad Dei offensam, sed laudem usus est, 408, 2. Amicorum consolationem implorat, 400, 1. In miseriis suis manum Domini agnoscit, 419, 2. Jobi verba Scripturis sacris quovis silice durabilioribus insculpta, 413, 1. De Christo redemptore et resurrectione clarissime vaticinatur, 413, 2. Hæc Jobi verba male ad resurrectionem metaphoricam detorquentur, 414, 1. Falsi illi amici dant operam ut Jobum capiant in sermonibus, 416, 2.

15° Sophar Jobi verbis commotus varie fluctuat, *Job*, 419, 1. Sophar tantum sapit in sensu suo, 419, 2. Job postulat attente et patienter audiri, 440, 1, 2. Jobi zelus in causa Dei, 441, 1. Job arguit amicos temerariæ opinionis, 457, 1.

16° Eliphaz male in Jobum invehitur, quasi se velit Deo præponere, 463, 2. Objicit Jobo inhumanitatem et sordidam avaritiam etiam erga fratres, 465, 1, 2. Objicit etiam tyrannicam violentiam, 467, 1, 2. Unde Eliphaz Jobo impingat crimina a quibus erat maxime alienus, 469, 2. Promittit Jobo pœnitenti omnium bonorum restitutionem, 479, 1.

5° *Jobi mors.* Job mortuus plenus dierum, *Job*, 795, 2. Quot annis vixerit, I, 335, 1. Quando mortuus fuerit, II, 236, 2. Ejus sepulcrum in Trachonitide, 263, 2. Salvatus fuit cum posteris in lege naturæ per fidem Dei, XVIII, 62, 1; 163, 1. An cum Christo in carne resurrexerit, XIV, 46, 1, 2. Fuit typus Christi, et in quibus, *Job*, 359, 1; 405, 1; 619, 2; XX, 209, 1.

6° *Jobi liber.* Jobi liber est vera historia, et canonicæ auctoritatis, difficilis et obscurus, *Job*, *Præf.* XLI. Opus suum Job carmine conscripsit, X, 434, 1. Quia arabice scripsit et in Arabia vixit, multas voces et consuetudines arabicas usurpat, XIII, 248, 2. Spiritu sancto inspiratus sua gesta scripsit, XIX, 304, 2.

JOBEL. *Jobel* hebraice tria significat, unde dicatur, II, 170, 1.

JOCHABED. Jochabed mater Mosis an fuerit filia, an neptis Levi, I, 438, 1.

JOCUS. Jocos mensales moderabatur symposiarcha, X, 142, 1. Joci amicorum non sunt in malam partem accipiendi, 364, 2. Joci Christianorum quales esse debeant, XVIII, 651, 1, 2,

JOEL. Joel quando floruerit, XI, 58, 2. Ubi sit natus, de qua tribu, cujus filius, XIII, 475, 1. Joelis et patris ejus etymon quid significet, *ibid.*, 2. Quando et quibus prophetarit, 255, 2; 475, 1. Soli Judæ et Benjamin prophetat, 475, 1. Eo pene tempore prophetavit quo Osee sub Ozia, Joathan, Achaz et Ezechiæ regibus, *ibid.*, 2. An prophetarit sub Manasse post excidium Samariæ, *ibid.* Quid prophetet, XI, 58, 2. Captivitatem Babylonicam comminatur, XIII, 476, 1. Ejus argumentum, *ibid.* Joel prænuntiavit signa judicio extremo prævia, XXI, 441, 1. An sit ad litteram unus de tribus illis angelis quos S. Joannes in *Apocalypsi* vidit falcibus messem demetentes, XIII, 522, 1. Ejus hieroglyphica, XIII, 258, 1, 2. Ejus enigmata, 266, 2. Ejus adagia, 270, 1, 2. Joel est inter sanctos relatus, 476, 1.

JOEL urbis Jerosolymæ præfectus. Joel fuit primus urbis Hierosolymæ reædificatæ præfectus, IV, 255, 1.

JOHANAN. Johanan Rabbini de templo Hierosolymitano vaticinium, XIV, 485, 1.

JOIADA. Joïada sacerdos alio nomine dictus Barachias. XV, 497, 1. Joïada fuit summus sacerdos, IV, 51, 1. Juste amovit Athaliam, regnumque dedit Joas suo nepoti, *ibib.* Ejus elogium, *ibid.*

JONADAB. Jonadab cum Jehu Baal et Baalitas evertit, XII, 250, 2.

JONAS. 1° Jonas ex Geth Zabulonitide est oriundus, XIV, 23, 2. Quid nomen ejus hebraice, 40, 1. An fuerit filius viduæ Sarephtanæ quem Elias vitæ restituit, III, 645, 1, 2; X, 507, 1; XIV, 23, 1, 2. An adolescens ille qui unxit Jehu in regem, XIV, 23, 1. Quando floruerit, XI, 59, 2. Ejus historia paucis perstricta, *ibid.*, 2.

2° Quando prophetarit et sub quo rege, XIII, 255, 1; XIV, 23, 1, 2; 52, 2; 154, 1. Paucis annis præcessit Amos, XIII, 255, 1. Quid scribat, XI, 59, 2. Prædixit Jeroboamo regi Israel victoriam de urbibus quas Syri Israeli abstulerant, IV, 59, 1. Ejus hieroglyphica, XIII, 259, 2. Ejus adagia, 271, 1.

3° Jonas in Niniven mittitur, XIV, 28, 1. Prædicare jubetur illi excidium, 28, 2. Quomodo fugerit in Tharsis, 29, 1, 2. Quomodo nautæ ab eo petant quo vadat, 30, 1. Cur Deum fugiat, *ibid.* et 2. Deum fugiens in pericula incidit, *ibid.* Tempestate jactatur, 32, 2. Cur sopore gravi in navi dormiret, 33, 1. Remorsum conscientiæ ex fuga a Deo sensit, *ibid.* Sors quomodo super illum ceciderit, 34, 2. Quomodo se esse Hebræum dixerit, 35, 1. Ejus charitas magnanima et pœnitentia, 36, 1. Cur eum Deus in mari projici vellet, *ibid.* A nautis qua restrictione in mare missus, 37, 1. A ceto devoratus est, 38, 1, 2. Quatuor miracula in ceto circa eum facta sunt, 39, 2. Pressus angustiis ad Deum redit, 40, 1, 2 et seq. Mox ejus opem sensit, 41, 1. Spondet se iturum ad templum ad gratias Deo agendas, 41, 2. An a ceto vectus et ejectus sit in mari Rubro, 42, 1. Ejus angustia similis fuit angustiæ Christi in horto, 43, 1. Gerit curam pro salute animarum, *ibid.*, 2. Ejectus est circa Joppen, et cur, 44, 1. Jonas absorptus et ejectus a ceto est signum Christi patientis, mortui et resurgentis, XIV, 41, 2; 44, 2; 45, 1; XV, 311, 2 et seq.; XVIII, 399, 1. Ejus et Christi antitheses, XV, 313, 2. Est index resurrectionis mortuorum, XIV, 46, 1, 2. E ceto liberatus, statim adiit templum ut vota persolveret, 47, 1.

4° Quo tempore Ninivitis prædicaverit, XV, 313, 1. Missus est ad Sardanapalum, XIV, 24, 1. Quomodo viam tridui diei unius festinatione compleverit, 50, 1. Tertiam Ninives partem prædicando obivit die primo, *ibid.* Oraculum suum frustrari videns, cur sit afflictus, 57, 1, 2. Laboravit indiscreto honoris proprii amore, *ibid.* Ninivitas puniri optans indiscreto zelo, peccat venialiter, *ibid.* Post quadragesimum diem prædicationis suæ afflictus egressus est Ninive, eventum expectans, 58, 1. Nullam cladem sequi videns, murmuravit, *ibid.* Quomodo Ninive maledicens in Judæam redierit, 60, 2. Jonas cum dixit juxta Septuaginta: *Adhuc triduum, et Ninive subvertetur*, mysterium resurrectionis innuit; et juxta textum hebraicum: *Adhuc quadraginta dies*, innuit mysterium ascensionis Christi, 206, 2.

5° Jonæ sepulcrum non fuit in Ninive, sed in Palæstina, XIV, 49, 2. An fuerit e sanctis qui cum Christo resurrexere, 26, 2; 46, 1, 2. Sanctorum catalogo adscriptus est, et monacho cuidam sancto cum aliis Prophetis apparuit, 25, 1, 2.

JONATHAN. Jonathan unus ex fortibus David secundi ordinis, III, 529, 2; 530, 2.

JONATHAN alter. Jonathan pater Jaddo seu Jeddoæ summi Pontificis, IV, 256, 1.

gressa dicitur, XIII, 440, 2. Cur in Juda Deus regnum et sacerdotium et templum collocare voluit, XII, 40, 1. Juda tribus cur germen Deo delectabile, XI, 155, 1. Juda tribus quare a decem aliis divulsa, X, 498, 2. Juda regnum potius regno Israelis, IV, 67, 2. Juda tribus in Dei cultum permansit, apostatante Israele, XIII, 440, 1. Cur dicatur prævaricatrix, XII, 40, 1. Cur acrius castigari meruit, quam Israel, XII, 290, 1. Magis peccavit quam Israel ob tres causas, XII, 40, 1. Juda quomodo migrarit propter afflictionem, 354, 1. Ejus cur Deus sit misertus, XIII, 292, 2. Israele in captivitatem abducto, ut proximus hæres, ejus terram occupare poterat, 356, 2. Ipsa propter idololatriam in Chaldæam fuit abducta, X, 526, 2. Juda tribus cur dicatur domus Israel, XII, 532, 2. Juda vocatur interdum tota gens Judaica complectens tres tribus et alios ex aliis, XIV, 478, 1. Juda et Israel tempore Apostolorum in unam Ecclesiam coaluerunt, XI, 270, 1. Ejus tribus fuere Machabæi, I, 397, 1. Sceptrum in tribu Juda mansit usque ad Christum, qui ex ea ortus est, 396, 2 et seqq. Juda tribus an primo ad Christum convertenda, XXI, 168, 2.

JUDÆA. 1° *Judææ situs, fines, longitudo et latitudo.* Judæa est Syriæ pars et appendix, IV, 232, 2. Sita est inter Euphraten et Nilum, XI, 390, 2. Est ad meridiem confinis deserto quo itur in Ægyptum, XI 413, 1. An contermina Arabiæ, XVIII, 556, 1, 2. Inter Syriam et Ægyptum intermedia jacet, et idcirco bellorum inter utriusque reges fuit particeps, XIII, 149, 1. Judæa est Australis respectu Chaldææ, XII, 115, 2; XIV, 17, 2; 18, 2. Judææ fines et termini, XIII, 502, 1; 603, 2; 606, 2; XIV, 414, 2; 460, 1; 482, 1; 484, 1; 535, 1; 536, 1. Ejus quanta sit longitudo et latitudo, I, 456, 1; XIII, 595, 2; XIV, 414, 2. Ejus longitudo a meridie in aquilonem, latitudo ab oriente in occidentem spectabatur, XII, 841, 1. Longior duplo est quam lata, XIV, 414, 2. Judææ est umbilicus terræ, XII, 767, 2.

2° *Judææ clima et fertilitas.* Judææ clima est calidum et siccum, ita ut incolæ noctu in tectis frigidum captent, IV, 431, 1. Crebros habebat puteos ad colligendam aquam, XII, 263, 2. Ejus fertilitas et ubertas, XI, 151, 2; 152, 1; XII, 26, 2. Vocatur cornu ob tres causas, *ibid.* Ficuum ferax erat, ejusque felicitas erat sedere sub vite et ficu sua, XII, 190, 2. Qui primi ejus sint fructus, *ibid.* Fert vinum rubrum vel atrum, XI, 388, 1. Palmis abundabat, IX, 635, 2. Ejus insigne palma, XII, 352, 2. Lacte abundabat, XI, 202, 2. Per Carmelum denotatur, XI, 408, 2. Ubertas ejus unde proveniat, I, 456, 2; II, 445, 2. Ejus felicitas et fertilitas tota pendebat ab imbre matutino et serotino, XIV, 541, 2. Judæa est montosa et prærupta, ideoque equitibus impervia, IV, 431, 1. Vulpibus abundat, VII, 591, 1. Olim fertilissima, hodie lapidosa et sterilis, XIII, 452, 1; 617, 1.

3° *Varia nomina quibus Judæa in Scripturis appelletur.* Cur vocetur terra sancta, quinque sunt causæ, I, 569, 2; XIV, 378, 1. Cur dicatur terra sanctorum, XI, 377, 1, 2. Cur dicatur terra gloriosa, XIII, 161, 1. Cur dicatur terra desiderabilis, XIV, 441, 1, 2; 600, 2. Est terra omnium pretiosissima, cur, VIII, 530, 2. In Judæa cur Deus semper conseretur esse, XIV, 30, 1, 2. Cur dicatur insula, XI, 325, 2. Judæa hortus Christi, VIII, 142, 2. Anagogice significat cœlum, I, 570, 1.

4° *Judææ peccatum et pœna.* Judæa cur vocetur Sodoma, XI, 111, 1. Quomodo facta in stuporem omnibus, XIV, 441, 2. In Judæam quomodo Deus fuerit austerus simul et clemens, 451, 2. Judæam semper possedissent Judæi usque ad finem mundi, nisi peccassent, II, 442. 1, 2. Quomodo fuerit a Romanis subacta, IV, 452, 2. Judææ regnum, mortuo Herode, divisum in tetrarchiam : sed Judææ proprie dictæ præfuit Archelaüs, XV, 90, 1. Eo in exilium acto suffecti præsides Romani, *ibid.*, et 90, 2. In ea Christus a resurrectione nonnisi obiter apparuit, XV, 652, 1; 654, 1. Judææ mœrentis et sedentis imago in nummis Vespasiani, XI, 568, 1.

JUDÆI. (Hic agitur tantum de historia et moribus Judæorum ab Hierosolymæ exitu et totius gentis Judaicæ dispersione. De historia Judæorum vel Hebræorum ante urbis, templi et gentis ruinam, *vide* HEBRÆI.)

1° *Judæorum hodiernorum servitus et miseria*, XIII, 330, 1. In Christum ingrati etiamnum hodie mulctantur, V, 636, 2. Sunt abjecti a Deo irrevocabiliter, IV, 70, 1. Sunt hominum vilissimi et abjectissimi, XIV, 309, 1, 2. Probrosa eorum nomina, 309, 1, 2. Serviunt Christianis, VI, 145, 1, 2. Sparsi sunt per totum orbem, IV, 506, 2. Sunt in totius mundi oculis, XIV, 418, 2. Nec cœlum eos recipit, nec terra, 422, 1. Sunt velut pila mundi totius, *ibid.* Totus mundus eis carcer et exilium est, *ibid.* Per terram pendulam in medio aeris repræsentantur, XIV, 501, 2. Eorum cognationes jam obscuræ sunt, XIV, 496, 1. Ubique ab indigenis distinguuntur, 666, 1. Diligenter servant adhuc, quantum possunt, tribuum suarum divisionem, XXI, 168, 2. Non possunt habere servum christianum, XVIII, 310, 2. Cum Christiano matrimonium contrahere nequeunt, 318, 1, 2. Quod careant jam rege, sacerdotio et altari, id patiuntur propter occisum Christum, et non ob idololatriam, XIII, 329, 2.

2° *Eorum cæcitas, obstinatio, et in Christum odium.* Eorum hodie excæcatio, XV, 628, 1. Ea fuit repræsentata in facie Mosis de monte descendentis velata, 588, 1. Eorum stupor et cæcitas, XVIII, 189, 2. Jam perperam scripturam legunt et intelligunt, XV, 578, 1, Si articulum resurrectionis crederent, omnia de Christo credenda crederent, XVIII, 178, 1. Christum non intelligunt, nec vident, 435, 1. Eorum in Christum et Christianos odium, XIII, 544, 2. Christum ubique deprimere

dentia militaris in cohibendo milite a spoliis, IV, 431, 2. Ejus pietas æque ac solertia, 432, 2. Quando arcem Sion ceperit, 433, 1. Cur Deum non consuluerit per oraculum Ephod, *ibid*. Purgat ac dedicat templum ab idololatris pollutum, 433, 2. Templum restauravit et purgatum rursus dedicavit, XVI, 477, 1. Festum Encæniorum celebrat, IV, 433, 2.

4° Judas Machabæus instar fulminis circumibat, debellando Judæorum hostes, IV, 438, 1. Angelorum ductu, prosternit occiditque Timotheum Chæream, et Apollonium, 544, 2; 545, 1, 2. Item sternit ingentem Lysiæ exercitum, 547, 1, 2. Jamniam incendit, cur, 552, 1. Timotheum vincit et capit, et multas civitates, 553, 1. Ejus celeritas in pervadendo civitates, *ibid*. Subinde habuit etiam equites, *ibid*., 2. Purgatorium credidit, hinc sacrificari jubet pro peccatis mortuorum, 554, 1.

5° Judas Machabæus armis spiritualibus armatus castra Antiochi Eupatoris invadit et cædit, IV, 556, 2; 557, 1. Contra Antiochum Eupatorem pugnaturus se suosque Dei beneplacito committit, 556, 2. Pugnat cum Nicanore et vincit, 448, 1. An occiderit eum duellando, *ibid*. Utrum ei vere apparuerit Onias et Jeremias, 564, 1. A Jeremia aureum gladium accepit, missum a Deo, IV, 565, 1; XIV, 480, 2. Quas ex Græcorum spoliis opes collegerit, XIV, 539, 2. In memoriam illius victoriæ anniversarium festum instituit, IV, 448, 1. Non omnia quæ de Romanis audiebat erant vera, 450, 1. Prudenter cum Romanis iniit fœdus et licite, 452, 1, 2.

6° Judas Machabæus contra Bacchidem pugnans, licet longe impar hoste, non tamen fugit, VV, 455, 2. Vel vincere, vel generose mori, *ibid*. Sed pro Dei religione, 456, 1. Instar leonis cum paucis plurimos invasit, *ibid*. Causa cædis Judæ et sociorum fugæ, 457, 1, 2. An de Deo diffidens cæsus est, XX, 41, 1. Cecidit non tam ex vulnere quam expugnandi cædendique labore, *ibid*. Mors ejus fuit ei gloriosa, IV, 457, 2. Sex dumtaxat annis præfuit dux Israeli, 458, 1, 2. Quo anno occubuerit, *ibid*. Vocatur ab aliquibus sanctus, eumque catalogo ascribunt mense octobri, *ibid*. Fuit typus Christi, 455, 1; 456, 2.

JUDAS quartus septem fratrum Machabæorum (*Vide* Machabæi).

JUDAS ESSENUS. Judas Essenus auctor libri secundi *Machabæorum*, IV, 403, 2. Qualis vir fuerit, 497, 1, 2. Est auctor canonicus, adeoque citans dicta a Jasone ea canonica facit, 506, 2. Humiliter de se sentit, 507, 1, 2. Quod fuerit ejus propositum, 567, 1, 2. Petit sibi ignosci, cur, *ibid*.

JUDAS ISCARIOTES. 1° Judas Iscariotes unde dictus sit : cur sit a Christo electus cum sciret eum fore proditorem, XV, 257, 2. Offensus sermone de carne Christi comedenda, aversionem ab eo concepit, XVI, 412, 2. Apud eum tamen mansit, 414, 1. Cum primo electus est, bonus erat, 505, 1; 528, 1. Cur diabolus vocetur, XVI, 414, 2; XIX, 223, 1. Primo vas aureum, factus est deinde vas in contumeliam, 295, 1. Lucifero similis est, XVI, 414, 2. Judas fuit initio cæteris Apostolis in dignitate, miraculis, ministerio par, sed postea factus est fur, XVII, 67, 1.

2° Judas quam occasionem captarit ad Christum Judæis prodendum, XV, 446, 1; 544, 1, 2; 548, 2 et seqq. A Christo etiam lotus fuit, et an primus, XVI, 524, 1. An sacram Synaxim sumpserit, 527, 2; 530, 1. Interfuit cœnæ paschali, et cum cæteris Apostolis communicavit, et creatus est sacerdos, XV, 551, 2 et seq. Murmuravit de unguenti profusione, et alios ad indignationem ex avaritia excitavit, XV, 545, 2; XVI, 505, 1. Ex unguento ejus divendito, aliquid sibi surripere decreverat, XVI, 505, 1. Intinxit sæpius manum in patinam jusculi, XV, 553, 2. Detectum se palam videns, conscientia sceleris egreditur ad proditionem perficiendam, 553, 2; 554, 1. Rogat quoque an ipse esset proditor, 553,1,2. Ei datur panis intinctus, et quare, 531, 1, 2. Eo accepto, abiit ad proditionem perficiendam, *ibid*., 2; 533, 1. Christum Judæis prodere destinaverat, XV, 547, 1. Quomodo Satanas in eum intrarit et post buccellam sumptam, XV, 547, 2; XVI, 531, 2. Ejus ingratitudo, XIV, 493, 1; XVI, 532, 1. Erat in malo obstinatus, XVI, 532, 1. Et quia pudebat eum, desperans ad proditionem perficiendam continuo exivit, 532, 1. Ob ejus proditionem summopere indoluit Christus, 529, 2. Fuit filius perditionis, 597, 2.

3° Cum principibus de pretio divenditionis pactus est, XV, 547, 2. Ejus pretii vilitas, 547, 2; 713, 1. Accepit quinque partes pretii unguenti Magdalenæ, 548, 2. Pecuniam pactam in domo Annæ accepit, XVI, 608, 1. Non videtur domum Caiphæ ingressus, *ibid*. Triginta ejus maledictiones, XV, 548, 2. Hæc proditio quam grave fuerit sacrilegium, et ideo summa Judæ damnatio, 553, 2. Factus est dux latronum, 574, 1. Ejus vesania, *ibid*., 2. Cur osculum dederit in signum ad Christum agnoscendum, 574, 2. Osculatur eum, et osculo ab eo excipitur, *ibid*. et seqq. Post osculum Christum non agnovit, percussus ἀορασία, 576, 1. Post datum osculum ad cohortem reversus, cum ea ad terram prostratus est, et sibi timuit, XV, 576, 1; XVI, 607, 1. Male pœnitens retulit argenteos, et contractum rescidit, XV, 597, 1. Cur argenteos in templo projecerit, XIV, 494, 2. Quomodo dictus sit agrum possedisse, XVII, 68, 1.

4° Judas an præcipitio, an laqueo sit mortuus, XVII, 68, 1. Desperans de Jesu vita, et de salute sua, laqueo se suspendit, projectis prius argenteis in templo ad pedes sacerdotum, XV, 597, 2 et seqq. An laqueo supervixerit, XVII, 68, 1. E suspendio mortuus est, XV, 597, 2, Avaritia eum perdidit, 598, 2. Suspendium fuit dignum eo supplicium, *ibid*.

JUDAS THADDÆUS (S.). 1° S. Judas fuit frater S. Jacobi Minoris : quæ ejus mater et fratres,

XVII, 64, 2; XX, 648, 1. Fuit filius Alphæi et Mariæ Cleophæ, XV, 257, 1. Trinomius fuit, 257, 1, 2. Unde dictus Thaddæus et Lebbæus, XVII, 64, 2; XX, 648, 2. Cur dictus corculum, XV, 257, 1; XXI, 394, 2. Unus tantum fuit Judas Thaddæus, XX, 649, 1. Fuit vere Apostolus, 653, 1. Ejus zelus et amor, 648, 2. Missus est ad Abagarum, 649, 1. Fuit martyr, *ibid.* Quando martyrium obierit, 650, 2. Ejus corpus Romæ quiescit, 649, 1. Judas Thaddæus fuit aurea sapientia, acer in hæreticos, et fulgore aureo virtutum amabilis, proinde chrysopraso gemmæ comparatur, XX, 649, 1; XXI, 394, 2. Ejus typus fuit Issachar, XXI, 397, 2.

2° S. Judas epistolam suam quando scripserit, XVII, 8, 1. Cur se S. Jacobi fratrem vocet, XX, 653, 1. Hæreticos sui temporis vivis coloribus depingit, XVIII, 19. Quomodo librum Henoch et qualiter citet, XX, 678, 1 (*Vide* EPISTOLÆ CANONICÆ).

JUDAS BARSABAS. Judas Barsabas quis fuerit, XVII, 303, 2.

JUDAS GALILÆUS. Judas Galilæus fuit auctor sectæ Galilæorum, et quid illa doceret, XVI, 185, 2. Profitebatur visiones angelorum, XIX, 96, 2. Negabat Judæos debere Romanis vectigal pendere, XV, 395, 2 et seqq. Quando Romanis rebellarit, XVII, 154, 2 et seqq. Judas Galilæus fuit stultus populi pastor, XIV, 497, 2.

JUDEX, JUDICARE, JUDICIUM. 1° *Variæ illarum vocum definitiones et acceptiones*. Judex dictus quasi jus dicens populo, VI, 310, 2 : *Judicium determinat causas; et qui imponit stulto silentium, iras mitigat.* Judex est jus animatum, VIII, 270, 1.

Judicare Hebræis idem est quod accusare, XIII, 305, 1 : *Judicate matrem vestram, judicate, quoniam ipsa non uxor mea, et ego non vir ejus.* Pro *judicio contendere* subinde capitur, XVIII, 277, 2. Pro *condemnatione* sæpe usurpatur, XV, 159, 2 : *Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio;* XX, 206, 2 : *Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum, ut non judicemini.* Judicare, in Scriptura, idem sæpe est quod *vindicare*, XIV, 20, 2 : *Ascendent salvatores judicare montem Esau.* Judico subinde omnes actus quæ in judicio peraguntur significat, XVI, 345, 2 : *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Ego non judico quemquam; et si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum; sed ego, et qui misit me, Pater.* Judicare Hebræis idem etiam quod *gubernare* et *dominari*, XI, 606, 1 : *Prope est justus meus, egressus est salvator meus, et brachia mea populos judicabunt.*

Judicium vox quid in Scriptura significet, VII, 288, 2 : *Tempus et responsionem* (in hebræo *tempus et judicium*) *cor sapientis intelligit;* XVI, 290, 2. *Judicium* tria significat, VIII, 286, 2 : *Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum, corripiens judicium.* Judicium Hebræis sæpe idem est quod æquum et justum, X, 158, 2 : *Qui timent Dominum, invenient judicium justum, et justitias quasi lumen accendent;* XIV, 288, 1. *Quærite Dominum, omnes mansueti terræ, qui judicium ejus estis operati.* Sæpe idem est quod æquitas, V, 491, 2 : *Melius est parum cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate* (in hebræo, *quam multi proventus absque judicio*); VI, 413, 1, 2: *Multi requirunt faciem principis, et judicium a Domino egreditur singulorum. Judicium, æquitas, et justitia*, quomodo differant, 21, 1, 2 : *Parabolæ Salomonis... ad intelligenda verba prudentiæ, et suscipiendam eruditionem doctrinæ, justitiam, et judicium, et æquitatem*, 413, 1, 2. Sæpe idem omnino sunt, V, 21, 1, 2. *Judicium* subinde lites et contentiones significat, V, 582, 1 : *Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma; et judicia quasi vectes urbium.* Sæpe condemnationem significat, XVI, 345, 2; 511, 2 : *Nunc judicium est mundi; nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Aliquando est idem quod justitia et vindicta Dei, VI, 40, 1 : *Testis iniquus deridet judicium, et os impiorum devorat iniquitatem.* Cur præcepta legis, judicia vocentur, X, 455, 2 : *Et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ... et judicia sua Israel;* 462, 1. Judicia temporum quæ dicantur, X, 512, 1 : *Qui scriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini.*

2° *Judicum dignitas quanta*, Job, 290, 2. Judices quare dicantur Hebræis *Elohim*, id est Dii, *Psalm.* II, 481, 2 : *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes;* XVI, 480, 1, 2 : *Respondit eis Jesus : Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi: Dii estis?* Judicia judicum a Dei judicio et sententia pendent, VI, 413, 2. Judicibus assistit Deus, IX, 272, 2: *Non judices contra judicem, quoniam secundum quod justum est, judicat.*

3° *Judicum qualia sint munera et officia.* Primo. *Judicum officia et dotes in generali.* Judicis sunt duæ partes, justos tueri et defendere, et punire injustos eorumque injurias, XIII, 322, 1; XIV, 159, 1. Ad judiciariam potestatem tria sunt necessaria : *primo*, potestas coercendi subditos; *secundo*, zelus rectitudinis, ut non ex odio vel livore, sed amore justitiæ judicium proferat; *tertio*, sapientia, secundum quam formatur judicium, IX, 294, 1 : *Judex sapiens judicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit.* Judici tria sunt necessaria, prudentia, experientia et apathia quæ ad sincerum judicium requiruntur, 186, 1, 2. In judice requiritur prudentia, justitia, gravitas et fortitudo, II, 245, 2 : *Et dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint et magistri.* Polleant judices sapientia et beneficentia, IX, 294, 1, 2.

Secundo. *Judex sit in judicando æquus*, IX, 225, 1, 2; XVII, 404, 1, 2. Judicium justum et verum judicandum, X, 364, 2; 365, 1 : *Ne pro his omnibus confundaris, et ne accipias personam ut delinquas. De lege Altissimi, et testamento, et de judicio justificare impium.* Judex justitiam et veritatem sectetur, VI, 403, 1 : *Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.* Judex suum cuique tribuat, XX, 103, 2. Judices recte judicare monentur, IV, 165, 2 : *Constituitque* (Jehu) *judices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis per singula loca, et præcipiens judicibus : Videte, ait, quid faciatis; non enim hominis exercetis judicium, sed Domini, et quodcumque judicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite, non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.* Judex quomodo faciat judicium et justitiam, XII, 632, 1 : *Et vir, si fuerit justus, et fecerit judicium et justitiam..... hic justus est, et vita vivet, dicit Dominus.* Judicans recta et justa populum sibi demeretur, VI, 242, 2 et seq. Item reges, *ibid.* Judicantes juste stateram rectam tenent, V, 312, 2 : *Statera dolosa abominatio apud Dominum, et pondus æquum, voluntas ejus.*

Tertio. *Ut judicium sit æquum, judicis est crimen bene examinare, et non præcipitare sententiam*, I, 224, 1 : *Dixit itaque Dominus : Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam, et videbo utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint; an non est ita, ut sciam*; Job, 573, 2: *Causam quam nesciebam, diligentissime investigabam.* Judex careat præjudicio, XIX, 248, 1 : *Testor coram Deo et Christo Jesu, et electis angelis, ut hæc custodias sine præjudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.* Non judicandum nisi utraque parte audita, V, 576, 2 : *Justus prior est accusator sui, venit amicus ejus, et investigabit eum*; IX, 339, 2 : *Priusquam audias, ne respondeas verbum, et in medio sermonum ne adjicias loqui.* Judex judicat secundum allegata et probata, etsi sæpe falso, XVI, 438, 1 : *Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.* Judex testes ad juramentum adigit, interposito Dei nomine, VI, 7, 1.

Quarto. *Judex in judicio non sit personarum acceptor*, VI, 240, 1 : *Hæc quoque sapientibus : Cognoscere personam in judicio non est bonum. Qui dicunt impio : Justus es, maledicent eis populi, et detestabuntur eos tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur, et super ipsos veniet benedictio*; 382, 2 et seq.: *Qui cognoscit in judicio faciem, non benefacit, et iste pro buccella panis deserit veritatem*; Job, 684, 2 : *Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine.* Est hoc grave scelus, VI, 382, 2 et seq. Judicant sæpe homines pro affectu, et quod virtutis est vitio, quod vitio est virtuti deputant, XIV, 591, 2. Judices reprehensi a Deo ob acceptionem personarum, *Psalm.* II, 47, 1, 2 : *Usquequo judicatis iniquitatem, et faciem peccatorum sumitis?*

Quinto. *Judices a muneribus abstineant*, I, 620, 2. *Nec accipies munera quæ etiam excæcant prudentes, et subvertunt verba justorum...* Hac de re exempla, *ibid.* et seqq. Judices pecunia corrupti, IV, 516, 2: *Et cum superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum regi.* Judices excæcantur donis, *Psalm.*, II, 48, 1 : *Nescierunt, neque intellexerunt : in tenebris ambulant, movebuntur omnia fundamenta terræ.* Munera judices excæcant et inclinant, oculos et os claudunt, et sunt veluti judicum fræna, quæ cogunt eos obmutescere, *Job*, 683, 2; 684, 1 : *Non te ergo superet ira, neque multitudo donorum inclinet te.* Auro accepto plerumque judex in partem dantis propendet, V, 549, 2 et seq.: *Munera de sinu accipit impius, ut pervertat semitas judicis.* Talis olim apud Romanos morte mulctabatur, 550, 1. Talis bis peccat, 553, 1. Et lingua mendace ditescit, VI, 100, 1 : *Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis.* Non vult aurum sibi palam dari, cur, 109, 2: *Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam.* Est velut fons corruptus, 290, 2 : *Fons turbatus pede, et vena corrupta, justus cadens coram impio.* Judices avari quid faciant, VII, 209, 1. Sæpe auro corrumpuntur, IX, 263, 1 : *Multos enim perdidit aurum et argentum, et usque ad cor regum extendit et convertit.* An judex esculenta et poculenta dona accipere possit licite, VI, 283, 1 : *Qui cognoscit in judicio faciem, non benefacit, et iste pro buccella panis deserit veritatem.* Hic sæpe pro re vili justitiam pervertit, *ibid.* Judices ergo debent munera contemnere, XI, 116, 1: *Principes tui socii furum; omnes diligunt munera;* Sint incorrupti, *Job*, 660, 2. Judex non specularis, sed opacus sit, *ibid.* Sit velut cæcus et manibus truncus, X, 364, 2. Sine oculis et manibus cur judices pingerentur, *Job*, 238, 1. *Terra data est in manibus impii, vultum judicum ejus operit; quod si non ille est, quis ergo est?*

Sexto. *Judex sit fortis et potens, cur*, IX, 224, 1 : *Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates; ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in iniquitate tua.* Non sit pusillanimis, 227, 1 : *Noli esse pusillanimis in animo tuo.* Plebi non se accommodet, nec eam offendat, 226, 1 ; 227, 1 : *Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum.*

Septimo. *Judex tueatur viduas et pauperes*, IV, 487, 1 : *Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt.* Judices pupillarum et viduarum brachia sint, *Job*, 468, 2 : *Viduas dimisisti vacuas, et lacertos pupillorum comminuisti.*

Octavo. *Judex ab ira sibi caveat*, Job, 583, 2:

Non te ergo superet ira ut aliquem opprimas.

Nono. *Judices abstineant vino et sint continentes*, VI, 211, 2; XVII, 408, 1. Judex reus non bene alium reum ejusdem criminis damnat, XVI, 434, 1: *Dixit eis Jesus : Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.*

Decimo. *Judices quomodo erga delinquentes se gerere debeant*, IX, 510, 1, 2. Judex impios castigans eos liberat ab impietate, V, 351, 1 : *Verba impiorum insidiantur sanguini : os justorum liberabit eos.* Impios plectens, rempublicam sceleribus liberat, VI, 107, 2 : *Excogitat justus de domo impii, ut detrahat impios a malo.* Et hic Deo et hominibus gratus est, 240, 2. At si iis parcat, iram incurrit, *ibid.* Judex homicidas puniendo, quantum boni præstet, XIII, 529, 1, 2. Judex justus viri justi necem ulciscitur, VI, 399, 1: *Viri sanguinum oderunt simplicem; justi autem quærunt animam ejus.* Judex justus est prædonibus et sicariis exosus, *ibid.* Judices reos puniant citra indignationem propriam, XII, 705, 1. Sententiam condemnationis blandis verbis molliant, VI, 242, 1.

4° *Quantum mali et damnis ex judiciis iniquis proveniant.* Judicum perversio quantum malum, *Job*, 290, 2. Arguitur triplex vitium in judicando, scilicet *primo*, cum non subest causa justa; *secundo*, cum non servatur ordo; *tertio*, cum prava intentione quid a judice fit, VIII, 397, 1 : *Data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur : quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte judicastis, nec custodistis legem justitiæ ; neque secundum voluntatem Dei ambulastis.* Judices iniqui justitiam velut constuprant, IX, 546, 1, 2 : *Concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam ; Sic qui facit per vim judicium iniquum.* Judiciorum iniquitatis schema, VII, 149, 1: *Vidi sub sole in loco judicii impietatem, et in loco justitiæ iniquitatem.* Judicum iniquorum rapacitas, hinc lupis assimilantur, XIV, 210, 1; 299, 1: *Judices ejus lupi vespere, non relinquebant in mane.* Judices injusti censendi sunt terræ superfluitas, VII, 208, 2. Judex iniquus falsis testibus patrocinatur, VI, 40, 1 : *Testis iniquus deridet judicium et os impiorum devorat iniquitatem.* Judex injuste judicans, graviter delinquit, et ad restitutionem tenetur, V, 540, 1 : *Qui justificat impium, et qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Dominum.* Judices pauperes opprimentes suggillantur, XIII, 552, 1 : *Hæc dicit Dominus : Super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non convertam eum; pro eo quod vendiderit pro argento justum, et pauperem pro calceamentis. Qui conterunt super pulverem terræ capita pauperum, et viam humilium declinant.* Judex innocentem opprimens, quomodo punietur, VII, 207, 1 : *Si videris calumnias egenorum, et violenta judicia, et subverti justitiam in provincia, non mireris super hoc negotio, quia excelso excelsior est alius, et super hos quoque eminentiores sunt alii, et insuper universæ terræ rex imperat servienti.* Judices injuste reos ad mortem damnantes, ad judicium coram Deo citati, intra citationis tempus mortui, de quo varia referuntur exempla, I, 155, 1 et seqq.

5° *Qui sint eligendi ut judices.* Judex sit senex et grandævus, IX, 671, 1 ; XIII, 186, 1. 2 : *Dixerunt ei* (Danieli) *senes : Veni et sede in medio nostrum, et indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem senectutis.* Judicium proprie senum est, IX, 672, 9. Judicium senum est, et in frigore, XIII, 248, 1.

6° *Ad reges et principes judicium pertinet.* Judicare est primum officium regum, unde *judicare* accipitur pro *regere*, VIII, 270, 1 : *Diligite justitiam qui judicatis terram.* Cur principes vocentur judices, IX, 293, 1, 2. Judices debent esse principes, XI, 501, 2. Judicium necessarium principi, 429, 1, 2 : *Ecce in justitia regnabit rex, et principes in judicio præerunt.* Quid sit inter judices regesque discrimen, *Job*, 290, 2 : *Adducit consiliarios in stultum finem et judices in stuporem*, Quid sit pascere oves in judicio, XII, 743, 2.

7° *Quomodo olim judicia exercebantur.* Judices olim in portis sedebant, et in portis judicia exercebant, II, 475, 1; V, 45, 2; VI, 167, 1. Judicia in portis habebantur, *Job*, 127, 2. Judicia porta urbis Jerusalem quæ, et quare ita vocaretur, IV, 237, 1, 2. Eadem vocabatur vetus, cur, *ibid.* Judicum est sedere, XIII, 94, 1; XV, 433, 1. Judices olim coronati ad judicandum sedebant, XXI, 99, 1.

Judicibus olim, uti etiamnum, adjungebatur assessor juris legumque peritus, IV, 255, 2. Paredri judices qui, VIII, 487, 1. Judices Ægyptii ad quod jusjurandum a rege adigebantur, VII, 149, 2.

Apud Hebræos, pontifex olim erat summus judex controversiarum etiam legalium, II, 458, 1. Lyranus putat in sacris judices fuisse sacerdotes, in civilibus laicos ; refellitur, *ibid.*, 2. Sacerdotes erant judices in causis etiam criminalibus, *ibid.* Ita Caiphas condemnavit Christum, Ananias Paulum, Ananus Jacobum, *ibid.* Gentilium etiam politia a sacerdotibus regebatur, *ibid.* In dubiis juris, Pontifex erat judex apud Hebræos, cur, 459, 1. Non in dubiis facti aut mere civilibus, *ibid.* Judex sæcularis sententiam Pontificis exsequi debebat, *ibid.* Ex scientia legis, non ex oraculo dubia definiebat Pontifex, 459, 1, 2. Absolute, non conditionate standum erat sententiæ Pontificis. Judices suos habebant Judæi in Babylone, XIII, 180, 1.

Judices olim quamdiu præfuerint Israeli, XVII, 289, 1. Judicum Israelis alii pii et zelosi, alii impii fuere, X, 475, 1. Judices Hebræorum boni qui fuerint, XI, 118, 2.

Judicia capitalia ab Areopago exercebantur, XVII, 322, 1, 2 (*Vide* AREOPAGUS).

Judicia causarum civilium olim commissa fuere presbyteris, XVIII, 292, 1. Episcopi olim erant

judices in causis etiam civilibus, II, 459, 1. Judex ecclesiasticus adiri poterat post litem contestatam in sæculari judicio, XVIII, 292, 1. Judices reos mulctantes sunt irregulares, et ad sacerdotium inhabiles, XIX, 211, 2.

8° *Qualiter habendi sint judices et eorum judicia.* Judex non debet judicari a privato, V, 553, 1 : *Non est bonum damnum inferre justo, nec percutere principem qui recta judicat.* Secundum judicem judicandum est, eique sententiam pronuntianti credendum, IX, 272, 1 : *Non judices contra judicem, quoniam secundum quod justum est, judicat.* Judicio iniquo contra se lato acquiescens egregiam refert victoriam, VI, 123, 2 : *Testis mendax peribit, vir obediens loquetur victoriam.* Qui judicem ad iniquam, sententiam cogit, tandem suæ falsitatis dat pœnas, *ibid.*

JUDICIA HUMANA pro vanis hominum opinionibus sumpta. Judicia Dei alia, alia hominum, XIX, 32, 1. Dei judicium longe diversum ab humano, *Job*, 369, 2. Judicia hominum parum curanda sunt, VI, 414, 1. Judicia hominum sunt contemnenda, XVIII, 278, 1 : *Mihi pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die : sed neque meipsum judico. Nihil enim mihi conscius sum ; sed non in hoc justificatus sum : qui autem judicat me, Dominus est.*

JUDICIA TEMERARIA. Judicium temerarium hominum privatorum vetat Christus, et quare, XV, 205, 1 : *Nolite judicare, ut non judicemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini ; et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Judicium temerarium cavendum, *Job*, 788, 1. Judicium temerarium cavendum ob quatuor rationes, XVIII, 228, 2 et seq. : *Is qui manducat non manducantem non spernat : et qui non manducat, manducantem non judicet ; Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui judicas alienum servum ? Domino suo stat, aut cadit.* Judices aliorum non sumus constituti, 232, 1 : *Tu autem quid judicas fratrem tuum ? aut tu quare spernis fratrem tuum ? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.* Judicium de aliorum factis semper suspendendum, IX, 338, 2 : *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam ; et cum interrogaveris, corripe juste.* Temeraria suspicio quam perniciosa sit, XII, 260, 2. Judicantes temere, sæpe etiam ab aliis sinistre judicantur, sed non semper, XV, 205, 1 et seqq. Nos judicare oportet prius quam alios, idque ne judicemur a Deo, IX, 510, 1, 2 : *Ante judicium para justitiam tibi, et antequam loquaris, disce.*

JUDICIUM sumptum pro ratione et judicandi facultate qua a Deo præditi sumus. Judicium et discretio vocantur ignis in Scripturis, V, 298, 2 : *Argentum electum lingua justi ; cor autem impiorum pro nihilo.* Judicium Deus cupit inesse omnibus actionibus nostris, IV, 278, 1. Judicium certum requiritur in omnibus actionibus et fide, IX, 182, 1 : *Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui et scientia, et prosequatur te verbum pacis et justitiæ.* Judicium rationis quando dolosum sit, 312, 2. Judicium depravatum aliter de rebus quibusvis censet atque oportet, 366, 1. Judicium practice erroneum sequens electio voluntatis, pariter errat, fitque erronea, 428, 1. Judicium a libidine carnali extinguitur, 180, 1 : *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam.* Judicium et mens ab ebrietate evertuntur, VI, 484, 2 : *Ne forte bibant, et obliviscantur judiciorum, et mutent causam filiorum pauperis.* Judicium falsum radix peccatorum cordis, *Psalm.* I : *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo ?..... Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* Judicio proprio et alieno non est fidendum, V, 417, 1. Suo nemo debet præfidere, maxime in rebus propriis, 467, 1 : *Dissipantur cogitationes, ubi non est consilium ; ubi vero sunt plures consiliarii, confirmantur.* Judicio suo quisque gaudet, *ibid.* Judicia justorum quæ dicantur, 350, 1, 2 : *Cogitationes justorum judicia, et consilia impiorum fraudulenta.* Judicium est diadema viri justi, *Job*, 573, 1 : *Justitia indutus sum ; et vestivi me sicut vestimento et diademate judicio meo.*

JUDICIA DIVINA. Judicia Dei abyssus multa, IV, 86, 2 ; XVIII, 196, 1, 2 et seq.: *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* ; XX, 372, 1 ; *Psalm.* I, 222, 2 : *Justitia tua sicut montes Dei, judicia tua abyssus multa.* Judiciorum abyssus an sit liber signatus Joanni visus, XXI, 119, 2. Judicia Dei occulta non possunt esse injusta, *Psalm.* 1, 222, 2. Judicia Dei arcana penetrare difficile est, penetrare tamen satagunt reges, VI, 254, 2 : *Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.* Judicia Dei arcana sunt reverenda, ea improbare vanum est, *Job*, 531, 1 : *Vivit Deus qui abstulit judicium meum, et Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam* ; 537, 1 ; 724, 2. Sunt metuenda, 228, 1 : *Si venerit ad me, non videbo eum ; si non abierit, non intelligam.* Nos perplexos reddunt, 531, 1. Judicia Dei sunt justa et vera, XXI, 292, 1, 2 : *Justæ et veræ sunt viæ tuæ, rex sæculorum. Quis non timebit te, Domine, et magnificabit nomen tuum ? quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia tua manifesta sunt.* Sunt æqua et justa, sed dum sanctis videntur æqua, impiis videntur iniqua, X, 314, 2 : *Quomodo convertit aquas in siccitatem, et siccata est terra, et viæ illius viis illorum directæ sunt, sic peccatoribus offensiones in ira ejus* (*Vide* DEI JUSTITIA).

JUDICIUM PARTICULARE. Judicium quælibet anima immediate post separationem a corpore subit in particulari, IX, 257, 1, 2 et seq.: *In omni-*

bus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis; 358, 1, 2 : *Facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas ;* 359, 2 : *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, et in fine hominis, denudatio operum illius ;* XIX, 449, 2 : *Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem judicium.* Judicium cujusque particulare quomodo peraget Christus, XVII, 185, 1. A judicio particulari pendet judicium universale, XV, 519, 2 : *Vigilate ergo quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.* Quinque telonia animæ e corpore migrantis ex S. Cyrillo, VII, 377, 1, 2 : *Lætare ergo, juvenis, in adolescentia tua, et in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, et ambula in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum, et scito quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium ;* 414, 2 ; 415, 1, 2 : *Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.*

JUDICIUM EXTREMUM. I. QUOMODO VOCETUR ET FIGURETUR IN SCRIPTURA. — 1°) *Vocatur dies,* XVII, 328, 1 : *Statuit Deus diem in quo judicaturus est orbem;* XIX, 311, 2 : *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex;* 461, 2 : *Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, et tanto magis quanto videritis appropinquantem diem.*

2° *Vocatur dies magnus, et cur,* XIII, 510, 1, 2 : *Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis ;* XIV, 284, 1, 2 et seq.: *Juxta est dies Domini magnus, juxta est et velox nimis ;* XX, 661, 1 : *Angelos qui non servarunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit.* Dici potest magnus dies Jezrahel, XIII, 301, 1 : *Congregabuntur filii Juda et filii Israel... quia magnus est dies Jezrahel.*

2° *Vocatur dies Domini, et cur,* XVIII, 270, 1 : *Uniuscujusque opus manifestum erit, dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur;* XIX, 63, 1. Dies judicii proprie Domini est, reliqui sunt dies hominum, XIV, 275, 2 : *Silete a facie Domini Dei, quia juxta est dies Domini.*

4° *Vocatur dies Christi,* XIX, 6, 2 : *Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu.* Cur vocetur dies resurrectionis Christi, XIV, 301, 2 : *Diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in futurum, quia judicium meum ut congregem gentes, et colligam regna.*

5° *Vocatur dies revelationis et agnitionis,* X, 25, 2 : *Si sequaris justitiam, apprehendes illam ; et indues quasi poderem honoris et inhabitabis cum ea, et proteget te in sempiternum, et in die agnitionis invenies firmamentum.* Dies judicii cur dicatur dies revelationis, XX, 252, 1 : *Ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro, quod per ignen probatur, inveniatur in laudem, et gloriam, e honorem, in revelatione Jesu Christi.*

6 *Vocatur amara dies, dies iræ, tribulationis, angustiæ, calamitatis, necessitatis, perditionis, tumultus, tenebrarum, turbinis, tubæ, desolationis et jubilationis, dies nebulæ et procellarum, cur,* XIV, 284, 1, 2 ; 285, 1 : *Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis et angustiæ, dies calamitatis et miseriæ, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulæ et turbinis, dies tubæ et clangoris super civitates munitas, et super angulos excelsos;* XVIII, 58, 1 : *Secundum duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei.*

7° *Vocatur testamentum,* IX, 469, 1 : *Nam plurima illius* (Dei) *opera sunt in absconsis, sed opera justitiæ ejus quis enuntiabit ? aut quis sustinebit ? longe enim est testamentum a quibusdam et interrogatio omnium in consummatione est.*

8° *Dies judicii quomodo significetur.* Significatur per benedictionem et maledictionem e Moyse factas in Garizim et Hebal, I, 498, 2. Judicii extremi dies erit dies sortium, IV, 388, 1. Iride repræsentatur, XXI, 96, 1. Optime per beryllum gemmam significatur, 392, 2. Dies judicii erit velut dies messis, XV, 332, 2. De eo loquuntur Prophetæ quasi de die prælii, XI, 763, 1 : *Ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadrigæ ejus, reddere in indignationem furorem suum, et increpationem suam in flamma ignis;* XIII, 521, 1 : *Erumpite, et venite, omnes gentes de circuitu, et congregamini, ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos.*

II. JUDICII EXTREMI PRÆVIA SIGNA. — Judicium extremum per prævia signa Deus prænuntiabit, XXI, 153, 2 ; 154, 1. Ante judicium extremum deficiet fides in multis, XVI, 241, 1 : *Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra ?* Duo judicii prævia signa erunt: primum, universalis fere defectio a Romano Pontifice et imperio ; secundum, Antichristus qui, hanc defectionem statim subsequetur, XIX, 149, 2 (*Vide* ANTICHRISTUS). Series et ordo plagarum et futurorum in fine mundi, XXI, 154, 1. Signa judicio prævia, quæ, qualia et quando futura, XIII, 494, 1, 2 : *A facie ejus contremuit terra, moti sunt cœli, sol et luna obtenebrati sunt, et stellæ retraxerunt splendorem suum;* 509, 1 : *Dabo prodigia in cœlo, et in terra sanguinem, et ignem et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis;* XV, 512, 2 et seqq. : *Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cœlo, et virtutes cœlorum commovebuntur;* XXI, 155, 2 et seqq. : *Et vidi cum aperuisset si-*

gillum sextum, et ecce terræ motus magnus factus est, et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, et luna tota facta est sicut sanguis, et stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum a vento magno movetur; et cœlum recessit sicut liber involutus, et omnis mons, et insulæ de locis suis motæ sunt. Dies judicii frequentissimis fulguribus horribilis erit, X, 402, 1 : *Imperio suo acceleravit nivem, et accelerat coruscationes emittere judicii sui.* Inter solis et lunæ obscurationem et judicii diem intercedet aliquod temporis quieti spatium, XV, 519, 1.

III. Quando judicii extremi dies adveniet, et quamdiu durabit. — 1° Dies judicii est incerta XIII, 176, 2; XIV, 533, 1 : *Et erit dies una quæ nota est Domino*; XV, 517, 2 : *De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus Pater.* Quantum durabit mundus, *ibid.* : An solus Pater sciat consummationis sæculi diem et horam, non vero Filius? 518, 1, 2. Judicii dies cur nobis incertus sit, XV, 519, 2; XIX, 136, 1, 2. An is præsciri possit occiso Antichristo, XXI, 355, 1, 2 et seq. Judicii dies cur a Deo differatur, XX, 481, 2 : *Non tardat Deus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti.*

2° *Dies judicii erit subitus et improvisus*; XV, 510, 2 : *Sicut enim fulgur exit ab oriente, et paret usque in occidentem, ita erit et adventus Filii hominis; sicut enim erant in diebus ante diluvium, comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes, usque ad eum diem quo intravit Noe in arcam, et non cognoverunt donec venit diluvium, et tulit omnes, ita erit et adventus Filii hominis*; 519, 2 : *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit*; XVI, 236, 1 : *Nam sicut fulgur coruscans de sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt fulget, ita erit Filius hominis in die sua.* Christus veniet ad judicium inexpectato sicut fur, XV, 520, 1, 2 : *Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam*; XIX, 135, 1, 2 et seq. : *Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint : Pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habenti, et non effugient*; XX, 482, 1, 2 : *Adveniet autem dies Domini ut fur*; XXI, 301, 2 et seq. : *Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem ejus.* Dies judicii laqueo comparatur, XVI, 259, 2 : *Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, et ebrietate, et curis hujus vitæ, et superveniat in vos repentina dies illa; tanquam laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem terræ.*

3° *Cur dies judicii imminere dicatur*, XV, 106, 1. Ea imminens securi ad radicem posita denotatur, 103, 1, 2 : *Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur.* Item ventilabro, 106, 1, 2 : *Cujus ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam, et congregabit triticum suum in horreum : paleas autem comburet igni inextinguibili.* Cur id instare Apostolus semper inculcet, XVIII, 343, 1 : *Hæc.... scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt*; XX, 207, 2 : *Ecce Judex ante januam assistit.* Cur aliquando non instare dicatur, XIX, 149, 1 : *Non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini.* Judicii dies acceleratur ob preces sanctorum, XXI, 150, 2 : *Usquequo, Domine, sanctus et verus, non judicas, et non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra?*

4° *Judicium extremum an de nocte, an mane fiet*, XV, 526, 2 : *Media autem nocte, clamor factus est : Ecce sponsus venit, exite obviam ei*; XVI, 236, 2 : *In illa nocte erunt duo in lecto uno : unus assumetur, et alter relinquetur*; XX, 482, 2 : *Adveniet autem dies Domini ut fur.* Finis mundi incipiet nocte, judicium fiet mane, *ibid.*, 2. Judicii dies, proprie loquendo, non erit neque dies, neque nox dicitur, cur; sed vespera, XIV, 533, 1, 2 et seq. : *Et erit dies una, quæ nota est Domino, non dies neque nox, et in tempore vesperi erit lux.* Quamdiu durabit, XX, 480, 1. Non peragetur in momento, XV, 535, 1.

IV. Quo loco judicium extremum fiet. — In valle Josaphat omnes gentes congregaturus est Deus ut eas judicet, XIII, 514, 2; 515, 1, 2 : *Congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Josaphat, et disceptabo cum eis ibi super populo meo*; 521, 2 : *Consurgant et ascendant gentes in vallem Josaphat, quia ibi sedebo ut judicem omnes gentes in circuitu*; 522, 1, 2 : *Populi, populi in valle concisionis, quia juxta est dies Domini in valle concisionis*; XV, 511, 1, 2; 516, 2 : *Et mittet angelos suos cum tuba, et voce magna, et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis cœlorum usque ad terminos eorum.*

V. Quis erit judex. — Judicium per se peraget Christus, XIII, 95, 1, 2 et seq. : *Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli, quasi Filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum : et omnes populi, tribus et linguæ ipsi servient*; XV, 515, 1, 2 : *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa et majestate*; 585, 1, 2 : *Verumtamen dico vobis : Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cœli.* Judiciaria potestas data est Christo a Patre, XVI, 379, 1, 2 :

Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio suo, 381, 1, 2: *Et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est.* Judicium extremum commisit Pater Filio ut illud peragat, XVI, 453, 1; XVII, 185, 1. *Constitutus est a Deo judex vivorum et mortuorum*; XVII, 242, 1, 2: *Et præcepit nobis prædicare populo, et testificari quia ipse est qui constitutus est a Deo judex vivorum et mortuorum.* Christus erit judex qua homo, 338, 1, 2: *Nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in quo judicaturus est orbem in æquitate in viro in quo statuit; fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis.* Unus enim judex, scilicet Christus, XVIII, 232, 1: *Tu autem quid judicas fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi*; XX, 188, 2: *Unus est legislator et judex, qui potest perdere et liberare*; XXI, 412, 1: *Ecce venio cito, et merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.*

VI. Omnes omnino homines in illo extremo judicio judicabuntur, XV, 534, 1: *Et congregabuntur ante eum omnes gentes*; XVIII, 58, 1, 2: *Reddet unicuique secundum opera ejus*; 450, 2: *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum*; XX, 679, 1: *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere judicium contra omnes, et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, et de omnibus duris quæ locuti sunt contra Deum peccatores impii*; XXI, 359, 2; 360, 1: *Et vidi mortuos, magnos et pusillos, stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt; et alius liber apertus est, qui est vitæ; et judicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.* In eo ne unus quidem impius abibit impune, XV, 475, 2; 476, 1. Ibi erunt omnes vivi, nulli mortui, XIX, 133, 1, 2: *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera.* (Quoad omnia quæ ad præviam judicandorum resurrectionem pertinent, *vide* Resurrectio mortuorum.)

VII. Judicis adventus. Judicis apparatus et descriptio, *Psalm.*, II, 155, 2; 156, 1, 2 et seqq.; XIX, 358, 2. Veniet cum virtute multa et majestate, XV, 514, 1, 2; 515, 1, 2, et seq.: *Et tunc parebit signum Filii hominis in cœlo, et tunc plangent omnes tribus terræ, et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa et majestate*; XXI, 24, 1, 2: *Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt, et plangent se super eum omnes tribus terræ.* Tota Trinitas ad judicium veniet, 18, 2. In eo angeli et sancti omnes aderunt Christo judici, XIV, 532, 2: *Et veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo*; XV, 433, 1, 2: *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel*; XVIII, 291, 1, 2: *An nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt*; XX, 678, 2. Tunc impii Christum videbunt in quem confixerunt, XIV, 510, 1, 2: *Et aspicient ad me quem confixerunt.* Tunc impii plangent mortem Christi, 514, 1, 2: *Et plangent eum planctu quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.* Tunc beati optabunt egredi cœlo, damnati nolent egredi inferno, *ibid.*, 2. Tunc peccatores quasi igne excoquentur, 590, 2. Tunc Christus et sancti cingentur igne conflagrationis mundi, 374, 2. Dies judicii ostendet Christum esse verum Deum, 301, 2. Tunc Christus futurus proprie sol justitiæ, propter septem analogias, 606, 2; 607, 1, 2: *Ecce enim dies venit succensa quasi caminus, et erunt omnes superbi, et omnes facientes impietatem, stipula: et inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem et germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus.* Descendet in montem Oliveti, ac tum eum sua majestate et potestate concutiet, 530, 2: *Et egredietur Dominus, et præliabitur contra gentes illas, sicut præliatus est in die certaminis. Et stabunt pedes ejus in die illa super montem Olivarum, qui est contra Jerusalem ad orientem.* Tunc silebit omnis caro a facie judicis, 379, 1, 2: *Sileat omnis caro a facie Domini, quia consurrexit de habitaculo sancto suo.*

VIII. Judicii extremi severitas. 1° *Ob justitiæ veritatem* (*Vide* Justitia Dei). Judicium Dei erit æquissimum, VIII, 389, 2; 390, 1, 2: *Induet pro thorace justitiam, et accipiet pro galea judicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem*; XVI, 382, 1, 2. Id erit sincerum, XX, 478, 1, 2. In die judicii omnis inordinatio tolletur, *Job*, 475, 2.

2° *Ob judicis integritatem.* Primo. *Deus non accipiet cujusque personam*, VIII, 399, 2: *Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cujusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et æqualiter cura est illi de omnibus*; XII, 632, 1, 2: *Ecce omnes animæ meæ sunt: ut anima patris, ita et anima filii mea est; anima quæ peccaverit, ipsa morietur*; XVIII, 59, 2: *Reddet unicuique secundum opera ejus.... Non enim est acceptio personarum apud Deum*; 575, 1, 2: *Unusquisque enim onus suum portabit*; XX, 263, 1, 2: *Et si Patrem invocatis eum qui sine acceptione personarum judicat secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini.*

Secundo. *Deus nec munere decipitur, nec precibus flectitur*, IV, 165, 2: *Non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum*; V, 183, 1, 2:

Zelus et furor..... non parcet in die vindictæ. Nec acquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima; 316, 2 : *Non proderunt divitiæ in die ultionis; justitia autem liberabit a morte*; XII, 555, 1 : *Argentum eorum et aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini*; XIV, 285, 2 et seq. : *Sed et argentum eorum, et aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini : in igne zeli ejus devorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram* ; Psalm. I, 321, 2 et seq. *Frater non redimit, redimet homo : non dabit Deo placationem suam, et pretium redemptionis animæ suæ* (*Vide* Justitiæ Dei dotes).

3° *Ob scientiæ claritatem* (*Vide* Dei scientiæ objectum). Deus omnia cognoscit et judicanda in judicio reservat, VI, 229, 2 : *Qui inspector est cordis ipse, intelligit et servatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera sua*; XII, 240, 1 : *Magnus consilio et incomprehensibilis cogitatu : cujus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique secundum vias suas, et secundum fructum adinventionum ejus*. In judicii die Deus scrutabitur ad lucernam et exacte secreta cordium et mentium, XIV, 282, 1, 2 : *Et erit in tempore illo : scrutabor Jerusalem in lucernis : et visitabo super viros defixos in fæcibus suis ; qui dicunt in cordibus suis : Non faciet bene Dominus, et non faciet male*; 595, 1, 2 : *Et accedam ad vos in judicio, et ero testis velox maleficis, et adulteris, et perjuris, et qui calumniantur mercedem mercenarii, viduas et pupillos, et opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum*. In judicio universali sicut in particulari omnium conscientias explorabit Deus, V, 524, 2 : *Sicut igne probatur argentum, et aurum camino, ita corda probat Dominus*. Tunc patescent omnes fraudes fraudulentorum, VI, 322, 2 : *Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in concilio*. Ibi omnia cujusque opera revelabuntur, XVIII, 81, 2. Tunc etiam minutissima quæque examinabuntur, VI, 66, 2; XXI, 59, 2 : *Et libri aperti sunt; et alius liber apertus est, qui est vitæ; et judicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera eorum*.

4° *Ob omnium peccatorum manifestationem et accusationem*. Omnia prorsus hominum opera in judicio revelabuntur, VII, 414, 2; 415, 1, 2 : *Et cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium, pro omni errato, sive bonum, sive malum sit*. Omnia, etiam abditissima, in hoc die revelabuntur, VIII, 286, 2 : 287, 1 : *Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit; sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius* ; IX, 359, 1, 2 : *In fine hominis, denudatio operum illius*; XVIII, 269, 2; 270, 1, 2 : *Si quis superædificat super fundamentum hoc* (Christus), *aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit : dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur*; XIX, 250, 2 : *Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium ; quosdam autem et subsequuntur*. In die judicii quid nos terrebit, *Psalm*. I, 321, 1 : *Cur timebo in die mala ? iniquitas calcanei mei circumdabit me*. Cœli et terræ suo more impios accusabunt et ulciscentur, *Job*, 438, 2 : *Revelabunt cœli iniquitatem ejus, et terra consurget adversus eum*. Quæ judicia parata sint derisoribus, VI, 41, 1 : *Parata sunt derisoribus judicia, et mallei percutientes stultorum corporibus*. In judicio gravius arguentur et punientur qui majorem Dei cognitionem et gratiam habuere, sed ea uti noluere, et qui majora beneficia et gratias acceperunt, XV, 291, 2 : *Verumtamen dico vobis, Tyro et Sidoni remissius erit in die judicii quam vobis*. Principibus durissimum erit. *Job*, 617, 12 : *Quid enim faciam cum surrexerit ad judicandum Deus, et cum quæsierit, quid respondebo ei ?* Cur prælatis et principibus judicium durissimum instet, *Job*, 617, 2; VIII, 397, 2 et seqq. : *Judicium durissimum his qui præsunt fiet*. Cur cui plus datum est, plus requiratur ab eo, VIII, 389, 2 ; XVI, 180, 1, 2 : *Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo ; et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo*. Judicium Dei irrefragabile, *Job*, 661, 2 : *Neque enim ultra in hominis potestate est, ut veniat ad Deum in judicium*. Nulli erit tunc excusationi locus, XI, 537, 2 : *Reduc me in memoriam, ut judicemur simul; narra si quid habes ut justificeris*, XV, 476, 1 : *Et ait illi : Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem ? At ille obmutuit*. Judicii severitas magna, *Job*, 240, 2.

5° *Ob sententiæ rigorem et æternam a bonis malorum separationem*, XV, 534, 1, 2 : *Et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis. Et statuet oves quidem a dextris suis, hædos autem a sinistris*; 537, 1, 2 : *Tunc dicet et his qui a sinistris erunt : Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus*. In die judicii impii acriter a Deo castigabuntur, VI, 41, 2. Quomodo tunc Deus in impios insurget, XIV, 260, 1. Tunc idem opprimet adversarios suos, 504, 2 : Judicium unde dicatur æternum, XIX, 399, 2 (*Vide* Infernus, Æternitas).

IX. Judicium extremum maxime timendum. — Est id maxime timendum, et cur, 367, 1 : *Viri mali non cogitant judicium ; qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia* ; IX, 109, 2 : *Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes : Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum*; XIII, 94, 2; 96. 2 : *Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi Filius ho-*

minis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum..... Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, et visiones capitis mei conturbaverunt me; XV, 272, 2 et seq. : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam;* XIX, 461, 2 : *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia;* XXI, 277, 2 : *Et vidi alterum angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret..... dicens voce magna: Timete Dominum, et date illi honorem, quia venit hora ejus.* Judicium quam tremendum post mortem, *Job*, 517, 1. Judicium extremum horribile, I, 146, 2; XIX, 131, 1; *Job*, 277, 2. Etiam justis formidabile, *Job*, 302, 2: *Statim ut se commoverit, turbabit vos; et terror ejus irruet super vos.* Ejus pavor Christianos perterrere debet, VI; 375, 2 : *Beatus homo qui semper est pavidus; qui vero mentis est duræ, corruet in malum.*

X. Judicii extremi memoria et timor salutaris est. — Ejus timor quam sit utilis et salutaris, I, 693, 2; IX, 81, 2 : *Nam qui sine timore est, non poterit justificari;* XX, 263, 1, 2. *Et si Patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum judicat secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini.* Id ejusque vindictam non recogitant impii, VI, 367, 1 : *Viri mali non cogitant judicium, qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia.* Ejus jugis recordatio acer stimulus ad bonum, 367, 2. Ejus meditatio efficax est ad movendos homines, XVI, 382, 1: Judicii memoria semper præ oculis habenda, IX, 469, 1; XIX, 6, 2; 132, 1, XX, 115, 2: *Sic loquimini, et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari;* XXI, 361, 2; 362, 1. Judicium semper ob oculos impii ponendum, XX, 678, 1. Judicii extremi, mentione terreant concionatores auditorum animos, XVII, 408, 2 : *Disputante autem illo* (Paulo) *de justitia, et castitate, et de judicio futuro, tremefactus Felix respondit; Quod nunc attinet, vade, tempore autem opportuno accersam te.* De eo cur apud Felicem agat Paulus, 408 2. Judicium in memoria sanctorum, *Job*, 239, 2 : *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti*, 319, 2. Sanctissimi quique judicium Dei verentur, 201, 1.

XI. Præparandum se ad judicium per bona opera. — Ante extremum judicii diem, jam debemus judicium nostrum coram Deo disponere, ne tunc damnemur, XVIII, 369, 1 : *Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur; Job*, 486, 1 : *Ponam coram eo judicium, et os meum replebo increpationibus.* Felix qui ante extremum judicium hic judicatur et pœnam subit, *Job*, 617, 2. Exempla parantium se ad judicium, XV, 520, 2. *Ideo et vos estote parati, quia nescitis qua hora Filius hominis veniet.* Bonum faciendum in expectatione judicii, XVIII, 577, 1, 2 : *Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet..... Bonum autem facientes, non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes;* XIX, 8, 3: *Et hoc oro..... ut probetis potiora, ut sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi;* 263, 1, 2 : *Præcipio tibi..... ut serves mandatum sine macula, irreprehensible usque in adventum Domini nostri Jesu Christi.* In eo charitas fiduciam suggerit, XX, 559, 2; 560, 2. *Et nunc manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, et non confundamur ab eo in adventu ejus;* 602, 1 : *In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii;* 492, 1, 2 : *Novos vero cœlos et novam terram secundum promissa ejus expectamus, in quibus justitia habitat. Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace.*

JUDITH. 1° Vocis *Judith* etymon, IV, 331, 1, 2. Judith quid significet mystice, 199, 1, 2. Qualis fuerit femina, quantisque elogiis celebrata a SS. Patribus, 315, 2. Quando contigerit ejus historia, 313, 1; 314, 1, 2; 315, 1. Ejus genealogia, 332, 1. Ex qua tribu oriunda, *ibid.* Fuit e tribu Simeon, 335, 1, 2. Laudat zelum Simeonis in vindicando Dinæ stupro, non modum, *ibid.* Silentium amat et solitudinem, 332, 2. Carnem jejuniis et cilicio domat, *ibid.*; *Job*, 363, 2. Fuit typus beatæ Virginis, IV, 333, 2.

2° Judith prudenter secretum suum celat, IV, 334, 2. Arma ejus spiritualia quibus obtruncavit Holofernem, *ibid.* An licite potuerit Holofernem ad suum amorem illicere, 336, 1. Non est in facto suo libidinis accusanda, *ibid.* Novo et insolito more castitatem suam et vitam civium suorum defendit se ornando, 337, 1. Cur secum annonam detulerit, 338, 1. Quomodo Holofernem adorarit, 373, 2. An fuerit mentita Holoferni imponendo, *ibid.* et 2. Ambiguitate verborum Holoferni illudit, 341, 1, 2. Quomodo a mendacio excusetur, *ibid.* Quam potens fuerit ejus peroratio coram Holoferne, 342, 2. Quo fine petierit copiam egrediendi ad orationem quandocumque vellet, 343, 1. Holofernem obtruncat, 346, 1, 2. Ejus elogia, *ibid.* Ab angelo ad tantum facinus perpetrandum directa fuit, 347, 2. Decus fortitudinis suæ et victoriæ ascribit Deo, 348, 1. Ipsa vincens Holofernem, repræsentat divam Virginem vincentem diabolum, 313, 1; 348, 1; 356, 1. Ejus prudentia et solertia bellica, 349, 1, 2. Ejus castitas quam eximia, 351, 2. Sua forma, pudicitia et virtute gloriam obtinuit, V, 326, 2. Fuit prophetica et sacræ Scripturæ scriptrix, IV, 353, 1, 2.

3° Judith quanto tempore in viduitate permanserit, IV, 355, 2. Quomodo in domo viri mansisse dicatur centum et quinque annos, XII, 193, 2. Quam illustris vidua fuerit, XIX, 237, 1. A Patribus habetur sancta, cujus festum Æthiopica Ecclesia celebrat quarta die mensis Elul, IV, 356, 1. Judithæ

affiictio fuit velut umbra cito pertransiens, V, 304, 2.

3° Credi voluit Alexandrum in se transisse, XIII, 148. 2. Illius omen de Babylone sibi subjicienda, XII, 657, 1. Voluit haberi Deus, sed frustra, XI, 290, 1. Statuam Christo ab hæmorrohoissa erectam evertens, suam substituit, sed hæc fulmine icta dissiluit, XV, 684, 1.

4° Juliani interitus cœlitus præsignatus, XIII, 72, 1. Per magiam imperium et vitam amisit, XVII, 356, 1. Cœlesti telo ictus interiit, XII, 774, 1; XIV, 322, 1; XXI, 158, 1; 267, 1; 341, 2. Ejus blasphemiæ in Christum, tetra et feralis mors, II, 165, 1; XI, 465, 1. Julianus Caino assimilatur, I, 115, 2. Fuit typus Antichristi, XXI, 261, 2; 266, 1.

JULIANUS PELAGIANUS. Julianus Pelagianus concupiscentiam non esse a natura corrupta putabat, XVIII, 123, 1.

JULIANUS CÆSARINUS. Juliani Cæsarini cardinalis elogium, II, 283, 2.

JULITTA (S.). S. Julitta martyr omnes astantes ad martyrium hortabatur, XX, 278, 2.

JULIUS CÆSAR. 1° Julii Cæsaris anni quando incipiunt, XVI, 54, 2. Fuit prodigium naturæ, ejus gesta, eloquium, monarchia, XVII, 412, 1. Fuit vasto validoque corpore æque ac animo, IV, 412, 1. Julius Cæsar juvenis discinctus caveri jubebatur a Scylla, cur, XV, 96, 2. Alexandrum Magnum sibi imitandum proposuit, XIV, 128, 1. Cur fleverit legens Alexandri Magni gesta, I, 485, 1. Ejus ambitio, XIV, 221, 2. Cum quid secreti scribere vellet, litteras verborum immutabat, XII, 197, 2.

2° Multos validosque hostes ambiebat, IV, 455, 2. Hostes optabat validissimos, XVIII, 504, 2. Ejus tessera belli, IV, 538, 1. In periculis fuit intrepidus, IX, 299, 2. Suis semper exemplo præibat, XIX, 52, 2. Suis se in labore et periculis antesignanum præbebat, X, 145, 1. Ejus in bellis celeritas, XIV, 208, 2. Ei contra Pompeium dimicanti victoriam aquilæ nuntiarunt, XII, 306, 1. Julii Cæsaris equus portentosus, XXI, 139, 1. Non ausus est Ægyptum facere provinciam, XIV, 430, 1. Jus civitatis Romanæ Tarsensibus dedit, XVIII, 1, 1.

3° Julii Cæsaris clementia, I, 738, 2; II, 252, 1; VI, 86, 1, Ejus clementia in victos, XI, 521, 2. Libenter inimicis ignovit, X, 47, 2. Injurias oblivisci solebat, XVIII, 217, 1. Etiam hostes beneficiis affecit, VI, 262, 2. Fuit in Pompeium benignus, VI, 285, 2.

4° Julius Cæsar suo fastu omnium odium incurrit, VI, 477, 1. Raro consilium senatus adhibuit, V, 324, 1. Rempublicam Romanam perdidit, VI, 474, 1. Inter percussores suos Brutum suum videns quid dixerit, XVI, 253, 2. Ejus statuæ cur stellam in vertice Romani appingerent, XIII, 591, 1. Julius Cæsar Judæis est Idumæus, XIV, 5, 1. A Virgilio vocatur Daphnis, XIII, 294, 2.

JULIUS HYGINUS. Julius Hyginus fabulas conscripsit, IX, 85, 2.

JULIUS ROMANUS, moneta. Julius romanus idem valet quod regalis hispanicus, XV, 273, 2 (*Vide* DENARIUS).

JUMENTUM. 1° Jumenta dicuntur a *juvando*: ea tres ob causas sunt curanda, IX, 242, 2; X, 186, 1. Non sunt oneribus nimiis gravanda, IX, 242, 2. Jumentorum suorum compassione movetur justus, V, 355, 1, 2. Jumenta magnum dant pastoribus lucrum, VI, 358, 1.

2° Jumenta Austri cur dicantur Judæi, XI, 413, 1. Jumento assimilatur dæmon, XXI, 241, 1.

3° Jumentum tropologice Christi humilitatem, obedientiam, resignationem, labores, patientiam et mortem denotat, XIV, 246, 1.

JUNCTURA. Juncturæ femorum in *Cantico* modestiam incessus, castitatem, concordiam, virtutum consonantiam, amorem conjugum notant, VIII, 168, 2 et seq.

JUNCUS. Juncus in *Isaia* per τὸ *refrænans* intelligitur, cur, XI, 239, 1. Ejus etymon, *ibid*

JUNIPERUS. Juniperus arbor egregiam præstat umbram, XIII, 473, 1, 2. Ejus umbra suavis vigilanti, sed gravis dormienti, *ibid*. Juniperus arbor a S. Francisco maledicta hactenus non excrevit, quod fuisset causa inobedientiæ, XV, 467, 1. Juniperi radix avaritiam refert, *Job*, 587, 1.

JUNIPERUS (B.) B. Juniperus per visionem didicit nos sine Deo nihil posse, X, 232, 1. Ejus in ferendis opprobriis patientia, X, 50, 2; XV, 174, 1. Quid de jacientibus in se probra dixerit, V, 293, 2. Ejus de tribulationibus gnome, XVIII, 236, 2.

JUNO. Juno priscis erat conjugii præses, XIV, 578, 2. Ei sacrificantes cur fel victimæ divulsum abjicerent, *ibid*.

JUNIUS BRUTUS. Junius Brutus unde sic dictus, IX, 598, 2. Primus consul Romæ creatus est, X, 324, 1. Junius Brutus filios securi percuti jubens reprehenditur, VI, 28, 2.

JUNIUS GALLIO. L. Junius Gallio, proconsul Achariæ, fuit frater L. Senecæ, XVII, 343, 2. Seipsum occidit a Nerone damnatus, 344, 1. S. Paulo æquus fuit, 344, 2.

JUNIUS MENSIS. Junius mensis dicitur chaldaice *tammus*, unde, XII, 562, 1.

JUPITER. Jupiter dicitur ζεύς, id est vita, cur, XX, 519, 1. Jupiter dicitur quasi *juvans pater*, VI, 151, 1; XX, 645, 2. Cur ei aquila fascia sit. VI, 185, 1, 2. Jovis Olympii idolum collocatum fuit in altari holocaustorum, IV, 433, 1. Eique dedicatum fuit templum, 522, 1. Cretenses pæderastiam docuit, XIX, 323, 2.

Jupiter unde dictus sit Hammon, XII, 546, 2. Jupiter Hammon idem est qui sol, unde, II, 179, 1 Jupiter Hammon cum cornibus arietinis pingebatur, VI, 472, 1; XIII, 101, 2. Jupiter Hammon ab Ægyptiis cultus est specie capri, XI, 413, 2.

Jupiter Terminalis Romæ quis esset, VI, 171, 1. Jupiter Muscarius olim ab ethnicis honorabatur, I, 505, 1. Jupiter Hospitalis unde ita dictus, IV, 522, 1.

Jovi hospitali templum in Garizim ædificatum est, *ibid.* Jupiter Stator, unde, 101, 2.

JURAMENTUM, JURARE, JUSJURANDUM. 1° *Quid sit juramentum et variæ juramentorum species et formulæ.* Juramento in Scriptura omnis Deo cultus assignatur, et omnem Dei cultum significatur, IX, 105, 1; XI, 320, 2; 559, 2; XII, 45, 1; 110, 1; 184, 1. Juramentum est actus latriæ, et quomodo, XIII, 347, 2; XIV, 275, 1. Juramentum est vera Dei professio, XVIII, 232, 1. Est actus religionis, XIX, 120, 2; XX, 211, 2. Jurare pro *confiteri* subinde ponitur, XVIII, 232, 1. Juramentum Dei significat rei immobilitatem, *Psalm.* II, 383, 2.

Jurandi formula Hebræorum, *Job*, 531, 1. Jurabant Judæi per Deum verum, Gentiles per idola, XIV, 415, 1. Juramentum execratorium quomodo Hebræi proferant, XIII, 253, 1, 2. Jurandi cæremonia olim non erat ponere manum sub femore, I, 255, 2. Quid hæc cæremonia significarit, *ibid.* Jurabant veteres per dexteram et levando manus et cur, I, 199, 1; 591, 2; XIX, 101, 1. Juramentum maximum priscis quid esset, XXI, 35, 2. Id facientes, per medium ignem ibant, ferrum manibus ferentes, XVIII, 366, 1. Jurandi forma qua usus est Elias, III, 641, 2. Judæorum in jurando cæcitas et superstitio, II, 32, 1. Juramentum Judæorum valde arduum de abdicandis uxoribus et prolibus alienigenis, IV, 227, 1. Jurandi formula apud modernos Hebræos, I, 479, 1. Jurandi consuetudo cur jam passim invaluerit, XV, 170, 2. Juramus manu levata in cœlum, XXI, 216, 1. Jusjurandum ad quod judices Ægyptii a rege adigebantur, VII, 149, 2. Juramentum episcoporum dum ordinantur, XVII, 148, 2.

2° *Quando juramentum sit licitum quando illicitum.* Jurare non licet, nisi cogat hominis incredula diffidentia, V, 407, 1. Juramentum licet in se bonum sit, a malo tamen oritur, XX, 211, 2 et seq. : *Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum; sit autem sermo vester : Est, est; Non, non; ut non sub judicio decidatis.* Quæ juramenta vetet Christus, 211, 2. Non tantum perjurium, sed juramentum omne a Christo vetitum, nisi adsit necessitas, XV, 168, 1 : *Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei, est; neque per terram, quia scabellum pedum ejus est; neque per Hierosolymam, civitas est magni regis; neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester : Est, est, Non, non; quod autem his abundantius est, a malo est.* Jurare per creaturam est jurare per creatorem, XX, 212, 1. Juramenta sunt homine libero indigna, *ibid.* Juramentum temerarium illicitum, XV, 168, 1. Jurans temere Deo tandem pœnas dabit, IX, 601, 1. Ejus infortunia, *ibid.* Jurantes falsa ad S. Stephanum et Martinum a Deo puniti, III, 598, 1. Jurandi consuetudinem cur toties coarguat S. Chrysostomus, XIV, 330, 1. Jurandi consuetudine ad perjurium devenitur, IX, 599, 2 : *Jurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa*, XIV, 415, 1. Quomodo pejus sit jurare quam occidere, IX, 600, 1. In paradiso jurare non licebat, sicut nec licet beatis in cœlo, V, 407, 1; XV, 168, 2 et seq.

Jurare Christiano licet, XV, 168, 1, 2; XVIII, 423, 2. Quatenus fidelibus licitum, V, 407, 1. Jurare licet Christiano, et quando, XX, 211, 1. Qui hæretici nefas esse docuerint, XX, 211, 1. Nullum de juramento extat præceptum affirmativum in Scriptura, XV, 169, 2. Juramentum subinde licitum, quia est honor Dei, XV, 168, 1. Jurare per regem quomodo sit licitum, XIV, 275, 1. Per sanctos juramentum est licitum, XV, 170, 1. Juramentum execratorium quomodo licitum, I, 367, 2. An juramentum possit fidelis ab infideli exigere, I, 311, 2. Juramentum extorquere ab eo quem scis pejeraturum, grave scelus est, XV, 169, 1.

3° *Jurandi debitæ conditiones.* XV, 168, 1, 2; 169, 2. Juramentum quomodo debeat fieri, VII, 195, 2 et seq. *Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim est in cœlo, et tu super terram : idcirco sint pauci sermones tui.*

4° *Juramentum legitime factum est observandum.* Jurans juramentum non præstans dupliciter peccat, IX, 601, 1 : *Vir multum jurans implebitur iniquitate, et non discedet a domo illius plaga. Et si frustraverit, delictum illius super ipsum erit; et si dissimulaverit, delinquet dupliciter. Et si in vacuum juravit, non justificabitur; replebitur enim retributione domus illius.* Per creaturas factum etiam obliget, XV, 492, 1, 2 : *Væ vobis, duces cæci, qui dicitis : Quicumque juraverit per templum, nihil est; qui autem juraverit in auro templi, debet. Et quicumque juraverit in altari, nihil est; quicumque autem juraverit in dono quod est super illud, debet. Cæci, quid enim majus est, donum, an altare, quod sanctificat donum? Qui ergo jurat in altari, jurat in eo, et in omnibus quæ super illud sunt: et quicumque juraverit in templo, jurat in illo et in eo qui habitat in ipso. Et qui jurat in cœlo, jurat in throno Dei, et in eo qui sedet super ipsum.* Juramentum iniquum licet rescindere, XV, 690, 1, 2: *Et contristatus est rex; propter jusjurandum et propter simul discumbentes, noluit eam* (Herodiadis filiam) *contristare; sed misso spiculatore, præcepit afferri caput ejus in disco.* Juramentum datum Gabaonitis an obligarit, III, 57, 1 (*Vide* PERJURIUM, TESTIMONIUM).

JURGIUM. Jurgium dictum quasi *juris garrium*, VI, 310, 2. Jurgia seminare quam sit noxium, V, 165, 1. Jurgia paupertate pejora sunt, 521, 1 : *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio.* Jurgio obtinent superbi et impudentes, quod jure non possent, XIV,

202, 2 : *Quare ostendisti mihi iniquitatem et laborem, videre prædam et injustitiam contra me? et factum est judicium, et contradictio potentior.*

JURISCONSULTUS. Jurisconsultis Gallis quam stoliditatem affingat nugax Erasmus, XIX, 339, 2.

JURISPRUDENTIA. Jurisprudentia ethica nititur, eique est subalterna, IX, 11, 2.

JUS. Jus carnium profanum quod diceretur, XI, 747, 1.

JUS. 1° Jus humanum et divinum cedit juri naturæ, XVI, 422, 1. Jura civilia non repugnant divinis, neque hæc illis, XV, 479, 2. Jus necis et vitæ habet Deus, VII, 292, 2. Jure partim scripto, partim non scripto usæ sunt omnes politicæ gentes, XIX, 166, 2. Quale sit jus civium in Ecclesia Dei, XVIII, 604, 2. Jus suum cuique administrandum, XIX, 248, 1. Quando jure suo utens peccet, XVIII, 332, 2.

2° Jus primogenituræ sanctum erat, XIX, 503, 2. Erat id duplex, temporale et spirituale, *ibid.* Jus sacerdotale olim erat primogenitorum familiæ, 412, 2. Jus regis iniquum, III, 205, 2. Jura alterius parochiæ non sunt invadenda, VI, 172, 2.

3° Jus alternis diebus imperandi habebant strategi in Græcia, epistatæ Athenis, decemviri Romæ, IX, 451, 2. Jus nominandi Romanum Pontificem imperatoribus ademptum, in episcopos et cardinales translatum, 465, 1.

JUSSUM. Jussum regis potestate armatum est, VII, 288, 1 (*Vide* REX).

JUSTIFICARE, JUSTIFICATIO. 1° Quotuplici sensu voces *justificari, justificatio* in Scriptura sumantur : *primo*, significant ex peccatore fieri justum; *secundo*, ex justo fieri justiorem; *tertio*, modo forensi, justum vel justiorem censeri et pronuntiari, XVIII, 60 : *Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Justificare subinde significat justum declarare aut profiteri, IX, 288, 1; XVI, 120, 2 : *Et omnis populus audiens, et publicani justificaverunt Deum, baptizati baptismo Joannis.* Significat etiam justum esse et justitiam diligere, XVI, 150, 2 : *Ille autem, volens justificare seipsum, dixit ad Jesum : Et quis est meus proximus?* Justificationes et mandata legis quomodo differant, 8, 1, 2 : *Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Dei sine querela.* Cur præcepta dicantur justificationes, *ibid.*

2° *Quotuplex justificatio.* Justificatio est duplex : *prima*, quæ nos ex peccatoribus reddit justos; *secunda*, qua ex justis justiores et sanctiores efficimur, XVIII, 80, 1; XX, 122, 2. Iterum justificatio dupliciter sumitur : *primo*, formaliter, cum Deus homini infundit gratiam justificantem et charitatem; *secundo*, dispositive, cum per actus fidei, spei, timoris, pœnitens se præparat et disponit ad justitiam, gratiam et charitatem, XVIII, 188, 2. In justificatione duo sunt termini, a quo, et ad quem, XIX, 338, 1.

3° *Primam justificationem et peccatorum remissionem nulla bona merita præcedunt.* Post lapsum, nemo justificari potest sine fide in Christum, I, 202, 2 : *Credidit Abram Deo, et reputatum est illi ad justitiam;* XI, 560, 1 : *In Domino justificabitur, et laudabitur omne semen Israel;* XII, 183, 2 et seq. : *In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter : et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster;* XVIII, 243, 1 : *Huic* (Christo) *omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum;* 282, 1 : *In hoc* (Christo) *omnis qui credit, justificabitur;* 26, 2 : *Justitia autem Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est : Justus autem ex fide vivit;* 72, 1, 2 : *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes et super omnes qui credunt in eum, non enim est distinctio;* 79, 2; 91, 1 : *Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum;* 176, 1 : *Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti;* 178, 1, 2 : *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem;* 258, 1, 2 : *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, justitia, et sanctificatio, et redemptio;* 531, 1, 2 : *Scientes autem, quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi : et nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis : propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro;* 540, 2 : *Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est quia justus ex fide vivit;* 562, 1, 2 : *Nos enim spiritu ex fide spem justitiæ expectamus;* XIX, 45, 1 *Et inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est, Christi Jesu;* 338, 1, 2. *Quem* (Spiritum sanctum) *effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.*

Justificationis multiplex causa : *prima* causa efficiens est Deus; *secunda* meritoria, est Christus; *tertia* instrumentalis, est sanguis Christi; *quarta* applicans, est fides; *quinta* formalis, est remissio peccatorum per gratiam sanctificantem; *sexta* finalis, est ostensio justitiæ Dei, XVIII, 75, 2 : *Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore : ut sit ipse justus, et justificans eum, qui est ex fide Jesu Christi.* Justificatio est effectus prædestinationis, 147, 2 : *Quos autem prædestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit.* Justificationis initium nonnisi a Deo, *Psalm.* II, 66, 2 : *Justitia ante eum* (Christum) *am-*

bulabit, et ponet in via gressus suos. Justificationis exordium in adultis, a Dei præveniente gratia sumitur, XIV, 598, 1. Ad eam tria concurrunt, XX, 613, 1. Justificatio impii divinius est opus quam creatio universi, XI, 542, 1; XII, 130, 2; XIV, 152, 1, 2; XV, 240, 1; XVII, 122, 2; XVIII, 596, 1, 2. Cur dicatur creatio, XVIII, 603, 1: *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis quæ præpavavit Deus, ut in illis ambulemus.* Est mystica resurrectio, XIX, 289, 2. Justificati, suam justitiam, licet libere a se acceptatam, gratiæ tribuere debent, XVIII, 188, 1: *Sic ergo et in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus.*

4° *Justificatio impii non solum fidei ascribitur, sed etiam aliis virtutibus, et quo sensu.* Justificationis ordo et modus quis, IX, 72, 2; *Psalm.*, I, 33, 2.

Primo. *Attribuitur spei*, XVIII, 140, 1: *Spe enim salvi facti sumus.*

Secundo. *Charitati*, V, 287, 2: *Odium suscitat rixas, et universa delicta operit charitas;* XVI, 128, 1, 2: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum; cui autem minus dimittitur, minus diligit;* XVIII, 562, 1, 2; *Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed fides quæ per charitatem operatur;* XX, 355, 1, 2: *Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.*

Tertio. *Timori*, V, 30, 1: *Timor Domini principium sapientiæ;* 260, 2; 261, 1; VI, 375, 2: *Beatus homo qui semper est pavidus; qui vero mentis est duræ, corruet in malum;* XI, 69, 1, 2: *Initium sapientiæ timor Domini;* 75, 2: *Timenti Dominum bene erit; et in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, et plenitudo a fructibus illius;* 80, 2: *Timor Domini expellit peccatum, nam qui sine timore est non poterit justificari.* Justificatio impii et peccatoris a timore servili incipit; 158, 1, 2: *Tribulationem et metum, et probationem inducet super illum, et cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ*, XX, 603, 1: *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foris mittit timorem.*

Quarto. *Pœnitentiæ operibus*, XII, 636, 1, 2: *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, et custodierit omnia præcepta, et fecerit judicium et justitiam, vita vivet, et non morietur;* XVI, 187, 1: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis;* XVIII, 465, 1, 2: *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.*

Quinto. *Operibus bonis*, XX, 124, 1, 2 et seqq.: *Sic et fides, si non habeat opera, mortua est;* 127, 2; 128, 1, 2: *Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?*

5° *In quo consistat justificatio, et qui sint ejus effectus.* Formalis justificatio consistit in justitia positiva intrinseca, XVIII, 103, 1, 2: *Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem, justi constituentur multi;* 640, 1, 2: *Renovamini autem spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est, in justitia et sanctitate veritatis.* Justificatio formalis consistit in charitate et gratia nobis insita quæ secum affert Spiritum sanctum, XX, 411, 2: *Per quem* (Christum) *maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ.* In ea quoque nobis datur persona Spiritus sancti, totaque deitas, 411, 2. In primo justificationis instanti infunditur homini charitas et gratia, per quam fit particeps divinæ naturæ, XVIII, 140, 1. Justificatio generationi assimilatur, et quomodo peragatur, 79, 2: *Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus.* In justificatione peccator ater dealbatur, XIV, 306, 1. Justificatio reddit Deum animæ præsentem, XVII, 333, 2; 335, 2: *In ipso enim vivimus, movemur et sumus.* In ea cujusque animæ Deus se communicat, tum per gratiam, tum per seipsum, XX, 36, 1 (*Vide* GRATIA SANCTIFICANS.)

6° Justificatio septuplex ab Israele ablata est, XII, 614, 2. Justificatio multorum Ninivitarum, 54, 1, 2.

JUSTINA (S.). S. Justina quomodo Asmodæum se ad amorem allicientem superarit, IV, 279, 2.

JUSTINIANUS. Justinianus imperator Codicem juris digeri jussit; factus postea Eutychianus, afflixit Sylverium et Agapetam summos Pontifices, XXI, 214, 1. Justiniani *Institutiones* vocantur elementa juris, XVIII, 549, 2. Jurantem per Dei aliquod membrum ultimo supplicio dari jussit, XI, 466, 1. Justinianus quamdiu fuit catholicus, fuit felix; at postquam hæreticus, infelix, 709, 2. Contactu reliquiarum sanctarum sanitati restitutus est, 762, 1. Pretiosissimam mensam templo S. Sophiæ dono dedit, XIV, 558, 2.

JUSTINIANUS JUNIOR. Justinianus imperator junior Manichæos multos flammis tradidit, XIX, 115, 2.

JUSTINUS (S.). S. Justinus Sichimita fuit, XVII, 173, 2; 327, 1. Ejus errores per varias sectas philosophorum, X, 557, 1. Per litteras sacras et Prophetarum lectionem convertitur, I, 3, 1. Ubinam sapientium quam quærebat, invenit, VII, 606, 2. In sola lege Christi quietem et sapientiam reperit, IX, 60, 1; XX, 35, 1. Per constantiam martyrum etiam ad fidem adductus est, XIX, 231, 2.

S. Justinus an sit auctor libri *Quæstionum* LXXXV *ad Orthodoxos*, X, 441, 1. Prophetiam Jeremiæ citat quæ non extat, IV, 86, 2.

JUSTINUS (S.) presbyter et martyr. S. Justinus sepeliendo corpus S. Laurentii martyrium adeptus est, IV, 273, 1.

JUSTINUS HISTORICUS. Justini historici men-

dacium, I, 534, 1, 2; 537, 2. Et error, 424, 2.

JUSTINUS IMPERATOR. Justinus imperator exterminari jussit arianismum, IV, 214, 1. Per Narsem Totilam regem repressit, 231 1. Justinus Joanni Pontifici Constantinopolim venienti cum tota urbe occurrit, et ad pedes ejus augustalia ornamenta abjecit, XI, 592, 2.

JUSTITIA. Nullum fere verbum tam diversimode in Scriptura sacra accipitur. Ut omnis igitur æquivocatio de medio tollatur, sequentem ordinem in indice distribuendo, statuimus, I. Quotuplici sensu vox *justitia* in Scriptura sumatur ; II. Justitia Dei; III. Justitia originalis; IV. Justitia gratum faciens, sive gratia sanctificans seu justificatio; V. Justitia seu δικαιοσύνη quæ juxta frequentiorem in Pauli epistolis acceptionem, summum apicem perfectionis moralis etiam significat, seu complexionem omnium virtutum moralium; VI. Justitia proprie dicta quæ subinde in triplicem dividitur.

I. Quotuplici sensu vox justitia in Scriptura accipiatur.— Justitia diversimode accipitur : *primo*, pro Evangelio, in quo continetur omnis justitia; *secundo*, pro omni justitia divina et humana ; *tertio*, pro justitia ut virtute in se omnes virtutes continente; *quarto*, pro æquo et justo, XVII, 279, 1. *Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens in eum* (Elymam magum), *dixit: O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas*. Justitia Dei et Christi quadruplex statuitur : *primo*, pro passione et meritis Christi ; *secundo* pro sanctitate Christi ; *tertio*, pro misericordia Christi; *quarto*, pro justificatione Christi, XX, 407, 2 et seq. : *Simon Petrus, apostolus Jesu Christi, iis qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri, et Salvatoris Jesu Christi*. Justitiæ Dei triplex significatum : *primo*, intelligitur justitia qua Deus in se justus est, scilicet qua juste retribuit justis præmium, impiis et injustis supplicium; seu justitia qua in se justus est, id est verax in promissis; seu qua in se justus, id est bonus et benignus hominibus propter Christum; *secundo*, justitia qua Christus ex rigore justitiæ Deo Patri pro nobis satisfecit; *tertio*, justitia divina qua Deus nos justificat per Christum, XVIII, 46, 2 : *Justitia enim Dei ineo* (Evangelio) *revelatur ex fide in fidem*. Justitia iterum triplicem in Scriptura significationem patitur, scilicet accipienda est : *primo*, pro omnium virtutum complexione; *secundo*, pro eleemosyna ; *tertio*, pro justitia non quali quali, sed illustri, eximia et heroica, XVII, 240, 2 : *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum et operatur justitiam, acceptus est illi*. Justitia sæpe capitur pro complexione omnium virtutum, V, 22, 1 : *Ad intelligenda verba prudentiæ, et suscipiendam eruditionem doctrinæ, justitiam, et judicium, et æquitatem* ; 273, 1 : *Nil proderunt thesauri impietatis, justitia vero liberabit a morte*. Justitia capitur et pro qualibet virtute, V, 489, 2 : *Initium viæ bonæ facere justitiam : accepta est autem apud Deum magis quam immolare victimas* ; 492, 1 : *Melius est parum cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate* ; VI, 96, 1 : *Facere misericordiam et judicium magis placet Deo quam victimæ*; III, 1 : *Gaudium justo est facere judicium* (seu justitiam), *et pavor operantibus iniquitatem*. Justitia pro opere bono et charitate ponitur, *Psalm*. II, 189, 1. Subinde capitur pro splendore et munditie, XIV, 606, 2 : *Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ*. Ponitur pro eleemosyna et misericordia, V, 329, 1 ; VI, 111, 1 ; XI, 679, 2. *Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam...... : Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanctitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam justitia tua, et gloria Domini colliget te*, XIII, 113. 2 Justitia capitur pro humilitate, XVII, 366, 2. Justitia omnis est humilitas, XV, 108, 1 : *Respondens autem Jesus, dixit ei* (Joanni Baptistæ) . *Sine modo, sic enim nos decet implere omnem justitiam*. Per *justitiam* explicat Scriptura omne officium virtutis, VI, 96, 1. Aliquando capitur pro pietate filiali, IX, 120, 2 : *Pro peccato matris restituetur tibi bonum, et in justitia ædificabitur tibi*. Justitia pro præmio justitiæ, sic iniquitas pro pœna iniquitatis accipitur, XI, 578, 2 : *Utinam attendisses mandata mea! Facta fuisset sicut flumen pax tua, et justitia tua sicut gurgites maris*. Justitiæ dicuntur præcepta, XII, 433, 2 : *Peccavimus, impie egimus, inique gessimus, Domine Deus noster, in omnibus justitiis tuis*. Justitia duplex est : *prima* virtus, quæ cuique suum tribuit; et *secunda*, complexio omnium virtutum, XV, 146, 2 : *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur*. Alia est justitia ima, alia media, alia summa, 109, 1. *Justitiam esurire* quid sit, 146, 1 et seqq. : *Propter justitiam pati*, quid sit, idque beatum est propter tres causas, 150, 1, 2 : *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*; XX, 329, 1 : *Sed et si quid patimini propter justitiam, beati*.

II. Justitia Dei (*Vide* Deus, Cap. III, Art. III, § 10).

III. Justitia originalis. — In justitia originali Deus creavit Adam, VII, 279, 1, 2 : *Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, et ipse se infinitis miscuerit quæstionibus*. Justitia originalis Adami qualis fuerit, I, 71, 2 : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, VII, 279, 1, 2. In qua sita, 280, 1. Justitia originalis præstabat gratiæ Christi, IX, 449, 1 : *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui*.

IV. Justitia sanctificans seu gratum faciens. — 1° *Justitiæ fons*. Fons justitiæ omnis sive homini, sive Angelo, *Job*, 203, 2. Justitia omnis, id est sanctitas, a Deo provenit, est opus gratiæ, non

naturæ, VI, 56, 1, 2. Hæc est a Prophetis prædicta, XVIII, 172, 2 et seq. Vera per Evangelium Christi revelatur, 49, 1.

2° *Quomodo hominibus obtingat.* In quo justitiam Judæi et Gentiles collocarent, XVI, 577, 1 : *Cum venerit ille* (Paracletus), *arguet mundum de peccato, et de justitia, et de judicio : de peccato quidem, quia non crediderunt in me ; de justitia vero, quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me ; de judicio autem, quia princeps hujus mundi jam judicatus est.* Ea quæ ex lege est, adversa et opposita justitiæ Dei, XVIII, 176, 1, 2 : *Moyses enim scripsit, quoniam justitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, vivet in ea. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit..... Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo : hoc est verbum fidei quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.* Justitia quæ ex lege est redemptionem Christi evacuat, 561, 2 : *Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini, a gratia excidistis.* Lex justitiæ non est lex vetus, sed lex gratiæ, 173, 2 : *Quid ergo dicemus? quod Gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam : justitiam autem quæ ex fide est. Israel vero sectando legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit.* Obtingit illa non per legem aut circumcisionem, sed per fidem, 84, 1 : *Non enim per legem promissio Abrahæ, ut hæres esset mundi ; sed per Justitiam fidei.* Benedictio et hæreditas Abrahæ est justitia, 162, 2. Illa justitia tribuitur fidei, et quomodo, 76, 1 : *Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis.* Quomodo quærenda est ex lege fidei, non factorum, *ibid.* : *Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum! Non : sed per legem fidei.* Datur ea, non tamen ex nuda fide, sed ex operibus, 60, 2 : *Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Justitia inchoatur, conservatur et promovetur fide, XIX, 467, 1 : *Justus autem meus ex fide vivit.*

3° *Quomodo in nobis sit.* Justitiam imputativam docent hæretici, XVI, 16, 1. Illa justitia rejicitur et refutatur, I, 202, 2 ; XVII, 153, 1 ; XX, 71, I ; *Psalm.*, II, 439, 1. Justitia Christi nobis non nude imputatur, XVIII, 160, 1. Nec hæc externa imputativa Christi justitia, sed proprie et inhærens justo competit, 80, 2 ; 81, 1, 2 ; 94, 2 : *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis ;* 104, 1 : *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem justi constituentur multi ;* 258, 1 : *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio ;* 589, 2 : *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo.* Per Christum intravit, non imitatione, sed per se, et per communicationem Christi, XVIII, 97, 1. Christus factus est nobis justitia meritorie et satisfactorie, 258, 1. Item exemplariter, efficienter et finaliter, *ibid.*, 2. Justitia Dei quomodo fiamus, 455, 2 : *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.* Vera justitia in reconciliatione hominis cum Deo consistit, 176, 1 : *Ignorantes enim Dei justitiam, et suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti.* Ejus in homine habitantis tria indicia, XX, 575, 2 : *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Ejus in regnum anima quod sit, XVIII, 112, 1 : *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus ; sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes.* Quid sit vivere justitiæ, 106, 1 : *Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?*

4° *Justitiæ effectus et fructus.* Ejus sex fructus et excellentiæ ; *primus*, pax ; *secundus*, spes gloriæ ; *tertius*, magnitudo animi et lætitia in adversis ob spem gloriæ ; *quartus*, est quod per eam efficimur Deo amici et dilecti per charitatem ; *quintus*, quod per eam a Deo in filios adoptamur ; *sextus*, est merces vitæ æternæ, XVIII, 91, 1, 2 et seqq. : *Justificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Justitia in mentem veniens est lux, *Job*, 719, 1 : *In qua via lux habitet, et tenebrarum quis locus sit, ut ducas unumquodque ad terminos suos, et intelligas semitas domus ejus?* Justitiæ potissimum effectus est placere Deo, XVIII, 80, 2. Justitia ostendit aliquem esse filium Dei, XX, 572, 1 : *In hoc manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli ; omnis qui non est justus* (Græca et Syrus), *omnis qui non facit justitiam, non est ex Deo.* Justitia et injustitia semper crescere possunt, V, 116, 1 : *Justorum autem semita, quasi lux splendens ; procedit et crescit usque ad perfectam diem,* XXI, 421, 1 : *Qui nocet, noceat adhuc ; et qui in sordibus est, sordescat adhuc ; et qui justus est, justificetur adhuc* (Syrus *justitiam faciat adhuc*); *et sanctus, sanctificetur adhuc.* Justitia est in nobis causa moralis resurrectionis, XVIII, 132, 2 : *Quod si Spiritus ejus habitat in vobis : qui suscitavit Jesum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.* Justitia est salus inchoata, 178, 2 : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem,* 187, 2 : *Sic ergo et in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ, salvæ factæ sunt.* Justitia hominum inchoata est, Angelorum perfecta, XX, 561, 1, 2 : *Si scitis quoniam justus est* (Christus), *scitote quoniam et omnis qui facit justitiam ex ipso natus est.* Qualem justitiam cœli

habeant, 491, 2 : *Novos vero cœlos, et novam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat.* (*Vide* GRATIA SANCTIFICANS, JUSTIFICATIO).

V. JUSTITIA UT EST MORALIS PERFECTIONIS SUMMUS APEX, ET OMNIUM VIRTUTUM COMPLEXIO. 1° Ejus natura et partes. Justitia oralis et generalis sita est in observantia omnium mandatorum Dei, et capitur pro religione et qualibet virtute, IX, 75, 1 : *Religiositas custodiet et justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit;* 83, 1 ; 84, 1 : *Fili, concupiscens sapientiam, conserva justitiam; et Deus præbebit illam tibi;* 89, 2 : *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia et timore;* 422, 1 : *Da et accipe, et justifica animam tuam. Ante obitum tuum operare justitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum.* Generatim est complexio virtutum, ita ut quælibet virtus sit pars ejus, VIII, 271, 1. Justitia generalis est velut vestis poderis, X, 25, 2 : *Si sequaris justitiam, apprehendes illam; et indues quasi poderem honoris et inhabitabis cum ea, et proteget te in sempiternum, et in die agnitionis invenies firmamentum.* Eaque duplex, *ibid.*, et seq. Nosse Deum, perfecta justitia, qua ratione, VIII, 577, 1, 2 : *Nosse enim te, consummata justitia est; et scire justitiam et virtutem tuam radix est immortalitatis.* Justitiæ christianæ partes sunt duæ, 22, 1. Justitiam facere, et opera justa facere, quomodo differant, XX, 568, 2 : *Qui facit justitiam justus est.* Justitia humana incerta et imperfecta, *Job*, 231, 2 : *Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar meis verbis cum eo. Qui etiamsi habuero quidpiam justum, non respondebo; sed meum judicem deprecabor.*

2° *Ejus effectus.* Tres justitiæ generalis in homine effectus, X, 26, 1. Ejusdem sex fructus, XI, 434, 1. Dat bonam conscientiam, VI, 361, 1 : *Fugit impius, nemine persequente; justus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Est animosa, justosque facit animosos, 360, 2. Ejus comes est pax, IX, 182, 2 : *Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui et scientia, et prosequatur te verbum pacis et justitiæ.* Justitia est via ad pacem animæ consequendam, XVI, 50, 2. Est unicum medium ad sapientiam, VIII, 270, 1. Custodit justum, V, 378, 1 : *Justitia custodit innocentis viam, impietas autem peccatorum supplantat.* Facit asseclas suos longævos hic et in futuro æternos, 502, 1 : *Semita justorum declinat mala; custos animæ suæ servat viam suam.* Eos ad extremam senectutem deducit, 513, 1 : *Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperietur.* Hæc liberat justos sæpe a morte præsenti, semper ab æterna, 272, 2. Proteget et confirmabit hominem in die judicii, X, 26, 1; 158, 2 : *Qui timent Dominum, invenient judicium justum, et justitias quasi lumen accendent;* 436, 1 : *Illi viri misericordiæ sunt quorum pietates* (græce δικαιοσύναι *justitiæ*) *non defuerunt.* Pro justitia usque ad mortem certandum, IX, 167, 2 : *Pro justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

VI. JUSTITIA PROPRIE DICTA. 1° *Ejus natura.* Justitia proprie dicta virtus est jus suum cuique reddens, VI, 110, 2; VIII, 270, 2 : *Diligite justitiam qui judicatis terram.* Cur sit maxima virtutum moralium, V, 451, 1 : *In abundanti justitia virtus maxima est.* In æqualitate præcise consistit, V, 312, 1. Ejus decus et schema, *ibid.*

2° *Justitia* (*tum præsertim legalis, tum distributiva*) *quos maxime deceat.* Justitia est virtus regum, VIII, 270, 2 : *Diligite justitiam, qui judicatis terram.* Justitia et veritas regi necessaria, *Psalm.*, I, 284, 2. Justitia et potentia in vero principes requiruntur, XI, 260, 2 : *Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus.* Justitia et æquitas rectores reipublicæ decent, V, 27, 2. Ejus partes et munia per regem denotantur, VI, 468, 2. Hanc principes tueri maxime debent, VIII, 270, 2. Quantum regi prosit, V, 496, 2 : *Abominabiles regi qui agunt impie: quoniam justitia firmatur solium.* Justitia est centrum regni tripliciter, VI, 394, 1 : *Rex justus erigit terram, vir avarus destruit eam.* Custodit reges, 85, 1. Et quibus in rebus possint eam ostendere, 85, 2. Quomodo elevet maxime reges, regna et respublicas, V, 442, 2 : *Justitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum.* Ea viget maxime tempore pacis, XI, 578, 2.

3° *Justitiæ distributivæ partes.* Graviter justitiam lædit qui ineptum ad officia promovet, VI, 40, 2.

4° *Justitia distributiva vindicativa quid exigat*, VII, 150, 1 : *Et dixi in corde meo : Justum et impium judicabit Deus, et tempus omnis rei tunc erit.* Justitia finis est judicii, XIV, 203, 1 : *Propter hoc lacerata est lex, et non pervenit ad finem judicium.* Justitiæ virtutis descriptio et effigies, XIII, 73, 1; XVII, 436, 2. Pingitur ut virgo libram tenens et gladium, cur, IX, 546, 1, 2. Ejus violatio symbolicum stuprum est, *ibid.*: *Concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam : sic qui facit per vim judicium iniquum.* Pingitur cæca cum bilance æqua, XIX, 248, 1, 2 : *Testor coram Deo et Christo Jesu, et electis angelis, ut hæc custodias sine præjudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.* Justitia comes est veræ fidei, XI, 115, 1 : *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis et plena judicii? Justitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ.* Justitia vigeat in tribunali, VI, 401, 2 : *Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.* Judices debent esse dilectores justitiæ, *Job*, 658, 2: *Numquid qui non amat judicium sanari potest? et quomodo tu eum qui justus est, in tantum condemnas?* Justitia in omnibus causis est attendenda, IV, 148, 2. *Justitiam judicare*, quid, *Psalm.*, 1, 52, 2 : *Quoniam fecisti judicium meum et causam meam; sedisti super thronum, qui judicas justitiam.* Jus-

titiam evertens in judicio forensi graviter peccat, V, 540, 1 : *Qui justificat impium, et qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Dominum.* Pervertitur per munerum acceptionem, VI, 383, 1: *Qui cognoscit in judicio faciem, non benefacit, et iste pro buccella panis deserit veritatem.* Justitia insontes morte plectendo, Deum placat, II, 341, 1. Est ideo grata, quod exemplo docetur, *ibid.* Justitiæ executione honoratur Deus, III, 521, 2. Justitia locum cedendo clementiæ, eam in se commutat, IV, 225, 2.

5° *Justitia commutativa.* Justitia in lucro potior opibus immensis, X, 365, 2. *Ne pro his omnibus confundaris, et ne accipias personam ut delinquas..... De æquitate stateræ et ponderum, de acquisitione multorum et paucorum, de corruptione emptionis et negotiatorum.* Justitiæ nomine se velat ira, XX, 77, 1 (*Vide* Judex, Judicium).

JUSTUS, JUSTI. I. Qui sint justi, quomodo vocentur in Scriptura, et quibus comparentur.— 1° *Justi quinam sint*, Psalm. II, 105, 2 : *Beati qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam in omni tempore.* Qui sint justi coram Deo, XVI, 8, 1 : *Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, et justificationibus Domini sine querela.* Justus et bonus quomodo distinguantur, XVIII, 95, 2 : *Vix enim pro justo quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori?* Justi vita et rectitudo in duobus consistit, XIV, 226, 1. Justorum tres sunt classes, IX, 406, 2. Justorum sunt octo gradus et status, XXI, 36, 1. Eorum alii sunt mercenarii, alii servi, XVI, 209, 1 : *In se autem reversus dixit : Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo!* Quomodo a Deo gignantur, et ad quid, XX, 560, 2; 561, 2 : *Si scitis quoniam justus est, scitote quoniam et omnis qui facit justitiam, ex ipso natus est.* Eorum proprie est vivere, XVIII, 48, 1. Quomodo ex fide vivant, XIX, 467, 1 : *Justus autem meus ex fide vivit.*

2° *Quomodo vocentur in Scriptura.* A Salomone vocantur docti, scientes et eruditi, V, 554, 1: *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est; et pretiosi spiritus vir eruditus.* Justus, licet ætate juvenis, dicitur tamen senex, XI, 753, 2. Justi cur dicantur filii regni et semen, XV, 331, 2 : *Ager autem est mundus; bonum vero semen, hi sunt filii regni.* Justi, filii hominis, impii jumenta, *Psalm.* I, 222, 2 : *Homines et jumenta salvabis, Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.* Justi vocantur pauperes in Scriptura, *Job*, 456, 2.

3° *Quibus rebus justi assimilentur.* Justus est tropologice arbor vitæ, I, 87, 2. Justus oliva fructifera, impius ligno arido similis, *Psalm.* I, 347, 2 : *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in æternum, et in sæculum sæculi.* Justi symbolice uvæ et botri vocantur, XIV, 140, 2 : *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ! Non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desideravit anima mea.* Justi et ficus quæ sit similitudo, XII, 100, 2 : *Et dixit Dominus ad me : Quid tu vides, Jeremia? Et dixi : Ficus, ficus bonas, bonas valde; et malas, malas valde, quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ. Et factum est verbum Domini ad me dicens : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Sicut ficus hæ bonæ, sic cognoscam transmigrationem Juda, quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum, in bonum;* XVI, 187, 2: *Dicebat autem* (Jesus) *et hanc similitudinem : Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit quærens fructum in illa; et non invenit.* Justus myrto assimilatur ob varias analogias, XIV, 363, 2 et seq. : *Vidi per noctem, et ecce vir ascendens super equum rufum, et ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo.* Justus acervo tritici comparatur, *Job*, 152, 1 : *Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur acervus tritici in tempore suo.* Justus agno assimilatur, IX, 397, 1 : *Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo.* Aptissime columbæ comparatur, *Psalm.* I, 357, 2 : *Et dixi : Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? et volabo, et requiescam.* Justi quadrifaciales sunt ut Cherubini Ezechielis, VI, 363, 2. Justo adaptantur auri proprietates, XX, 250, 2: *Ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro quod per ignem probatur, inveniatur in laudem et gloriam et honorem, in revelatione Jesu Christi.* Justi auroræ comparantur, V, 116, 1, 2 : *Justorum autem semita, quasi lux splendens, procedit et crescit usque ad perfectam diem.* Soli comparantur, X, 31, 1 : *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol; nam stultus ut luna mutatur,* IX, 421, 1.

II. Justorum indoles et virtutes. — 1° *In justis quantus perfectionis zelus.* Justi soli ambulant in viis Dei rectis, XII, 473, 2 : *Quis sapiens, et intelliget ista? intelligens, et sciet hæc? quia rectæ viæ Domini, et justi ambulabunt in eis.* Soli Deo et justitiæ intendunt, VI, 362, 1. Justus quomodo legem Dei perpetuo meditetur, *Psalm.* I, 10, 1 : *In lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Justi exquirunt omnia Dei judicia, VI, 367, 2 : *Viri mali non cogitant judicium; qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia.* Semper ad Deum respiciunt, et cum Deo ambulant, V, 117, 1. Mentem habent in Deo defixam, 367, 1. Legem Dei semper intuentur in suo capite Christo, 551, 2. Mentem habent sanctis desideriis plenam, 393, 2 : *Desiderium, si compleatur, delectat animam; detestantur stulti eos qui fugiunt mala.* Semper desiderant bonum facere et benefacere, 384, 1. Justus magis opere, quam verbo Deo placere gestit, IX, 636, 2. Justi zelo Dei tabescunt, *Job*, 601, 1. Justus profert justitiæ fructus sua sapientia et virtute, V, 342, 2 : *Fructus justi, lignum vitæ : et qui suscipit animas, sa-*

Piens est. Est arbor fructifera et semper virens, V, 341, 1: *Justi..... quasi virens folium germinabunt;* IX, 636, 2: *Quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jericho.* In Christo et cum Christo fructus bonorum operum semper profert, *ibid.* Christum semper sitit, *ibid.* Legi est fidelis, et lex illi, X, 166, 1: *Homo sensatus credit legi Dei, et lex illi fidelis.* Justi non exaudiunt vocem exactoris diaboli, mundi aut carnis, *Job*, 90, 2: *Et quondam vincti pariter sine molestia, non audierunt vocem exactoris.* Justi præcipuum studium, *Psalm.* I, 29, 1: *Quoniam ad te orabo, Domine, mane exaudies vocem meam.* Justus omni virtute pollet, V, 366, 1. Omne peccatum reprehendit, 377, 2: *Verbum mendax justus detestabitur; impius autem confundit, et confundetur.*

Justus crescere potest injustitia, V, 115, 2. Crescit sensim, 117, 1: *Justorum autem semita quasi lux splendens; procedit et crescit usque ad perfectam diem.* Justi crescunt ut sol, X, 32, 2. Justus semper desiderat fieri justior, XV, 146, 2: *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Per fidem justi fiunt justiores, XVIII, 79, 1. Justus semper crescit in sapientia et sanctitate, X, 158, 2: *Qui timent Dominum, invenient judicium justum, et justitias quasi lumen accendent.* Justi explorant modos Deo magis in dies placendi, VI, 354, 1: *Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam.* Justus laborat ut augeat vitam gratiæ et gloriæ, V, 292, 1: *Opus justi ad vitam: fructus autem impii ad peccatum.* Undequaque ansam se amplius justificandi captat, 259, 2: *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere.* Ex bonis propositis quæ mane concepit, semper quietus et jucundus est, 339, 2: *Bene consurgit diluculo, qui quærit bona; qui autem investigator malorum est, opprimetur ab eis.* Justus sit quasi Deus omnipotens, immutabilis, XX, 563, 1. Et ei similis, 564, 2. In cogitationibus et verbis constans, 167, 2. Exercet se assidue in operibus justitiæ et virtutis, 569, 1: *Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est sicut et ille justus est.* Justus addet manibus fortitudinem, *Job*, 377, 2; 378, 1: *Et tenebit justus viam suam, et mundis manibus addet fortitudinem.* Justi tenaces sunt virtutis, *Job*, 141, 2. Virtuti vicini sunt et familiares, V, 551, 2. Omnes in via virtutis occurrentes difficultates singillatim perfringunt, 463, 2: *Iter pigrorum quasi sepes spinarum; via justorum absque offendiculo.*

2° *Justorum humilitas, ejus motiva.* Primo. *Non certo sciunt se esse justos, et certo scire nequeunt se esse in gratia Dei*, VI, 56, 2: *Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato?* XVIII, 279, 1: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum;* XX, 535, 1: *Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observemus;* Job, 340, 2: *Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis; et cœli non sunt mundi in conspectu ejus. Quanto magis abominabilis et inutilis homo qui bibit quasi aquam iniquitatem?* Justus nescit an Deo placeant opera sua, 95, 1: *Quare misero data est lux?... Viro cujus abscondita est via, et circumdedit eam Deus tenebris?* 235, 1: *Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, et tædebit me vitæ meæ.* Justi quomodo certi sint de sua justitia, VII, 307, 2: *Et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit.*

Secundo. *Justus nemo compositus Deo*, Job, 115, 1: *Numquid homo Dei comparatione justificabitur, aut factore suo purior erit vir?* 218, 2: *Vere scio quod ita sit, et quod non justificetur homo compositus Deo.* Justus nemo plane, IX, 223, 1: *Non te justifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est.* Justus quomodo peccare non possit, XX, 570, 2 et seqq.: *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* Ad multos annos sine peccato mortali possunt esse, X, 29, 1. Ad tempus omnia peccata venialia sine speciali privilegio justus evitare potest, sed non diu, VI, 234, 2; XX, 136, 1: *In multis enim offendimus omnes;* 687, 2: *Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato, et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos... Soli Deo Salvatori nostro per Jesum Christum gloria et magnificentia, et imperium et potestas.* Aliquando peccet venialiter necesse est in genere, XV, 402, 1. Justus non peccat in omni opere bono, ut censent hæretici, VI, 56, 1; XI, 742, 1: *Facti sumus ut immundus omnes nos, et quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ.* Quomodo justi cadant septies, et resurgant, VI, 233, 1: *Ne insidieris, et quæras impietatem in domo justi, neque vastes requiem ejus, septies enim cadet justus, et resurget; impii autem corruent in malum.* Cadunt in leves noxas, 233, 2. Non sunt impeccabiles, 234, 1. Cur necesse sit ut justi aliquando peccent venialiter, VII, 271, 2: *Non est enim homo justus in terra qui faciat bonum, et non peccet.* Si in aliquod peccatum grave cadant, cito emergere conantur, VI, 235, 1. Cadentes in peccatum sunt velut fons pede conculcatus, 289, 1, 2: *Fons turbatus pede, et vena corrupta, justus cadens coram impio.* Justus in peccatum prolabens, res deploranda est, X, 16, 2: *In duobus contristatum est cor meum, et in tertio iracundia mihi advenit... Qui transgreditur a justitia ad peccatum, Deus paravit eum ad romphæam.* Justi aliquando animales sunt, XV, 245, 1. Defectus quotidianos non intelligunt, *Job*, 219, 2: *Si voluerit contendere* (homo) *cum eo* (Deo), *non poterit ei respondere unum pro mille.*

Tertio. *Justus ad bonum faciendum spirituali eget auxilio Dei.* Justus in omni actu meritorio actuali Spiritus sancti motione eget, V, 78, 2: *In*

omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos. Justi semper egent nova Dei misericordia, IX, 111, 2. Justorum auxilium a Domino, *Psalm.* I, 93, 1. Justorum clypeus, *Psalm.* I, 20, 1 ; *Psalm.* II, 59, 2. Justi timent et sperant, *Psalm.* I, 198, 1 : *Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super misericordia ejus.* Justi petunt in gratia Dei conservari, XVI, 562, 1 : *Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, et fiet vobis.* Justi omnem suam sanctitatem beatæ Virgini acceptam referunt, VI, 501, 2.

Quarto. *Quomodo se justi humilient.* Si quid per infirmitatem peccarint, statim se accusant et condemnant, V, 577, 1 : *Justus prior est accusator sui, venit amicus ejus, et investigabit eum.* Antequam alios accusent, seipsos increpant, *ibid.* Tegunt laudes suas, sed vitia detegunt, *ibid.* Justus peccata levia magna existimat, *Psalm.* I, 141, 2 : *Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo, multum est enim.* Si errati moneantur justi, ipsum agnoscunt, XI, 128, 2 : *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum; qui autem rectus est, corrigit viam suam ;* 233, 2. Aliæ eorum proprietates dum corripiuntur, 128, 2. In sua gloria si glorientur, pejores sunt improbo, improbitatem agnoscente, VI, 312, 2 : *Vidisti hominem sapientem sibi videri? Magis illo spem habebit insipiens.* Justum suam justitiam prædicare, quando præsumptio non est, *Psalm.* I, 97, 1 : *Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi,* etc. Justi sunt mansueti et humiles, V, 404, 1 : *In ore stulti virga superbiæ, labia autem sapientium custodiunt eos.*

3° *Justorum charitas.* Justi student obedientiæ et charitati, IX, 113, 2 : *Filii sapientiæ, ecclesia justorum; et natio illorum obedientia et dilectio.* Solet justus esse misericors, IX, 370, 2. Etiam vult impium salvare sibi insidiantem, V, 351, 1. Inter impios agentes, eorum domui benedicunt, VI, 107, 1 : *Excogitat justus de domo impii ut detrahat eos a malo.* Si quem peccantem videt justus, excusat, et secreto benigne corripit, 412, 2. Justi impios omnimodis convertere student, *ibid.* Quæ ipsos ad hoc rationes impellunt, *ibid.* Non invident peccatoribus gratiam et gloriam, imo mire de ea exultant, XVI, 212, 2. Quia a Deo accepti, hostias offerunt, non pro peccatis suis, sed spontaneas, ad gratiam ejus conciliandam, V, 412, 2 : *Stultus illudet peccatum, et inter justos morabitur gratia.* Sua commoda proximi commodis postponunt, 371, 1 : *Qui negligit damnum propter amicum, justus est.*

4° *Justorum prudentia in verbis.* Justus nil loquitur nisi præmeditatum et opportune, V, 310, 1, 2 : *Labia justi considerant placita, et os impiorum perversa.* Præmeditate respondet, 473, 2 : *Mens justi meditatur obedientiam ; os impiorum redundat malis.* Justi semper sancta et salutaria loquuntur quæ corde volvunt, V, 286, 2 : *Vena vitæ, os justi, et os impiorum operit iniquitatem ;* 297, 2 : *Argentum electum, lingua justi ; cor autem impiorum pro nihilo ;* 300, 1 : *Labia justi erudiunt plurimos.* Eorum lingua instar argenti, 298, 1. Constanter veritatem proloquuntur, 298, 2. Justus sapientiam ore proloquitur, 309, 2 : *Os justi parturiet sapientiam, lingua pravorum peribit.* Justus cur sapienter loquatur, *Psalm.* I, 236, 1 : *Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium.* Magnum verbis suis profectum facit, V, 310, 1. Est in verbis parcus, et in iis se accommodat discipulorum ruditati, et plura corde reservat quam ore proferat, *ibid.* Loquitur Deo placita, ideoque omnibus placet, 310, 2.

5° *Justorum mortificatio.* Justus corpus suum edomat et mortificat, et animæ suæ saluti consultum esse cupit, V, 326, 2; 327, 1. Qualem tamen corporis sui curam gerat, 356, 2. Justi refrænant suas cupiditates quæ sunt causæ peccatorum et perturbationum, 366, 2. Pacem animi rebus omnibus anteponunt, *ibid.* Eos delectat fuga mali et virtutis operatio, 393, 1. Justi voluntas pravis desideriis impenetrabilis, 359, 2.

6° *Justorum preces.* Eorum oratio quam sit potens et efficax, XX, 223, 1 : *Orate pro invicem ut salvemini, multum enim valet deprecatio justi assidua.* Eorum oratio clavis est cœli, IV, 278, 1. Oratio justi penetrat cœlos, X, 225, 2 : *Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, et deprecatio illius usque ad nubes propinquabit.* Et a Deo statim exauditur, 226, 2 et seq. *Et Dominus non elongabit, sed judicabit justos et faciet judicium, et fortissimus non habebit in illis patientiam.* Justorum preces semper exaudientur, *Psalm.* I, 206, 2: *Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum.* Justus imperat Deo, X, 468, 2: *An non in iracundia ejus* (Josue) *impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo ?* Justorum adhuc viventium preces possunt exposci, XII, 599, 1, 2.

7° *Justi sunt homines cœlestes, Job,* 702, 2. Habent proprietates cœli, *ibid.* : *Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt?* Dicuntur peregrini vitæ hujus, 457, 2 : *Interrogate quemlibet de viatoribus, et hæc eadem illum intelligere cognoscetis*; XIX, 478, 2 : *Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes et salutantes, et confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram.* Cœlestia desiderant, V, 359, 2. Ad beatitudinem cœlestem anhelant, 335, 1 : *Desiderium justorum omne bonum est : præstolatio impiorum furor.* Spectant bona et præmia cœlestia, 551, 2. Præponunt æterna temporalibus, VI, 336, 2. Res hujus vitæ, tam prosperas quam adversas parvi faciunt, 361, 1. Terrena omnia calcant pedibus, Deum spectantes, V, 526, 2.

III. Justorum dignitas. Justus solus viri nomen meretur, *Job*, 3, 1. Justorum sapientia, virtus,

dignitas, lætitia, felicitas, luci amplæ comparatur, V, 382, 2 : *Lux justorum lætificat; lucerna autem impiorum extinguetur.* Justi lucent ad instar Christi, XX, 71, 12. Justi sunt templum Dei, XVIII, 297, 1: *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo?* Justi anima est thronus, sedes et templum Dei, XVII, 86, 1. Ipsis datur Spiritus sanctus in propria persona, XIII, 297, 1, 2. Contrarium dicere error est, 298, 1. Quæ rei hujus ratio, *ibid.* Justi divinæ sunt consortes naturæ accidentaliter et substantialiter, XX, 411, 1, 2 : *Per quem* (Christum) *maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ.* Per gratiam justus fit Deus, XVII, 86, 1. Ipsi soli sunt viva membra Ecclesiæ XIX, 293, 2 : *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.* Quomodo sunt filii adoptionis et servi, XVIII, 551, 1 : *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.* Justus est inchoate prædestinatus, X, 171, 2. Justi sunt electi complete ad gratiam et justitiam, inchoate ad gloriam, XVIII, 24, 1. Justis non est lex posita, XIX, 181, 2: *Lex justo non est posita, sed injustis et non subditis, impiis et peccatoribus,* etc. Non sunt sub lege, sed supra legem, *ibid.*

IV. Justi quantum prosint civitatibus, regnis, rebuspublicis. Justus est fundamentum mundi, V, 305, 2 : *Quasi tempestas transiens non erit impius : justus autem quasi fundamentum sempiternum.* Mundo justus utilis est, injustus inutilis, 261, 2. Solo aspectu justitiam afflat, 262, 1. Ipsi sunt coagulum civitatis suæ, 490, 2 : *Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem.* Justi quasi columnæ rempublicam sustentant, XI, 666, 1. Ipsi sunt fulcra et bases urbium et regnorum, XX, 223, 1. Sua fiducia in Deum, subjugant urbes armis indomabiles, VI, 118, 2. *Civitatem fortium ascendit sapiens, et destruxit robur fiduciæ ejus.* Eorum felicitate omnes cives gaudent, V, 319, 2 : *In bonis justorum exultabit civitas, et in perditione impiorum erit laudatio.* Iis regnantibus florent regna et urbes, VI, 372, 2 : *In exultatione* (Syrus *in exaltatione*) *justorum multa gloria est; regnantibus impiis ruinæ hominum;* 389, 2 : *Cum surrexerint impii, abscondentur homines ; cum illi perierint, multiplicabuntur justi.* In sua opulentia sunt benefici, V, 319, 2. Si sint opulenti, civitatibus mirifice prosunt, 320, 1. Et eorum benedictio eas a malis tuetur, *ibid.* Eas suis monitis, consiliis, exemplis tuentur, *ibid.* Tuentur causas pauperum, VI, 414, 2. Gaudent cum justitia administratur, 110, 2 et seq.: *Gaudium justo est facere judicium et pavor operantibus iniquitatem.* Amant justos judices, 331, 1: *Viri sanguinum oderunt simplicem; justi autem quærunt animam ejus.*

V. Justorum felicitas et merces. 1° *In hac vita.* Primo. *Omnia prospera eis evenient.* Justi timentis Deum bona, *Psalm.* I, 141, 2 et seq.: *Quis est homo qui timet Deum, legem statuit ei in via quam elegit? Anima ejus in bonis demorabitur, et semen ejus hæreditabit terram.* Quomodo mala justis non occurrant, X, 164, 1 : *Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, et liberabit a malis.* Justis omnia quæ aggrediuntur, bene cedunt, XIV, 445, 1, 2 : *Nunc autem non juxta dies priores ego faciam reliquiis populi hujus, dicit Dominus exercituum; sed semen pacis erit : vinea dabit fructum suum, et terra dabit germen suum, et cœli dabunt rorem suum.* Justi pro se habent Deum vigilantem, *Psalm.* I, 206, 2. A Deo proteguntur, idque triplici custodia, X, 202, 2; 203, 1 : *Timentis Dominum beata est anima ejus. Ad quem respicit, et quis est fortitudo ejus? Protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, et umbraculum meridiani. Deprecatio offensionis, et adjutorium casus, exaltans animam, et illuminans oculos, dans sanitatem, et vitam, et benedictionem.* Justi peculiariter a Deo respiciuntur, *Psalm.* I, 199, 1, 2 : *Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super misericordia ejus.* Justos perpetuo respicit Deus, *Psalm.* I, 206, 2. Eorum recordatur Dominus, V, 281, 1. Iis Deus prope est, non peccatoribus, 475, 1 : *Longe est Dominus ab impiis, et orationes justorum exaudiet;* XI, 652, 1, 2. Eorum opera quot modis dicantur esse in manu Dei, VII, 304, 2 et seq.: *Sunt justi et sapientes, et opera eorum in manu Dei.* Diriguntur a Deo, VI, 75, 2 : *A Domino diriguntur gressus viri : quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Eorum opera a Deo prosperantur, V, 317, 1 : *Justitia simplicis diriget viam ejus, et in impietate sua corruet impius.* Justos Deus servat, *Job*, 119, 1. Portantur manu Dei septempliciter, VIII, 328, 1 : *Justorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.* Sunt in terra ceu germen plantationis Dei. Item opus manuum Dei ad glorificandum, XI, 713, 1 : *Populus autem tuus omnes justi, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.* Propter justos omnia creata sunt, V, 487, 1, 2. Habent dominium rerum et opum totius mundi proprium et velut naturale, 526, 2 : *Justus comedit, et replet animam suam : venter autem impiorum insaturabilis.* Eis omnes creaturæ serviunt, *ibid.*, 2. Justis in Ecclesia omnia serviunt, viamque ad Deum suavem faciunt, XII, 454, 2 ; *Obumbraverunt et sylvæ, et omne lignum suavitatis Israel ex mandato Dei.* Justis ab ipso Deo temporalia subministrantur, *Psalm.* 1, 204, 2 : *Timete Dominum omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum.* Affluunt bon s

omnigenis, V, 280, 1, 2 : *Benedictio Domini super caput justi; os autem impiorum operit iniquitas.* Sunt ob operationem suam in rerum copia et gaudiis, VI, 121, 2 : *Tota die concupiscit* (piger) *et desiderat*; *qui autem justus est, tribuet et non cessabit.* Justi fiunt divites et honorati, V, 392, 2: *Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam*; *qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.* Bene beateque vivunt in hoc sæculo, 118, 2 : *Qui sequitur justitiam et misericordiam, inveniet vitam, justitiam et gloriam.* Quod oleum in eorum domo abundet, 117, 1, 2 : *Thesaurus desiderabilis, et oleum in habitaculo justi*; *et imprudens homo dissipabit illud.* Quo sensu justus, comedendo satiet animam suam, et quare, 400, 1. Justi obtinent opes impiorum, *Job*, 128, 1 : *Cujus messem famelicus comedet, et ipsum rapiet armatus, et bibent sitientes divitias ejus.* Sæpe sunt hæredes impiorum, V, 395, 2 : *Bonus relinquitur hæredes filios, et nepotes*; *et custoditur justo substantia peccatoris.* Justorum prosperitas diuturna, iniquorum brevis, *Psalm.* I, 234, 1, 2 : *Novit Dominus dies immaculatorum, et hæreditas eorum in æternum erit, non confundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur.* Quotidie justus in bonis animi et corporis corroboratur, hinc omnia adversa transcendit, V, 451, 1, 2 : *Domus justi plurima fortitudo, et in fructibus impii conturbatio.* Justi dotantur tunc temporalibus, tunc spiritualibus bonis, subinde tamen illis carent, 101, 2 : *Egestas a Domino in domo impii, habitacula autem justorum benedicentur.* Justi non pereunt fame, I, 273, 2: *Non affliget Dominus fame animam justi, et insidias impiorum subvertet; Job*, 144, 2; 145, 1. 146, 2 : *In fame eruet te de morte, et in bello de manu gladii.* Eos sæpe miraculose aluit Deus in Novo Testamento, V, 273, 2. Justum non perire, quomodo intelligendum sit, *Job*, 105, 1, 2 : *Recordare, obsecro te; quis unquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt?* Justo melius est modicum, quam ingentes divitiæ peccatoris, *Psalm.* I, 233, 2 : *Melius est modicum justo, super divitias peccatorum multas.*

Secundo. *Justorum juge gaudium, serenitas, securitas.* Justorum oculi sunt sereni, læti, hilares, V, 551, 1. Justus semper in lætitia est, 458, 2 : *Omnes dies pauperis, mali : secura mens quasi juge convivium.* Semper jubilare potest, X, 341, 2 : *Timor Domini sicut paradisus benedictionis, et super omnem gloriam aperuerunt illum.* Cur justi in perpetuo gaudio agunt, VI, 111, 1 : *Gaudium est justo facere judicium, et pavor operantibus iniquitatem.* Justi exultatio qualis, *Psalm.* I, 214, 2 : *Anima autem mea exultabit in Domino, et delectabitur super salutari suo.* Justi Deum semper laudant, *Psalm.* I, 202, 1. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo.* Justis quantum gaudium, *Job*, 216, 1 : *Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, et labia tua jubilo.*

Tertio. *Qualiter justi in terra probentur, et in adversis feliciter se habeant.* 1° Justi sæpe in hac vita affliguntur, V, 366, 2 : *Non contristabit justum quidquid ei acciderit : impii autem replebuntur malo.* Sæpe pro impiis et per impios affliguntur, VI, 116, 2 : *Pro justo datur impius, et pro rectis iniquus.* Pro eorum delictis luunt impii, sed in particulari, aliqui justi pro illis pœnas dant, 115, 2 et seq. Justos Deus exercet durius, XIX, 500, 1 : *In disciplina perseverate ; tanquam filiis vobis offert se Deus : quis enim filius, quem non corripit pater?* Permittente Deo, plerumque sunt pauperes, V, 461, 2. Justi ab impiis ludibrio habentur, *Job*, 589, 1, 2. Justus circumvenitur, dum arguit peccatorem, 458, 2.

2° Cur hic justi a Deo affligantur, V, 503, 2; 518, 1. Iis quatenus et quare ærumnæ inferantur et flagella, X, 329, 1, 2. In hac vita ob leves noxas subinde graviter castigantur, V, 343, 2 : *Si justus in terra recipit, quanto magis impius et peccator.* Justi tribulatione probantur, 524, 1 : *Sicut igne probatur argentum, et aurum camino, ita corda probat Deus.* Justi a Deo quasi in clibano coquuntur, II, 17, 1. Probantur ut aurum, *Job*, 488, 2: *Ipse vero scit viam meam, et probavit me quasi aurum quod per ignem transit.* Justus tribulatione agitur, coquitur, probatur, purgatur, seligitur, albescit et splendescit, XIII, 156, 2 : *Et de eruditis ruent, ut conflentur, et eligantur, et dealbentur usque ad tempus præfinitum.* Justi per multas velitationes exercentur, XX, 129, 1. Justis nihil mali advenit, nisi ex certa Dei præscientia et voluntate, ad eum vel a vitiis purgandum, vel in virtute perficiendum, IV, 278, 1.

3° Eorum patientia et magnanimitas in adversis, ad utramque fortunam commodos et benevolos se præbent, V, 370, 2. Justorum verorum et factorum in rerum temporalium penuria et jactura discrimen, XI, 675, 2. Justi veri, saltem supernaturaliter, nunquam sunt infortunati, I, 302, 1. In animi serenitate mundi hujus molestias et adversa facile excutiunt, V, 382, 1; 465, 1 : *Iter pigrorum quasi sepes spinarum; via autem justorum absque offendiculo.* Nil timent, X, 201, 1: *Qui timet Dominum, nihil trepidabit, et non pavebit, quoniam ipse est spes ejus*, XV, 234, 2. Nullis adversitatibus aut terroribus moventur, V, 348, 1 : *Non roborabitur homo ex impietate, et radix justorum non commovebitur*, 536, 1. Justus est intrepidus, 284, 1, 2 : *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.* Semper est securus, 459, 1, 2. Justus est quadrato lapidi similis, 305, 2 : *Quasi tempestas transiens non erit impius : justus autem quasi fundamentum sempiternum.* Est quasi cubus, XIX, 58, 1. Justi etiam in bello tuti sunt, *Job*, 145, 2. Confidenter suas victorias enarrant, VI, 360, 1, 2 et seqq. : *Fugit impius, nemo persequente;*

justus autem quasi leo confidens absque terrore erit; IX, 588, 2 : *Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet, sic et qui in præceptis Dei permanebit semper.* Eorum et leonis analogiæ, VI, 362, 1. In tentatione et calamitate manent firmi, V, 304, 2; 309, 2 : *Justus in æternum non commovebitur : impii autem non habitabunt super terram.* Omnem cladem superant, 305, 1. In adversis crescunt iis animi, 362, 2. Omnes tribulationes æquo animo ferunt, 366, 2. Quia res omnes hujus mundi parvi æstimant, *ibid.*

4° Tribulationes amant et in iis gaudent, IX, 636, 2. In adversis Deo gratias agunt, necessitate probantur, IV, 274, 1, 2 : *Immobilis* (Tobias) *in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.* Tribulationem expetunt, quia ea probantur, X, 23, 1, 2 : *Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis.* Patiuntur, ut in virtute perficiantur, III, 383, 2. Tacent in judicio iniquo, *Job*, 308, 2 : *Quis est qui judicetur mecum? veniat : quare tacens consumor?* Justi solatium ex tribulationibus capiunt, *Psalm.* I, 24, 1 : *Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi.*

5° Unde justorum patientia, magnanimitas, gaudium in adversis. Eos roborat virtus et sanctitas, V, 309, 1. Omne robur habent in mente voluntate Dei armata, VI, 362, 1. In tentatione et calamitate confidunt ob spem opis divinæ, 362, 2. Justis spes est tutissima domus, *Psalm.* I, 26, 2 : *In pace in idipsum dormiam et requiescam.* Currunt ad Deum quasi ad arcam in tribulatione, V, 569, 2 : *Turris fortissima nomen Domini : ad ipsum currit justus, et exaltabitur.* Justos de tribulatione quomodo liberat Deus, *Psalm.* I, 24, 1 ; 207, 1 : *Juxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit. Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus.* Liberantur a malo quod falso testimonio illis paratur, VI, 123, 2. Eos lingua calumniatrix illustrat et exornat, X, 59, 1 : *Perseverantia illius* (linguæ nequam) *non permanebit; sed obtinebit vias injustorum et flamma sua comburet justos.*

6° Peculiari providentia a Deo proteguntur contra impiorum conatus. Quare iis Deus opposuerit peccatores, X, 176, 1 : *Contra malum bonum est, et contra mortem vita; sic et contra virum justum peccator.* Justi non habent alios inimicos, nisi impios, *Psalm.* I, 379, 1 : *Eripe me de inimicis meis, Deus meus, et ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum salva me*; Psalm. II, 347, 2. Justorum magna tentatio est prosperitas iniquorum, et quomodo superetur, *Psalm.* I, 232, 1 : *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitias.* Justi non multum debent formidare insidias impiorum, *Psalm.* I, 233, 1 : *Observabit peccator justum, et stridebit super eum dentibus suis; Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quod veniet dies ejus.* Justi contra persecutiones defensio est oratio, *Psalm.* I, 215, 2 : *Ego autem, cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Humiliabam in jejunio animam meam, et oratio mea in sinu meo convertetur.* Eorum radix et justitia, Deo protegente, contra conatus impiorum invalescit, V, 359, 1 : *Propter peccata labiorum ruina proximat malo : effugiet autem justus de angustia.* Deo protegente, justus laqueos impiorum evadit, 315, 2; 319, 1, 2 : *Justus de angustia liberatus est; et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum; justi autem liberabuntur scientia.* Item sua prudentia, 316, 2; 359, 2. Justi opes tutæ sunt ab impiorum insidiis, 359, 2. Justi iniquos deridert, *Job*, 147, 1 : *In vastitate et fame ridebis, et bestias terræ non formidabis.* Interdum justus per fugam invidiam potest declinare, I, 308, 1. Justus quomodo lavare manus suas dicitur in sanguine peccatoris, *Psalm.* I, 375, 1, 2 : *Lætabitur justus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.*

Quarto. *Justi diu in terra vivunt, et vitam felici morte obsignant.* Justus meretur vitam longam, et postea beatam æternitatem, V, 342, 2 : *Fructus justi lignum vitæ*; 374, 2 : *De fructu oris sui homo satiabitur bonis.* Diu in mundo vivet, 309, 2 : *Justus in æternum non commovebitur; impii autem non habitabunt super terram.* Cur diu vivere dicatur, 304, 2 : *Quasi tempestas transiens non erit impius : justus autem quasi fundamentum sempiternum.* Fructus juventutis in bona senectute percipiet, 374, 2. Mortem non timet, 316, 2. Sperat in morte sua, cur, 440, 1, 2 : *In malitia sua expelletur impius; sperat autem justus in morte sua.* Hic a morte nunquam occupatur, XVII, 433, 2. Quacumque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, IV, 458, 1. Post mortem Justi vivunt Deo, *Job*, 367, 2. Post mortem transeunt ad gloriam, V, 316, 2. Justorum mors qualis, *Psalm.* I, 208, 1, 2 : *Redimet Dominus animas servorum suorum, et non delinquent omnes qui sperant in eo.* Eorum claritas magis in tenebris mortis elucescit, VI, 71, 2 (*Vide* MORS JUSTORUM).

Quinto. *Justi in suis filiis redivivunt et beati sunt.* Justus semper virtutis suæ imitatores progignet, V, 340 2. Justorum genus est prosapia virtutis, IX, 113, 2 : *Filii sapientiæ, Ecclesia justorum : et natio illorum obedientia et dilectio.* Justus felicem et copiosam post se posteritatem relinquet, 347, 2. Justorum domus et familia semper efflorescit, 416, 1 : *Domus impiorum delebitur; tabernacula vero justorum germinabunt.* Eorum hæredes sunt filii et nepotes, non extranei, 395, 2 : *Bonus relinquit hæredes filios, et nepotes; et custoditur justo substantia peccatoris.* Eorum filii Deo etiam sunt curæ et beati, VI, 52, 2 et seq. : *Justus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.* Ejus posteri in suis domibus multis annis firmi agent, 399, 2.

2° *Justorum felicitas post mortem.* Eorum opus et fructus operis est certus, stabilis, fidelis, V, 328, 2: *Impius facit opus instabile, seminanti autem justitiam merces fidelis.* Justi sunt in eo similes apibus, *ibid.* Merito operum mercedem a Deo reposcere possunt, XIX, 312, 2: *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex.* Vitam æternam merentur ex condigno, *Psalm.* I, 152,1,2: *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini, et visitem templum ejus.* Per quam scalam in cœlum ascendunt, V, 562, 2. Fabricando bonum virtutis fabricant sibi bonum gloriæ cœlestis, 427, 1. Justus quomodo vix salvetur, et cur, XX, 371, 1, 2 et seq.: *Et si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt?* Justorum diversi sunt gradus quoad gloriam, XIII, 169, 2. Eorum dignitas est quod cœlo decorem afferant, V, 308, 2. Expectatio justorum lætitia: *Spes autem impiorum peribit.* Justorum saturitas in cœlo, XV, 147, 1.

Justos qui in fine mundi vivent, ignis conflagrationis mundi expiabit, XX, 478, 1. Justi non soli resurgent, XIII, 169, 1, 2. In die judicii Christum benevolum experientur, V, 498, 2: *Indignatio regis, nuntii mortis; et vir sapiens placabit eam.* Lucebunt in judicio, *Job*, 280, 2: *Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum.* Omnes in judicio universali judicabunt infideles et impios judicio non proprie dicto, VII, 339, 1: *Judicabunt nationes, et dominabuntur populis.* Proprie vero martyres suos reges et judices a quibus inique judicati sunt, 339, 2; 379, 1: *Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum.* In die judicii impios condemnabunt a quibus vexati; pios, qui sibi compassi, glorificabunt, X, 43, 2. Subsannabunt impios in judicio, *Job*, 475, 1: *Videbunt justi, et lætabuntur, et innocens subsannabit eos.* Justi non gaudent proprie de interitu impiorum, sed de triumpho justitiæ Dei, *ibid.* Justorum memoria est perennis, X, 264, 1: *Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt.* Eorum natalis communis lætitia, XVI, 43, 2 (*Vide* BEATI, CŒLUM, GLORIA CŒLESTIS, JUDICIUM, RESURRECTIO, SANCTI).

JUSTUS (S.). S. Justus, Lugdunensis episcopus, quare relicto episcopatu in eremum Ægypti concesserit, II, 386, 2,

JUSTUS ORGELITANUS. Justus Orgelitanus quo tempore floruerit, VII, 463, 2.

JUVENIS, JUVENTUS (*Vide* ADOLESCENS, ADOLESCENTIA.

K

KAPPA. Kappa tria pessima quid sit, XIX, 325, 2.

KEMNITIUS. Kemnitius immerito Vulgatam carpit, XX, 616, 2. Kemnitii hæretici in Sacramenta Ecclesiæ calumnia, XXI, 312, 2. Kemnitius Concilium Tridentinum reprehendit, quod Pontificem doceat in voto et legibus dispensare posse, XVIII, 277, 1.

KEVAN et KIUN. *Kevan* et *Kiun* quale sit idolum, XIII, 589, 2; 590, 1. Idem est quod *Rephan*, eo quod idolum hoc primitus cultum ab Ismaelitis et Persis, eorum lingua dictum sit *Kivan*, vel *Kevan*, quam deinde vocem Hebræi dixerunt *Rephan*, 590, 1. Sed doctiores retinuere *Kevan*, vel mutarunt in *Kiun*, *ibid.* et 2.

KILIANUS (S.). S. Kiliani corpus in equili ab equis honoratum, XI, 107, 1.

KITTIM. *Kittim* Cyprum et quasvis insulas significat, XIII, 155, 1, 2.

KOSAKI. Kosaki et Hiberni cur ante pugnam se vino adusto repleant, XIV, 481, 2; XVII, 92, 2.

L

L. L sæpe mutatur in R et in alias litteras, XV, 173, 2.

LABAN. Laban persequitur Jacobum, I, 309, 1. Quid dicat Jacobo invento, et de inito pacto, *ibid.* et seqq. An coluerit idola, 311, 2. Jacobum eludere putabat, oves separando, 303, 1, 2. Ejus injustitia, 304, 1. Laban Jacobum circumvenire studens, suis dolis est circumventus, VI, 371. 1. Laban fuit patrumfamilias speculum octuplex, I, 258, 2.

LABARUM. Labarum Constantini quid, et unde sic dictum, VII, 559, 2. Qualem characterem præferret, XXI, 261, 2.

LABIUM. 1° Labia sunt linguæ claustra, VI, 293, 2. Labiorum tria ornamenta, VIII, 41, 2 et seq. Labia Jobi cur integra relicta sint, *Job*, 408, 2. Labia cur statim gaudium ac mœror occupet, XIV, 264, 1.

2° Labium unum electum quomodo attulerit Christus suo in orbem adventu, XIV, 303, 1, 2. Labium electum quod sit, *ibid.* Labia Christi ut lilia ob sex analogias. VIII, 127, 2. Labium reflexum mensarum est tropologice examen operum, XII, 801, 1. Labiorum signaculum est dicendorum præmeditatio, IX, 593, 1. Labia moderans quan-

tum: inde boni colligat, et non moderans, quantum mali, 599, 2. Labia contorquens non vult agere sincere, sed decipere, V. 512, 1, 2. Ea mordere signum est perfectæ perversitatis, 225, 2 et seq. Labia dolosa execranda, *Job*, 408, 2 (*Vide* LINGUA, LOQUACITAS).

LABOR, LABORARE. I. VARIÆ VOCIS *laboris* ACCEPTIONES ET SYMBOLA. — Labor præter significationem nativam, molestiam etiam significat, V, 509, 2 et seq. Item fraudem, iniquitatem, injuriam, VI, 215, 1. *Laboris* nomine in Scriptura dicitur omne peccatum, et maxime vis et injuria, cur, XIV, 202, 1. Labor charitatis quis sit, XIX, 116, 1. Labor omnis quomodo sit in ore hominis, VII, 227, 1, 2. Laboris symbolum bos est, V, 405, 1; XII, 578, 1. Laborem perpetuum quomodo pingerent Ægyptii, XII, 508, 2; 578, 1.

II. LABORIS NECESSITAS. Deus ab initio creavit hominem ad laborandum, *Job*, 130, 2 : *Homo nascitur ad laborem et avis ad volatum.* Etiam ante peccatum homo creatus est ad operationem, *ibid.* Post peccatum damnatus fuit ad laborem et dolorem, 130, 2; 131, 1: Labor post lapsum homini præcipitur ut pœna, I, 109, 1, 2. *Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo : in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.* Labor homini est pœna post peccatum, V, 509, 1, 2. Laborandum est ut quæratur victus, *ibid.* : *Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum*, VI, 461, 2. Labor labores parit, et hi labores sunt catenati, XIII, 482, 2. Labores sunt justi compedes, *Job*, 491, 1. Laborare debent qui edere et ditescere volunt, V, 404, 2 : *Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est : ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.* Non laborans non manducet, XIX, 170, 2 : *Hoc denuntiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet.* Labor a Cyro rege Persarum commendatus, IV, 206, 2. Gnomæ de labore, XII, 578, 2.

Laborandum est a prima adolescentia, V, 158, 2; VI, 244, 1 : *Præpara foris opus tuum et diligenter exerce agrum tuum, ut postea ædifices domum tuam.* Labor juvenum est, IX, 672, 2 : *Quæ in juventute tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies?* Laborandum est quamdiu vivimus, VI, 505, 2. Labores fidelium non finiuntur nisi cum vita, XX, 375, 1.

III. LABORIS COMMODA, FRUCTUS, SIMULQUE MOTIVA AD EUM STRENUE SUSCIPIENDUM. — 1° *Laboris fructus temporales*, IX, 232, 1 : *Non oderis laboriosa opera, et rusticationem creatam ab Altissimo.* Labor suapte natura lucrum aliquod parit, V, 428, 2 : *In omni opere erit abundantia; ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.* Labor parit opes, imperium et bonorum operum abundantiam, V, 161, 2 et seq.: *Manus fortium dominabitur; quæ autem remissa est, tributis serviet*; 372, 1: *Non inveniet fraudulentus lucrum, et substantia hominis erit auri pretium*; VI, 23, 1 : 60, 2 : *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat; aperi oculos tuos, et saturare panibus.* Laborans laborat sibi, id est animæ et corporis bono, V, 510, 2 : *Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum.* Laborans satiabitur panibus, deses conficietur inopia, VI. *Qui operatur terram suam, saturabitur panibus; qui autem sectatur otium, replebitur egestate.* Labor continuus omnes difficultates occurrentes evincit, VI, 249, 1, 2. Laborando fimus valentiores corpore et spiritu, 225, 1. Laboriosa sunt pretiosa, VII, 108, 1. Labore parta studiosius servantur, 72, 2. Labore parta non tam cito depereunt, V, 384, 2 et seq.: *Substantia festinata minuetur; quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.*

2° *Laboris fructus spirituales.* Primo. *Laboris dignitas et gloria*, V, 428, 1 : *In omni opere erit abundantia; ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas*; XII, 578, 1. Labor est gloria animæ ejusque dignitati congruus, IX, 324, 2: *Melior est qui operatur, et abundat in omnibus, quam qui gloriatur, et eget pane. Fili, in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum.* Labor proprius nobilitat, non labor avorum, V, 354, 2 : *Melior est pauper et sufficiens sibi, quam gloriosus et indigens pane.* Laborans sibi sufficiens melior et nobilior est splendido et egente domi, 353, 2 et seq. Labor tenuium potior est otio inerti divitum, 291, 2 : *Opus justi ad vitam, fructus autem impii ad peccatum.* Laboriosus vocari potest vir robustus, VI, 98, 2: *Cogitationes robusti semper in abundantia, omnis autem piger in egestate est.*

Secundo. *Labor virtutes parit.* Labor concupiscentiæ minuendæ conducit, V, 509, 1. Labore parandæ sunt virtutes, 291, 1. Virtutem et sapientiam parit, V, 157, 1 ; IX, 404, 2 : *Vestigium cordis boni, et faciem bonam difficile invenies, et cum labore.* Labor omnia vincit, V, 59, 1: *Si quæsieris eam* (sapientiam) *quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies*; VI, 461, 2. Labore modico sapientia paratur, X, 559, 2: *Inclinavi modice animam meam, et excepi illam* (sapientiam). Labor lætitiam parit, *Job*, 536, 2. Labor est lux mentis, 694, 2 : *In manibus abscondit lucem, et præcipit ei ut rursus adveniat. Annuntiat de ea amico suo, quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere.* Labor continuatus dulcescit, V, 158, 2. Hujus vitæ felicitas in honestis laboribus sita est, *Job*, 131, 1. Labor conjunctus cum voluptate, *ibid.*, 2.

Tertio. *Labore emitur cœlum*; VI, 501, 1, 2: *Posside sapientiam, quia auro melior est ; et acquire prudentiam, quia pretiosior est argento.* Laborandum in hac vita, ut in altera gloriæ opes comparemus, 291, 1; 376, 2 et seq. : *Vult et non vult*

piger : anima autem operantium impinguabitur. Laborandum hic, ut postea accipiamus præmium, 422, 2 : *Seminale vobis in justitia, et metite in ore misericordiæ, innovate vobis novale.* Laborum finis gloriosus, *Job*, 131, 2. Labor est via ad gloriam, VIII, 509, 2 et seq. *Certamen forte dedit illi ut vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia.* Per labores ad magna præmia pervenitur, XVIII, 446, 1, 2 : *Id enim, quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Labore modico beatitudo perennis paratur, X, 568, 1 : *Videte oculis vestris, quia modicum laboravi, et inveni mihi multam requiem.* Labores compensantur in cœlo, *Job*, 274, 1. Labores spe quietis cœlestis subeundi sunt, XX, 376, 2 et seq. Labores pro Deo videntur carbones, sed sunt carbunculi, XI, 178, 1. Labor omnis brevis est, X, 33, 2. Labor qui in hac vita pro Deo subitur, brevis est, XXI, 412, 1 : *Ecce venio cito, et merces mea mecum est.*

IV. Quomodo laborandum. — Labor quisnam eligendus, VII, 68, 1. Labor et cibus invicem attemperari debent, X, 130, 2. Labor cibum præcedere debet, non subsequi, *ibid.* Labor moderandus est, nec nimius assumendus ad opes congerendas, sed qui sufficiat ad victum lucrandum, V, 509, 2 (*Vide* Otium, Pigritia).

LABRATUM. Labratum vocatur osculum, unde, VI, 243, 1.

LABRUM. Labrum æneum ad quid erat in atrio tabernaculi, I, 714, 1, 2. Huic simile vas fuit in templo Salomonis, *ibid.* Mystice significat pœnitentiam, *ibid.* Ex speculis mulierum fuit factum, 754, 1, 2, Quid hoc tropologice designet, 714, 2.

LABRUSCA. Labrusca vitis agrestis, qualis, XI, 153, 2.

LAC, LACTARE. 1° Lac est sanguis concoctus, et primum infantis nutrimentum, V, 36, 1. Quod lac præstantissimum, *ibid.* Lactis proprietates, XX, 277, 2. Lac cibus naturalis est et homini quasi coævus, X, 317, 1. Lacte vescebantur prisci, non carne, VI, 358, 1. Lac post vinum est venenum, vinum post lac optabile, VIII, 92, 1. Lac caprinum quam sit stomacho salubre, XII, 547, 1. Lac pro vino albo sumptum, VIII, 92, 1. Lac dabatur sapientiæ discipulis initiandis in Ægypto a vase in modum mammæ femineæ, V, 253, 1. Lac e virorum uberibus aliquando expressum, VII, 473, 2. Lac e cervice Pauli recisa manavit, XVII, 8, 1; XVIII, 11, 2.

2° Lactis et mellis nomine quid denotetur, *Job*, 431, 1. Quid lacte denotet Apostolus, XVIII, 267, 1, 2. Lac est symbolum innocentiæ et candoris morum, X, 317, 2. Lac symbolum est puræ et simplicis doctrinæ, V, 36, 1. Lac symbolum est maternitatis, XI, 203, 1. Lac est symbolum innocentiæ et insaniæ, XVIII, 268, 1. Lac denotat pastorum stipendium, 740, 1. Lac rationabile quod dicitur, XX, 277, 1. Lac et mel olim dabatur recens baptizatis, XVIII, 268, 1; XX, 277, 2. Lac quam varia significet, XX, 278, 2. Lac est etiam Christi divinitas, VIII, 92, 1. *Lactare* quid proprie sit, et unde derivetur, XIII, 311, 2. *Lactare* per metaphoram est *inescare, decipere*, V, 36, 1.

LACÆNÆ. Lacænæ erant validæ et fortes, VI, 489, 1. Lacænarum quarumdam constantia in morte filiorum, II, 200, 1; XII, 680, 1, 2. Lacæna clypeum filio imponendo quid intenderit, IV, 457, 1. Lacænæ maritos captivos mutato cum eis habitu liberarunt, V, 371, 2. Lacæna quædam servire jussa, se liberam professa est, X, 189, 2. Lacænæ mulieres cur in regum suorum justis pulsitarent ollas per urbem discurrentes, XII, 675, 2. Lacænæ virgines aperta facie, nuptæ velata, prodibant, XVIII, 356, 1.

LACEDÆMONII, LACONES, SPARTA, SPARTANI, SPARTIATÆ. 1° Spartiatæ qui et quales, IV, 476, 1. An sint prognati ex Abraham per Ceturam, 477, 1.

2° Lacedæmonii in puerorum institutione fuere singulares, V, 399, 2. Quid juventutem docerent, IV, 456, 2. Explorabant puerorum indolem, VI, 59, 1. Erant in liberorum castigatione severi, 159, 2. Spartani quomodo pueros ad laborem assuefacerent, XII, 394, 1. Furtum laudabant, XVIII, 653, 1. Laconum puerorum sufferentia, XX, 48, 2. Laconis cujusdam adolescentis generositas, XIII, 395, 2.

3° Lacedæmonii philosophiæ moralis perstudiosi fuere, IX, 4, 2. Eorum trichoria de ætate triplici, 266, 2. Lacones brevium et paucorum erant verborum, XX, 75, 1. Senes habebant in honore, V, 513, 2. Non erant adulteri, II, 215, 1, 2. Archilochi scripta impudica urbe exegere, XIX, 289, 1, 2. Mendicos habebant infames, et mendicitatem velut probrum, X, 443, 2. Non peregrinabantur, 81, 2. Suos in urbe sepeliebant, XVI, 119, 1. Comam alebant, II, 126, 2; XVIII, 357, 1.

4° Lacedæmoniis libertas chara fuit, qui mori maluere quam servire, I, 475, 1. Pro libertate omni ævo certarunt, IV, 476, 1. Lacedæmonii Xerxem adorare jussi, noluerunt adorare Xerxem, cur, 372, 2. Quomodo exceperint legatos Darii terram et aquam petentes, IV, 320, 2; XI, 396, 2. Etiam nunc cum Turca certant, arcemque suam a Turcis liberam servant, IV, 476, 1. Lacedæmonii in bello cur vestibus rubris uterentur, XIV, 428, 1. Eorum quod esset stemma, XII, 499, 1.

5° Lacedæmonii mire fuere concordes, V, 580, 2. Eorum consensus et unanimitas, XX, 320, 1. Erant inter omnes omnia æqualia, 97, 2. Eorum unanimitas civitati pro muro fuit, XIV, 303, 2.

6° Lacedæmone exulavit luxus vestium, XI, 144, 2. Spartani solis meretricibus floridas vestes concedebant, II, 88, 2; XIX, 204, 1. Sparta nec dives, nec pauper erat, ideo bene morata, VI, 433, 1. Lacedæmon stetit quamdiu aurum contempsit, IX, 304, 1; XII, 662, 2. Lacedæmonii per

nimias opes et luxum periere, XIX, 256, 2; 515, 2.

LACHIS. Lachis, urbs Juda, adventante Sennacherib, misit legatos cum muneribus ad Geth urbem Philistiim, XIV, 75, 2. Primo invasa est a Sennacherib, cultum idolorum prima suscepit, 75, 1.

LACINIA. Lacinia proprie quid sit, XII, 416, 1.

LACONISMUS. Laconismus, sive breviloquentia, signum est animi silentis et meditabundi, IV, 507, 1.

LACOPENUS. Lacopenus et Simeon Bulgarorum princeps inter se colloquentes aquilarum supervolantium indicio didicere pacem inter ipsos initam minime diuturnam fore, XII, 627, 1.

LACRYMÆ. 1° Lacrymæ infantibus prosunt ad robur, *Job*, 365, 2. Lacrymæ solent esse veræ doloris indices, V, 380, 2. Dum fictæ sint in viro, valde violentæ sint oportet, IX, 380, 2. Lacrymæ meretricum sunt fictæ, V, 380, 2.

2° Aquarum magna differentia, ita et lacrymarum, *Job*, 364, 2. Lacrymæ infertiles et vanæ, 365, 1. Lacrymæ malæ ac lethales, *ibid*. Lacrymæ indifferentes ac naturales, *ibid*. Lacrymæ bonæ ac potabiles, fertilesque quales, 364, 2. Lacrymæ voluntariæ, salutares, 365, 1. Quæ lacrymæ sint maxime laudabiles, 365, 2. Lacrymæ auditorum laudes sunt concionatorum, XVIII, 261, 1.

3° Christus ipse sæpe flevisse legitur, risisse nunquam, *Job*, 364, 2. Ter est lacrymatus in vita ex historia evangelica, XVI, 494, 1. Lacrymatus est Christus in morte Lazari, 493, 2. Lacrymæ Christi in morte Lazari quid nos doceant, X, 280, 2. Lacrymæ orantis Christi, XIX, 394, 2.

4° Lacrymarum sanctorum vis et gaudium, V, 413, 2 et seq.: *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus*. Eas Deus charas habet, *ibid*. Lacrymarum in oratione quanta sit vis, XX, 222 et seq. Lacrymæ addendæ orationi, XVI, 493, 2: *Et dixit* (Jesus): *Ubi posuistis eum? dicunt ei: Domine, veni et vide. Et lacrymatus est Jesus*. Lacrymarum donum undenam monachus quinam adeptus esset, XI, 424, 2.

Lacrymarum in pœnitente vis, XV, 593, 1: *Et egressus foras* (Petrus), *flevit amare*. Sunt opus satisfactorium, *ibid*. Lacrymarum ob peccata vis et efficacia apud Deum, XI, 81, 1: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte interfectos populi mei?* Earum fructus describitur, XII, 402, 1: *Divisiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei*. Lacrymæ et fletus quomodo peccata extinguant, 547, 2. Lacrymis copiosis Magdalena Christi pedes lavit, XVI, 123, 1. Lacrymæ pœnitentium sunt vinum angelorum, 122, 1; XVIII, 468, 2. Lacrymas non fundunt damnati, XV, 226, 2: *Ibi erit fletus et stridor dentium*. Lacrymis compunctionis et pœnitentiæ crescit justus, XIV, 363, 2. Lacrymas ab oculis beatorum quomodo abstergat Deus, XXI, 370, 1: *Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor*.

LACTANTIUS. Lactantius censuit animas sanctorum non esse visuras Deum ante diem judicii, XIX, 491, 1.

LACTUCA. Lactuca frigiditate sua libidinem corporis enervat, XII, 562, 1.

LACUNÆ. Lacunæ mystice sunt prædicatores lingua, non vita, XII, 853, 1.

LACUS. 1° Lacus sumitur pro *carcere*, XII, 261, I. Lacus novissimus quis dicatur, 404, 1. Lacus in quem Jeremias fuit conjectus, fuit lapide objectus, 404, 1. Lacus in quem Daniel a Dario Medo est conjectus, obsignatus fuit sigillo et regis et optimatum, cur, XIII, 81, 2. Lacus frequentes in Italia XXI, 329, 2. Lacus mirabilis juxta Neapolim canem exanimans et vivificans, XIV, 502, 1.

Lacus est etiam vas quo vinum prælo expressum excipitur, XV, 708, 1.

3° Lacus symbolice quis, *Psalm.*, I, 41, 2. Lacum Prophetæ vocant infernum et limbum, XIV, 460, 2.

LADÆ. Ladæ cursoris velocitas, XIII, 102, 2.

LADISLAUS. Ladislaüs Hungariæ rex sponsus vita excedit, IX, 310, 1.

LÆDERE, LÆSUS. Læditur omnis homo a seipso, V, 367, 1. Læsus injuria ad Deum solum respiciat, VI, 74, 1. Ejus panoplia et victoria quintuplex, *ibid*. et seq.

LÆNA. Læna amictus est auguralis, XII, 464, 2.

LÆTARE, LÆTITIA, LÆTUS. 1° *Variæ vocis* lætitiæ *acceptiones in Scriptura*; ejus symbola. Lætitia capitur metonymice pro *amplitudine* et *ubertate*, V, 383, 1. *Lætari in opere* quid sit, VII, 160, 1. Lætitia luce declaratur, V, 382, 2. Lucerna designatur, VI, 71, 2. Lætitiæ symbolum sol est, XXI, 37, 1. Lætitiæ symbolum calceus, XVIII, 680, 1.

2° *Quæ sit hujus vitæ et mundanorum lætitia*. Læta miscentur tristibus in hac vita, XIV, 414, 2. Læta et tristia invicem succedunt, IX, 355, 1; 356, 2. Lætitia sæculi non est pura, nec diu durabit, X, 103, 2. Lætitia impiorum fallax est, V, 382, 2: *Lux justorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur*. Lætantes in mundi voluptatibus in futuro lugebunt, XVI, 114, 2: *Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis*.

3° *Lætitia vera quæ sit, et quæ sint ejus causæ*, VII, 250, 1. Lætitia spiritualis in quo sita est, XVIII, 660, 2. Lætitia mentis Christianorum quatuor in rebus sita est. *Primo*, in remissione peccatorum; *secundo*, in timore et cultu Dei; *tertio*, in firma spe felicitatis æternæ; *quarto*, in amicitia et unione cum Deo, II, 175, 1, 2. Lætitia sanctorum in Domino, XIII, 47, 2. Lætitia maxima est pro Deo opprobria sustinere, XV, 152, 2: *Beati cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos.... Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis*.

Lætitiæ vera causa est Deo placere, VII, 315, 1: *Vade ergo, et comede in lætitia panem tuum*, e

bibe cum gaudio vinum tuum; quia Deo placent opera tua. Lætitia vera et solida in sanctitate consistit, et ex ea nascitur, X, 103, 2; 104, 2: *Jucunditas cordis hæc est vita hominis, et thesaurus sine defectione sanctitatis; et exultatio viri est longævitas;* 105, 2: *Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine, congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe expelle a te;* 558, 1, 2: *Et effloruit* (sapientia) *tanquam præcox uva, lætatum est cor meum in ea.* Lætitiæ causa est bona conscientia, V, 456, 2: *Cor gaudens exhilarat faciem; in mærore animi dejicitur spiritus.* Lætitia spiritualis signum est inhabitantis Spiritus sancti, XVII, 108, 2 et seq.: *Quotidie quoque perdurantes* (erant) *unanimiter in templo, et frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis.* Est comes individua puritatis, V, 459, 2 *Omnes dies pauperis, mali; secura mens quasi juge convivium.*

4° *Lætitiæ effectus et fructus.* Lætitiæ effectus, V, 547, 2; 548, 1: *Animus gaudens ætatem floridam facit; spiritus tristis exsiccat ossa;* VI, 11, 2. Qui fructus lætitiæ spiritualis, et media ad eam, II, 444, 2: *Comedetis in conspectu Domini Dei vestri, ac lætabimini in cunctis, ad quæ miseritis manum vos et domus vestræ.* Lætitiæ tres fructus, X, 103, 2; 104, 2. Ipsa est velut animæ vita, *ibid.* Est flos, decor, et quasi vita animæ, V, 547, 2. Est thesaurus indeficiens sanctitatis, X, 103, 2 et seq. Lætitia fovet et auget sanctitatem, 103, 2. Lætitia corroborat spiritus vitales, 104, 2. Facit hominem longævum, *ibid.* Lætitia ossa irrigat suo succo et medulla, 761, 2: *Videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt.* Lætitia per totum corpus redundat, V, 547, 2: *Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa.* Redundat ea ex corde in vultum, 547, 1, 2. Lætitia rei bonæ visæ vel auditæ corpus simul et animum recreat, V, 476, 1: *Lux oculorum lætificat animam; fama bona impinguat ossa.* Lætitia vehemens sæpe hominem emori facit, XIV, 264, 1. Lætitiæ spiritualis alia commoda, XX, 20, 1. Est optima omnium morborum medicina, V, 547, 1, 2. Lætitia spiritualis optimum est contra tentationes remedium, XV, 128, 1. Lætitia ad contemplationem mire confert, V, 456, 2. Lætitia spiritualis est quidam cœli prægustus, XX, 253, 1. Lætitia christiana quam sit utilis et facilis, XIX, 60, 1: *Gaudete in Domino semper; iterum dico, gaudete.*

5° *Quæ sit Christiani in lætitia agendi ratio.* Lætitiam animi celat sapiens, V, 413, 1. Lætitia præferenda est in omni opere bono, XV, 196, 1 (*Vide* Gaudium, Tristitia).

LÆVA. Lævæ manus varia symbola, ut et dextræ, VII, 565, 2 et seq.; 567, 1 (*Vide* Dextera).

LÆVINUS. Lævinus Lemnius quædam habet censura digna, X, 272, 1.

LAGANA. Lagana sunt liba tenuia, II, 17, 2.

LAGENA. Lagena fictilis Gedeonis est imago Christi, XI, 229, 1, 2.

LAGUNCULA. Laguncula denotatur Judæorum ebrietas, mensura supplicii, capita, dispersio, XII, 113, 2.

LAICI. 1° *Quæ laicis vetita ut laicis.* In veteri lege, laicorum atrium erat duplex: virorum unum, alterum feminarum, XII, 781, 1. Laicorum atrium describitur, vocaturque basilica grandis, 780, 2. Sanctum non ingrediebantur, X, 558, 1.

Laici sub nova lege non sunt omnes sacerdotes proprie dicti, sed mystici, XX, 286, 1, 2. Laicorum proinde non est ordinandis, sive episcopis, sive presbyteris manus imponere, XVII, 295, 1; XIX, 233, 1. Prædicare non debent, XVIII, 239, 1. Quatenus laicis vetita sit Scripturæ cognitio et explicatio, XI, 264, 1. Laici non debent excommunicare, XVIII, 286, 1. Nec ab excommunicatione absolvere, 427, 1. Nec judicare de doctrina religionis, 396, 1. Eorum non est de fide sua cum hæreticis disputare, XX, 331, 2. Iis in reconciliatione, et ad humilitatem, etiam confitendum, 219, 2. Non vero sacramentaliter, 220, 1. Audientes confessionem et absolventes an fiant irregulares, 220, 2. Laico sufficit una species Eucharistiæ, cur, XV, 558, 1; XVI, 404, 1; XVII, 106, 1. Olim subinde sub utraque communicabant, XVI, 405, 1. Sub una specie etiam bibunt sanguinem Christi, XVI, 396, 1. Iis olim in Africa sedere in ecclesia non licebat, XX, 102, 2. Non audiendi sunt in accusatione Episcopi, IX, 365, 1.

2° *Laicorum munia et prærogativæ.* Laici conjugati cur præ monachis lectioni Scripturæ sanctæ vacare debeant, XIII, 234, 1. Laici templo non exeant, nisi sacro officio peracto, 544, 2. Laicorum proprie est opes coacervare pro familiæ sustentatione et liberis, non clericorum, XIII, 634, 1, 2. Sæculares quare multos religiosos præcedant in regno Dei, V, 398, 1. Laici initio Ecclesiæ multa miracula faciebant. XVIII, 510, 1. Laicorum reformatio a sacerdotum reformatione inchoanda, XIV, 556, 2.

LAISIS, sive LAIS. Lais urbs, dicta postea Paneas et Cæsarea, XI, 252, 2.

LAMBERTUS (S.). S. Lambertus martyr ab hero truncatus, ipsum caput resumens ultra quatuor passuum millia profectus est, XII, 762, 2.

LAMECH. Lamech fuit homicida, et primus polygamus, I, 121, 2. An occiderit Cainum, *ibid.* Occidit duos, 122, 1.

LAMECH PATER NOE, an sit salvatus, XX, 337, 2.

LAMENTATIO. Lamentationes Jeremiæ super mortem Josiæ quæ fuerint, X, 523, 2. Lamentationes, carmen et væ, quid sit apud Ezechielem, quæ scripta erant in libro quem vidit, XII, 519, 1 (*Vide* Jeremias).

LAMENTATORES, LAMENTATRICES. Lamentatores tibiis canentes in funere adhibebantur olim, XIV, 82, 2. Lamentatrices quales, *Job*, 81, 2. La-

mentatrices in funere ad lacrymas provocandas adhibebantur, XII, 84, 1. Lamentatrices in morte Christiani non adhibeant, XIX, 375, 1.

LAMIA. Lamia piscis voracissimus unde dicatur. XII, 409, 1. Lamia piscis fuit qui Jonam devoravit, XIV, 38, 2. Ejus descriptio et magnitudo, 38, 2. Lamia Aristotelis an alia a vulgari, 39, 1. Lamia item est terrestris draco, XII, 409, 2. Ea describitur, *ibid.* Lamia symbolum hypocritæ et hæretici, *ibid.*

Lamiæ sunt dæmones succubi, vel illorum spectra, XI, 452, 2. Unde dicantur, *ibid.* Lamiæ veneficæ quæ sint, XII, 409, 2. Lamiæ sunt animalia in Libya hoc nomine, XI, 453, 1.

LAMINA. Laminam auream gestabat Pontifex Aaronicus in fronte, X, 459, 1. Quid ei esset inscriptum, *ibid.* Unde dicatur opus virtutis, *ibid.* Unde gloria honoris, *ibid.*, 2. Et oculorum desiderium, *ibid.* Laminam auream quare S. Jacobus gestarit, XX, 9, 1.

LAMPAS. 1° Lampas capitur in candelabro Zachariæ pro vase concavo oleum continente, XIV, 395, 2. Ejus descriptio, 396, 1. Lampas pro *face* usurpatur, XV, 155, 2. Lampades sunt virginum, tædæ virorum, 525, 2. Lampades in Italia sunt turritæ, 155, 2.

2° Lampades cur Deum præcedere dicantur, XIV, 408, 2. Lampades accensæ sive ignes regi præferebantur, IV, 522, 1, 2. Lampas olim Patriarchis et Imperatori præferebatur, V, 172, 1. Tradebatur in stadio cursoribus, 70, 1. Lampades accensæ olim in nuptiis præferebantur sponsis, VI, 83, 1, 2. Lampades multæ Romæ in sepulcris martyrum ad aliquot sæcula arserunt sine olei affusione, XIV, 398, 2.

3° Lampades Gedeonis quid mystice denotent, XVI, 175, 1. Lampades septem ante thronum Dei in *Apocalypsi* quid denotent, XXI, 102, 1. Lampas contempta lucet coram Deo, *Job*, 280, 1; 281, 2.

LAMUEL. Lamuel est Salomon ipse, VI, 478, 1. Unde sic dictus, *ibid.* Lamuel ubi in *Proverbiis* Salomonis loqui incipiat, 250, 2,

LANA. 1° Lana in quo differat a lino, XII, 834, 1. Lana semel tincta suum colorem retinet, VI, 143, 1. Lana alba colore aliquo imbibita dealbari nequit, XI, 114, 1, 2. Lana non est pastorum, sed heri et domini ovium, XII, 740, 1. Lanæ Laodicenses quam præstantes, XXI, 85, 2. Lanificium est opus feminarum, VI, 495, 1.

2° Lana quid tropologice denotet, VI, 497, 1; XII, 740, 1. Lana denotantur opes, et opes veterum erant in ovibus, earumque lana, XIII, 100, 2. Lana coccinea in lustratione adhiberi solita quid allegorice significet, I, 628, 1; XIX, 443, 2. Lanea vestis est profanorum, et indicat segnitiem et desidiam, XII, 834, 1.

LANCEA. Lanceæ quod sit etymon, VI, 317, 1. Lancea Christi latus aperiens qualis fuerit, XXI, 620, 2. Transiit per partem dextram usque ad cor, *ibid.*

LANCEARII. Lancearii milites qui dicerentur, XVII, 399, 1.

LANFRANCUS. Lanfranci conversio, VII, 80, 1.

LANGUOR. 1° Languor in membris et nervis unde oriatur, XIX, 502, 1.

2° Languor animi causatur ex amore perfecto, XIV, 255, 1. Languoris definitio, VIII, 116, 1. Languor amoris ex liquefactione oritur, VII, 563, 2. Languor et morbus ab amore, 563, 1. Languor charitatis describitur, 563, 2 et seq. Languor amoris a desiderio vitæ æternæ, 564, 1.

3° Languor avaritiæ inexplebilis, VII, 215, 2. Languor pessimus est ob opes torqueri, 219, 2.

4° Languores nostros quomodo tulerit Christus, XI, 628, 1, 2.

LANX. Lanx metaphorice vocari posset lectus, VI, 265, 1.

LAODICE. Laodice Antiochi Thei uxor prior, secundam Berenicem una cum filio, marito et fautoribus veneno interficit, et pro eo filium suum ex Antiocho Seleucum Callinicum regem creat, XIII, 150, 1. Ea postea a Ptolemæo Evergete interficitur, *ibid.*

LAODICIA. Laodicia urbs ubi sita, ejus nomina, conditor, XXI, 79, 2. Est opulentissima. ejus opes ex ovibus, 85, 2. Laodicia quando terræmotu conciderit, XVII, 6, 2.

Laodicena synodus fieri agapes veluit, XVIII, 358, 1. Et idololatricum angelorum cultum, XIX, 94, 1.

Laodicensibus Paulus non prædicavit, XIX, 88, 1. Quæ ejus ad eos fuerit epistola, 112, 1. Colossensibus vicini erant, 69, 1.

LAPIDARE, LAPIDATIO. Lapidationis supplicium apud Judæos multis casibus fuit in usu, II, 132, 2. Lapidatio in adulteros statuta erat, XII, 673, 2; XIV, 102, 2; XVI, 432, 1 et seq. Lapidatio supplicium blasphemiæ, XVII, 183, 1. Pro lapidantibus quid orarit S. Stephanus, 186, 1, 2 (*Vide* STEPHANUS).

LAPILLI. Lapilli cur addantur in cribro, dum frumentum cribratur, XIII, 641, 2. Lapilli an bene plebeios significant, 642, 1,

LAPIS. 1° *Varii lapidum usus apud veteres.* Lapides olim positi ut vias indicarent, et locorum distantiam, III, 393, 1. Lapides triviales et viales qui, XIV, 465, 2. Lapides terminales agris apponi jussit Numa Pompilius, VI, 171, 1. Lapis titularis et terminalis quis dicatur, XIV, 406, 1, 2.

Lapis primus fabricæ alicujus magna cum solemnitate et pompa in fundamentis poni solet, XIV, 392, 2. Lapis angularis an summus an imus in fabrica, XVII, 128, 1.

Lapides in victoriæ, triumphi et rei alicujus memoriam nonnunquam eriguntur, XIV, 465, 1. Lapides duodecim post transitum Jordanis a Josue erecti, sunt typus duodecim Apostolorum, 375, 1.

Lapides olim ponderum erant loco, V, 311 1, 2;

495, 1; 531, 1; VI, 57, 2; 304, 2; 306, 1. Elapide etiamnum Arabes cultros acutissimos faciunt, III, 27, 2.

Sub certo lapide olim thesauri defodiebantur, X, 72, 2. Lapides coacervabantur, ut lapidationi inservirent, VI, 303, 2. Lapis oneris quis dicatur, tales solebant poni in oppidis et vicis Judææ ad exercendas luctatorum vires, IX, 207, 2; XIV, 503, 2.

Lapis Tharsis quæ gemma sit, XII, 489, 1. Lapis stanneus quis dicatur, XIV, 406, 1, 2. Per lapides ignitos in Scriptura quid intelligatur, IV, 543, 2. Lapis *mnisurim* Chaldæorum superstitiosus quis, VI, 306, 2. Lapis philosophicus multos torsit irrito conatu, IX, 132, 1. Lapis molaris, nonaginta et duobus annis egeret ut e firmamento in terram caderet, XII, 443, 2. Lapidum varia miracula, XX, 281, 2.

Lapides altaris apud Judæos an potuerint esse politi, I, 605, 1. Lapis magnus cur sepulcro Dominico advolutus, XV, 641, 1. Lapis S. Stephani Anconæ colitur, XVIII, 184, 2.

2° *Vocis* lapidis *acceptiones symbolicæ et allegoricæ*. Primo. Lapis cur dicatur Christus, XVII, 127, 2. Lapis est Christus abscissus de monte, id est de beata Virgine, XIII, 322. Lapis primarius Ecclesiæ est Christus, XIV, 401, 2. Lapis summus et imus fundamentalis Ecclesiæ quomodo sit Christus, XVIII, 607, 2. Lapis reprobatus, in caput anguli factus, quis sit, XV, 471, 2. Lapidem aliquem verum an rejecerint Judæi ab ædificatione templi, qui factus sit postea in caput anguli, XVIII, 608, 1, 2. Lapis offensionis fuit Christus Judæis, 174, 1. Lapis offensionis et petra scandali quomodo differant, 174, 2. Lapis cælatus quomodo vocetur Christus, XIV, 392, 2.

Secundo. Lapis vivus quis dicatur, XX, 281, 2. Lapidis et fidelis analogiæ, 282, 1. Lapides sancti et separationis quomodo fuerint apostoli virique apostolici, 465, 2. Qui lapides dispersi a Christo in fine mundi colligendi, VII, 134, 1. Lapides electi quinam sint, *ibid.* Lapides e petra excisi, et filii a patre descendentes inter se comparantur, XI, 603, 1, 2. Lapides quibus vitia lapidanda sunt virtutes, VII, 134, 1. Lapis pretiosus non est in acervum communium lapidum projiciendus, VI, 303, 1. Lapides igniferi in Oriente cavendam feminæ vicinitatem docent, XV, 166, 1. *Lapidem verberare* proverbium de quibus dicatur, V, 533, 2. *Lapis de pariete clamabit*, adagium quid significet, XIV, 230, 2.

LAPONES. Lapones ventos mercatoribus vendunt, V, 277, 2. Eorum chorea gaudii mundani est symbolum, 418, 1.

LAPPA. Lappa est spinosa, flosculum habens aculeis plenum; est triplex : canaria, humana et personata : velut intra se germinat, XIII, 402, 2.

LAPSUS. 1° Lapsus ex alto gravior, *Job*, 101, 2; 596, 2 : *Elevasti me, et quasi super ventum ponens elisisti me*. Lapsus eorum qui in alto sunt gradu, quam gravis, XVII, 68, 2. Lapsus magnorum exempla, XIX, 32, 2. Lapsus per linguam fallacem gravis est, IX, 553, 2 : *Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pavimento cadens, sic casus malorum festinanter veniet*. Lapsus septem justorum qui sint, post quos tamen non desinunt esse justi, VI, 235, 1 : *Septies.... cadet justus, et resurget : impii autem corruent in malum.*

2° Lapsus in peccatum non desperet, sed pœniteat, et acrior ad currendum resurgat, III, 478, 2; 479, 1. Lapsus semper ad majorem gratiam resurgit, XIII, 505, 1. Lapsum tepidis quomodo optare liceat, XXI, 82, 1 : *Utinam frigidus esses, aut calidus; sed quia tepidus es, et nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.* Lapsis indulgentiam præstari jubet concilium Nicænum, XVIII, 427, 2 : *Cui autem donastis, et ego : nam et ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi.* Lapsus aliorum nos docet humilitatem, *Job*, 662, 2 : *Conteret multos et innumerabiles, et stare faciet alios pro eo* (*Vide* PECCATOR, PECCATUM).

LAQUEARIA. Laquearia Ecclesiæ quænam, VII, 543, 1, 2 et seq.

LAQUEUS. *Laquei* quid in Scripturis, *Job*, 468, 2 : *Viduas dimisisti vacuas, et lacertos pupillorum comminuisti; propterea circumdatus es laqueis, et conturbat te formido subita.* Laqueos Syri se profitentur meritos ab Achab, III, 663, 2. Laqueus symbolum est timoris, VI, 413, 1. Symbolum est judicii, XVI, 259, 2 : *Tanquam laqueus enim superveniet* (dies judicii) *in omnes qui sedent super faciem terræ.* Qui laquei peccatorum, VI, 140, 1, 2. Per laqueos mortis peccata interdum intelliguntur, XII, 552, 1. Laqueus venatorum est femina, VII, 274, 2 et seq. : *Et inveni amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum est, et sagena cor ejus, vincula sunt manus illius.* Laquei diaboli quales, XIX, 297, 1 : *Nequando Deus det illis pœnitentiam, ad cognoscendam veritatem et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* Laqueus divitiarum quis sit, 258, 1 : *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem.* Laquei varii quibus vinciuntur opum per fraudem corrogatores, VI, 101, 1 : *Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis.*

LARARIUM. Lararium locus erat in quo lares et deos domesticos colebant et servabant, XIII, 331, 2.

LARES. Lares domestici erant *theraphim*, XIII, 331, 1, 2. Lares post domorum fores a Romanis collocabantur, XI, 668, 1.

LARGITIO (*Vide* LIBERALITAS).

LARUS. Larus est avis immunda et qualis, II, 65, 2 (*Vide* FULICA).

2° *Laus summa Deo a nobis debetur, et quo nomine;* II, 439, 2 : *Ipse est laus tua, et Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia et terribilia, quæ viderunt oculi tui.* Laudis primitiæ Deo offerendæ, *Job,* 711, 1 : *Cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei.* A Dei laude omnia inchoanda, XX, 241, 2 : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis.* Laudem pro sacrificio requirit, *Job,* 481, 2 : *Rogabis eum, et exaudiet te, et vota tua reddes.* Laudare Deum perpetuo debemus, maxime Religiosi, XX, 155, 1 : *In ipsa* (lingua) *benedicimus Deum et Patrem.* Laudare Deum est sacerdotis officium, X, 461, 1 : *Factum est illi* (Aaroni) *in testamentum æternum, et semini ejus sicut dies cœli, fungi sacerdotio, et habere laudem et glorificare populum suum in nomine ejus.* Laudari solent ab orante dotes ejus a quo aliquid petimus, XIV, 240, 1. Laudare Deum docemur avibus canoris, X, 375, 2 : *Memor ero igitur operum Domini, et quæ vidi annuntiabo. In sermonibus Domini opera ejus. Sol illuminans per omnia respexit, et gloria Domini plenum est opus ejus.*

3° *Laudare Deum quam honorificum et fructuosum.* Laudare Deum est opus sanctorum, IX, 444, 2. Laudare Deum est adumbrare statum Beatorum, X, 310, 2 : *Date nomini ejus magnificentiam, et confitemini illi in voce labiorum vestrorum, et in canticis labiorum, et citharis; et sic dicetis in confessione : Opera Domini universa valde bona.* Deum assidue laudare est quædam vita cœlestis, XI, 566, 1. Laudantes Deum assidue, angelos imitantur, XXI, 111, 1, 2 : *Requiem non habebant die ac nocte, dicentes : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens; qui erat, et qui est, et qui venturus est.* Et vitam angelorum inchoant, 178, 2 et seq. : *Et omnes angeli stabant in circuitu throni, et seniorum et quatuor animalium; et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes : Amen. Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor et virtus, et fortitudo Deo nostro, in sæcula sæculorum. Amen.* Laudare posse Deum in omnibus rebus magna sapientia est, X, 311, 1. Laus Dei omnes tentationes vincit, XII, 378, 2 : *Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum : effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini.* Laudis sacrificium summam salutis complectitur, *Psalm.* I, 333, 2 : *Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter quo ostendam illi salutare Dei.* Gnomæ de Dei laude, XXI, 178, 2.

4° *Laudari utiliter quomodo debeat Deus.* Magna Dei laus ex operibus suis, *Psalm.* II, 259 2 : *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, in consilio justorum et congregatione. Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus.* Laus Dei perfecta est quadruplex : *prima,* est ipsa Dei et sanctæ Trinitatis fides et cognitio; *secunda* est vitæ integritas; *tertia,* est laus publica totius Ecclesiæ in sacrificio Missæ, in concionibus, in divinis officiis decantandis; *quarta,* est eorum qui student perfectioni, ut ad majorem Dei gloriam semper intenti, religiose in suo quique statu Deo serviant, XXI, 333 : *Post hæc audivi quasi vocem turbarum in cœlo dicentium : Alleluia : Salus, et gloria, et virtus Deo nostro est.* Deus sextupliciter laudandus : *primo,* ore et corde nostro; *secundo,* invitando omnes creaturas ad Dei laudem; *tertio,* induendo affectus omnium sanctorum, angelorum et beatorum jugiter Deum laudantium; *quarto,* offerendo ipsi laudem beatæ Virginis, quæ laudes omnium hominum et angelorum superat; *quinto,* offerendo ipsi doxologiam Verbi incarnati, puta Christi; *sexto,* offerendo Deo laudem ipsius Dei et SS. Trinitatis, qua ipsa laudavit, laudat, et laudabit seipsam immensa laude in æternum, IX, 445, 1, 2. Laudandi Deum septem modi : *primus,* celebrando eum verbis et hymnis; *secundus,* vitando peccata; *tertius,* sanctis actionibus et virtutibus insistendo; *quartus,* perfectioni studendo et heroicis operibus insistendo; *quintus,* infinitam Dei excellentiam, sanctitatem, potentiam, amorem, etc., meditando; *sextus,* alios vita et voce ad Dei laudem invitando; *septimus* et perfectissimus, multa opprobria, persecutiones, ærumnas, verbera et mortem fortiter pro Dei gloria patiendo, XI, 273, 2 : *Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi, conversus est furor tuus et consolatus es me.* Varii sunt gradus laudandi Deum, tum intensive, tum extensive, X, 421, 2 et seq. : *Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis : supervalebit enim adhuc et admirabilis magnificentia ejus. Benedicite Dominum, exaltate illum quantum potestis : major est enim omni laude.* Laudationis bonæ conditio, *Psalm.* II, 262, 2 : *Intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatio ejus manet in sæculum sæculi.* Laus Dei unde sumenda, *Psalm.* II, 462, 2. *Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus, Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio. Ædificans Jerusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit.* Laudis Dei materia quænam sit, *Psalm.* II, 209, 2 : *Mementote mirabilium ejus quæ fecit, prodigia ejus, et judicia oris ejus;* 267, 2 : *A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini.* Laudes Dei omnia confitentur, *Psalm.* II, 472, 1 : *Confessio ejus super cœlum et terram, et exaltavit cornu populi sui.* Modus laudandi Deum est sine modo laudare, X, 420, 2. Laudare Deum continuo quomodo debeamus, idque dum vivimus, IX, 492, 1, 2 : *In partes vade sæculi sancti, cum vivis et dantibus confessionem Deo.* Laudare Deum jugiter quomodo quis possit, XXI, 111, 2. Laudem Dei quæ ore cantatur silentium præcedere debet, *Psalm.* I, 236, 1 : *Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium.*

II. LAUS HOMINUM. — 1° *Quæ sit laus hominum.*

Laus hominum fœnum est, XVIII, 278, 2 : *Mihi pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die*; 570, 2 : *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.* Laus hominum fallax, *Job*, 26, 2 : 27, 1. Laus mendax est ceu vituperium, VII, 245, 2 et seq. : *Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi.* Laus vera est quæ ab inimico proficiscitur, VI, 326, 1, 2 : *Laudet te alienus, et non os tuum ; extraneus, et non labia tua.*

2° *Laus quæ ab hominibus venit quomodo cupiatur, et quatenus captanda.* Laudari omnes cupiunt, vituperari nemo, VI, 63, 1. Laus hominum quatenus captanda, 274, 2 : *Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.* Laudis sectator tres caveat hostes, gulam, luxuriam, inertiam, 114, 1. Laudes aucupari vanum est, *Job*, 271, 1 : *Vir vanus in superbiam erigitur, et tanquam pullum onagri se liberum putat.*

3° *Qui sint laudis effectus.* Laus data hominis bonitatem explorat, VI, 352, 1, 2 : *Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis.* Laus virum sapientem non titillat, sed cruciat, 353, 1. Laudatus, defectus suos inspiciat, III, 238, 2 : *Ne me vocetis Noemi* (id est *pulchram, decoram, jucundam, suavem, hilarem*) ; *sed vocate me Mara* (id est *amaram*), *quia amaritudine valde replevit me Omnipotens.* Laudes virtutem adaugent, XX, 641, 1.

4° *Laus hominum contemnenda*, XII, 146 2 : *Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens : et diem hominis non desideravi, tu scis.* Eam spernere laus est, VI, 353, 2.

5° *Laus sui ipsius fugienda.* Laus proprio in ore sordet et fœtet, V, 577, 1 ; VI, 326, 1 ; *Job*, 234, 2 : *Si justificare me voluero, os meum condemnabit me : si innocentem ostendero, pravum me comprobabit.* Laus sui ipsius vilipenditur, XVI, 453, 2 : *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.* Proprias laudes enarrant stulti, XVIII, 494, 2 : *Iterum dico* (*ne quis me putet insipientem esse ; alioquin velut insipientem accipite me, ut ego modicum quid glorier*). Laus sui ipsius aliquando mala, aliquando non mala, et quando mala, *Psalm.* I, 203, 1 : *In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, et lætentur.* Laudatio sui quando licita, *Job*, 297, 1, 2. *Secundum scientiam vestram et ego novi; nec inferior vestri sum. Sed tamen ad Omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio.* Quam invitus ad laudes suas apostolus Paulus descendit, XVIII 489, 1 : *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed et supportate me.*

6° *Quomodo alii sunt laudandi.* Vivens laudari plane non potest, IX, 361, 2 et seq. : *Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir.* Laus patrum est laus Dei et laus filiorum, X, 427, 1 : *Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua.* Laudantur viri inclyti quatuor de causis, *ibid.* Laudare aliquem intempestive est quodammodo vituperare, VI, 344, 1 : *Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis erit.*

7° *Quæ sit laus vera et ambienda.* Laus magna in opere bono sita, XIX, 523, 2. Laus solida et vera ea est quæ a Deo venit, *Job*, 26, 2 ; 27, 1 : *Dixitque Dominus ad eum* (Satan) : *Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo ?* Laus justi est flagellum diaboli, 28, 1. Laus quæ a Deo provenit, perpetua est, stabilis, constans, integra, perfecta, verissima, XVIII, 486, 2 : *Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.* Laus Christi quam dabit in die judicii, est ambienda, XX, 251, 1. Et quanta ea sit, *ibid.*, 2 Dabit cuique pro meritis non tantum præmium, sed et laudem, 249, 1. Faciet beatos apud homines gloriosos, 251, 1 (*Vide* GLORIA).

LAUREA DOCTRINALIS. Laurea doctrinalis in episcopo requiritur, XIX, 214, 1 (*Vide* EPISCOPUS).

LAURENTIUS (S.) MARTYR. S. Laurentius diaconus Deo et Ecclesiæ fidelis fuit, VI, 52, 2. Laurentius fuit vir misericors, XVIII, 477, 2. Quomodo commissam sibi dicat dominici sanguinis dispensationem, XIX, 216, 1. Tormenta sitivit et mortem, XVI, 183, 2. Abluendis pauperum pedibus se ad martyrium disposuit, 521, 2. S. Laurentii in tormentis constantia, I, 406, 2; II, 17, 2, XIII, 43, 2; XIX, 406, 2. In craticula exultavit tormentis in spiritu, XI, 687, 2. Ejus in tyranno compellendo generositas, 599, 2. S. Laurentius pro brevi certamine cœleste bravium meruit, X, 568. 1. Eum quomodo Christiani sepelierint, XVII, 192, 1. S. Laurentius martyr fuit granum sinapis, XV, 329, 2.

LAURENTIUS JUSTINIANUS (S.). S. Laurentio Justiniano adolescenti apparuit sapientia divina, IX, 77, 2. Quoto anno ætatis factus sit religiosus, XIX, 303, 2. In carnis incisione constans fuit, X, 278, 2. Fuit Venetiarum atlas, cur, XIV, 618 2. Mori voluit in matta, X, 275, 2. Ejus morituri votum, XV, 357. 1. Et ultima verba, 526, 2.

LAURENTIUS ANTIPAPA. Laurentius antipapa contra Symmachum quartum schisma generale in Ecclesia produxit, XXI, 208, 1, 2.

LAURIACENSES. Lauriacenses decimas dare pauperibus detrectantes, segetem rubiginosam habuerunt, II, 449, 2.

LAURETANA DOMUS. Lauretana domus ab angelis est Lauretum translata, XV, 467, 2; XVI, 15, 1.

LAURUS. Laurus soli et Apollini sacra erat, eaque redimiti veteres ei sacrificabant, XII, 564, 1, 2; XIV, 411, 2. Venena et fulmen pellit, *ibid.* Fulmine tamen etiam feritur, X, 402, 1. Laurus erat omen regni, XII, 564, 1, 2. Laurus denotat prudentiam, XIV, 411, 2. Laurus cur dicatur insana, IX, 264, 1.

LAUTIA. Lautia olim dabantur hospitibus, XX, 642, 2.

LAVARE. Lavari cur soleant corpora puerorum recens natorum, XII, 606, 1. Lavamur sex modis in sanguine Agni, XXI, 180, 2 (*Vide* JUSTIFICATIO, REDEMPTIO).

LAYNEZ. Jacobus Laynez nonnisi unum librum simul legebat, IX, 342, 1.

LAZARUS MENDICUS. Lazari mendici paupertas et ulcera, XVI, 220, 2. Erat omnium ope destitutus, *ibid.*, 221, 1. Erat vere leprosus, 221, 1. Canes præ infirmitate abigere a se non poterat, *ibid.* Novem ejus cruces, *ibid.* et seqq. Ab angelis in sinum Abrahæ deducitur, 222, 1. Videtur ibi ab epulone, 223, 2. Est typus Christi, 225, 2. Ut sanctus colitur, 220, 1.

LAZARUS frater Mariæ et Marthæ. Lazarus dives erat ac nobilis, XVI, 483, 2. Quomodo ejus morbus non esset ad mortem, sed pro gloria Dei, 485, 1. Erat Christo charus, *ibid.* Eum Dominus mori permisit et sepeliri, et omnia fieri antequam ejus domum veniret, ut evidentius esset miraculum, 485, 2 et seqq.; 487, 2; 494, 1; 496, 1, 2. Quomodo quatriduanus esset in monumento, Christo in Bethaniam appellente, 487, 2. Lazarus quatriduo mortuus cujus rei fuerit symbolum, XVII, 289, 2. Cur a sororibus non sit servatus insepultus, XVI, 489, 1. Ejus excitatio difficilis erat, 492, 1. Quomodo ad eum suscitandum se paulatim Dominus pararit, 493, 2. Erat quatriduanus, ergo fœtebat, 494, 2. Voce magna a Christo excitatus ad vitam resurgit, 495, 2. Non prius a Deo animatus, 495, 2. Cur ejus vincula Christus non solverit, 496, 2 et seqq. Excitatus ingentes ei egit gratias, 497, 1. Cum Christo comedit jam resuscitatus, 503, 2. Ad vitam a Christo revocatus, denotat peccatores inveteratos ægre converti, XV, 250, 1. Cur eum Judæi interficere vellent, 507, 1. Brevis vitæ ejus epitome, 497, 1.

LAZARUS pictor. Lazaro pio pictori manus adustæ, sed a Deo integritati sunt restitutæ, XVIII, 144, 1.

LEÆNA. Leænæ natura describitur, XIII, 86, 2. Leæna leone ferocior est, maxime cum peperit alitque catulos, 86, 2; 456, 1. Leæna plures quam unum et plusquam semel parit, I, 396, 1; VIII, 63, 2; XII, 639, 1, 2. Refellitur contraria opinio, XII, 639, 1, 2. Leænæ cur Chaldæorum regnum comparetur, XIII, 86, 2.

LEBBÆUS, *vide* JUDAS (S.) THADDÆUS.

LEBES. Lebes omnis corporaliter in Jerusalem sanctificatus Domino non fuit, XIV, 545, 2. Lebetes in templo cui rei servirent, 544, 1, 2. Sunt phialis pauciores et minus sacri, *ibid.*, 2. Lebetum multitudo quam Zacharias in templo fore prædicit, quomodo ad litteram intelligenda, *ibid.*

LECHUS. Lecho Polonorum duci, inventus aquilæ nidus regnum promisit, XII, 624, 2.

LECTIO. Lectio fieri solebat olim per convivium, IV, 328, 2 : *Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto jejunio refecerunt. Postea vero convocatus est omnis populus, et per totam noctem intra ecclesiam oraverunt, petentes auxilium a Deo Israel.* Lectio comestioni comparatur, X, 239, 2 : *Omnem escam manducabit venter, et est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum feræ, et cor sensatum verba mendacia.* Lectio ad mentem apud Religiosos commendatur, 148, 2. Lectione sacra excitandus est fervor spiritus, XIX, 273, 2 : *Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum.* Lectio spiritualis ad orationem viam sternit, IX, 513, 1 : *Ante orationem præpara animam tuam, et noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Lectio piorum librorum quam sit utilis, XVIII, 205, 1, 2. Legere gnomas veterum sapientiæ parandæ conducit, IX, 217, 1 : *In multitudine presbyterorum prudentium sta; et sapientiæ illorum conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire, et proverbia laudis non effugiant a te.*

Lectio Scripturæ sacræ Christiano est utilis, XIX, 498, 2 : *Et obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens : Fili mi, noli negligere disciplinam Domini.* Erat ea olim in usu in sacris conventibus, XVIII, 395, 1 : *Quid ergo est, fratres, cum convenitis* (in ecclesia), *unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, omnia ad ædificationem fiant.* Lectio sacræ Scripturæ est funis quo ligetur dæmon ne nobis noceat, IV, 299, 1 (*Vide* SCRIPTURA SACRA).

LECTISTERNIA. Lectisternia Gentilium quænam essent, XIII, 552, 2.

LECTOR. Lector styli varietate delectatur, IV, 567, 2.

Lector quidam dum *alleluia* cantaret, ab Arianis jaculo in gutture trajicitur, XXI, 333, 2.

LECTULARII. Lectularii dicuntur qui in lecto ægri baptizantur, XVIII, 407, 1.

LECTULUS, LECTUS. 1° Lecti dicti sunt a legendis herbis et stramentis e quibus fiebant, XIII, 597, 2. Lecti olim aurei et argenti erant in usu, VI, 263, 2; 265, 1. Iis etiam flores et poma inspergebantur, 266, 2. Lectus quadratus habet currus speciem, 265, 1. In lectis cœnabant Hebræi, XIII, 552, 1.

Lecti mollities est pulvinar diaboli, V, 191, 2. Sed durior Dei servos et cœli aulicos decet, I, 285, 1; V, 191, 2.

Lectus sponsoris a creditore tolli nequit, si alia minus necessaria habet, VI, 170, 1. Lectus non venit in generali bonorum hypotheca, *ibid.*

2° Lectus mystice quid, *Job*, 551, 1; 648, 1. Lectus Christi quis, VII, 605, 2; VIII, 9, 2 et seq. Lectuli Christi varia symbola, VII, 540, 2 et seq. Ille lectulus fuit uterus beatæ Virginis, 542, 2. Est Ecclesia Antiochena et Romana, VIII, 2. Lectus animæ est oratio, 10, 1. Lectulus animæ peccatricis qualis, VII, 606, 1.

Lectus avari est mammona, superbi honor, gulosi mensa, luxuriosi cubile, acedi torpor et som-

nus, XIII, 565, 1. Lecti plaga quæ dicatur, 563, 2; 564, 1.

LEGALIA. Legalia quando mortua, et mortifera esse cœperint, XV, 506, 2. Legalia Pauli tempore mortua erant, at non mortifera, XVII, 307, 1. Legalia opera ad salutem non sufficiunt, imo sine Christi fide inefficacia sunt, XX, 133, 2.

LEGATA. Legata pia in morte non damnantur, IX, 420, 1. Ea cito ab hæredibus solvi debent, *ibid.*

LEGATIO, LEGATUS. 1° Legatus dicitur propheta, XII, 332, 2. Legatis olim cur daretur annulus, XIV, 348, 2.

2° Legati principum quales esse debeant, V, 444, 1 : *Acceptus est regi minister intelligens, iracundiam ejus inutilis sustinebit.* Sui principis secreta celant, aliorum expiscantur, VI, 50, 2 : *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud.* Si diserti, sæpe eloquentia urbes inexpugnabiles ad deditionem compellunt, 119, 1 : *Civitatem fortium ascendit sapiens, et destruxit robur fiduciæ ejus.* Si fideles, oblectant eum a quo missi sunt, et sunt similes nivi in messe, 268, 2; 269, 1 : *Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit illum, animam ipsius requiescere facit.* Legatus fidelis multis salutem affert, V, 391, 2 : *Nuntius impii cadet in malum ; legatus autem fidelis, sanitas.* Legatus stultus mittentis est opprobrium, VI, 301, 1, 2 : *Claudus pedibus, et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.* Legatio ad viros graves stulto non est imponenda, V, 529, 1 : *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.*

Legatio Judæorum cur ad Joannem de Messia sit instituta, XVI, 314, 1 et seq.; 315, 2 (*Vide* JOANNES BAPTISTA).

LEGIO. 1° Legio quot milites sub se contineret, XV, 579, 2; 684, 1; XVII, 230, 2. Legio sex continet millia, XVI, 134, 2.

Legiones duæ prætorianæ Davidis unde dictæ Cerethi et Phelethi, XIV, 289, 2. Quod eorum officium, *ibid.* Erant Philistæi, *ibid.* Cur in Evangelio dæmones se vocent *Legio*, XVI, 134, 2.

2° Legio fulminatrix sub Antonino pio imperatore unde cognominata, XII, 488, 1. Sua prece Antonino imperatori pluviam impetravit, III, 135, 1; XIX, 194, 2. Cœlitus a Deo præsidia accepit, X, 471, 2.

3° Legio Thebæorum martyrum, duce S. Mauritio, cur Maximiano imperatori non restiterit, IV, 420, 1.

LEGIS DOCTOR. Legis doctor rogat Christum de mandato magno legis, et quorsum, XV, 483, 1.

LEGISLATOR. Legislatores primi qui, *Job*, 686, 2. Legislatores prisci ethices amantes fuere, IX, 3, 2 et seq. Fingebant se cum diis colloqui, V, 494, 1. E cœlo leges se accepisse finxerunt, I, 599, 2 et seqq.; X, 304, 1. Varii variorum legislatores qui fuerint, II, 154, 2.

LEGISPERITUS. Legisperitus a Christo quærens quid ad salutem habendam eum facere oporteat, quo animo ad eum accesserit, XVI, 150, 2. Cum primo animo tentandi accessisset, audito Domini responso, hunc mutavit, *ibid.*

LEGITIMA. Legitima filiis jure et ex lege debetur, VI, 368, 1.

Legitima Ecclesia Ephesi quæ dicatur, XVII 361, 1.

LEGUMEN. Legumina cur petant sibi dari tres pueri in Babylonii regis aula, XIII, 12, 1.

LEMMA. *Lemma*, id est assumptio, Septuaginta cur vocent onus, XIV, 158, 1; 200, 1, 2.

LEMNIA URBS. Lemniæ mulieres viros tum suos, captivas mulieres adamantes, tum universum genus masculinum obtruncarunt, V, 182, 2.

LEMORES. Lemores sunt dæmones minus maligni et minus validi, XV, 394, 1.

LENÆ. Lenæ cur dici possint serpentes, V, 268, 1.

LENIS, LENITAS. Lenitas in fidelibus est charitas, aut saltem ei conjuncta, X, 453, 2 : *In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne.* Est vera sanctitas, *ibid.* Lenitas et fidelitas simul jungendæ sunt, 453, 1. Lenitas et sanitas cordis iræ et invidiæ opponitur, V, 435, 2 : *Vita carnium, sanitas cordis, putredo ossium, invidia.* Lenitas quantopere Deo placeat, XIX, 296, 2 : *Servum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes.* Lenis animus omnium virtutum se reddit capacem, V, 329, 1. Quantum in ea quis proficit, tantum in cordis puritate proficit, 105, 2 : *Induite vos, sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, modestiam, patientiam.* Est donum Spiritus sancti, XVIII, 571, 1 : *Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Est ea alium corripienti necessaria, *ibid.* et 572, 1. Lenitas cum acrimonia miscenda, XVI, 152, 1. Lenitate mulieres corrigendæ sunt, IX, 682, 1 (*Vide* MITIS, MANSUETUDO).

LENOCINIUM, LENONES. Lenocinium in viro est ingens probrum, V, 586, 2. Lenones simplices puellas donis seducunt, 511, 2. Lenones omnem animæ ornatum dissipant, XIII, 486, 1. Lenones et leones superarunt olim virgines christianæ, 82, 1, 2. Ad leones potius quam ad lenones damnari optarunt virgines, IV, 356, 1, 2.

LENTISCUS. Lentiscus quæ sit arbor, XIII, 186, 2.

LEO. 1° *Leonis nomen.* Leonis etymologia hebræa, VIII, 90, 1. Leo habet apud Hebræos pro ratione ætatis quatuor nomina, I, 395, 1. Leo hebraice *labi* dicitur a corde, quia magnanimus, XXI, 107, 2.

2° *Leonis natura et proprietates.* Variæ ejus proprietates et natura, VI, 362, 2; 468, 2. Leo habet ossa solida, V, 79, 1, 2. Habet collum osseum,

S. Leo in Concilio Chalcedonensi vocatus est Pontifex universalis Ecclesiæ, XIX, 160, 1. Dictus est œcumenicus, XXI, 263, 1.

S. Leo a S. Petro audivit, ne temere ulli manum imponeret, XIX, 249, 1. Ab eo petita ratio impositionis manuum, XVII, 161, 1. S. Leoni impositionis manuum culpa quare non sit dimissa, XIV, 593, 1.

LEO III PAPA. Leo III pontifex inimicis suis ad necem postulatis vitam impetravit, X, 481.

LEO IV PAPA. Leo IV Pontifex urbem a pestifero serpente per publicas litanias liberavit, V, 205, 1.

LEO IX PAPA. Leo IX Christum meruit hospitio suscipere et in leprosi specie Christum in lecto suo collocavit, IX, 257, 1 ; XI, 302, 2; XIX, 214, 1.

LEO I IMPERATOR. Leo I imperator in pauperes fuit munificus, XII, 633, 1.

LEO ISAURUS. Leo Isaurus iconoclasmi auctor et propugnator, sævas Deo pœnas dedit, XII, 641, 2.

LEO JUNIOR, Copronymi filius. Leo junior in sanctas imagines grassatus ferali morte extinctus est, XII, 641, 2.

LEO ABBAS. Leo abbas in captivis redimendis fuit fervens, XII, 265, 2. Quomodo se regem fore prædixerit, XXI, 26, 2.

LEO HEBRÆUS. Leonis Hebræi Tigurina versio a Vatablo usurpata, XVIII, 33, 2,

LEO CASTRIUS. Leo Castrius fuse in Isaiam scribit, XI, 100, 1. Eum totum ad Christum torquet, ut in Judæos extorqueat, 64, 2.

LEO PICTAVIENSIS. Leo Pictaviensis sceleste blasphemantis mors, XI, 466, 1.

LEOCADIA (S.). S. Leocadia virgo et martyr Hispaniensis post mortem S. Ildefonso episcopo apparuit, XI, 381, 1.

LEOCRITUS. Leocritus victor clypeum suum Jovi liberatori dedicavit, II, 365, 2.

LEODIENSES. Leodienses *Dal*, id est diabolum, etiam amicissimos suos nominant, XI, 397, 2.

LEONARDUS (S.). S. Leonardus captivo cuidam in columbæ specie apparuit, XI, 705, 2.

LEONIDAS. Leonidæ Lacedæmonum regis animus ingens, VI, 362, 2. Leonidas cum trecentis innumeras Xerxis copias cecidit, IV, 426, 1. Vincendo occumbere maluit quam fugiendo vitam servare, IV, 456, 2 ; XVIII, 95, 2. Interrogatus a variis quid responderit, IV, 456, 2. Leonidæ insignis bellica vox, I, 196, 2; 395, 1 ; II, 188, 1.

LEONTIUS episcopus. Leontius Tripolis Lydiæ episcopus quomodo honorem episcopalem defenderit apud Eusebiam, Constantii imperatoris uxorem, XI, 592, 1. Intrepide Eusebiæ restitit, eique adulari noluit, II, 277, 2.

LEONTIUS abbas. Leontius abbas vidit angelum altari astantem, XXI, 188, 2.

LEOPARDUS. Leopardi unde nascantur, XII, 86, 2.

LEPRA. 1° *Lepra qualis sit morbus*, XVI, 232, 2. Lepra Judæorum qualis fuerit, II, 81, 1. Sæpe fuit morbus, sive vitium naturale, sæpe etiam ex speciali Dei providentia Judæis immissus, *ibid.* Fuit dissimilis, et alia a nostra, *ibid.*, 2. Fuit lepræ Græcorum similis, *ibid.* Non fuit unus morbus, sed varii, 82, 1. Prima species lepræ est impetigo, unde oriatur ejusque signa, 82, 2. Secunda est lepra recurrens, 83, 1. Tertia, lepra inolita, 83, 2. Quarta, lepra mundissima, et quænam hæc sit, 84, 1. Quinta, lepra barbæ et capitis, 84, 2. Sexta est in calvitio, 86, 1. Septima est vestium vel domus, 87, 1. Et qualis hæc lepra, 94, 2. Lepræ obnoxia est Judæa et Ægyptus, XVI, 232, 2. Erat apud Judæos summa immunditia, 234, 1.

2° *Lepræ signa et characteres*. Lepræ sexdecim æquivoca, alia sex univoca et propria, XVI, 23, 2. Lepram quomodo medici explorent, II, 83, 1. Lepra quam gravis et contagiosus sit morbus, XV, 219, 2. Inveterata et perfecta est incurabilis, XVI, 233, 1. Quædam tamen ejus remedia, XV, 219, 2. De ea judicare poterat quivis sacerdos, XV, 673, 2.

3° *Lepra sæpe peccati pœna*. Lepra apud Judæos erat sæpe pœna peccati inflicta ob superbiam, murmurationem et rebellionem, II, 81, 1; 486, 2; XI, 629, 2. Lepra Ozias rex cur percussus sit, XI, 164, 1, 2.

4° *Lepra spiritualis*. Lepra discurrens in cute quid tropologice significet, I, 84, 1. Lepra domus spiritualiter est malum regimen in domo, II, 88, 2; 94, 2.

LEPROSUS. 1° Leprosis quinque præcepta data, II, 86, 1. Quare Deus voluerit eos degere extra castra, *ibid.*, 2. Leprosi in civitatibus habitare non poterant, imo urbes et castella ingredi vetabantur, XV, 219, 1 ; XVI, 232, 2. Eorum tactus inficiebat, XV, 220, 1.

Leprosi cur hodie mendicato pane vescantur, II, 86, 2. De hac re exemplum, *ibid.*

2° De ritu sacrificii in emundatione leprosi offerri solito, II, 91, 1, 2 et seq. In eo passer significabat Christum et justum quinque de causis, 92, 1. Leprosus typus est peccatoris, mundatio utriusque fit sanguine, XX, 240, 2. Aspergillum leprosi quale erat, II, 92, 1. Quid ad litteram, et symbolice significarit, 92, 2. Quid allegorice, *ibid.* Quid tropologice, *ibid.* Leprosus aspergebatur septies, et quare, 93, 1. Lotio vestimentorum leprosi quid sit tropologice, *ibid.* Olei inunctio in ritu mundationis lepræ quid significarit, 94, 1. Aquæ vivæ quales in hoc ritu adhibitæ, 92, 1. Sacrificium agni et ovis anniculæ pro leproso perfectionem sacrificii Christi significat, 94, 1.

3° Leprosus a Christo curatus ubi curatus fuerit, XV, 219, 2. Quomodo eum adorarit, 219, 2 et seq. Credidit eum esse Deum, *ibid.* Cur a Christo sit tactus, 220, 1.

4° Leprosi decem evangelici cur a Christo longe stant, XVI, 232, 2. Cur alta voce clament, 233, 2. Cur ad sacerdotes mittantur, *ibid.* Inter eundum ad illos curati sunt, 234, 1. Eorum ingratitudo, *ibid.*, 2.

ad eos, non credebant, et lux vultus mei non cadebat in terram.

2° *Levitatis damna*, V, 417, 2 : *Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat.* Ea majoribus vitiis aditum patefacit, *ibid.* Levitas mater est inconstantiæ, XX, 44, 1. *Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.* Hæsitationem parit in oratione, *ibid.* Levitas mentis Religioso quam sit noxia, V, 135, 2. Levitas animi in causa est ut promissa sua sponsor non impleat, VI, 270, 2.

LEVITICUS. *Leviticus* qualis sit liber, II, 1, 1. Tres partes habet, 2, 1. A Deo est dictatus in monte Sina, *ibid.* Quo anno mundi dictatus, 2, 1. Quinam in eum scripserint, 2, 2.

LEX. I. VARIÆ VOCIS LEGIS ACCEPTIONES IN SCRIPTURA. — *Lex* vox unde derivetur, V, 171, 2. Lex dicitur a *ligando* et quomodo liget hominem, IV, 298, 2. Lex quid sit, II, 154, 1. Lex sæpe sumitur pro modo, norma et regula, VI, 368, 1. Non pro portione legitima hæreditatis, 368, 1. Leges, fœdus, jus, quomodo ab invicem distinguantur, XI, 356, 2. Lex est actus intellectus et rationis qui illam imponit, *Job*, 687, 2. Lex omnis non est cuilibet per se clara et perspicua, V, 171, 2. *Lex peccati* quid sit, XVIII, 29, 1; 130, 1. *Lex peccati et membrorum* eadem est, 126, 2. *Lex mentis, lex Dei*, idem est apud Paulum quod gratia et Spiritus, XVIII, 29, 1. Leges tum veteres, tum Christianorum, sunt velut funiculi Adam, XIII, 430, 1.

II. LEX DIVINA NATURALIS. Lex æterna in Deo quid sit, XII, 518, 1. Non fuit ante mundum a Deo creata, V, 221, 2 : *Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret a principio.* Lex creata est participatio legis increatæ, V, 172, 2 : *Quia mandatum lucerna est, et lex lux, et via vitæ increpatio disciplinæ.* Lex naturæ in conscientia scripta est, XX, 111, 2 : *Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores.* Lex naturalis omnibus a Deo indita velut fons est, V, 142, 2: *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui.* Lex naturalis et moralis est fons sapientiæ, IX, 58, 2 : *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.* Per legem naturalem an sint salvati Gentiles probi, XVIII, 62, 1 : *Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.*

In lege naturæ cur Deus nequeat dispensare, XIII, 281, 1, 2. Lex Decalogi cur sit indispensabilis, *Psalm.* II, 329, 1 : *Mandasti justitiam testimonia tua, et veritatem tuam nimis.* Lex positiva in necessitate legi naturæ cedit, XV, 300, 1 : *At ille (Jesus) dixit eis : Non legistis quid fecerit David, quando esuriit, et qui cum eo erant? Quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus.* Superiori legi divinæ contraria jubenti non est parendum, XV, 488, 1.

III. LEX DIVINA POSITIVA. — (Quæ sequuntur intelligi maxime debent de parte morali legis divinæ positivæ, et tam legi mosaicæ, quam legi christianæ sub eo respectu consideratæ conveniunt.)

1° *Lex Dei quotuplici modo in Scriptura vocetur.* Lex Dei multis modis in Scriptura nominatur, I, 29, 1; *Psalm.* I, 106, 1 : *Lex Domini immaculata convertens animas : testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.* Legis divinæ nomina diversa, *Psalm.* I, 310, 1, 2. Vocatur disciplina et hæreditas, cur, IX, 481, 2 : *Addidit illis disciplinam, et legem vitæ hæreditavit illos; testamentum æternum constituit cum illis, et justitiam et judicia sua ostendit illis.* Quare vocetur scientia vitæ et disciplinæ, X, 455, 1 : *Et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, et judicia sua Israel.* Cur vocetur jugum, X, 567, 1 : *Et collum vestrum subjicite jugo, et suscipiat anima vestra disciplinam ; in proximo est enim invenire eam.* Lex Dei dicitur argentum et vinum, XI, 115, 1, 2 : *Argentum tuum versum est in scoriam ; vinum tuum mistum est aqua*, XIV, 338, 2. Lex Dei sæpe per *judicium* significatur, XIII, 580, 2 : *Qui convertitis in absinthium judicium, et justitiam in terra relinquitis.* Leges Dei mirabiles in sensu mystico quænam sint, *Psalm.* II, 327, 1 : *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea.* Per mensam repræsentantur, VI, 176, 1.

2° *Legis divinæ excellentia et encomia.* Legis divinæ sex encomia, *Psalm.* 1, 105, 2 et seq. Lex Dei quid, *Job*, 477, 2 : *Suscipe ex ore illius legem, et pone sermones ejus in corde tuo.* Est a Deo, et justa præcipit, XX, 109, 3. Lex Dei multiplex et una, 264, 2 : *Utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi. Ut ostenderet tibi secreta sapientiæ, et quod multiplex esset lex ejus, et intelligeres quod multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua.* Quantum Dei bonum sit, II, 154, 1 ; IX, 481, 2. Inter omnia Dei dona summum est, V, 104, 2 : *Audite, filii, disciplinam patris, et attendite ut sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.* Omne bonum virtutem et honestatem continet, V, 184, 2. Lex ut memoriale Dei est, IX, 652, 2 et seq.: *Memoria mea in generationes sæculorum.* Hæc non est erubescenda, sed gloriosa, X, 364, 1 : *Ne pro his omnibus confundaris... De lege Altissimi et testamento.* Legis potentia, IX, 262, 2. Lex quomodo sit justo superior, V, 469, 1 : *Semita vitæ super eruditum, ut declinet de inferno novissimo.* Lex est objectum charitatis, quia charitas inclinat hominem ut legem intueatur, XVIII, 223, 2 : *Plenitudo ergo legis est dilectio.*

3° *Lex divina amanda, exploranda et observanda.* Legis divinæ amor qualis esse debeat, *Psalm.* II, 312, 1. In ore, in voluntate, in intelli-

gentia et memoria, ac per hoc in omnibus partibus animæ est habenda, *ibid.*: *In labiis meis pronuntiavi omnia judicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis. In mandatis tuis exercebor, et considerabo vias tuas. In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos.* Lex Dei in corde scribenda, *Job*, 413, 1. Legis Dei sedes est cor justi, *Psalm.* I, 10, 1: *In lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Lex Dei in annulis, bullis et laminis describenda, XII, 137, 2. Lex identidem animo volvenda et revolvenda, X, 292, 2. Noctu et mane memoranda, V, 169, 2 et seq.: *Liga ea* (præcepta) *in corde tuo jugiter, et circumda gutturi tuo. Cum ambulaveris, gradiantur tecum; cum dormieris, custodiant te; et evigilans loquere cum eis.* Legis consideratio quæ bona pariat, *Psalm.* II, 323, 2: *Quomodo dilexi legem tuam, Domine; tota die meditatio mea est.* Ipsa in omnibus agendis est consulenda, X, 166, 1: *Homo sensatus credit legi Dei, et lex illi fidelis.* In futuris dubiisque rebus consulenda est, 196, 2: *Sine mendacio consummabitur verbum legis, et sapientia in ore fidelis complanabitur.* Lex Dei diligenter quærenda et servanda, *Job*, 687, 1. Quomodo Deus ipse legem suam revelet, *ibid.*, 2. De ore sacerdotis suscipienda, et in corde reponenda est, 479, 1. Custodienda est ut pupilla, V, 184, 2: *Fili, serva mandata mea, et vives, et legem meam quasi pupillam oculi mei.* Tres ob causas est custodienda, VI, 23, 2: *Qui custodit mandatum, custodit animam suam; qui autem negligit viam suam, mortificabitur.* Lex tradita æque obligat ac scripta, XVIII, 352, 1: *Laudo autem vos, fratres, quod per omnia mei memores estis; et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Leges quædam divinæ obligant tantum sub veniali, 540, 1. Lex tota servanda, non una ejus pars, XX, 111, 2 et seqq.: *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Legem unam violans, quomodo fiat omnium reus, 111, 2; 112, 1, 2; 113, 1, 2; 114, 1.

4° *Legis Dei observatæ commoda et fructus.* *Primo.* Lex lux est, XII, 449, 1, 2: *Convertere, Jacob, et apprehende eam* (legem), *ambula per viam ad splendorem ejus contra lumen ejus.* Lucerna est, lux et via vitæ, V, 170, 1, 2; 172, 1: *Mandatum lucerna est, et lex lux, et via vitæ increpatio disciplinæ.* Hominem dirigit in omni actione, 184, 2. Cur vocetur via, VI, 23, 2. Est velut obstetrix, 111, 1. Est liberi hominis vita, 23, 1: *Qui custodit mandatum, custodit animam suam.*

Secundo. Legis observatio veram parit sapientiam et intelligentiam, IX, 568, 1: *Qui custodit justitiam, continebit sensum ejus. Consummatio timoris Dei, sapientia et sensus.* Est sapientiæ fenestra, 429, 1, 2: *Beatus vir... qui respicit per fenestras illius* (sapientiæ), *et in januis illius audiens.* Ejus observatio, timor Dei et sapientia mire inter se connexa sunt, 84, 1: *Fili concupiscens sapientiam, conserva justitiam; et Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim et disciplina, timor Domini.* Quem inter se habeant ordinem, *ibid.* Hinc sæpe pro eodem sumuntur et confunduntur, *ibid.*, 2.

Tertio. Legis observatio est tacita et implicita oratio et oblatio, X, 213, 2; 214, 1: *Qui conservat legem, multiplicat oblationem, sacrificium salutare est attendere mandatis.* Eam observans religiosus est, XX, 90, 1: *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.*

Quarto. Lex Dei est thesaurus desiderabilis, VI, 118, 1: *Thesaurus desiderabilis, et oleum in habitatione justi, et imprudens homo dissipabit illud.* Ejus custodia ditat, X, 73, 1: *Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, et proderit tibi magis quam aurum.* Reficit animam, *Job*, 478, 1.

Quinto. Legis observatio refrænat motus inordinatos, eosque componit, IX, 568, 1. Sinceris est causa salutis, hypocritis et prævaricatoribus causa perditionis, X, 158, 1: *Qui quærit legem, replebitur ab ea; et qui insidiose agit, scandalizabitur in ea.*

5° *Legis observandæ possibilitas et facilitas.* Leges suas Deus viribus hominum attemperat, *Job*, 686, 1: *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis in legislatoribus.* Possumus legem cum gratia Dei perficere, XX, 111, 2. Lex Dei peccatori dura et gravis est, sed jam justificato facilis, IX, 159, 1. Practicando discitur, 567, 2. Legis ad observantiam quatuor a Domino petenda, scilicet, desiderium legis observandæ; deinde lumen ad eam intelligendam; tertio, gratia ad eam implendam; postea vero contrariorum remotio, *Psalm.* II, 315, 1, 2: *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper*, etc. Legis divinæ observantiam quæ impediant; primum impedimentum, mors animæ, *Psalm.* II, 312, 2: *Retribue servo tuo, vivifica me, et custodiam sermones tuos*; secundum, sunt passiones animi quæ faciunt ut homo non recte judicet, *ibid.*: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua*; tertium, est terrena peregrinatio, *ibid.*: *Incola ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua;* quartum impedimentum est imperfectio, 313, 1: *Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore;* quintum et omnium maximum superbia est, *ibid.*, 2: *Increpasti superbos, maledicti qui declinant a semitis tuis.* Lex Dei qualis sit impiis et justis, scilicet impiis durissimum jugum, piis vero jugum suavissimum et onus leve, *Psalm.* I, 15, 1: *Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum.* Legem ponunt pii super cor, impii sub corde, XIV, 569, 2: *Si nolueritis audire, et si nolueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo.*

6° *Legis Dei transgressorum pœna et supplicium.*

Lex Domini quibus modis solvitur, *Psalm*, I, 9, 12: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.* Eam violantes laudant et amant impii; at eam custodientes contra impios zelant et succenduntur, VI, 366, 1, 2 : *Qui derelinquunt legem, laudant impium; qui custodiunt, succenduntur contra eum.* Legem quomodo detractor judicet, XX, 187, 1 : *Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, et judicat legem.* Legem non audiens, audiri a Deo non meretur, VI, 369, 2 : *Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ejus erit exsecrabilis.* Eam contemnentes, mortem incurrent, 23, 2: *Qui custodit mandatum, custodit animam suam; qui autem negligit viam suam, mortificabitur.* Eam spernens, se obnoxium judicio facit, V, 388, 2; 389, 1 : *Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat; qui autem timet præceptum, in pace versabitur.* Lex Domini in die judicii peccatorem coarguet, XIV, 282, 2 et seq.: *Et erit in tempore illo: Scrutabor Jerusalem in lucernis; et visitabo super viros defixos in fæcibus suis, qui dicunt in cordibus suis : Non faciet bene Dominus, et non faciet male.*

IV. LEX MOSAICA. 1° *Quomodo in Scriptura vocetur.* Lex cur vocetur nomine testamenti, IX, 350, 2; X, 51, 1; 455, 2; XVIII, 543, 1; XIX, 434, 1. Sæpe vocatur testimonium, XV, 221, 1. Hebraice dicitur doctrina, XVIII, 72, 2. Vocatur hæreditas tribus de causis, II, 526, 1. 2. Lex mosaica cur vocetur littera, sive scriptura, XVIII, 65, 1. Etiam Prophetæ et totum Vetus Testamentum dicuntur lex, XV, 3, 2; XVIII, 393, 1. Lex incorrupta cur vocetur lex vetus, VIII, 622, 1. Lex dicta est gloria Israel, XII, 511, 1.

2° *Legis mosaicæ promulgatio.* Lex vetus et nova editæ sunt in monte, XV, 136, 1. Lex vetus quomodo lata angelis disponentibus, XVII, 179, 1. Per angelum data est Moysi, XV, 3, 2 et seq. Per angelos est lata, et ejus prævaricatores puniti, XIX, 366, 1. Eam Spiritus sanctus ad verbum dictavit, 304, 1. Quibus cæremoniis in Sina data, I, 600, 2 et seqq. Quanta cum majestate et tremore lata sit, IX, 482, 1. Ejus promulgatio Deo fuit summe gloriosa, *ibid.* Ejus promulgatio significat promulgationem legis novæ, I, 602, 2. Septem in ejus promulgatione terribilia, 601, 2. De fumo, igne, fulgure, terræ motibus quando lux dabatur, *ibid.* In medio flammæ cur sit data, *Job*, 353, 1. Cur data cum fulgure, tonitru, procella et cum motu, XIX, 505, 2; 509, 1. Quid omnia hæc allegorice significent, I, 601, 2. Quomodo latæ post annos CCCCXXX post Abraham, XVIII, 543, 2. Et tertio mense post exitum ex Ægypto, 544, 1. Leges cur tabulis lapideis a Mose conscriptæ, XIII, 397, 1. Omnis lex Judæorum lata est in monte Sina, II, 181, 2.

3° *Legis mosaicæ natura et finis.* Lex erat triplex, tria scilicet continebat, legem naturalem, puta Decalogum, leges judiciales, leges cæremoniales, XVII, 179, 1. Leges judiciales judicium vocantur; cæremoniales, testamentum; morales, disciplina, IX, 482, 1. Cur leges cæremoniales vocentur justificationes, XIX, 430, 1. Lex sancta fuit propter præcepta cæremonialia; justa, propter judicialia; bona, propter moralia, XVIII, 121, 2. Cur spiritualis dicatur, 122, 1. Suo ordine, tempore, loco, modo ordinata et disposita fuit, 544, 1 et seqq.

Lex vetus data est ut dissolutos hominum mores restringeret, illos ad Christum duceret, indirecte ut abundaret delictum, 104, 1. Ejus finis respectu triplicium hominum, XVIII, 104, 2. Christianis non est lata, sed Judæis, XIX, 181, 2. Erat via ad Christum, XV, 6, 1. Judæos deduxit ad Christum, XVIII, 65, 1; 104, 1; 544, 1; 547, 1; XIX, 181, 1. Christus legis est finis, XVIII, 176, 1. Lex est quasi maritus, hoc per Christum mortificato, ad alium transire licet, 118, 2. Propter transgressiones posita est, 546, 2. Non est contra promissa Dei vitam spiritualem per Christum promittentia, *ibid.* Non potuit irritare pactum Dei cum Abrahamo initum, 543, 1. Lex Mosis est sicut pluvia matutina, XIV, 476, 1.

4° *Legis Mosaicæ imperfectio et impotentia.* Lex Mosaica fuit rudis et imperfecta, XV, 159, 1. Fuit velut umbra, 5, 1. Promittit terrena et caduca, 5, 2. Lex vetus est velut rudimentum doctrinæ christianæ, XVIII, 549 2. Ex ea non potest accidere nobis vivificatio, hæreditas et justitia Abrahæ, 85, 1; 546, 2. Non justitiam, sed iram, vindictam, peccatum et mortem operatur, XVIII, 85,1; 104,1, 2; 119, 1; 121, 1; XIX, 425, 2. Hominem maledicit, XVIII, 539, 2. Non affert fidem et gratiam qua justificemur, 546, 2. Ejus sacramenta egena elementa, 552, 1, 2. Politica tantum et exteriora attingebat, non animam, XIX, 419, 1. Ex ea justitiam quærentes irritam faciunt Christi redemptionem, XVIII, 561, 2. Ejus justitias et excellentias Paulus parvi facit, XIX, 44, 2.

Lex vetus concupiscentiam magis acuebat, XVIII, 119, 1. Sine lege peccatum erat mortuum, quo sensu, 121, 1.

5° *Lex vetus servanda erat, et quatenus impleri poterat.* Lex vetus custodienda erat nimis, sex de causis, II, 181, 2. Ipsa exploranda et observanda, 428, 2.

Lex vetus erat onus grave, XV, 5, 2; XVII, 301; 1. Erat gravior lege nova ob quatuor rationes, XVIII, 564, 2. Lex vetus an prorsus servatu impossibilis, XVII, 301, 1. Eam impleri non posse, docere blasphemum est, XVIII, 61, 2. Id possibile est, 540, 1. Impletur operibus et gratia Christi, non sola fide, 59, 2; 176, 2; 223, 1; 433, 2. Eam ante Christum Gentes totam implere non poterant, 62, 2. Eam servantibus Deus viginti et novem bona promisit, II, 177, 2 et seq.

6° *Legis mosaicæ duratio et abrogatio.* Legis veteris dominium, XVIII, 118, 1. Id amisit veniente

Christo, 119, 1. Data fuit solis Judæis, erat temporaria, XV, 6, 1. Obligavit usque ad Christum, XIV, 613, 2. Non semper duratura dicitur contra Judæos, XII, 232, 1. Ejus abolitionem fore an dixerit S. Stephanus, XVII, 167, 2. Ejus abrogatioin transfiguratione Christi repræsentatur, XV, 389, 2. Lex in Jerusalem quomodo esse desierit, XII, 374, 1. Ex ejus jugo Christus ita nos eduxit, ut e profundo quodam lacu, XIV, 461, 2. Lex cæremonialis abrogata est, et obligare desiit in Pentecoste, XV, 287, 2; XVIII, 230, 2; 529, 2. At non moralis et naturalis, XVIII, 532, 1; 542, 1. Lex de suffocatis et sanguinis usu est abolita, XVII, 303, 1. Lex Mosis post Christi ascensum ut honesta et religiosa adhuc observari poterat, non tamen obligabat, XVII, 381, 1. Eam cur Paulus deprimeret, 381, 1. Lex vetus quomodo dicatur æterna, XIX, 357, 1, 2. Vocatur æterna conditionate, I, 191, 2. Est æterna quadrupliciter, XII, 449, 1. Lex Decalogi non desiit per Christum, sed est æterna, XIII, 532, 1. Legem veterem quo sensu Christus non venit solvere, sed adimplere, XV, 156, 1, 2; 159, 1. Lex vetus est a Christo evecta et perfecta, V, 225, 1, 2.

V. Lex christiana. — 1° *Quibus nominibus in Scriptura lex nova vocetur*, Quare vocetur Testamentum novum, XIX, 427, 1 : *Hoc est Testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus. Dando leges meas in mentem eorum, et in corde eorum superscribam eas.* Lex evangelica judicium vocatur multas ob causas, XI, 605, 1 2 : *Attendite ad me, populus meus, et tribus mea, me audite; quia lex a me exiet, et judicium meum in lucem populorum requiescet.*

2° *Legis novæ natura et characteres.* Lex mosaica a Christo mutata in Evangelium, XVI, 331, 1; 361, 2 : *Venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit, qui adorent eum.* Lex nova est fœdus novum quod Messias sanciturus dicitur, XII, 232, 1. Legem perfectam attulit Christus in orbem veniens, XIV, 303, 1 : *Tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, et serviant ei humero uno.* Ejus gloria unde pateat, XVIII, 433, 2 : *Si ministratio mortis et damnationis litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria..... quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria.* Lex nova ad veterem est velut anima ad corpus, X, 237, 1 : *Da testimonium his qui ab initio creaturæ tuæ sunt, et suscita prædicationes, quas locuti sunt in nomine tuo Prophetæ priores.* Lex nova per ignem dari cœpta, XVII, 82, 2 et seq. : *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis super singulos eorum.* Legis novæ, et legis veteris promulgatio typice opponitur, XIX, 506, 1. Legem novam Deus inscribit Christianorum intellectui, memoriæ et cordi, id est voluntati, XII, 233, 1, 2 : *Hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus; dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam..... Et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum dicens : Cognosce Dominum; omnes enim cognoscent me, a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus.* Utriusque antitheses variæ, XV, 3, 2 et seq.; 5, 2; 7, 1; 9, 1 et seq.; XIX, 351, 1 et seqq. : *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis : novissime in diebus istis locutus est nobis in Filio.* Legis mosaicæ et novæ sex differentiæ, XVI, 47, 2 : *Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi. In sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris*; 535, 1, 2 : *Mandatum novum do vobis : ut diligatis invicem.* Tota consistit in charitate, XVIII, 132, 2 : *Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una.* Quomodo dicatur ignea, *Psalm.* II, 329, 2 : *Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud.* Lex evangelica est lex gratiæ, XVIII, 173, 2. Lex gratiæ est lex amoris, quietis et concordiæ, XIV, 97, 2 : *Et sedebit vir subtus vitem suam et subtus ficum suam, et non erit qui deterreat.* Lex alia charitatis, alia justitiæ, *Psalm.* I, 372, 2 : *Quia apud te propitiatio est, et propter legem tuam sustinui te, Domine.* Lex gratiæ est ceu imber serotinus, XIII, 609, 1 : Quomodo dicatur perpendiculum, id est regula et norma omnis virtutis et perfectionis, XIV, 406, 2. Ea sancta est, et quare, XX, 467, 1 : *Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est, sancto mandato.* Est terra sancta in quam ducimur a Spiritu sancto, *Psalm.* II, 441, 1, 2 : *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Est perfecta, cur, 87, 1 : *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, hic beatus in facto suo erit.* Est sufficiens ad salutem, nec indiget mosaica, XVIII, 517, 2. Sola ejus notitia ad justificationem non sufficit, sed ipsa servanda est, 60, 1 : *Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Lex fidei et lex factorum qui differant, 76, 1 : *Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei.* Lex evangelica est lex obedientiæ, ac reddit subditos flexiles, 112, 1, 2 : *Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam?* Docet parere magistratibus, 219, 2 : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Est item lex libertatis, XX, 87, 1. Est lux et dogma, XVIII, 606, 1. Ejus facilitas et gratia, XII, 233, 1, 2. Cur lex nova suavis sit, XV, 296, 1, 2 : *Tollite jugum meum super vos.... Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.* Ejus prævaricatores punientur, ergo ipsa observanda est, 157, 1, 2. Ejus vel minimum mandatum violans, castigabitur, *ibid.*, 2 : *Qui ergo solverit unum de mandatis*

istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Leges apostolicæ et ecclesiasticæ non adduntur Scripturæ ut Scriptura divina, sed ut humana ex divina deducta, XXI, 413, 2 : *Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri hujus : Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.*

3° *Legis novæ duratio.* Lex nova non transibit, XV, 156, 2 et seqq. : *Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum et terra, iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant.* Dupliciter est immobilis, XIX, 510, 1 : *Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam : per quam serviamus placentes Deo.* Lex evangelica est lex ultima, suosque cultores cœlo transcribit, IX, 60, 1 : *Fons sapientiæ, verbum Dei in excelsis, et ingressus ejus mandata æterna.* Legis christianæ ætas quamdiu durabit, XX, 549, 2. Lex evangelica est lex ultima, eaque finita venturum est judicium, XIV, 331, 2 (*Vide* EVANGELIUM).

VI. LEX HUMANA. — Lex omnis regum a lege æterna Dei derivatur, V, 212, 1 : *Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt;* 494, 1 : *Divinatio in labiis regis, in judicio non errabit os ejus.* Leges imponere est regum et dominorum, *Job*, 687, 1. Leges, si sint æquæ, Deus propugnat, earumque sensum contra impios tuetur, VI, 155, 1. Leges sunt anima civitatis, XIV, 480, 1. Legum severitas in rectoribus commendatur, XXI, 60, 2. Leges etiam humanæ debent esse vincula charitatis, XIII, 430, 1. Lex civilis non punit animum, sed tantum opus externum, XV, 165, 1. Lex humana patitur epiikiam, non divina, III, 625, 2. Leges judiciales sunt viæ regiæ quas secum interpretans vel corrumpens, init diverticula, V, 549, 2. Legi suæ pareat princeps, quia ea tenetur non minus quam subditi, X, 145, 1.

Leges Gentilium an in conscientia obligarint, XVIII, 221, 1 : *Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.*

Legis Persarum ne quis non vocatus interius atrium regis ingrediatur, causa, IV, 375, 1, 2.

LIA. Liæ lippitudo oculorum qualis fuerit, I, 293, 1. An peccaverit se substituendo pro Rachele, 293, 2. Quid hæc substitutio symbolice significet, *ibid.*

LIBAMEN, LIBARE, LIBATIO. Libamen in omni sacrificio Judaico adhibebatur, XIX, 445, 1. Libamen seu libatio, in sacrificio quid esset, XV, 557, 2; XIX, 309, 1. Libatio erat oblatio libaminis, puta vini et olei quo sacrificia tum farrea, tum carnea condiebantur, XIII, 400, 2; 487, 2. Libatio vini erat ultima sacrificii pars, X, 542, 2. Libandi ritus, II, 270, 1. Libaminum mensura, 270, 2. Libamen victimis dignius, quia Deo semper totum offerebatur, XIX, 309, 1. Quid anagogice libamina significent, et quid tropologice, II, 271, 1.

LIBANUS. 1° Libani quid sit etymon, unde sic dictus, III, 6, 1; VIII, 60, 1; XIV, 484, 2. Libanus unde situs, VIII, 60, 1; XI, 409, 1. Libanus erat terminus Judææ, et initium Gentium versus Aquilone, XIV, 148, 2; 484, 1. Libanus et Antilibanus idem mons, III, 6, 1. Libanus Judæorum ditionis erat, atque inde varia Hierosolymam deferebantur, XI, 455, 2. Erat Judææ principium, murus et antemurale, 466, 2. Libanus duplex, hinc in Scriptura aliquando in bonam, aliquando in malam partem accipitur, XI, 253, 2. In Libano non est transfiguratus Dominus, XV, 381, 1.

2° Libani proventus et fertilitas, XI, 409, 1. Libanus fert vinum præstantissimum, odoratum, et vim suam diu retinens : botri e quibus id exprimitur ingentes sunt, XIII, 472, 1, 2. Ipse mons situs in regione calida, frugifera et montosa, *ibid.* Arboribus præstantissimis abundabat, IX, 633, 1; X, 309, 1. Olim cedris abundabat, jam pene iis caret, 617, 1. Libanus capitur interdum pro thure, quia thure abundans erat, 471, 1. Unde dictus est thuris ferax, IX, 646, 1. Λίβανος, id est thus, vel arbor thurifera, ab hebræo *lebona* deducitur, IX, 646, 1; X, 309, 1. E Libano ligna pro templo Salomon succidit, et Zorobabel et Judæi pro ejusdem restauratione, XIV, 325, 1.

3° Libani nomine vocatur Jerusalem et Judæa, cur, XII, 625, 2. Aliquando capitur pro Jerusalem, XII, 171 1; XIV, 484, 1, 2. Per eum aliquando templum designatur, XIV, 484, 1, 2. Ei Ecclesia assimilatur, XI, 409, 1; IX, 646, 1, X, 309, 1. Cur Gentes significet, *ibid.* In Libano sedere est opulenter vivere, XII, 177, 1, 2.

LIBELLA. Libella seu perpendiculo cur architecti utantur, XIV, 369, 1.

LIBELLUS REPUDII. Libellus repudii Judæis permissus erat; is solvebat matrimonium, IX, 692, 1; X, 368, 1. Libellus repudii permissus tantum fuit a Moyse, non præceptus, XV, 420, 1, 2. Per eum aliam uxorem ducere licebat, *ibid.*

LIBER. Liber unde sic dictus, IV, 522, 1. Liber cur dictus sit repertor vini, VI, 486, 1.

LIBER. 1° Libri *vox quotuplici sensu ab Hebræis accepta.* Liber Hebræis idem etiam sonat quod catalogus, I, 125, 1.; XV, 53, 1. Quis sit liber generationis Jesu Christi, 53, 2.

2° *Librorum forma apud Hebræos et veteres quæ esset.* Libri Hebræorum quales essent, VI, 250, 1, 2. Libri veterum pellicei erant et convolviles in cylindrum, ex variis membranis consuti, XI, 448, 1; XII, 517, 1; XVI, 102, 1; XIX, 454, 2; XXI, 117, 1; 121, 1; 156, 1. Quomodo paginas habere dicantur, XII, 255, 1. Etiam in usu erant libri quales nostri per paginas distincti, *ibid.* Libri olim cedri succo cur illinerentur et inungerentur, IX, 634; XII, 724, 1. Libros æstimabant veteres numero versuum, non capitum; versus constabat sex dictionibus, XIII, 253, 1. Libri multi sacri et profani periere, XIII, 641, 1.

3° *Libri boni quam utiles.* Libri sunt optimi consiliarii, X, 251, 2 : *A consiliario serva animam tuam. Prius scito quæ sit illius necessitas.* Libri sunt doctores muti et oblivionis medicamentum, Job, 208, 2; 209, 1 : *Interroga generationem pristinam, et diligenter investiga patrum memoriam. Hesterni quippe sumus, et ignoramus quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram. Et ipsi docebunt te; loquentur tibi, et de corde suo proferent eloquia.* Libri libere monent reges et principes, XXI, 101, 1. Librorum piorum lectio vel auditio ossa impinguat, V, 475, 2 : *Lux oculorum lætificat animam; fama bona impinguat ossa.* Libros sacros legere quam sit utile, XVII, 205, 1 (*Vide* SCRIPTURA SACRA). Librorum plurium commoda, VII, 409, 1, 2.

4° *Librorum malorum lectio fugienda.* Librorum multorum incommoda, VII, 409, 1 : *Faciendi plures libros nullus est finis.* Libros antequam edantur, examinari voluit Plato, XIX, 289, 1, 2. Libri hæretici non sunt legendi, vetante Apostolo et Conciliis, 144, 2 : *Omnia autem probate, quod bonum est tenete*; 289, 2 : *Profana autem et vaniloquia devita : multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit.* Eos legentes incurrunt censuras ecclesiasticas, 289, 1. Libri hæreticorum quam noxii, et fugiendi ut pestes, XX, 637, 1 : *Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.* Libri hæreticorum sunt velut ignis, eorum lectio quam sit noxia, V, 179, 1 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus?* Libris impiis nihil detestabilius, 282, 1 : *Memoria justi cum laudibus; et nomen impiorum putrescet.* Libri magici, mathematici et hæretici comburendi sunt, XVII, 356, 2 : *Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, et combusserunt coram omnibus.*

5° *Liber legis apud Hebræos.* Liber legis in lustrationibus Moysis cur sanguine aspergeretur, XIX, 443, 2. Liber legis tempore Josiæ est inventus, IV, 81, 1, 2. Exemplaria libri legis extabant multa apud Judæos, *ibid.* Per librorum legis expansionem qui intenderent Judæi, IV, 427, 2. Liber *Deuteronomii* militibus ad bellum euntibus legi solitus, 538, 1. In cujus libri capite de Christo sit scriptum, XIX, 455, 1.

6° *Libri de quibus in Scriptura mentio fit et quæ non extant.* Liber bellorum Domini quis fuerit olim quem citavit Moyses, II, 306, 2. Quis liber dictus ascensio Moysis, II, 536, 2. Liber justorum intercedit, III, 63, 2. Liber Henoch olim extitit purus, sed postea corruptus est, XX, 677, 2. Quos errores contineat, *ibid.*

7° *Libri canonici Scripturæ.* Primo. Libri canonici sacræ Scripturæ duplicis generis sunt, IX, 15, 1; XX, 496, 1. Libri omnes Scripturæ unus liber sunt, IX, 342, 1. Libris suis scriptores sancti nomen non præfigebant, X, 548, 2.

Secundo. *Liber Josue.* Cur liber hic inscribatur *Josue*, III, 1, 1. An liber hic sit canonicus sacræ Scripturæ, *ibid.*, 2. Quis sit libri auctor, *ibid.* Quæ sit libri hujus materia et argumentum, 2, 2. Quot annorum gesta hic liber complectatur, 3, 1. Libri Josue interpretes, 3, 2 (*Vide* JOSUE).

Tertio. *Liber Judicum.* Cur hic liber *Judicum* dicatur, III, 109, 1. Canones libro Judicum proprii, III, 1, 2. (*Vide* JUDICES).

Quarto. *Libri Regum.* Librorum Regum ordo cum aliis Scripturis, III, 250, 1, 2. Utilissime leguntur a principibus, 251, 1. Eorum auctor, *ibid.*, 2. Libros Regum an scripserit Jeremias, XII, 2, 2.

Quinto. *Libri Esdræ.* Liber primus Esdræ et Nehemiæ sunt protocanonici, cur, IV, 199, 2. Tobiæ vero, Esther, Judith et Machabæorum deuterocanonici, *ibid.* Tertius et quartus Esdræ sunt apocryphi, 200, 1; 261, 1, 2. Liber Nehemiæ cur dicatur secundus Esdræ, 200, 1. Libri primi Esdræ auctor est Esdras, secundi Nehemias, *ibid.* Liber quartus Esdræ a multis SS. Patribus subinde citatur quasi canonicus, IV, 201, 1. Nihilominus est est apocryphus, *ibid.*, 2. Liber primus Esdræ continet liberationem Judæorum e Babylone per Cyrum. Nehemiæ reædificationem Jerusalem, *ibid.*, 1. Liber tertius Esdræ majoris est auctoritatis quam historiæ Livii, Sallustii, etc., 262, 1. Cur aliqui eum asserant canonicum tertii ordinis, *ibid.* De quarto plus est difficultatis, variaque contra ejus auctoritatem objiciuntur, *ibid.* et 2. Non est Thalmudicus, 263, 2. Cur ei etiam sua videatur concedenda auctoritas, *ibid.* Fuit scriptus ante *Apocalypsim* S. Joannis, qui ad eum alludit, 264, 1. Quis ejus sit auctor, incertum, *ibid.*, 2. Fuit scriptus in captivitate Babylonica. 263, 2.

Sexto. *Liber Tobiæ.* Liber Tobiæ licet olim habitus sit aliquibus Patribus pro non canonico, jam tamen est canonicus, IV, 265, 1. Ejus argumentum, *ibid.*, 2. Est historia, non comœdia, chaldaice scripta, *ibid.*, 266, 1. Idque in Assyria, *ibid.* Quis sit ejus auctor, *ibid.* Quinam in hunc scripserint, *ibid.* (*Vide* TOBIAS).

Septimo. *Liber Judith.* Liber Judith est canonicus, chaldaice scriptus, IV, 313, 1. Ejus argumentum et partes (*Vide* JUDITH).

Octavo. *Liber Esther.* Libri Esther materia, IV, 357, 1. Auctor hujus libri quis sit, an sit Mardochæus, IV, 358, 1, 2. Libri Esther interpretes, 359, 2 (*Vide* ESTHER).

Nono. *Libri Machabæorum.* Liber primus et secundus Machabæorum apud Hebræos non sunt canonici, cur, IV, 403, 1. Neque tertium et quartum ut canonicos admittit Ecclesia, *ibid.* Libri primi quis sit auctor, *ibid.* et 2, Item secundi, *ibid.*, 484, 2; 506, 2; 556, 1. Utriusque idem est argumentum, 403, 1; 506, 2. Liber primus complectitur

gesta annorum circiter sexaginta, IV, 403, 2. Uterque extitit hebraice, *ibid.*, 2. Librorum Machabæorum ordo et connexio, 409, 1, 2. Libri Machabæorum non censentur inter hagiographos, sed inter historicos, X, 179, 1; 572, 2. Liber tertius non est canonicus, habet tamen suam auctoritatem, IV, 568, 1. Ordine chronologico ponendus foret ante primum, *ibid.* Ejus argumentum, *ibid.* Quo sensu S. Clemens eum canonicum nominet, *ibid.*, 2. Libri quarti argumentum, 569, 1, 2. Est incerti auctoris, *ibid.*

Decimo. *Libri Salomonis.* Libris tribus *Proverbiis*, *Ecclesiaste*, *Cantico canticorum*, Salomon sapientiam suam tradidit, VI, 164, 2. Librorum trium Salomon argumentum, V, 1, 2. Iidem mystice explicati, 2. Eorum ordo quoad scriptionem, 6, 2.

8° *Libri apocryphi de quorum auctore dubitatur.* Liber *infantiæ Salvatoris* fabulosus et mendax, est ab hæreticis confictus, XVI, 332, 1; 179, 1. Liber *Pastoris* cur inter apocryphos numeretur, XVII, 375, 2.

9° *Libri SS. Patribus vel scriptoribus ecclesiasticis assignati de quibus dubium existit.* Libri *de Locis hebraicis* auctor est Eusebius, non S. Hieronymus, II, 44, 2, 2. Liber in *Job*, an sit proprie Origenis, XII, 523, 2. Liber *Quæstionum* Novi et Veteris Testamenti, an sit S. Augustini, V, 392, 2. Liber *Hypognosticon* an sit ejusdem S. Doctoris, X, 324, 2. Item liber *de Spiritu et Anima*, 373, 2. Item liber *de Mirabilibus sacræ Scripturæ*, XX, 443, 2. Liber *de Sina et Sion*, an sit S. Cypriani, *ibid.* Liber *de Ordine vitæ*, an sit S. Bernardi, X, 154, 2. Liber *de Pœnitentia* quis sit auctor; videtur Victoris Cartennæ episcopi, IX, 179, 2. Liber præcipuus S. Bonaventuræ qualis, VII, 555, 2 et seq.

Liber memoriæ summi pontificis quis sit, XIV, 603, 1.

Liber expensarum debet esse clarus, et non obfuscatus, X, 360, 1.

10° *Libri vocis symbolica acceptio.* Primo. Liber divinitatis mundus dictus est a S. Antonino, XIV, 509, 2. Liber memoriæ Dei est liber vitæ et cœli, XIV, 602, 2.

1° *Secundo.* Liber significat Dei mentem, voluntatem et decretum, XIII, 413, 2. Liber vitæ quid sit, I, 729, 1, 2. Liber vitæ est ipse Christus, ejusque vita, XIII, 95, 1, 2. Liber vitæ idem est quod distincta Dei præscientia, memoria, prædestinatio, XVI, 149, 1. Est duplex vitæ liber, unus perfectus et completus, alter conditionatus, 149, 2. Liber vitæ est catalogus prædestinatorum ad vitam æternam, XVIII, 24, 1; XIX, 59, 1. In eo quis dupliciter scribi dicitur, XIX, 59, 2. De libro vitæ diversimode quis deletur, XXI, 70, 1. In eo dupliciter sancti scribuntur, *ibid.* Is quis dicatur, 359, 2. Liber vitæ et mortis et in Deo, quomodo, XII, 518, 2. Quis sit liber mortis Deo, XIX, 59, 1. Liber triplex est in Deo, XII, 518, 1. Liber triplex est in judicio Dei, XIII, 94, 2. Librum computuum cum Deo quisque habet, XIX, 67, 2. Libri aperti in judicio pandendi qui sint, XXI, 358, 2 et seqq. Libri aperti in judicio Dei quid significent, XIII, 92, 2 (*Vide* Judicium). Liber viventium et justorum quis dicatur, *Psalm.* 1, 450, 1. Libro cœlitus accepto consecrabantur aliquando prophetæ et doctores, XII, 517, 1.

Liber signatus quem vidit Joannes, fuit involutus ut mappa geographica, XXI, 117, 1. Liber obsignatus erat symbolum antiquitatis, XIII, 173, 2. Liber signatus quem vidit Joannes an fuerit signatus arcanis characteribus, XXI, 118, 1. Quid per eum intelligatur, 1 et seqq. Est a suis sigillis distinguendus, *ibid.* Ipse est apocalypsis cum mysteriis et oraculis in Dei præscientia contenta, 120, 1. Quid in eo contineatur, *ibid.* Non poterat legi nisi reseratis omnibus sigillis, 120, 2. Quomodo esset scriptus intus et foris, 121, 1. Sensim est ab Agno apertus, 127, 1. Ob eum reseratum omnes angeli et creaturæ Deum laudarunt, 133, 1; 134, 1, 2. Eo graviora mala continebantur, quam sigillis, 221, 1. Nec eadem erant, hinc Joannes tam vidit librum apertum, quam sigilla reserata, 219, 2.

LIBER, LIBERTAS, LIBERUM ARBITRIUM. N. B. Multiplex libertas distinguitur: *prima*, libertas naturæ, quæ opponitur necessitati naturali, facitque liberum arbitrium; *secunda*, libertas moralis, quæ opponitur peccato, facitque justum et sanctum; *tertia*, libertas spiritualis ex perfecta charitate quæ foras mittit timorem; *quarta*, cœlestis quæ opponitur morti et ærumnis hujus vitæ, facitque beatum; *quinta*, libertas civilis, quæ opponitur servituti civili mancipiorum, XVIII, 114, 1; 158, 2; *sexta*, libertas politica, quæ est potestas jura sua exercendi illæsis aliorum juribus. De hac ultima libertate nihil fere hic dicendum.

LIBERTAS DEI (*Vide* Omnipotentia).

I. Libertas naturæ seu Liberum Arbitrium. — 1° *Quid sit libertas.* Libertatis origo est facultas consultandi et eligendi bonum vel malum, IX, 448, 1 et seq.: *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui.* Libertas omnis est in voluntate, et a voluntate, XX, 57, 2. Per ipsum fit ut non agamus ut bruta, XVIII, 24, 2. Per liberum arbitrium licent quæ expediunt, 293, 2: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*

2° *Deus hominem libertate præditum creavit*, I, 74, 1; IX, 448, 1. Homini vix creato Deus dat præceptum ut probet obsequium, imponit legem ut exploret hominis voluntatem, et in eo quis erit libertatis usus, I, 90, 2. Postquam mandatum præterierit, multiplex homini pœna infligitur, ex qua necessario hominem fuisse liberum educitur, 107, 2; 108, 1, 2.

3° *Post lapsum Adæ, liberum arbitrium homo nullatenus amisit.* Liberum arbitrium probatur, I, 116, 2: *Quare iratus es? et cur concidit facies tua* (dixit Dominus ad Cain)? *Nonne si bene egeris, recipies; sin autem male, statim in foribus peccatum*

aderit? sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius; II, 508, 2; 509, 1 : *Testes invoco hodie, cœlum et terram* (ait Moyses ad filios Israel), *quod proposuerim vobis vitam et mortem, benedictionem et maledictionem. Elige ergo vitam, ut et tu vivas, et semen tuum*, etc.; V, 126, 1: *Dirige* (hebraice, *palles*, id est *libra*) *semitam pedibus tuis, et omnes viæ tuæ stabilientur. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram, averte pedem tuum a malo*; V, 128, 1; 488, 1, 2; IX, 451, 2; 452, 1, 2: *Apposuit tibi ignem et aquam; ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita et mors, bonum et malum, quod placuerit ei dabitur illi*; X, 118, 1 : *Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna; qui potuit transgredi et non est transgressus, facere mala et non fecit*; XI, 114, 2 : *Si volueritis, et audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos, quia os Domini locutum est*; XII, 95, 1 : *Scio, Domine, quia non est hominis via ejus, nec viri est ut ambulet, et dirigat gressus suos*. Ostenditur contra Calvinum liberum arbitrium ex his verbis non tolli, *ibid.*; 637, 2 : *Projicite a vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, et facite vobis cor novum, et spiritum novum, et quare moriemini, domus Israel?* Liberum arbitrium contra Calvinum astruitur, XVIII, 401, 1 : *Gratia autem Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum*; XIX, 285, 2. Liberum arbitrium cur sit rex, VII, 208, 2 : *Et insuper universæ terræ rex imperat servienti*. Libertatem actus non tollit consequens necessitas, XVII, 95, 1, 2. Quomodo liberum arbitrium cum præscientia concordet, *ibid*. Libertas hominis in rebus agendis non repugnat præscientiæ Dei, XV, 24, 2. Liberum arbitrium tollit Calvinus, XVIII, 125, 1; 432, 1. Liberi arbitrii sextuplex dignitas, IX, 452, 2.

4° *Liberum arbitrium gratiæ Dei cooperatur*. Liberum arbitrium non excludit gratiam Dei, IX, 451, 1. Liberum arbitrium ex se quidem est insufficiens, aliquas tamen habet vires, si a gratia præveniente roboretur et adjuvetur; et vires naturales ad bonum, XVIII, 432, 1, 2 : *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*. Liberum arbitrium non est initium salutis, V, 242, 2 : *Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino*; 480, 2 : *Hominis est animam præparare, et Domini gubernare linguam*. Gratia non prædeterminat liberum arbitrium, XIX, 33, 1, 2 : *Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate*. Sed illum adjuvat ut bonum eligat et operetur, 81, 2 : *In quo* (Christo) *et laboro, certando secundum operationem ejus, quam operatur in me in virtute*. Liber amplexus gratiæ est quædam gratia, XVIII, 188, 1 (*Vide* Gratia).

5° *Quomodo libero arbitrio uti debeamus*. Libertate sua debet homo uti ad bonum, IX, 453, 1. Est ad bonum convertendum, *ibid*. Liberum arbitrium eligendorum in causa est ut certa sit, aut non sit eorum electio et vocatio, XX, 421, 2; 422, 1 : *Quapropter, fratres, magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis*. Id negant Calvinistæ, 284, 2 (*Vide* Deus, cap. III, art. III, § 3).

II. Libertas moralis et spiritualis, seu libertas christiana. — Quadruplex libertas allata a Christo : *prima*, libertas ab onere legis veteris quam abstulit Christus per libertatem Evangelii; *secunda*, libertas a jugo peccati per libertatem justitiæ; *tertia*, libertas a dominio concupiscentiæ per libertatem spiritus, ac dominium charitatis et gratiæ; *quarta*, libertas a morte et mortalitate per libertatem resurrectionis et gloriæ, XVI, 445, 2 : *Dicebat ergo Jesus ad eos, qui crediderunt ei, Judæos : Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos*. Libertatem qualem suis det lex evangelica, XX, 87, 1 : *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit*; 115, 1, 2 : *Sic loquimini, et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari*. Libertas christiana a quibus nos eximat, XVIII, 25, 2 et seq. Hæc in duabus rebus sita est; *primo*, quod amore et spiritu nos ducit ad serviendum Deo et legi; *secundo*, quod nos docet Deum in spiritu veritateque colere, XVIII, 558, 1. Libertatis spiritu aguntur filii Dei, *Job*, 201, 2; XVIII, 435, 2; 436, 1 : *Dominus autem Spiritus est; ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas*. Libertatis optimus usus est usus veræ servitutis, IX, 155, 1 : *Qui serviunt ei* (sapientiæ) *obsequentes erunt sancto*. Libertatem a lege Christianis quam dant Novantes, XVIII, 532, 2 : *Ego enim per legem legi mortuus sum*. Libertas a lege est occasio peccati, 564, 2 : *Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis*. Libertas absoluta a lege noxia est, VI, 112, 2 : *Tene disciplinam, ne dimittas eam, custodi illam, quia ipsa est vita tua*. Libertas vitæ fuit causa hæreseos, XVI, 387, 1 : *Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis*. Libertas summe mulieribus placet, IX, 691, 1 : *Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi*.

III. Libertas civilis. — Libertas est vita moralis et civilis, XIII, 363, 1. Libertas præstat omnibus deliciis et opibus, X, 81, 2; 82, 1. Liberi homines cur dicantur *animæ*, servi vero *corpora*, XXI, 329, 1. Ad libertatem aspirat servus otiosus, X, 186, 2; 187, 1 : *Operatur* (servus) *in disciplina, et quærit requiescere, laxa manus illi, et quærit libertatem*. Libertate utendum servo si fieri possit liber, XVIII, 310, 1 : *Servus vocatus es? non sit*

tibi curæ; sed et si potes fieri liber, magis utere. Quis liber vere sit, VI, 145, 2. Libertatis symbolum, VII, 335, 2 (*Vide* SERVITUS, SERVUS).

IV. LIBERTAS IN ARGUENDO PECCANTES. — Libere arguuntur peccatores a sanctis, III, 649, 1: *Et ille* (Elias) *ait* (ad Achab): *Non ego turbavi Israel, sed tu, et domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, et secuti estis Baalim.* Libertas arguendi regem in sacerdotibus, IV, 179, 1, 2: *Statimque ingressus post eum Azarias sacerdos, et cum eo sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui officii, Ozia, ut adoleas incensum super altare thymiamatis, sed sacerdotum..... qui consecrati sunt ad hujuscemodi ministerium.* Libertas insignis increpandi in Prophetis, XII, 179, 1: *Hæc dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur; nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David, et potestatem habeat ultra in Juda.* Libere debent prælati et sacerdotes arguere peccantes, XII, 735, 2: *Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel; audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me; XIV, 572, 1: Lex veritatis fuit in ore ejus.* Libertas confessario principis in coarguendo est necessaria, XII, 664, 2: *Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem. Prophetæ autem ejus liniebant eos absque temperamento.* Libertas qualis deceat consiliarios, XXI, 101, 1 (*Vide* CORRECTIO, CORREPTIO, SACERDOTES).

LIBERALIS, LIBERALITAS. 1° *Quæ sint liberalitatis signa et quos maxime deceat liberalitas.* Liberalis promissa liberaliter præstat, V, 528, 1: *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.* Liberalis adeo aliena non appetit, ut sua elargiatur, VI, 121, 2: *Tota die concupiscit et desiderat, qui autem justus est, tribuet et non cessabit.* Liberalior quis sit inter æque divites, et inter inæquales, XVIII, 471, 1: *Si enim voluntas prompta est, secundum quod habet accepta est, non secundum quod non habet.* Liberales sunt divites Dei, *Job*, 534, 2. Liberalitas quomodo est simplicitas, XVIII, 207, 2: *Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes.* Liberalitas propria principum est virtus, V, 575, 2: *Donum hominis dilatat viam ejus, et ante principes spatium ei facit;* VI, 7, 2; IX, 46, 1; X, 132, 1, 2: *Splendidum in panibus benedicent labia multorum, et testimonium veritatis illius fidele.* Liberalitas regia virtus est ac divina, *Psalm.* II, 455, 1, 2. Liberalitatis profusæ apologus, VII, 54, 2 et seq.

2° Liberales nos esse oportet erga Deum liberalem, XX, 37, 1, 2: *Dat* (Deus) *omnibus affluenter, et non improperat.* Liberalitas Dei omnium bonorum causa, *Psalm.* II, 455, 1, 2: *Oculi omnium in te sperant, Domine, et tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione.* Liberalitas eximia Dei in pœnitentes, *Job*, 206, 1, 2: *Si mundus et rectus incesseris, statim evigilabit ad te, et pacatum reddet habitaculum justitiæ tuæ, in tantum, ut si priora fuerint parva, et novissima tua multiplicentur nimis.* Liberalitate a suis vinci non sinit Deus, XIV, 599, 2: *Inferte omnem decimam in horreum, et sit cibus in domo mea, et probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli, et effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam.* Liberalitatem Dei nemo vincet, XIX, 68, 1: *Non... quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra.*

3° *Liberalitatis effectus et fructus. Primo.* Liberalitas dantem delectat, X, 220, 1: *In omni dato hilarem fac vultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas.* Liberalis hic et in futuro felix est, IX, 148, 2; 149, 1.

Secundo. Liberalis sua dando non fit pauperior, V, 335, 2: *Alii dividunt propria, et ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt;* VI, 150, 1. Liberalibus Deus opes dat ad exercitationem humanitatis, XIV, 339, 1. Liberalis est fortis et validus apud Deum, X, 67, 1.

Tertio. Liberalitas de inimicis amicos facit, XIV, 489, 1. Mater est concordiæ, IX, 670, 1. Liberalitas multos habet amicos, VI, 2: *Divitiæ addunt amicos plurimos;* 7, 2: *Multi colunt personam potentis, et amici sunt dona tribuentis;* 109, 2 et seq.: *Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam.* Omnes liberalem amant, 8, 2. Liberalitas magnæ est efficaciæ ad animos molliendos, VI, 110, 1; 132, 1. Liberalis meretur ad principatum evehi, VI, 7, 2. Etiam optimates eum rogant, *ibid.* Dando munera potenti, ejus iras avertit, 109, 2.

4° *Liberalitatis exempla.* Liberalitas Nehemiæ in cives suos, IV, 242, 1. Item Tobiæ senioris, 269, 2 (*Vide* DATUM, DONUM, MUNERA).

LIBERALIS (S.). S. Liberalis fuit in pauperes effusus, et miracula plurima patravit, VI, 149, 2.

LIBERATA (S.). S. Liberata martyr, alio nomine dicta Wilgefortis, X, 557, 1, 2.

LIBERARE, LIBERATIO. Liberatio Judæorum e Babylone fuit typus liberationis hominum per Christum e servitute peccati, diaboli et inferni, XIV, 199, 1; 262, 1. Quando illa facta sit, 242, 2. Liberatio urbis Hierosolymæ et generis humani a tyrannide diaboli inter se comparantur, XI, 191, 2.

Liberandi captivum aliquem in Paschate unde mos ortum habuerit apud Judæos, XV, 602, 1.

LIBERATUS ABBAS. Liberatus abbas cum sex monachis in Africa, quam fuerit constans in fide catholica contra Arianos et Hunericum regem tuenda; eorum horrenda supplicia, XII, 570, 1, 2.

LIBERI. Liberi sunt dona Dei, I, 113, 2. Liberorum copia est benedictio Veteris Testamenti, *Job*, 2. Liberi sunt possessio parentum, 10, 2. Liberi in-

fames et inhonesti dedecorant parentes, V, 547, 1 (*Vide* Filius).

LIBERIUS (S.). S. Liberii ad S. Marcellinam, S. Ambrosii sororem, concio, XI, 660, 2.

LIBERIUS PAPA. Liberius Pontifex admittere noluit hæreticorum munera, XX, 636, 2. Aurum ab imperatore oblatum in exilium abiturus recusavit, II, 331, 1; XIII, 71, 1. Ejus responsum liberum in repudiando arianismo, XIII, 40, 2.

LIBERTI. Liberti erant binomines, XVII, 403, 1.

LIBERTINI. Libertini Judæi qui dicerentur, XVII, 166, 2,

LIBERTINUS (S.) S. Libertinus Agrigentinus episcopus quando vixerit, XVII, 439, 1.

LIBERTINUS MONACHUS. Libertini monachi patientia, XX, 301, 1.

LIBERTINUS, LIBERTINI. Libertini cupiditatem suam ad omnia extendunt, VI, 97, 1, 2. Libertini negant judicium et omne numen, XX, 474, 1. *Venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes. Dicentes : Ubi est promissio, aut adventus ejus ? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ.* Libertinorum nimia licentia refutatur, XVIII, 231, 1. Libertinus quidam quo argumento convictus sibi persuaserit Deum esse vindicem malorum, præmiatorem bonorum, XIII, 586, 2.

LIBERTINORUM SECTA. Libertinorum quæ et qualis sit secta, XX, 465, 1, 2. Confutantur circa peccati conscientiam, XVIII, 326, 1. Falluntur in alia fide quam Romana salutem spondendo, 623, 2.

LIBIDO, LIBIDINOSUS, LUXURIA, LUXURIOSI. 1° Variæ vocis luxuriæ acceptiones in Scriptura. — Luxuria sæpe pro lascivia capitur, XX, 459, 2. Luxuria non tantum rem veneream, sed et luxum conviviorum significat, XVIII, 658, 2 : *Nolite inebriari vino in quo est luxuria,* XX, 459, 1 : *Hi vero..... voluptatem existimantes diei delicias : coinquinationes et maculæ, deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum.* Luxuria omnem luxum significat, VI, 43, 2 ; XVI, 206, 2 : *Et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose.* Luxuriari in Christo quid sit, XIX, 242, 1 : *Adolescentiores autem viduas devita, cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt.*

II. Quid sit libido et luxuria, earumque species et gradus. — Libido pathica quæ sit, XVIII, 53, 1. Luxuriæ tres species, IX, 604, 2 : *Duo genera abundant in peccatis, et tertium adducit iram et perditionem. Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat. Et homo nequam in ore carnis suæ, non desinet donec incendat ignem.* Luxuria est velut ignis, V, 175, 2: *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant ?* 178, 1, 2 ; IX, 284, 1 : *Propter speciem mulieris multi perierunt, et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit,* 604, 2 ; XX, 685, 2 : *Et hos quidem arguite judicatos : illos vero salvate, de igne rapientes.* Luxuriæ gradus novem, II, 402, 1. Symbolice lectus luxuriæ quis et quantus, *ibid.* Libidinis tentatio in Paulo fuit stimulus carnis, XVIII, 503, 2 et seqq. : *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Hunc stimulum carnis non indignum fuisse Paulo, ostenditur contra Erasmum et Fabrum, 504, 2.

III. Luxuriæ characteres et libidinosorum indoles. — 1° *Libido carnalis est inter concupiscentias vehementissima,* V, 66, 1. Totam animam ad se rapit, *ibid.* Ejus titillatio neminem non invadit, VI, 57, 1. Libidinis potentia, IV, 190, 2. Sanctissimos et fortissimos domuit, V, 267, 2.

2° *Libido est cæca et amens,* I, 229, 1 : *Et ecce miserunt manum viri, et introduxerunt ad se Lot, clauseruntque ostium, et eos qui foris erant percusserunt cæcitate a minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent,* V, 180, 1 : *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam.* Est senex, fatua, adultera, IX, 672, 1. Lucifuga est, et tenebras quærit. V, 188, 1.

3° *Luxuria est impudens,* IX, 598, 2. Luxuriosus pro Deo suam luxuriam habet, VI, 435, 2.

4° Luxuria est insatiabilis æque ac fastidiosa et curiosa, IV, 370, 2. Non satiatur usu, VI, 443, 2 ; 444, 1. Non extinguitur ipso actu venereo, XIII, 379, 1 : *Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus a coquente : quievit paululum civitas a commixtione fermenti, donec fermentaretur totum.* Per os vulvæ denotatur VI. 444, 1. *Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes : Affer, affer. Tria sunt insaturabilia, et quartum quod nunquam dicit : Sufficit : Infernus et os vulvæ, et terra quæ non satiatur aqua ; ignis vero nunquam dicit : Sufficit.* Est sanguisuga, 444, 1. Est inexplebilis, IX, 598, 1: *Aufer a me ventris concupiscentias, et concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, et animæ irreverenti et infrunitæ ne tradas me.* Luxuria et avaritia sunt duæ filiæ diaboli semper insatiabiles, XIII, 379, 1. Libido una inflammat aliam, 527, 2 : *Qui se jungit fornicariis erit nequam : putredo et vermes hæreditabunt illum ; et extolletur in exemplum majus, et tolletur de numero anima ejus.* Libido est incessabilis, XX, 460, 2 : *Oculos habentes plenos adulterii, et incessabilis delicti.* Ejus strepitus et inquietudo, V, 263, 2.

6° *Quibus rebus luxuria assimiletur.* Luxuria per caput canis significatur, III, 443, 1, 2. Luxuriæ deditus recte comparatur cani, II, 482, 2; V, 196, 2. Libido et libidinosi urso comparantur, XIII, 88, 1. Libido hircorum quibus etiam luxuriosi significantur, 101, 1. Luxuriosi onocentauris assimilantur, XI, 452, 2. Libidinosum veteres designabant pingendo mulum vel mulam, IV, 294, 1, 2 :

Hi namque, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se et a sua mente excludant, et suæ libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus : habet potestatem dæmonium super eos. Luxuriosi sunt similes ranis ob quatuor analogias, I, 502, 1. Luxuriæ schema est basiliscus, XIV, 370, 2. Luxuriosi post mortem sæpe apparuerunt specie asini, XII, 669, 2 : *Et insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum; et sicut fluxus equorum, fluxus eorum.* Libido erucæ assimilatur, XIII, 484, 1. Tropologice per lepram carnis denotatur, II, 88, 2. Ejus tentationes significantur per Amalec, I, 588, 1. Libidinosorum typus sunt Ammonitæ, XIII, 548, 1. Libido per Euphratem commode designatur, XXI, 304, 2.

6° *Luxuriæ quædam exempla.* Libido execrabilis Diogenis cynici, III, 503, 2. Quantum luxuria grassaretur apud Persas et Assyrios, IV, 334, 2. Quam multi philosophi libidine pathica et infami laborarunt, XVIII, 53, 1, 2.

III. LUXURIÆ CAUSÆ. — 1° *Libido est superbiæ filia* IX, 190, 2. Est pœna arrogantiæ, XIII, 354, 1 : *Spiritus fornicationum in medio eorum, et Dominum non cognoverunt. Et respondebit arrogantia Israel in facie ejus.*

2° *Luxuria est pæna hæresis et superbiæ;* VI, 157, 2 : *Fovea profunda os alienæ; cui iratus est Dominus, incidet in eam;* XIII, 354, 1; XVIII, 541, 2 : *Similiter autem et masculi...... exarserunt in desideriis suis invicem..... mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt.* Libido fructus idololatriæ et hæresis, III, 630, 1; XVIII, 54, 1, 2. Sequitur plerumque idololatriam et hæresim, XII, 669, 2. Libido comes falsæ religionis et hæresis, VI, 414, 1.

3° Luxuria filia gulæ et ebrietatis, III, 277, 1; VI, 43, 2 : *Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas; quicumque his delectatur, non erit sapiens;* 209, 2 et seq. : *Ne intueris vinum, quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus; ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, et cor tuum loquetur perversa.* Monstrum luxuria sine gula haberetur, IV, 365, 1 : *Cum rex esset hilarior, et post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit..... ut introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput ejus diademate, ut ostenderet cunctis populis et principibus pulchritudinem illius; erat enim pulchra valde.*

4° Quæ sint aliæ luxuriæ causæ, V, 139, 1; X, 10, 1. Libidinum incentiva sunt fornax accensa, XIII, 46, 2.

IV. LUXURIÆ EFFECTUS ET DAMNA. — 1° *Luxuriæ damna collective sumpta,* IV, 527, 1, 2; 528, 2. Luxuriæ effectus, VII, 274, 2 et seq. Luxuria gignit innumera mala, *Job*, 303, 2; 607, 2. Luxuria est omnis mali origo, V, 138, 2; 139, 1. Libido omnia profundit, I, 392, 2 : *Effusus es sicut aqua, non crescas; quia ascendisti cubile patris tui, et maculasti stratum ejus.* Cur vocetur crudelis, V, 137, 2 : *Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli.* Libidinis flamma est exitialis, *Job*, 614, 2 : *Ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans germina.*

2° *Luxuriæ damna corporalia.* Primo. *Vires corporis exhaurit,* V, 66, 1; 136, 2 et seq; VI, 481, 2 : *Ne dederis mulieribus substantiam tuam, et divitias tuas ad delendos reges.* Luxuria spiritus nobilissimos, indeque robur et vires effundit et exhaurit, IV, 351, 2. Quam noceat corpori et valetudini, V, 138, 1 : *Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli; ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena, et gemas in novissimis, quando consumpseris carnes tuas et corpus tuum,* X, 97, 2. Libidinosi robore corporis et vigore mentis destituuntur, V, 66, 1. Corpus subjugat et corrumpit luxuria, XVIII, 297, 1 : *Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat,* 333, 2. Libidinosi non sunt fœcundi in matrimonio, 137, 1. Luxuriosi cur laborent capite, VII, 402, 2. Luxuria facit hominem pallidum et luridum, V, 136, 1; XXI, 145, 1, 2.

Secundo. *Libido pudorem et dolorem gignit, Job*, 612, 2. Corporea voluptas plus doloris habet quam jucunditatis, *ibid.* Libido causat infamiam, ignominiam, dolores, mala tam corporis quam animæ, V, 140, 1, 2; 181, 2 : *Turpitudinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium illius non delebitur.* Consumit opes, etiam maximas, hominemque ad extremam inopiam redigit, XVI, 206, 2; 207, 1 : *Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose.*

Tertio. *Libido ducit ad mortem;* V, 68, 2 : *Inclinata est ad mortem domus ejus, et ad inferos semitæ illius.* Minuit vires et vitam, ejusque rei causæ, XII, 616, 1 : *Effusum est æs tuum, et revelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos.* Mortem accelerat, et multiplicem, V, 136, 1; VII, 274, 2 : *Et inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, et sagena cor ejus, vincula sunt manus illius.* Libido Salomonis mortem acceleravit, III, 485, 2.

3° *Luxuriæ et libidinis damna spiritualia.* Primo. *Luxuria rationis lumen in nobis extinguit;* VI, 202, 2 et seq. : *Insidiatur in via quasi latro, et quos incautos viderit, interficiet.* Hominem effeminat, inebriat ac dementat, eumque dedecorat, V, 180, 1 : *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam,* 193, 1; X, 496, 1, 2. Mentem absorbet, XVIII, 296, 2. Libido quam hominem sopiat ac detineat, et mentem eripiat, XX,

644, 2. Homini etiam sapienti mentem eripit, XIII, 341, 2: *Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor.* Luxuria noxia ingenio et sapientiæ, XX, 365, 2: *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est.*

Secundo. *Libido ubi ardet, abundant peccata,* IV, 280, 2. Viam ad alia scelera sternit, V, 268, 1. Non solum petulantes, sed et homicidas facit, VI, 201, 2.

Tertio. *Libido mater est, et fons hæresis et idololatriæ,* VI, 113, 1; XIII, 417, 1; XIX, 192, 1. Libido et gula viam sternunt ad idololatriam, XXI, 276, 2. Luxuria ad atheismum deducit, et qui eam sectantur, sunt sæpe athei, IX, 606, 2: *Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens animam suam, et dicens: Quis me videt? Tenebræ circumdant me, et parietes cooperiunt me, et nemo circumspicit me: quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur Altissimus;* XIV, 284, 1: *Qui dicunt in cordibus suis: Non faciet bene Dominus, et non faciet male,* XXI, 309, 1: *Et venit unus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, et locutus est mecum, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas.*

Quarto. *Luxuria usque ad senium homini adhæret;* V, 150, 1; 151, 1: *Iniquitates suæ capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur;* XIII, 180, 2: *Et constituti sunt de populo duo senes judices in illo anno: de quibus locutus est Dominus: Quia egressa est iniquitas de Babylone a senioribus judicibus qui videbantur regere populum.* Non consenescit cum senectute, IX, 606, 1: *Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens usque ad finem.* Juventutis vitia in senectute solidantur, *Job*, 423, 2 et seq.: *Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ suæ, et cum eo in pulvere dormiunt.*

Quinto. *Libidinosi ægre ad sanam mentem redeunt,* V, 69, 1, 2: *Omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitas vitæ;* 135, 1. Luxuria vix evelli potest, IX, 282, 2: *Ne des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te et hæreditatem tuam.* Libido per consuetudinem roborata est pene insuperabilis, III, 613, 2. Eam qui superavit facile ignem corporeum vincet, V, 178, 2. Libido post se semper scintillas relinquit, XVIII, 296, 2. Luxuriosorum sera pœnitentia, V, 139, 1. Luxuriosi in stercore et fœtoribus libidinis suæ computrescunt, XIII, 489, 1, 2.

V. Luxuriæ noxa et pœna. — 1° *Ejus noxa,* V, 146, 2. Reddit hominem reprehensione dignum, X, 496, 2: *Dedisti maculam in gloria tua, et profanasti semen tuum.* Cur sapientiæ contraria sit, V, 65, 2 et seq.; 262, 2. Luxuria quantum sit crimen, XVIII, 294, 2: *Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur;* 296, 1, 2 et seq. Libido inter conjuges moderanda, V, 146, 1.

2° *Luxuriæ amaritudo, pœna et damna in vita præsenti,* V, 133, 1, 2: *Favus enim distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur ejus. Novissima autem illius amara quasi absinthium, et acuta quasi gladius biceps,* 138, 2. Luxuriosorum spinæ et laquei, VI, 140, 1, 2: *Arma et gladii in via perversi: custos autem animæ suæ longe recedit ab eis.* Luxuriæ brevis voluptas, V, 175, 1. Luxuriam gravissime vindicat Deus, I, 325, 1, 2. Quantopere eam Deus et homines vindicare soleant, II, 340, 2; 341, 1. Libido varie punita, III, 489, 2. Libidinosi sponsæ Saræ puniti, IV, 280, 1. Idque propter effrenam libidinem, 294, 1, 2. Luxuria dicitur tropologice Babylonis malleus XII, 320, 2. Libidinosus miles fulgure sideratus, IV, 296, 2.

3° *Luxuria recte deducit ad infernum,* VI, 447, 1. Est fulcrum et basis inferni, V, 134, 1: *Pedes ejus descendunt in mortem, et ad inferos gressus illius penetrant.* Ob eam major pars hominum damnatur, V, 68, 2: *Inclinata est ad mortem domus ejus, et ad inferos semitæ illius;* IX, 284, 2: *Speciem mulieris alienæ admirati, reprobi facti sunt.* Eam in fine mundi quomodo puniet Deus, XXI, 297, 2: *Et abiit primus* (angelus), *et effudit phialam suam in terram: et factum est vulnus sævum et pessimum in homines, qui habebant characterem bestiæ, et in eos qui adoraverunt imaginem ejus.* Luxuriosi et gulosi in die judicii maxime a Deo judice exagitabuntur, XIII, 519, 2. Luxuriæ ignis æterno igne luendus, XX, 663, 1: *Sicut Sodoma et Gomorrha, et finitimæ civitates simili modo exfornicatæ, et abeuntes post carnem alteram factæ sunt exemplum ignis æterni pœnam sustinentes.* Luxuriosi in inferno cæteris damnatis gravius punientur, V, 268, 2.

VI. Luxuriæ remedia. 1° Luxuriæ remedium est mentis et propositi in bono per Deum constantia, VII, 337, 1, 2: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.*

2° *Luxuriæ remedium est fuga occasionum et cujuscumque periculi,* IX, 527, 1, 2: *Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguent sensatos; et qui se jungit fornicariis erit nequam.* Contra tentationes ejus optimum remedium est fuga et afflictiones, I, 353, 1, 2: *Accedit autem quadam die, ut intraret Joseph domum, et operis quippiam absque arbitris faceret; et illa apprehensa lacinia vestimenti ejus diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu ejus pallio, fugit, et egressus est foras;* I, 431, 2; II, 111, 2; 338, 2. Libido vincitur fuga, V, 67, 1: *Si intraverit sapientia cor tuum, et scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, et prudentia servabit te.... Ut eruaris a muliere aliena, et ab extranea quæ mollit sermones suos;* 470, 2 et seqq.: *Abominatio Domini cogitationes malæ: et purus sermo pulcherrimus formabitur ab eo;* VII, 91, 2: *Cogitavi*

seqq. Linguis variis et non una Apostoli loquebantur, XVII, 87, 2. Linguarum quanta esset tempore Apostolorum in orbe varietas, 88, 2. Dono linguarum cœlitus donatus Paulus, XVIII, 13, 1. Donum linguarum olim plerique in baptismo accipiebant, XV, 179, 1. Illud donum maxime mirabantur Corinthii, XVIII, 378, 2. Linguarum variarum scientiam Spiritus sanctus apostolicis viris indit, XVII, 88, 2; 91, 1. Linguæ nihil prosunt, si nihil proximum doceant, XVIII, 388, 2.

III. Linguæ sive bonæ sive malæ quanta sit vis et potentia in usu quotidiano. Lingua est in homine optimum et pessimum, V, 551, 1; 584, 1; X, 260, 2. Ex ea oritur bonum et malum, vita et mors, X, 260, 2 : *Verbum nequam immutabit cor : ex quo quatuor partes oriuntur, bonum et malum, vita et mors: et dominatrix illorum est assidua lingua.* Sibi et aliis vitam vel mortem, bonum vel malum affert, V, 583, 1, 2: *De fructu oris viri replebitur venter ejus, et genimina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors et vita in manu linguæ; qui diligunt eam, comedent fructus ejus.*

1° *Linguæ malæ natura, effectus et damna.* Primo. *Linguæ malæ vis et potentia*, XX, 141, 2 et seqq.: *Ita et lingua modicum quidem membrum est, et magna exaltat;* 144, 2. Lingua ignis est, et universitas iniquitatis, 143, 2; 144, 1, 2: *Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus et inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata a gehenna.* Lingua similis igni sex de causis, 144, 1. Hæc inflammatur a gehenna, 149, 1 et 2. Totum universum implet iniquitate, XX, 145, 1. Lingua est alphabetum scelerum, *ibid.* Ejus vitia totam vitam occupant, 147, 2. Totum hominem et corpus maculat, 145, 2 et seqq. Est malum multiplex, *Job*, 141, 1. Lingua mala omni gladio nocentior, *ibid.* Linguæ malæ octo species, XX, 158, 1. Varia ejus attributa et damna, *ibid.*, 73, 2; 89, 1; 90, 2; 144, 2; 155, 2. Lingua plures occidit quam gladius, tum propria, tum aliena, X, 57, 1 : *Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.* Sæpe corpus et animam necat, 58, 1. Similis est flammæ, 59, 1. Exempla malæ linguæ magna mala conciliantis, XX, 143, 1, 2.

Secundo. *Lingua maledica et ejus effectus*, VII, 345, 1, 2 : *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit.* Lingua maledica sepulcrum est, XX, 154, 1. Est inquietum malum et quasi argentum vivum, 154, 2 : *Lingua... inquietum malum, plena veneno mortifero.* Est gladius oris, *Job*, 140, 2 : *Porro salvum faciet egenum a gladio oris eorum, et de manu violenti pauperem.* Lingua detractorum gladio et sagittis comparatur, V, 166, 1, 2. Linguæ detrahentium instar sagittæ longe feriunt, *Psalm.* I, 369, 2 : *Filii hominum dentes eorum arma et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus.* Lingua detractrix est gladius trisulcus, XII, 83, 1. Tria dat vulnera ictu uno, *ibid.* Lingua tertia et duplex eadem est, et talis est lingua detractoris, X, 55, 1, 2 : *Lingua tertia mullos commovit, et dispersit illos de gente in gentem.* Ejus damna, *ibid.*, 56, 2 : *Lingua tertia mulieres viratas ejecit, et privavit illas laboribus suis;* 56, 2 : *Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat. Flagelli plaga livorem facit : plaga autem linguæ comminuet ossa;* 59, 2 : *Qui relinquunt Deum incident in illam, et exardebit in illis, et non extinguetur : et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos;* 65, 2 : *Attende ne forte labaris in lingua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit tibi casus tuus insanabilis in mortem.* Beatus qui in illam non incidit, 57, 2 : *Beatus qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit; 58, 1 : Et qui non attraxit jugum illius, et in vinculis illius non est ligatus : jugum enim illius, jugum ferreum est : et vinculum illius, vinculum æreum.* Lingua maledica est incendium, V, 511, 1 : *Vir impius fodit malum, et in labiis illius ignis ardescit.* Lingua astuta cur dicatur blasphema, *Job*, 337, 1: *Docuit enim iniquitas os tuum, et imitaris linguam blasphemantium.* Ejus dominium est intolerabile, 58, 1. Est pejor morte et inferno quinque de causis, 58, 1, 2. *Mors illius, mors nequissima, et utilis potius infernus quam illa.* Lingua immitis et iracunda alios destruit et se lædit, V, 450, 1 : *Lingua placabilis, lignum vitæ; quæ autem immoderata est, conteret spiritum.* Lingua detractrix parit tristitiam et lacrymas, item iram et vindictam, VI, 286, 2. Præsentibus adulatur, absentes mordet, 287, 1 :

Tertio. *Lingua dolosa.* Linguæ dolosæ et iniquæ descriptio et differentia, *Psalm.* II, 336, 1, 2 : *Domine, libera animam meam a labiis iniquis, et a lingua dolosa.* Lingua dolosa eorum quibuscum versamur, magna calamitas est, *ibid.* Lingua dolosa parum nocet, nisi inducat ad peccatum, *ibid.* Lingua dolosa similis sagittæ, et ejus remedia, *ibid.*, 2 et seq. : *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis.*

Quarto. *Lingua mendax est sextuplex*, VI, 100, 1. Lingua fallax sectatur animos sibi similes, V, 524, 2 : *Malus obedit linguæ iniquæ, et fallax obtemperat labiis mendacibus.* Lingua mendax non amat veritatem, VI, 323, 1; 324, 1, 2 : *Lingua fallax non amat veritatem; et os lubricum operatur ruinas.* Lingua falsi testis nocentior est quibuslibet armis et telis, 277, 1 : *Jaculum, et gladius, et sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.* Quamque ea sit acuta, *ibid.* Nocet eminus et cominus, *ibid.* (Vide Detractio, Maledicentia, Testimonium, Testis).

Quinto. *Lingua ebrii loquitur lasciva*, VI, 209, 2 :

Oculi tui videbunt extraneas, et cor tuum loquetur perversa.

Sexto. *Lingua magniloqua Deo odiosa*, Job, 339, 1 : *Numquid grande est ut consoletur te Deus, sed verba tua prava hoc prohibent ?* Lingua iniquorum, quia noxia profert, meretur exscindi, et de facto sæpe exscinditur, V, 310, 1 : *Os justi parturiet sapientiam, lingua pravorum peribit.*

2° *Linguæ bonæ commoda, effectus et fructus.* Lingua justorum est instar argenti, V, 298, 1 : *Argentum electum, lingua justi.* Quæ bona operetur, 299, 1. Lingua sapientium et sanctorum est aurea, IX, 215, 1. Quo sensu hæc ornet sapientiam, V, 447, 1 : *Lingua sapientium ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam.* Ordinate sapientiam eloquitur, *ibid.* Eamque honorat et commendat, *ibid.* Lingua placabilis est in se sana, et instar fructus arboris vitæ, 449, 2 : *Lingua placabilis, lignum vitæ ; quæ autem immoderata est, conteret spiritum.* Hæc omnes animi ægritudines in aliis curat et sanat, 450, 1. Lingua sanans iram aut dolorem, est suavis et grata, 450, 1. Quæ sit lingua sana, *ibid.* Lingua mollis frangit iram, VI, 272, 1 : *Patientia lenietur princeps, et lingua mollis confringet duritiem.* Lingua bona loquenti copiosum affert fructum, V, 585, 1 : *Mors et vita in manu linguæ ; qui diligunt* (Septuaginta, *qui continent*) *eam, comedent fructus ejus.* Conciliat vitam præsentem et æternam audienti, et sibi et ei de quo loquitur, 584, 1. Tam proprios quam alienos dolores sanat, 364, 1 : *Est qui promittit, et quasi gladio pungitur conscientiæ ; lingua autem sapientium sanitas est.* Lingua dulcis conciliat amicitias, IX, 191, 1, 2 : *Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos.* Linguæ magna bona conciliantis exemplum, XX, 142, 2.

IV. Lingua refrænanda et dirigenda. — 1° *Loquacitatis vitium et damna.* Loquacitas quale vitium, *Job*, 164, 2 : *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, et in ventum verba profertis ;* 261, 1 : *Numquid qui multa loquitur, non et audiet ? aut vir verbosus justificabitur ?* Linguatus est idem quod loquax, IX, 263, 2. Loquacitas est quædam temulentia, 174, 2. Ea innata homini ex corrupta natura, XX, 137, 1, 2. Loquacitas mulierum, XVIII, 396, 2. Est signum fatuitatis, 74, 2 ; 151, 2. Loquax ostendit se non esse christianum, 89, 2 : *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Est irreligiosus, 90, 2. Loquacium physiognomia, VI, 69, 1 : *Ei qui revelat mysteria, et ambulat fraudulenter, et dilatat labia sua, ne commiscearis.* Tales prodere solent arcana, *ibid.* Loquaces sunt similes parturienti et abortienti, VI, 408, 2 : *Vidisti hominem velocem ad loquendum ? stultitia magis speranda est, quam ejus correptio ;* Job, 639, 1 : *Plenus enim sum sermonibus, et coarctat me spiritus uteri mei ; en venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas novas disrumpit.* Quinque analogiæ inter loquacem et aratorem, IX, 229, 2 : *Noli arare mendacium adversus fratrem tuum.* Loquaces prunis ignitis comparantur, 264, 1 : *Non litiges cum homine linguato, et non strues in ignem illius ligna.* Loquacis anima distillat, *Job*, 174, 2.

Locutio et præsertim loquacitas scientiæ comparandæ obest, XX, 73, 1 : *Scitis, fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram.* Loquax sæpe a vero et recto aberrat, V, 283, 2. Linguati sunt remissi in actione sextupliciter, IX, 169, 2 et seq. : *Noli citatus esse in lingua tua ; et inutilis et remissus in operibus tuis.* Loquax in quid se præcipitet, VII, 347, 2 : *Verba oris sapientis gratia, et labia insipientis præcipitabunt eum. Initium verborum ejus stultitia ; et novissimum oris illius error pessimus.* In loquendo inconsideratus incurret mala, V, 375, 2 : *Qui custodit os suum, custodit animam suam ; qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.* Linguæ incontinentis octo cruciatus, VI, 119, 2 : *Qui custodit os suum et linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.* Loquacitatis damna, XX, 90, 2. Linguosus non prosperabitur, *Job*, 175, 1 ; *Psalm.* II, 426, 1 : *Vir linguosus non dirigetur in terra.* Multis hostium patet incursibus, VI, 293, 1 : *Sicut urbs patens, et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.* Loquaces multos offendunt, et parum proficiunt, non sunt apti ad regendum, V, 555, 1 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est, et pretiosi spiritus vir eruditus.* Homo linguosus quanta reipublicæ afferat mala, IX, 292, 1, 2 : *Terribilis in civitate sua homo linguosus, et temerarius in verbo suo odibilis erit.* Loquaces perstringuntur, VI, 10, 1 : *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit ; qui autem possessor est mentis, diligit animam suam.* Lingua non custodita causa est litium, V, 538, 1, 2. Si non possit loqui utilia, se vertit ad probra, detractiones et contumelias, 538, 2. Cum linguato non est litigandum, IX, 263, 2. Linguæ præcipitatio nascitur ex mentis præcipitatione quam parit ira, XX, 75, 2. Loquacitatis remedium est libra rationis, VI, 408, 1, 2.

Loquacitas in oratione et cum Deo fugienda, VII, 194, 1, 2. Quotuplex est, 195, 1, 2 (*Vide* Oratio).

2° *Linguæ continentia difficilis, et lapsus facilis*, Job, 100, 2 : *Conceptum sermonem tenere quis poterit ?* Loquendi pruritus in homine vehementissimus, et difficilis cohibitu, VI, 293, 1 ; XX, 153, 1. Lingua indomabilis est, IX, 537, 1 ; XX, 152, 2 : *Omnis enim natura bestiarum, et volucrum, et serpentium, et cæterorum domantur, et domita sunt a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest.* Linguam domare difficillimum, *Job*, 48, 2. Lingua lubricum instrumentum, 48, 2 ; 175, 2. Ejus lapsus facilis, IX, 407, 1 : *Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo,* Job, 749, 1 :

Respondens autem Job Domino, dixit : Qui leviter locutus sum, respondere quid possum ? Manum meam ponam super os meum. Unum locutus sum, quod utinam non dixissem, et alterum, quibus ultra non addam. Linguæ lapsus multiplex et periculosum, IX, 676, 2 : *Beatus..... qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se.* Linguæ offensa facillima est ob quatuor causas, XX, 137, 1, 2. Linguæ peccata aliis frequentiora, difficillime caventur, *Psalm.* I, 206, 1 : *Quis est homo qui vult vitam; diligit dies videre bonos ? Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum.*

3° *Linguæ frænatio quanti sit momenti*, XX, 139, 1 : *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir; potest etiam fræno circumducere totum corpus; si autem equis fræna in ore mittimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus. Ecce et naves cum magnæ sint, et a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et lingua modicum quidem membrum est, et magna exaltat.* Ipsa fræno comparatur, *ibid.* Ea refrænata refrænantur omnes passiones motusque animi, *ibid.* Lingua regenda est viro perfecto, XVII, 89, 1 : *Et cœperunt loqui..... prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* Eam moderans est vir sapiens et perfectus, V, 554, 1, 2 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est : et pretiosi spiritus vir eruditus*, XX, 137, 1, 2 : *In multis offendimus omnes ; si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Eam qui potest cohibere, poterit et reliquos affectus suos cohibere, VI, 293, 1. 2. Ejus custodia necessaria paradisum amissum recuperare volentibus, V, 375, 2 ; 450, 2 : *Lingua placabilis lignum vitæ : quæ autem immoderata est, conterel spiritum.* Loquendi prudentia maxima incommoda vitantur, *Psalm.* II, 264, 2 : *Jucundus homo qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in judicio ; quia in æternum non commovebitur.* Ejus perfectio ultimo acquiritur, V, 583, 2. Lingua sacerdoti quare maxime custodienda, XVIII, 369, 1. Eam refrænent religiosi, XX, 88, 2. Quanta prudentia in usu linguæ adhibenda, *Job*, 48, 2 : *In omnibus his non peccavit Job labiis suis.*

4° *Quæ sint media capienda ad linguam refrænandam et bene regendam.* Primo. *Linguæ continentia a Deo postulanda.* Lingua a Deo dirigitur, V, 480, 2 et seq. : *Hominis est animam præparare, et Domini gubernare linguam;* 493, 1. Lingua solum per gratiam Dei domatur, X, 59, 2. Eam Deus domat, non homo, et quomodo, XX, 152, 2 : *Linguam autem nullus hominum domare potest.* Linguæ continentia dicanda est Deo, eaque fræno repræsentatur, XIV, 544, 1 : *In die illa erit quod super frænum equi est, sanctum Domino.* Lingua erudita est ingens Dei donum oratione comparandum, XI, 596, 2 : *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus es verbo.* Lingua et aures ut spiritualiter aperiantur, orandus est Deus, XV, 694, 1 : *Et suspiciens in cœlum* (Jesus), *ingemuit, et ait illi : Ephphetha, quod est adaperire. Et statim..... solutum est vinculum linguæ ejus, et loquebatur recte* Loqui volens Dei auxilium imploret, X, 62, 2, Loquens sine Deo nihil persuadere potest audientibus, V, 481, 2. Lingua Deum laudans est merces studii sapientiæ impensi, X, 565, 1 : *Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam, et in ipsa laudabo eum.*

Secundo. *Lingua ut frænetur, os occludendum*, X, 62, 1 ; *Sepi aures tuas spinis, et linguam nequam noli audire, et ori tuo facito ostia et seras.* Obsignanda est et sigillanda, 63, 1 et seq. Ejus clausura sunt labia, dentes, ratio, lex, timor Dei, silentium, VI, 293, 2. Loqui docemur silentio, VII, 137, 1 : *Tempus tacendi, et tempus loquendi.* Linguæ in ore situs homines docet silentium, XX, 74, 2 et seqq. (*Vide* Silentium).

Tertio. *Loquela prudens magnam requirit circumspectionem*, V, 296, 2 : *In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est*, Psalm. I, 249, 1 : *Dixi : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Loquela in homine est actus consilii et rationis, IX, 478, 2 : *Consilium, et linguam, et oculos, et aures, et cor dedit illis excogitandi, et disciplina intellectus replevit illos.* Linguæ quomodo tribuatur cogitare, *Psalm.* I, 345, 1 et seq. : *Tota die injustitiam cogitavit lingua tua.* Lingua quomodo meditetur justitiam Dei, *Psalm.* I, 219, 2 : *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.* Lingua loqui judicium, et os meditari sapientiam, quid, *Psalm.* I, 236, 1 : *Os justi meditabitur sapientiam; et lingua ejus loquetur judicium.* Loquens superbe et arroganter quærit sibi ruinam, V, 544, 2. Lingua nostra erit ut lingua Christi, si in docendo et monendo Christi mansuetudinem imitemur, 571, 2. Loquendi tempus quod esse debeat, V, 368, 2. Loquendi quando tempus sit commodissimum, XI, 417, 1. Loquendi ad alios praxis, V, 507, 1 : *Cor sapientis erudiet os ejus, et labiis ejus addet gratiam.* Loquendum semper de Deo et ubi oportet, IX, 291, 1 : *Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, et omnis enarratio tua in præceptis Altissimi.* Item opportune, 547, 2 : *Est tacens, non habens sensum loquelæ ; et est tacens, sciens tempus aptum.* Loquela contraria morti quæ dicatur, IX, 601, 2 : *Est et alia loquela contraria morti, non inveniatur in hæreditate Jacob.*

LINGUA MARIS. Lingua maris est sinus maris, XI, 271, 1, 2. Item scopuli et promontoria, *ibid.*

LINIFICIUM. Linificium est opus feminarum, VI, 495, 1, 2.

LINIGER. Linigeri cur dicti sint sacerdotes Ægypti, XIV, 274, 1.

LITTERA (Sumpta pro *caracteribus alphabeticis*). Litterarum hebraicarum non est certus ordo, XII, 378, 1. Litteræ hebraicæ sæpe in alias mutantur, XV, 173, 2. Litteræ quiescentes sæpe commutantur ab Hebræis, VI, 196, 1. Litteras liquidas sæpe inter se commutant Chaldæi, XIII, 17, 2. Litteræ hebraicæ *beth* et *mem* sunt labiales, adeoque sæpe una pro alia substituitur, IV, 218, 1. Litteræ nominis Adam quatuor orbis partes symbolici denotant, XVI, 335, 2. Littera ש, *schin*, quæ media est nominis Jesu, speciem habet candelabri sive lucernæ tricipitis, VII, 482, 1. Litteræ serviles supplent Hebræis notas similitudinis, XVIII, 26, 1. Litteræ B, M, P, sunt pueris familiares, XI, 396, 1. Ad litteras alphabetarias cur sint compositi Threni Jeremiæ, XII, 346, 1, 2. Littera Pythagoræ exponitur, V, 127, 1.

LITTERA. *Littera pro externa cæremonia et a spirituali suo fine separata.* Littera quomodo a S. Paulo occidere dicatur, XVIII, 433, 1, 2.

LITTERÆ (sumptæ pro *epistolis*). Litteræ Uriæ fuere occasio fabulæ Bellerophontis, III, 478, 1. Litteræ et decreta regum Persarum erant olim irrevocabilia, IV, 384, 1. Litteræ Eliæ post raptum e paradiso ad regem Joram, X, 508, 1. Quomodo hæ illæ traditæ, *ibid*. Litteras alienas aperiens, obnoxius est secreti servandi, 37, 1 (*Vide* EPISTOLA).

LITTERALIS SENSUS (*Vide* SCRIPTURA, SENSUS).

LITTERATI, LITTERATURA. Litterati portant litteras mortis suæ, qui non faciunt quod docent, III, 478, 2. Litterati ut plurimum sunt melancholici, XVII, 421, 1. Litteraturam cognoscere, quod sit, *Psalm*. I, 460, 1.

LITTUS. Littus mare intra alveum suum coercet, X, 414, 2 (*Vide* MARE).

LITURGIA. Liturgiæ veteres genuinæ sunt, XIX, 193, 2 et seq. Liturgia S. Jacobi quam vetus, et quantæ auctoritatis, XX, 8, 2. Liturgia est Missa et sacrificium antonomastice, XVII, 275, 1.

LIVIA Augusti uxor. Livia Drusilla quomodo Augustum maritum subjecerit, XIX, 108, 2. Cur vocata Venus cœlestis, cognomento Panthea, XVII, 407, 2.

LIVIA Germanici soror. Livia Germanici soror, Sejano copulata quas dederit pœnas, II, 341, 1.

LIVIDUS. Lividi oculi qui vocentur, VI, 205, 1.

LIVONES. Livones quomodo mortuos suos sepeliunt, et quæ iis apprecentur, XII, 73, 1.

LIVOR. *Livor vulneris absterget mala*, quo sensu, VI, 89, 1; 2. Livor ærugini comparatur, IX, 375, 2; 376, 1 (*Vide* INVIDIA).

LOBNA. Lobna rebellat regi suo Joram, IV, 169, 1.

LOCUPLES. *Locuples* vox unde derivetur, XIII, 633, 2 (*Vide* DIVES, DIVITIÆ).

LOCUS. 1° *Locus sumptus pro aliqua parte spatii.* Loco non eget Deus, XX, 520, 1. Locus Dei est quasi ubique, XII, 443, 1. Locus solis proprius est oriens, VII, 38, 1.

Locus est conservativus rei locatæ, IX, 396, 1. Locorum mutatio vana, *Psalm*. I, 59, 1, 2: *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem, sicut passer.* Loci stabilitas necessaria ad virtutis perfectionem, VI, 337, 2: *Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.* Recte locus mutatur ob tres rationes; ob necessitatem, ob utilitatem, ob pietatem, 336, 2. Locus non beat neque sanctificat, XII, 66, 1, 2. *Bonas facite vias vestras, et studia vestra: et habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.* Locus non tuetur sanctos, XVI, 148, 2: *Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem.*

In locis excelsis orarunt sancti, XVII, 233, 1, 2: *Ascendit Petrus in superiora ut oraret circa horam sextam.* In loco omni orare possumus per orationes jaculatorias, XIX, 200, 2: *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione.*

Amœnitas loci ubi mors advenit, ejus acerbitatem adauget, XVI, 119. 2. Quomodo locum Apostolis parare vadat Dominus, cum in cœlo multæ sint mansiones, 540, 1: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt, si quominus dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum.* Locus Judæ proprius quis dicatur, in quem abiit, 72, 1.

2° *Locus sumptus pro certa alicujus regionis parte.* Locus ubi planxit Jeremias ubi sit, est templo exornatus, XII, 341, 1. Locus in quo Christus baptizatus fuit, nobili monasterio et templo fuit decoratus, XV, 110, 2. Quis fuerit ille locus, *ibid* Locus horti in quo Christus oravit Patrem, dum paveret, describitur, 570, 1. Locus quo Christus cœlos ascendit, nunquam se patitur tegi, XVII, 63, 1. Locus ille Romæ, in quo alias Christo nascente oleum fluxit, fuit olim pœnitentiaria, XI, 152, 2.

3° *Locus pro ordine prioritatis sumptus.* De loco contentio vitanda, quietis causa, VI, 260, 1: *Ne gloriosus appareas coram rege, et in loco magnorum ne steteris.* Locus in convivio accipiendus, quem herus assignavit, XVI, 195, 1: *Cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram discumbentibus.* Locus imus centrum est humilis, XI, 626, 1: Estque locus Christi, ideoque nobilissimus, *ibid*. Locus creaturæ est nihil, *ibid*. (*Vide* HUMILITAS).

4° *Locus sumptus pro quadam libri parte*, Loca aliquot Scripturæ in quibus versio Septuaginta a Vulgata plane differt, XIV, 205, 2; 206, 1 (*Vide* SEPTUAGINTA, VULGATA). Locus quarti libri *Esdræ*, cap. IV, vers. 35, de animabus sanctorum in promp-

tuariis detinendis donec impleatur numerus electorum, explicatur, IV, 262, 1, 2. Item locus, cap. VI, vers. 49, ubi dicitur Deus die quinto geneseos mundi conservasse duas animas, etc., *ibid.* Item cap. VII, etc., *ibid.* et seq.

5° *Locus metaphorice sumptus.* Locus vocatur vitæ institutum, in quo quis Deo servit, IX, 353, 1 : *Ne manseris in operibus peccatorum, confide autem in Deo. et mane in loco tuo.* Locum dare diabolo, quid sit, XVIII, 644, 2 : *Nolite locum dare diabolo.* Quid sit locum iræ dare, 214, 2 : *Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ.*

LOCUTIO (*Vide* Loqui).

LOCUSTA. 1° Locustarum natura describitur, XI, 501, 1, 2; XXI, 199, 2; 204, 2; 205, 1, 2. An nascantur ex eruca, XIII, 484, 2. Locusta locustarum est soboles locustæ, scilicet attelabus, XIV, 195, 2. Variæ sunt locustarum species et formæ, XXI, 205, 1. Earum nonnullæ canunt ut cicadæ, XV, 97. 1. Locustæ conjunctim et concorditer vivunt, IX, 670, 2. Quam sint noxiæ, 206, 2. Comparantur equis et equitibus, XIII, 485, 1. Earum turmæ et acies, VI, 459, 1; 462, 1; 463, 1; 464, 2; XIII, 494, 1. Nihil est eis invium, XIII, 494, 1. Arrodunt plerumque arborum cortices, 486, 1. Sæpe prænuntiant hostium adventum et bellorum stragem, hinc vates vel divinatrices vocantur, 482, 2. Id variis exemplis probatur, 483, 1. Eas immittit Deus, et devorat avis seleucis, I, 65, 2. Eas multi sancti precibus suis abegerunt, XIII, 481, 2.

2° Locustis vescebantur multi Orientales, XV, 97, 1. Eas comederunt Judæi et aliæ gentes, II, 69, 1. Qualis sit hic cibus, *ibid.* Quomodo coquerentur, XV, 97, 1.

3° Locusta quid homines doceat, VI, 462, 1, 2. Sunt typus militum, 463, 2. Et anachoretarum et Gentilium, 464, 2. Et humilium, *ibid.* Item Christi, 465, 1. Locustis comparatur homo propter duodecim analogias, IX, 501, 1, 2.

Locustæ mystice adulatores et mendaces significant, I, 514, 2. Locustæ sunt symbolum concupiscentiæ et cupidinis, XXI, 199, 1. Iis assimilantur hæretici hæresiarchæ, 201, 1 et seqq. Ipsi vero iis assimilant monachos, 202, 2.

Locustæ de puteo abyssi egredientes qui sint, XXI, 199, 1. Sunt veri dæmones, 203, 2 et seqq. Eas veras fore etiam est probabile, 204, 2. Sed eas diriget diabolus Abaddon, 205, 1.

LOCUTIO (*Vide* Lingua, Loqui.)

LOGOMACHIA. Logomachia hæreticorum, XIX, 254, 2.

ΛΟΓΟΣ. Quam diversa significet, et ea omnia attribuuntur Verbo, id est Filio Dei, XVI, 296, 1, 2 et seqq.; XVII, 45, 1; XX, 513, 1, 2; 514, 1, 2 (*Vide* Verbum).

LOIS. Lois avia S. Timothei, quid latine sonet illa vox, XVIII, 272, 2.

LOLIGO. Loligo piscis nigrum humorem emittit, IX, 375, 2.

LOLIUM. Lolium est idem quod zizania, XV, 327, 1.

LOMENTUM. Lomentum est farina fabacea, ejus erat usus ad eruganda corpora, VI, 280, 1.

LONGANIMIS, LONGANIMITAS. 1° Longanimitas Dei, IX, 175, 1. Longanimitate Dei abutuntur homines, *Job*, 329, 2. Longanimitatem Dei imitetur vir sanctus, III, 657, 2 (*Vide* Deus).

2° Longanimis et patiens quomodo differant, IX, 175, 2. Longanimis est vir prudens, V, 555, 2 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est : et pretiosi spiritus vir eruditus.* Est magnanimus, VI, 13, 2 : *Doctrina viri per patientiam noscitur.* Longanimes sunt magnanimi et tardi ad iram, V, 434, 1 : *Qui patiens est, multa gubernatur prudentia; qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.* Longanimitas tentatis necessaria est, IX, 95, 2 : *Sustine sustentationes Dei; conjungere Deo, et sustine, ut crescat in novissimo vita tua.* Longanimitate superantur omnes hostes tam corporis quam animæ, IV, 450, 2. Longanimitas Romanorum in domanda Hispania, *ibid.*

LONGÆVITAS. 1° Longævi cur essent homines ante diluvium, XIII, 13, 1. Longævitas hominis et animalium, quæ, X, 108, 1. Longævitas quorumdam piscium, XIV, 216, 1. Longæva sunt bile carentia, X, 108, 1. Longævitatis mater est sobrietas, X, 266, 2; XIII, 13, 1. Longævi fuere primi præcones Evangelii, XI, 755, 2.

2° Longævitas filiis morigeris quænam promissa, II, 418, 2. Ipsis ea quasi quadam talione naturæ competit, *ibid.* Longævitas timori Dei tribuitur ut merces, VI, 138, 2. Ejus tria documenta et pharmaca a Galeno data, V, 548, 1. Datur a melle cujus usus vitam diutius producit, VI, 230, 2; 232, 2. Longævitatem piis promissam, bonis spiritualibus Deus compensat, XIX, 231, 1. Longævitatem sibi promittentium vanitas, XX, 189, 2.

LONGINUS centurio. Longinus an sit is miles qui lancea Christi latus aperuit, eumque Filium Dei esse agnovit, XIV, 511, 1. Longinus centurio morte Christi visa eum Dei Filium confessus est, et eum resurrexisse asseruit, XV, 636, 2; 656, 1.

LONGINUS miles apparitor ad supplicium S. Pauli. Longinus a Paulo ad necem ducto conversus est, XVIII, 12, 1.

LONGITUDO, LONGUS. Longitudo justa debet esse dupla ad latitudinem, XIV, 414, 2. Longitudo maxime signum est prudentis, longitudo animi sapientia, VI, 13, 1. Longi sæpe amentes sunt, breviores, ingenio meliores, XIV, 3, 1, 2.

2° Longitudo dierum symbolice æternam beatitudinem denotat, V, 88, 1. Longitudo et latitudo cœlestis civitatis mystice exponitur, XXI, 377, 1.

3° Longi sermones sunt pusillanimis tædiosi, 524, 1 (*Vide* Sermo).

LONGOBARDI. Longobardos an Narses in Italiam evocarit, XXI, 231, 1; 329, 1.

LOQUACITAS, LOQUELA, *Vide* Lingua.

LOQUI, LOCUTIO. 1° *Loquor* et *dico* qui differant, XVI, 519, 1. Loqui a semetipso quid sit, 578, 1 (*Vide* Lingua).

2° Locutio Dei qualis, *Job*, 363, 2 : *Atque utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi.* Loquitur Deus hominibus tripliciter, XXI, 15, 2. Locutio Dei ad animam quomodo fiat, XIII, 246, 1. Ea locutio describitur, *ibid*. Loqui ad cor, quid sit Scripturæ phrasi, 316, 2 : *Propter hoc ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem; et loquar ad cor ejus.* Loqui ad cor est blandiri, XI, 488, 1 : *Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam.* Quomodo loquatur Christus in nobis, et quam efficaciter, XVI, 279, 2 : *Et dixerunt ad invicem* (duo discipuli) : *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas?* Loqui judicia significat tria, XII, 20, 2 : *Et loquar judicia mea cum eis, super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me.*

3° Quomodo cum angelis loquatur Deus, et angeli cum Deo, *Job*, 24, 2. Locutio angelorum quomodo fiat, XIV, 511, 1 (*Vide* Angeli, Deus).

LORA. Lora est lota acina, XIII, 326, 2.

LORAMENTUM. Loramentum quodvis vinculum significat, IX, 586, 1.

LORICA. Lorica Dei est justitia, XI, 696, 1. Lorica justitiæ quæ sit, XVIII, 679, 2. Lorica spiritualis est fides et charitas, XIX, 138, 2. Loricæ equestris exercitus in fine sæculi grassaturi in impios quales futuræ XXI, 211, 1, 2.

LOT. Lot charitas erga hospites, I, 228, 1. Deditus fuit hospitalitati, 227, 1, 2. Lot quando agnoverit se angelos hospitio recepisse, XIX, 514, 1. An peccaverit offerendo filias suas stupro, I, 227, 2 et seqq. Quia in peregrinos misericors fuit, misericordiam a Deo invenit, XI, 302, 1. Cur, dum educitur e Sodoma, vetetur respicere, I, 229, 2. Uxor ejus quomodo respiciendo peccaverit, 232, 1. Quomodo in statuam salis versa, *ibid*. Qua de causa, *ibid*., 2. An etiam ejus anima in salis statuam conversa, *ibid*. Lot e Sodoma fugiens, symbolum est vere pœnitentis, IX, 183, 1. Ebrietas Lot post Sodomæ incendium quale peccatum fuerit, I, 233, 2. An ejus filiæ excusentur a peccato, *ibid*, 1, 2. Lot posteritas Israelitis non accensebatur, V, 557, 1.

LOTHARINGIA. Lotharingiæ dux modernus initium ducatus a Deo auspicatus, varias leges sanctas tulit, IX, 528, 1.

LOTIO, LOTUS. 1° Lotio aquæ purificatio antiqua, *Job*, 241, 2; 242, 1. Lotus quomodo Israel sit a Deo, XII, 608, 1. Lotiones crebræ Pharisæorum superstitiosæ, XV, 349, 2; 693, 1. Et ritus earum, *ibid*. Eorum lotiones crebræ inter epulas, XVI, 330, 2. In iis suam sanctitatem ponebant, 163, 2.

2° Lotio pedum Apostolorum cœnæ eucharisticæ præmissa fuit, et quid innuerit, XVI, 523, 1, Omnes lotionis hujus actus, 523, 2 et seq. Quæ in ea lateant mysteria, 524, 2.

3° Lotio pedum non est fidelibus omnibus necessaria ante baptismum, nec est sacramentalis, XVI, 524, 2. Fuit illa olim in usu Mediolani, 525, 1. Quæ sit causa mystica hujus lotionis, et litteralis, *ibid*., 1, 2. Cur postea vetita, 525, 2. Et lotio hæc diversimode fiebat, *ibid*.

LUCANUS. Lucani sententia de immortalitate animæ, VII, 158, 2.

LUCAS (S.). 1° Quid vox *Lucas* significet, XVII, 43, 1. S. Lucas est alius a Lucio Cyrenensi, XVI, 3, 1. Fuit antiquior Cerintho, 2, 1. Non videtur Christum in carne vidisse, 274, 2. Varia ejus privilegia, 3, 2. S. Lucas etiam fuit Apostolus, XVIII, 39, 1. Fuit Evangelista, virgo, Pauli discipulus, Apostolus, etc., XVII, 42, 2. Fuit medicus corporum et animarum, XVI, 2, 2. Ejus elogium, XVII, 42, 1. Ejus laus est in Evangelio, XVIII, 473, 1, 2. Ejus labores pro Evangelio, XVII, 42, 2. Ejus modestia et humilitas, 45, 1. Fuit cognatus S. Pauli, 43, 1. Ubi adhæserit Paulo, et an continue, 308, 2. Quando a Paulo abfuerit, *ibid*. Semel a Paulo amandatus, ab eo rursum assumptus est, XVI, 3, 1. Quam gratus esset Græcis, XVII, 364, 2. Melitæ tres imagines beatæ Virginis pinxit, 435, 2. S. Lucas an fuerit senior ille qui dixit Joanni : *Ne fleveris*, XXI, 122, 1, 2. Quomodo solus cum Paulo Romæ vincto, XIX, 313, 2. Ubi evangelizaverit, Pataris est martyrio coronatus, XVI, 3, 1; XVII, 6, 2; 43, 1. Ejus miracula et reliquiæ, XVII, 43, 2. Vitulo denotatur, et cur, XV, 12, 2; XXI, 107, 2. Cur facies bovis ei tribuatur, XVI, 1, 2.

2° Quando Evangelium scripserit (*Vide* Evangelistæ, Evangelium).

3° S. Lucas est auctor libri *Actuum*, XVII, 40, 1. Est pictor Apostolorum, 41, 1. In quo finiat *Acta Apostolorum* et S. Pauli, XVIII, 240, 1. Multa in iis omittit, 496, 2. Prætermittit ejus profectionem in Arabiam, 523, 2. An hysterologia aliquando utatur, XVII, 259, 1, 2 (*Vide* Acta Apostolorum). An scripserit Epistolam ad Hebræos, XIX, 348, 1. Eam elegantissime græce vertit ex aliquorum opinione, *ibid*.

LUCAS STERNELERGIUS. Lucæ Sternelergii hæretici blasphemiæ, XX, 454, 2.

LUCERNA. 1° Lucerna dicitur a *luce*, V, 170, 1. Ejus et lucis differentiæ, 171, 1. Lucerna sunt etiam lampades, faces, tædæ, 155, 2.

2° Lucernarum usus in conviviis et emporiis magnis, XII, 193, 2. Lucernas accendunt Judæi in festis, XX, 454, 1. Lucernæ campanariæ frequentes sunt in Italia, *ibid*. Lucernæ dimyxi veterum, 434, 2. Ad lucernam operabantur olim strenuæ mulieres cum ancillis et puellis, VI, 503, 1. E lucerna omen olim superstitiose captabant an proles esset futura vitalis nec ne, 83, 1, 2.

3° Lucernæ de nocte tantum ardebant in taber-

num compellarit, X, 516, 1; XIX, 274, 2; XXI, 228, 1. Constantium vocat Judam, XI, 111, 2. Fuit postea schismaticus, XVIII, 31, 2. Lucifer Calaritanus an fuerit Sardensis episcopus, XXI, 64, 1. Non fuit Smyrnæ episcopus, quare ab Ecclesia fecerit schisma; rediit postea ad eam, *ibid.*

LUCINA. Lucina Juno erat Gentilibus Luna, a parturientibus invocari solita, XXI, 236, 2. Ei Christi humanitas assimilatur, *ibid.*, 2 et seqq.

LUCIUS CYRENENSIS. Lucius Cyrenensis quis esset, XVII, 275, 1.

LUCIUS (S.) martyr. S. Lucii martyris fortitudo et placida vox, I, 413, 2; XIX, 406, 1.

LUCIUS DEXTER. Lucii Dextri *Chronicon* et auctoris de eo sententia, XVII, 13, 1, 2; 63, 2; 244, 2 et seqq.

LUCIUS PISCIS. Lucius piscis quis, VI, 292, 1.

LUCRETIA. Lucretia fuit lanifica, VI, 495, 2. Lucretiæ castitas inferior est quam Suzannæ castitas, XIII, 183, 1. Lucretiæ pudor vitiosus fuit et mundanus, IX, 162, 1.

LUCRETIUS. Lucretii poetæ sententia de immortalitate animæ, VII, 158, 2.

LUCRUM. 1° *Quod lucrum illicitum, et vitandum.* Lucrum justum et temperatum a Deo venit, nimium et excessivum sæpe peccatum includit. Lucra injusta conterit Deus, vel judex, X, 19, 2: *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic inter medium venditionis et emptionis angustiabitur peccatum. Conteretur cum delinquente delictum.* Lucro turpi nemo ditatur, ipsum evitandum Christiano, XIV, 69, 2: *Omnes mercedes ejus comburentur igne... quia de mercedibus meretricis congregata sunt, et usque ad mercedem meretricis revertentur.* Est lucranti inutile, ad usus honestos impendi non potest, a templo suo id repellet Deus, *ibid.*; 138, 2: *Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis. Tu comedes, et non saturaberis; tu seminaberis, et non metes; tu calcabis olivam, et non ungeris oleo, et mustum, et non bibes vinum.* Lucris etiam sordidissimis student Judæi, XIX, 515, 1: *Sint mores sine avaritia, contenti præsentibus.* Lucrum dulce, sed noxium avaro, *Job*, 430, 1: *Divitias quas devoravit evomet, et de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aspidum suget, et occidet eum lingua viperæ.* Lucro non inhient pastores animarum, XX, 380, 2 et seq.: *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum; neque turpis lucri gratia; sed voluntarie.*

2° *Quod lucrum licitum et utile.* Lucrum ex qualibet re percipi potest, III, 607, 2. Lucrum serio sectantur mercatores, VI, 61, 1, 2. Lucrum e labore proprio dulcius est eo quod sine labore provenit, 503, 1: *Gustavit, et vidit quia bona est negotiatio ejus.* Lucrum duce Deo collectum, prosperatur, XIV, 324, 1.

3° *Lucrum spiritualiter sumptum.* Lucrari talenta quid sit, XV, 530, 2: *Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque.* Est dona Dei augere, per eorumdem usum et exercitium, maxime autem est per bona opera et auxilium proximorum gratiam Dei in se et aliis adaugere et accumulare, *ibid.* Lucrum quomodo sit mori, XIX, 11, 2: *Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.*

LUCTA, LUCTARI. 1° Lucta Jacob cum angelo qualis fuerit, I, 314, 2 et seq. Quid hæc lucta allegorice significet, 315, 1; 316, 1. Lucta Ecclesiæ cum diabolo in fine mundi maxime intenditur a Joanne in signo magno, XXI, 236, 1.

2° Lucta concupiscentiæ et spiritus quæ sit, XVIII, 125, 2: *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis;* 127, 1; XX, 294, 2 et seq.: *Charissimi, obsecro vos tanquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam.* Hujus luctæ utilitas, XVIII, 126, 1. Hanc non sentiunt qui carni non resistunt, 127, 1. Illa describitur, 565, 2: *Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur: ut non quæcumque vultis, illa faciatis.* Sita est in carni resistendo, 335, 2: *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo: ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Luctandum assidue cum vitiis, et pro adeptione virtutum, X, 561, 1; 562, 1: *Consiliatus enim, ut facerem illam, zelatus sum bonum, et non confundar. Colluctata est anima mea in illa, et in faciendo eam confirmatus sum* (Vide CERTAMEN SPIRITUALE, MILITIA SPIRITUALIS).

LUCTUS, LUGERE, LUGENTES. 1° Luctus mortuorum memoria celebratur, X, 453, 2: *Luctus hominum in corpore ipsorum: nomen autem impiorum delebitur.* Ejus ritus, IX, 583, 2; 584, 1: *Luctus mortui septem dies: fatui autem et impii, omnes dies vitæ illorum.* Luctus mortui septem dierum, *Job*, 73, 1. Luctus in morte amici qualis sit assumendus, X, 279, 1, 2: *Fili, in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare, et secundum judicium contege corpus illius, et non despicias sepulcrum illius. Propter delaturam autem amare fer luctum illius uno die, et consolare propter tristitiam. Et fac luctum secundum meritum ejus uno die, vel duobus propter detractionem.* Is est moderandus, IX, 583, 1; X, 282, 2: *Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam a te, et memento novissimorum, noli oblivisci: neque enim est conversio. et huic nihil proderis, et teipsum pessimabis;* 285, 1, 2: *In requie mortui requiescere fac memoriam ejus, et consolare illum in exitu spiritus sui.* Luctus nimius multos extinxit, XVIII, 465, 1. Lugentium gestus quales apud veteres, *Job*, 72, 1: *Cumque elevassent procul oculos suos, non cognoverunt*

LUDOVICUS ALCAZAR. Ludovici Alcazar multa excidii orbis signa non litteraliter, sed symbolice interpretatur, non recte, XV, 513, 1; 515, 2. Ejus opinio de Apocalypseos argumento quas difficultates contineat, XXI, 7, 2 et seqq.; 12, 2. Ejus intentio et sententia excusatur, 9, 1. Eum auctor in compendium redegit, 13, 1. Ejus commentaria ingeniosa rejiciuntur, 34, 2.

LUDUS, LUDERE, LUSUS. 1° Ludere idem est quod ludendo facere, per catachresin, XII, 441, 1. Ludere in avibus cœli quid sit, *ibid.* Ludere pro *litigare* subinde sumitur, IX, 264, 2. Lusus capitur pro duello et certamine, X, 484, 2; XVIII, 559, 2.

2° Lusus Dei in orbe terrarum in quo consistat, V, 238, 2. Isque lusus est quadruplex, 239, 2.

3° Ludorum et colorum circensium origo, XIV, 429, 1. Lusu ut somno utendum, VIII, 583, 2. Ludus puerorum lamentantium et canentium, XV, 288, 2.

4° Ludus diaboli est saltatio et chorea, IV, 281, 1.

LUITH. Luith oppidum est et mons, XII, 299, 1.

LUMBARE. Lumbare Dei quomodo sit et quare dicatur Israel, XII, 111, 2; 112, 1; XVIII, 677, 1.

LUMBI. 1° In lumbis et renibus maxima pars roboris hominis consistit, XIV, 175, 2; 184, 1. Hinc infirmi elumbes vocantur, 176, 1. Lumbi confortantur, si stringantur, *ibid.* Cur tangant eos fatigati, XVIII, 677, 2. Lumborum concisio ex cordis deliquio sequitur, XIV, 184, 1. Lumbi maxime dolent parturientibus, XI, 328, 2; 329, 1. Quid sit esse in lumbis patris, XIX, 414, 2. Quid exire de lumbis, 413, 1. Lumbi seminis sedes, XII, 112, 1. Lumbi sedes seminis tam in feminis quam in viris sunt, 605, 2.

2° Lumbi sunt sedes et symbolum concupiscentiæ, V, 80, 1; XII, 112, 1; XIX, 413, 1. Lumbi sunt etiam amoris symbolum, XVIII, 677, 1. Lumbi mentis accingendi, *Job*, 707, 2: *Accinge sicut vir lumbos tuos.* Quid sit mentis lumbos succingere, XVIII, 679, 1: *State succincti lumbos vestros in veritate*; XX, 257, 2 et seqq.: *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam.* Et quare ii sunt succingendi, *ibid.* Lumbos præcingere est concupiscentias carnis restringere, VI, 502, 1: *Accinxit fortitudine lumbos suos et roboravit brachium suum.* Lumbi implentur illusionibus, *Job*, 758, 1; *Psalm.* I, 242, 1: *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, et non est sanitas in carne mea.* Sunt armamentarium diaboli, *Job*, 757, 2. Lumbos cur zona pellicea cingeret Joannes Baptista, XV, 96, 2.

LUMEN, LUX. I. LUX NATURALIS. — 1° *Lux et lumen in quo differant*, *Job*, 499, 2. Lux quomodo a lucerna differat, V, 171, 1.

2° *Lux cur primo et ante omnia creata*, I, 48, 1. Lux quam Deus initio creavit qualis fuerit, *Psalm.* I, 489, 1. Est velut forma rerum, *Job*, 716, 2. Lux a Deo dispensatur, 693, 2. Præcipui lucis effectus, 715, 1; 718, 2. Lucis oblectatio, VII, 374, 1. Illius elogia, 375, 1. Lux amica bonis, *Job*, 173, 2; 694, 1. Lux est pravis inimica, 502, 2; 715, 1. Lucis et fontis magna est affinitas, XVI, 461, 1.

Lux a Deo creata, eaque non defutura post diem judicii, IX, 621, 1. Lux an futura sole major in fine sæculorum, XI, 449, 2.

3° *Lumen artificiale.* Lux ex oleo quasi filius nascitur, lactatur et nutritur, XIV, 410, 2. Lumen avarorum noctis tempore est tenue, VII, 218, 2.

4° *Lux quæ aliquando miraculose effulsit.* Lux Paulum circumfulgens, quare solem superaret, XVII, 209, 2. Unde veniret, 210, 1; 215, 1. Ea qualis esset, 420, 1. Lux in carcere Herodis an solum Petrum circumfulserit, 263, 1. Lumen indicavit illustrem quorumdam sanctorum sanctitatem, II, 233, 2.

II. LUX SYMBOLUM EST DEI ET CHRISTI. — 1° *Lumen optime Deum repræsentat*, XX, 65, 1: *Omne datum optimum et omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum.* Lux est Dei symbolum et qualitas eum maxime repræsentans, 523, 1: *Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ.* Luci Deus assimilatur, lux est viva Dei imago, I, 48, 1. Quomodo comparetur luci Deus Pater, XIX, 352, 2. Lux vocatur gloria Domini in Scriptura, XII, 575, 1. Lux gloriam Dei denotat, XVII, 180, 2. Per lucem passim gloriam suam manifestat Deus, XVI, 64, 1: *Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos.* Lumen majestatis Dei quod dicatur, XII, 454, 2: *Adducet enim Deus Israel cum jucunditate in lumine majestatis suæ cum misericordia et justitia quæ est ex ipso.* Lux inaccessa Dei an vocetur caligo et nubes, 575, 1. Lux inaccessibilis est ipsa gloriosa Dei majestas, XIX, 264, 2: *Qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem quem nullus hominum vidit, nec videre potest.* Hæc est nobis inaccessa, ideo nobis non est lux, sed caligo, *ibid.* Lumen Israelis et Sanctus ejus est Deus vindex, XI, 246, 1, 2: *Et erit lumen Israel in igne, et Sanctus ejus in flamma* (Vide DEUS).

2° *Lux vera est Christus diversimode*, XVI, 303, 1: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Christus in Scriptura lucis nomine designatur quod sit via ad felicitatem, veritas ad salutem, vita ad gloriam æternam, XI, 523, 2 et seq.: *Ego Dominus... dedi te in fœdus populi, in lucem gentium*; 584, 1, 2: *Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui*; XVI, 346, 1: *Lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; erant enim eorum mala opera*; 435, 1, 2: *Iterum ergo locutus est eis Jesus: Ego sum lux*

mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ; 459, 2 : *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi;* 515, 1, 2 : *Dixit ergo eis Jesus : Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant, et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis;* 517, 2 et seq.: *Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Lux est Christus et Apostoli, I, 49, 1.

III. LUCI ET LUMINI ASSIMILANTUR RATIO, EVANGELIUM, GRATIA, GLORIA. — 1° *Ratio homini a Deo data.* Lumen naturæ bona et mala discernit, *Job,* 672, 2. Lumen animæ quale sit, 499, 2 : *Ipsi rebelles fuerunt lumini, nescierunt vias ejus, nec reversi sunt per semitas ejus.* Deus fons est lucis hujus spiritualis, *ibid.* Impii spirituale lumen excludunt, 500, 1. Lumine cœlesti juste privantur, qui rationis lumine uti noluerunt, *Psalm.* I, 325, 2.

2° *Evangelium.* Lumen Evangelii post tenebras gentilismi successit, XIV, 533, 1 : *Et erit dies una, quæ nota est Domino, non dies, neque nox; et in tempore vesperi erit lux.* Lumen Evangelii est maximum Dei donum, XVIII, 439, 1, 2 : *Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis qui pereunt, est opertum, in quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei... Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu;* XIX, 74, 1 : *Cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.*

3° *Gratia.* Lux gratiam et misericordiam sæpe significat, *Psalm.* I, 278, 1, 2 : *Emitte lucem tuam et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum.* Lux animæ alia est naturalis, alia supernaturalis, VI, 83. 2 : *Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ investigat omnia secreta ventris.* Lux supernaturalis est vita nostra, XVI, 301, 1 : *In ipso vita erat, et vita erat lux hominum.* Lumina supernaturalia omnia in nobis Deus producit, XX, 66, 1. Lux symbolum est gratiæ et fidei, XI, 681, 2 : *Cum effuderis esurienti animam tuam, et animam afflictam repleveris; orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies;* XVI, 302, 1. Lux justitiæ quomodo oriri dicatur, *Psalm.* II, 158, 1 : *Lux orta est justo et rectis corde lætitia.* Lumen Dei est principium bonorum omnium, *Psalm.* I, 98, 1 : *Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine; Deus meus, illumina tenebras meas* (*Vide* GRATIA). Lumen vultus Dei quod dicatur, *Psalm.* I, 97, 2 : *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.*

Lumen propheticum (*Vide* PROPHETA, PROPHETIA).

4° *Gloria.* Lumen vitæ tam est lumen gloriæ, quam fidei et sapientiæ christianæ, XVI, 436, 1 : *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Lumen duplex habemus fidei et gloriæ, XIX, 74, 2. Lux anagogice est gloriæ lumen, I, 48, 1. Lumen est gloriæ divinæ symbolum, 595, 1. Lux est gloria cœli, X, 385, 2 : *Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus est, species cœli in visione gloriæ.* Lumen gloriæ est stella matutina, II, 332, 2. Lumen gloriæ et clara Dei visio est velut stella matutina, XXI, 62, 1 : *Qui vicerit, et custodierit usque in finem opera mea... dabo illi stellam matutinam.* Lumen gloriæ ad videndum Deum necessaria, *Psalm.* I, 223, 2 : *Quoniam apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen.* Lux civitatis cœlestis quid denotet, XXI, 364, 2. Lux perpetua gloriæ et renovationis mundi futura post diem judicii, XIV, 533, 2.

IV. LUX ET LUMEN SUNT SYMBOLUM HOMINIS JUSTI, VIRTUTIS, PROSPERITATIS, GAUDII, LIBERTATIS ET MAJESTATIS. — 1° *Lux justi quæ dicatur,* V, 382, 1 : *Lux justorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur.* Lux justi quare et quomodo lætificet, 383, 1. Et semper crescit, et clarescit, *ibid.* Christiani sunt lux mundi, XV, 155, 1, 2 et seqq.: *Vos estis lux mundi... Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est;* XIX, 37, 1, 2 : *Sitis sine querela et simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravæ et perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Lux justorum qualis, *Job,* 386, 2.

2° *Lux est symbolum doctrinæ, sapientiæ, justitiæ, prudentiæ, honestatis,* etc., I, 48, 2; V, 382, 2; VI, 71, 2 ; *Job,* 82, 1; 721, 2. Lucis et virtutis analogiæ, VII, 113, 1, 2 : *Et vidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux a tenebris.* Sapientiæ lux inextinguibilis, VIII, 428, 1 : *Et proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius.*

3° *Lux lætitiæ et prosperitatis symbolum est causa,* IV, 224, 2; XI, 681, 1; XII, 430, 2 : *Det Dominus virtutem nobis et illuminet oculos nostros ut vivamus;* 440, 1 : *Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus; ut scias simul ubi sit longiturnitas vitæ et victus, ubi sit lumen oculorum et pax;* XIII, 586, 2; 629, 2; XIV, 91, 2; 146, 2 : *Consurgam cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est;* 533, 1; XX, 65, 1 ; *Job,* 693, 2 : *In manibus abscondit lucem, et præcipit ei ut rursus adveniat. Annuntiat de ea amico suo, quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere;* Psalm. I, 203, 2 : *Accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestræ non confundentur.* Lux est symbolum lætitiæ et beneficentiæ, X, 109, 1 : *Splendidum cor et bonum in epulis est, epulæ enim illius diligenter fiunt;* 204, 1. Lucis nomine vocatur gaudium et consolatio, IX, 102, 1. Lumen sæpe vitam significat, cur, XI, 701. 1. Lux et tenebræ symbolum libertatis et captivitatis, 693, 2.

FINIS TOMI PRIMI.